

BIBLIOTHECA
MAGNA
RABBINICA
BARTOLOCCII.

קרית ספר

והוא חבור גדול שבו נכתבו כל ספרי היהודים חברו ויסדו חכם
הכולל בדורו דון יוליוס ברטולוקי אבא מחברת
הקדושה ציסטירציאינצי :

BIBLIOTHECA MAGNA
RABBINICA

De Scriptoribus, & scriptis Hebraicis, ordine Alphabetico
Hebraicè, & Latinè digestis.

PARS PRIMA.

Tres primas Alphabeti literas complectens א׳ ב׳ ג׳

In qua complures identidem interseruntur dissertationes, & digressiones, quarum Elenchus habetur post Præfationem ad Lectorem.

Cum Indice rerum, nominum, & locorum Sacræ Scripturæ locupletissimo.

AVCTORE

D. IVLIO BARTOLOCCIO DE CELLENO

Congregat. S. Bernardi Ref. Ord. Cistercien. & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbate.

ואם לא עכשיו אימתי , פרקי אבות א׳ ,

Et si non modo, ecquando? Cap. Patrum Cap. 1.

Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Πρὸς Θεσσαλ. Κεφάλ. ε.

Omnia probate: quod bonum est tenete. 1. Thessal. 5.







ROMÆ; Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.
Anno Iubilei MDCLXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.




EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI

PALUTIO CARDINALI DE ALTERIIS

S. R. E. CAMERARIO,
SAC. CONGR. DE PROP. FIDE PRÆFECTO, &c.

IULIUS BARTOLOCCIUS ex Congreg. S. Bernardi Ref. Ord. Cist. Abbas Felicitatem plurimam.





OGITANTI iam diù mihi (*Eminentissime Princeps*) quonam amoris pignore potiùs quàm ingenij, è diutissimis Vaticanis meis studijs deprompro, summorum Virorum, amicorumq; votis responderem; lustrum penè defluxerat quintum, & corpus quidem senio absumebatur, mens verò fessa laboribus, inter Hebraica Volumina, mole, numero, momentis rerum, eruditionis, & doctrinæ pondere grauia, deterebatur: nec tamen, vberrimè illo sapientiæ lumine fœcundatus animus, edere quicquam audebat in lucem, parturienti quotidie similior, quàm parienti. Hinc sæpiùs auditæ literatorum querelæ, quæ tantò plùs afflarent inuidiæ, quantò magis beneuolentiæ dabant, obijcientes mihi hanc semper enixam, semper effœ-

effœtam laboriosæ lucubrationis tarditatem. Respondebam ego vicissim Virgilianum illud;

Eheu quàm pingui macer est mihi Taurus in aruo! Egl. 3.

Plurimorum denique consilio, auctoritati, & amabili cuidam violentiæ cedendum fuit; efficiendumque, vt in fœtum, atque opus erumperem, nec illud sanè modicum, seù Codicis mensura, seù laboris. Puduit quippè insistere auari senis exemplo, qui diuitijs oppletus, & sordibus, ne aurum proderet, filium decedens neglexit,

Inopemque potiùs optauit eum relinquere, Plaut. Aulul. Prolog.

Quàm eum thesaurum commonstraret filio.

Haud impari imitatione tenacis ingenij magis, quàm pauperis dolendum, elatos fuisse è Bibliotaphis plures: dum quicquid è selectissimis Commentationibus collegerant palladij fructus, reseruabant vnicè sibi, forsan vt soli sapere viderentur. Contrariam Euangelici Patrisfamilias imaginem ego censui referendam; omnia nimirùm de Thesauro scientiæ Rabbinicæ, tùm noua, túm vetera, quæ inexhausto hauseram studio, proferre in medium, & iuris publici facere aggressus. Opus proinde, quod in plura paginarum fragmenta veluti membratim discissum, nequaquam antea seipsum agnoscere potuerat, ac totum vndique circumspicere, in vnius denique corporis compagem continuata serie compositum, alijsque in dies, atque alijs accessionibus auctum, in Bibliothecam excreuit, amplitudine laborantem sua. Crescebat enimuero haud absimili progressu difficultas rei ad exitum perducendæ. Attamen obstaculis omnibus intercessit non sine prouidentissimo æternæ mentis Numine, atq; consilio Tua (*Princeps Eminentissime*) Auctoritas, ad commodum rei literariæ & Sacræ semper intenta, fouitque impensè opus, quod Typis Vrbanis de Propaganda Fide committendum curauit. Sic Tuam sensit opem, antequam in lucem prodiret publicam. Proptereà hæc plurium Volumine congesta materies, aliud Patrocinium nescit implorare, quàm Tuum. Nouimus quidem Architecturæ peritos ad Solis Orientis aspectum patentes collocare Bibliothecas, cùm Matutinum lumen Librorum vsui præcipuè debeatur. At mea studia luminis Alterij radium experta sunt Antelucanum, cuius beneficio, vt primam in ortu lucem aspiciant, obtinuere. Quidni ergo possit à Tuo splendore pariter pulsis obtrectatorum vmbris, Bibliotheca hæc mea sperare approbationem illustrioris cuiusque Theatri, ac pro modulo suo repetere illud Elogium Diuinitatis ita splendidè gloriantis: *Cùm me laudarent Astra matutina?* Candicant enim in Te Vaticana Iob 38 v. 7.

Matth. 13. 52.

tis.

Sidera, atque in Tuis Virtutibus emicant præclarissima Purpurei Senatus ornamenta. His olim prætulerant facem Iuueniliũ studiorum gratia, tam ingeniosè, quàm feliciter emensa; post quæ sublimiorem Tuis meritis aperuit curriculum Romanæ Aulæ Cælum, eumque multiplici admiratione munerum, Iudiciorum cura, honorum prærogatiua coruscantem. Quid ergo mirum, si tot inter Tuorum fulgorum agmina efferre caput natiuis è latebris optet hæc Prima Bibliothecæ meæ Pars, & quasi primogenita in nouo Librorum Hospitio recipi aueat, in Amplissimæ scilicet Bibliothecæ Tuæ Aula, quam in Alterijs Ædibus modò paras, gnarus

Cic. l. 2. de Orat. siquidem, quòd ad publicam priuatamque rem instruendam vnicè sit

Lux veritatis, Magistra vitæ, Bibliorum congeries?

Cæterùm, exantlatos mihi labores in hac mea enumerare prætermitto, imò & maiorem priuatis laboribus publicum fructum, quem satis æstimauerit, quisquis animaduerterit, olim Sacraria Diuinæ, humanæque Sapientiæ vniuersa penès Mosaicum populum extitisse. Sed horum omnium existimationem optauerim non aliunde sumi, quàm à Tui benignitate suffragij. Nec aspernabitur Tua erudita pietas expressos latè in hoc opere, atque è ruderibus antiquitatis erutos probatæ olim Synagogę Ritus, Cultus, Ceremonias, Ministeria, Documenta, ad Sacrę Paginę interpretationem adeò semper opportuna. His subinde inuolutas Iudęorum deliras fabulas dum refello, dum (longo licet interuallo) sequutus D. Hieronymum contra errores Origenis Libro περὶ ἀρχῶν comprehensos è specu Bethleemitico fulminantem, ipse quoque retego doctrinę degeneris impia mendacia & sacrilegam calliditatem, dum veteratores insequor sese tuentes auitę Religionis titulis & magnorum nominum vmbris. Ne Tibi graue sit (*Princeps Eminentissime*) garrientem, vel mutis characteribus eorum superstitionem audire, dum vincitur. Nam & consueuit Roma (si

lib. 10. c. 42. Plinio credimus) incondita Psittacorum voce salutare Imperatores suos. Nec alia ego fiducia obstrepentem Rabbinicæ Philosophiæ garrulitatem sacris auribus Tuis admoueo, dum studijs hisce meis interim lucem polliceor ex Tuorum Siderum aspectu; nam si ex Oraculo celeberrimo Iacob Stella indicauit antiquitùs exortam in Terris Diuinam Sapientiam, eandem quoque in media Hebrææ doctrinæ caligine agnoscendam dabit hic labor qualiscúque meus, aspiciente ipsum tam humaniter lucis Alteriæ Cynosura. Sic Te (*Princeps Eminentissime*) Deus Opt. Max. diù seruet felicem in terris, vt fulgeas hinc felicior in Cœlo. Vale. Romæ Kalen. Ianuarij Anno Iubilei MDCLXXV.

CENSVRA

Admodum R. P. Fr. GREGORII DE SCHARINTIIS Sacræ Theologiæ Magiſtri Ord. Prædic. Romæ ad Hebræos publici Concionatoris, & in Sacroſancta Liberiana Baſilica S. D. N. Papæ Pœnitentiarij.

Inter alia pia ſolicitudinis opera, quæ pro tuenda, & propaganda Catholica Fide aduerſus omnes eiuſdem infenſiſſimos hoſtes decertando peragi poſſunt, longè admirabilior eſt cura detegendi errores, quos perditiſſimi Infidelium Magiſtri in eorum codicibus proponunt. Et quia præcipuè Iudæorum Rabbini, ità Veteris Teſtamenti legitimum ſenſum corrumpunt, vt nihil aliud, quàm certiſſimum multarum animarum exitium ſit expectandum, niſi ſapientiſſimi aliqui ex Catholicis lingua ſancta periti opem afferant; ideò R. P. D. Iulius Bartoloccius de Celleno Congreg. S. Bernardi Ref. Ord. Ciſtercien. & S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbas *compoſuit inſigne volumen, cui titulus eſt* Bibliotheca magna Rabbinica, *quod opus iuſſu Reuerendiſ. P. F. Raimundi Capiſucchij eximij S. P. A. Magiſtri perlegi attentè; & non ſolùm nihil in eo reperi fidei orthodoxæ, vel bonis moribus aduerſum: Verùm vehementer miratus ſum, quomodo vir Monaſtica diſciplina addictus, tot tantaque Hebræorum volumina potuerit reinuenire, adinuenta reuoluere, & reuoluta obſtruſiora Iudæorum commenta in eis contenta retegere, eaque validiſſimis, & ad hominem (vt dicunt) rationibus, & argumentis refellere, ac totam ferè Talmudicam doctrinam peſſundare; quod vix fieri potuiſſet, niſi pietatis flagrantiſſimo ſtudio incenſus, multis vigilijs, ſudoribus, & bonarum horarum diſpendijs poſthabitis, ſolum Dei honorem, & Catholicæ Eccleſiæ commodum ante oculos habuiſſet. Nam quis hunc laborem ſuſcipere, & nomina, & genus, & dignitates, & ſecula commentariorumque numerum, varietatem, linguam, ſtylum, exponendi methodum omnium Iudaicæ gentis Auctorum manifeſtare potuiſſet, additis inſuper annotationibus, cenſuris, caſtigationibus, obſeruationibus eruditiſſimis, niſi perfectiſſimè calluiſſet linguam Hebræam? Fulgeat ergò omnium beneficio, & præcipuè Diuini Verbi ad Hebræos proclamatorum, vt iiſdem armis Magiſtrorum, errores eorum, pariter, & Diſcipulorum, euertere facilè poſſint; promeritumque reportet vndique præmium huius Bibliothecæ Rabbinicæ mirabile opus, & immenſus labor; & tandem in lucem prodeat, vt lucem præbeat, eamque dignam, operi. Datum Romæ in Collegio Pœnitentiariorum Sanctæ Mariæ Maioris die 15. Nouembris 1674.*

Fr. Gregorius de Scharintijs Ord. Prædicatorum.

APPROBATIO.

EX commissione Reuerendissimi Patris Magistri Sacri Palatij Apostolici perlegi *Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Primam Partem R. P. Abbatis D. Iulij Bartoloccij Ord. Cistercien. Congreg. S. Bernardi Reformatorum*: nihilque reperi, quod aut fidei, aut bonis moribus officiat; quin plenam agnoui & Sacræ Linguæ, & Hebraicarum rerum cognitionem, atque locupletem cuiuis generi hominum thesaurum. Habent enim hic Historici quæ discant, habent Theologi præcipuè in Polemicis; habent Scripturæ studiosi; habent Astronomi, Medici, Philosophi; habent Grammatici; habent Christiani; habent & ipsi Iudæi, quibus dum suos Scriptores, & quænam Hebraicè scripta extiterint, extentuè, indicat, decus addit non modicum; dum verò non modò impios errores, & nugas ineptissimas velut vlcera detegit, sed & medicinam suppeditat, vitam optimam, atque obcœcatis lucem proferre censendus est. Quamobrem cùm ferè quoduis hominum genus hoc Syntagmate ipsi debeat, & ipsa Religio Catholica confirmetur, publica luce dignissimum illud censeo, cùm præcipuè miscendo vtilitati, atque ordini iucunditatem, lucem, quæ res distinguit, animosque exhilarat, imitetur. Romæ in Collegio Vrbano de Propaganda Fide die 1. Iunij 1673.

Ioannes Pastritius Philos. ac S. Theol. Doctor & Polem. Theol. in eodem Collegio Lector.

D. Io: Baptista à S. Philippo Monachorum Cisterciensium Prouinciæ Romanæ Congregat. S. Bernardi Reform. Superior Prouincialis.

CVm R. P. Abbas D. Iulius Bartoloccius nostræ Congregationis, & Prouinciæ Opus insigne composuerit inscriptum; *Bibliotheca Magna Rabbinica &c.* ac propterea publicæ vtilitati exponere desideret. Nos eidem, vt illud Typis committere possit, seruatis tamen seruandis, per præsentes manu nostra subscriptas, sigilloque nostri officij munitas, facultatem concedimus. Ex nostro S. Pudentianæ de Vrbe Monasterio hac die 12. Septembris 1671.

D. Io: Baptista à S. Philippo Prouincialis præfatus.

D. Nonnosius à S. Dominico Secretarius.

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro S. P. Apost.

I. de Angelis Archiep. Vrbinat. Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Raimundus Capisucchius Sac. Pal. Apost. Magister.



AD

AD LECTOREM
PRAEFATIO.



VRIPIDIS illud ſanè præclarum effatum : Vna quædam communis eſt omnium lex, & diuinitùs inſtituta, quod iam dico: Vt nullum non animal natum ex ſe fœtum amet; Eurip. apud Stobæum. *Te in ipſo noſtræ Præfationis exordio, moneat benigne Lector. Quamobrem, dum Opus hoc tibi legendum exhibeo in præuijs compellationibus, quid expectandum tibi eſt, quàm noſter amor nedum naturæ impulſu, ſed ex prælectione ad hoc ipſum commendandum comparatus? Mentis fœtus eſt, & vt de Adamante, ita de eo, pronunciatur*, Quò carior, eò charior. *Improba ſiquidem induſtria in ipſo concipiendo laborauimus, & inſomnes, heu quot noctes non duximus! Tandem iam in lucis prodit auras haud quippiam indè fœneraturus; quam legentium manibus efferri, & literariam Rempublicam erudiri de Hebræorum ſapientia, ritibus, & moribus, circa quæ nobile deſudat Argumentum* Bibliotheca Magna Rabbinica. *Nec poterat aptiori titulo explicari. Cùm enim Bibliotheca coaleſcat ex magno librorum delectu, meritò literarius hic noſter labor non modò* Bibliothecæ, *ſed* Magnæ *quoque nomen ſibi vſurpat. Hebraicè verò appoſitè* קרית ספר Kiriàth Sèpher *vocatur; quaſi diceres* Ciuitas libri, *ſeu* Libraria Ciuitas; *nam ex libro Ioſue, hanc munitiſſimam fuiſſe Vrbem colligimus ex eo, quòd Caleb ei, qui illam percuſſiſſet, & expugnaſſet, filiam ſuam Axam ſe vxorem daturum promiſerat.* Ioſuè 15. 15. *Cur verò Chananæi hanc præcæteris præſidio firmam reddidiſſent Vrbem, illud in cauſa fuit, aiunt Hebræorum Magiſtri, vel quòd ob aëris ſalubritatem expetita fuerat à Regibus terræ, qui conuenientes illùc tempore noxij caloris, vt ſtatio tutior redderetur, vallo, foſſa, & muro præualido eam cinxerant: Vel quòd cùm in ea pretioſiſſimus liber aſſeruaretur, in quo militares regulæ quàm diligentiſſimè ſcriptæ erant, congruum fuerat, eam tanquam firmiſſimum Archiuum munire, & inexpugnabilem reddere. Hinc R. Aharon Ben Chaym in ſuo* לב אהרן *ad hunc locum ait :*

כי זאת העיר היתה משובח׳ ביניהם כי היא היתה הכמוס Pag. 97. b.
אשר ממנו יקחו עצה כל אנשי הארץ בכל דברי מלחמותיהם
ואשר עניניהם ולזה היו קוראים אותה קרית ספר כי היא
היתה הספר אשר יורה להם וכו׳ :

Quo-

Quoniam hæc Ciuitas erat commendabilis inter eos, quia ipsa erat Archiuum, ex quo accipiebant consilium omnes homines regionis circa res bellicas, vel ad bellum spectantes: & idcircò illam vocabant Kiriàth Sèpher, Ciuitatem libri, quia in ea erat liber, ex quo docebantur, &c. *Consulto itaque & nos hunc nostrum librum* Kiriàth Sèpher Ciuitatem Librariam *appellamus, in qua non vnum, vt olim in illa, sed quamplurima Volumina ad bella, & pugnas spectantia reconduntur, quorum lectione contra ipsosmet Christianæ Religionis hostes pugnare, & proprijs armis eosdem confodere ediscemus. Habes namque (benigne Lector) in hac nostra Libraria Ciuitate, seù Bibliotheca Rabbinica, quicquid viginti quinque annorum studio hausimus ex omnibus manuscriptis, & impressis Codicibus, tùm Antiquioris Bibliothecæ Vaticanæ, tùm Heidelbergensis Palatinæ, & Vrbinatis in Vaticana modò existentium, quarum Indices Auctorum omnium, & materiarum Hebraico-latinos in quatuor prægrandes Tomos contexuimus. At non vno optimorum voluminum Vaticano Thesauro contenti, quidquid ex cæteris Vrbis, & Orbis Bibliothecis expiscari potuimus, in hanc nostram contulimus, inter quas* Barberina *potissimùm vberiori fructu abundat, cùm ex largitione Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini Sacri Purpurei Senatus Principis (suppeditante Carolo Morono Bibliothecario, ac S. Laurentij in Damaso Canonico, viro in primis virtutum cultore) pluribus Hebraicis libris, sed præcipuè tredecim Tomis Babylonici Talmudis impressionis Cracouiensis, necnon Ierosolymitani Venetæ editionis vsi fuerimus, quorum ope rationes ancipites, & studia nequissima Hebræorum conati sumus euertere, atque irrefragabili vi vim, qua nos ipsi contundunt, retundere, cùm summæ, & sacrosanctæ auctoritatis sint apud Iudaicam plebem. Sed de his suo loco pleniùs. Plures præterea referimus Rabbinicos Scriptores, quorum Codices libenter fatemur nos non inspexisse, sed excepisse ab alijs, apud nos fermè omnibus integræ fidei viris. Nec adeò coarctari patimur nostrum opus, vt eos solùm recenseat Scriptores, qui è Iudaica Turba prodierunt; verùm ampliora emensum spatia ad eos omnes extenditur: quorum scripta, siuè primitùs, siuè ex versione, & interpretatione, vndecunque tandem, & quomodocunque Hebraico idiomate sunt exarata, siuè opus, siuè auctor damnatæ fuerit, vel laudatæ memoriæ. Illud porrò nobis propositum, vt purum, quoad fieri potest, segregetur ab impuro; vt veritatis candor elucescat; & vt à Lectoribus in hisce libris euoluendis recolatur Apostolicum illud monitum:* Omnia pro-

1.Thess. 5. bate, quod bonum est, tenete. *Quod si aliquando lapsi, humanum quid pas-*

si sumus, & aliqua occurrant, quæ minùs placeant; omissis ijs, alia sunt in pretio habenda, eaque seligenda, potiùs quàm vulgatum illud enunciandum;

—— Video meliora, proboque;
Deteriora sequor,

Vel illud apud Tragædos,

—— Quæ memoras scio Senec. in Hyppol.
Vera esse nutrix, sed furor cogit sequi
Peiora. Vadit animus in præceps sciens,
Remeatque, frustrà sana consilia appetens.

Bibliotheca porrò Rabbinica de Scriptoribus, & Scriptis Hebraicis habuit quidem alios Auctores, qui Catalogos eiusmodi congesserunt, Genebrardum scilicet, Sixtum Senensem, Buxtorfios, & alios, inter quos eminet Plantauitius: attamen tùm ipse, tùm reliqui non ita semper veritati consona ediderunt, vt Censoris supercilium quàm sæpissimè non reformidauerint; & nobis non reliquerint locum, tùm addendi quamplurima, tùm diligentius nonnulla exponendi, vt legenti, comparantique hanc nostram Bibliothecam cum alijs, patebit.

Hebraica scripta non ex ordine Titulorum, aut loci, temporis, vel dignitatis Auctorum enumeramus, sed ex Alphabetico (qui commodior atque gratior esse solet) ipsorummet Auctorum, quorum progenitores, cognomina, patriam, natales, & gesta retexere, quantum fieri potuit, studuimus. Immixtos habes bonos cum malis, optimos cum pessimis. Tuum erit probare, quæ sunt eorum probanda, & quæ damnanda confodere.

Enimverò variæ, & in vario genere selectissimæ lucubrationes summo vsui, ac delectationi futuræ, partim deperditæ videbantur, partim in propatulo non extabant, ita vt plurimum temporis absumendum esset in euoluendis perscrutandisque chartis. Graue hinc, & molestum opus retardabat, & eo vsque deterrebat studiosos, vt præteriretur omninò, vel saltem, ea, qua par erat, non pertractaretur cura. Iam nunc tanto incommodo prospexisse, videmur, dum tot scripta, totque volumina in ἐγχειρίδιον *coëgimus, tot ingeniorum reserantes scrinia, dubia ad rectum callem reducentes, vana & impia detestantes.*

Hinc quæstiones, dissertationes, & digressiones variæ, quarum Catalogum mox exhibemus, vbi opus fuerit, interseruntur, ex quibus Talmudistarum pleraque dogmata palam fiunt, & refelluntur, quorum notitia, tùm Censoribus sacris, tùm Verbi Dei præconibus, haud modicè proficua erit.

Tan-

Tandem ex nostra lectione colligetur rerum, Populique Mosaici per quam exacta Historia; neque minùs nos de Hebræis scribentes, quàm de Romanis scripturus Liuius, monere lectorem possumus: Ad illa mihi acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusque artibus, domi, militiæque, & partum, & auctum Imperium sit. Labente deindè paulatim disciplina, velut desidentes primò mores: deindè vt magis, magisque lapsi sint, tùm ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia, nec remedia pati possunt, peruentum est.

Tit. Liuium præf.

Quid itaque, nisi vberes fructus ex hoc nostro qualicumque labore in lucem prodeunte liceat polliceri? Varia sustinebit iudicia, plausus varios, sed si quid ampliùs turba legentium exoptabit, si quid carpet, solatio mihi erit eãdem doctiorum quoque sortem esse, & conditionem: Neque tamen nos, vbi errasse contigerit, aut redargui, aut corrigi erubescemus. Sæpè in studiorum Oceano nauiganti læta succedunt, sæpè mergitur, aut fatiscit Cymba, præsertim si mentis impetu quasi tamquam celeri, ac præcipiti Africo feratur.

Postremò, omnia, quæ ego historicè, vel dogmaticè, vel alio quocunque modo refero, Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ Censuræ, & correctioni vt obsequentissimus filius submitto, ita vt quæ improuidè calamus scripserit, manus reuerenter, ac promptè sit deletura.

Tu verò Lector, quisquis es, libens accipe quod lubens exhibeo, & vnicam supremi Numinis gloriam, cui in hoc labore seruire animus fuit, exquire. Vale.





ELEN-



ELENCHVS


Digressionum, & Dissertationum, quæ in hac Prima Parte Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ continentur.



I DE Oratore Regis Æthiopiæ ad Clementem VII. Pontificem Maximum. pag. 43
II De X. Tribubus dispersis, & de fluuio Gozan. 45
III De Adamo primo homine. 65
IV De Epochis Hebræorum. 81
V De Epocha Hegiræ. 85
VI De לוז Luz osse imputrescibili Rabbinico. 86
VII De Sambatione seu Sabbathio Fluuio. 100
VIII De Rechabitis. 122
IX De Punctorum, seu Vocalium Hebræorum origine; & eorum in Sacris Voluminibus auctoritate. 141
X De Scholæ Eliæ traditione, qua tempus durationis Mundi, & aduentus Messiæ statuitur. 167
XI De Litanicis supplicationibus Iudæorum. 192
XII De Inuocatione, & Intercessione Sanctorum. 196
XIII De Angelis prælusio: Vbi omnia Angelorum nomina reijciuntur, præterquam Michaëlis, Gabriëlis, & Raphaëlis. 227
XIV De Angelis secundùm Hebræos. 255
XV De Dæmonibus secundùm Hebræos. 287
XVI De Nominibus Stellarum, & Constellationum, de quibus fit mentio in libro Iob. 356
XVII De Sadducæis, Baithusæis, Karræis, alijsque Iudæorum sectis. 376
XVIII De Antiocho, & Machabæis. 385
XIX De פורים Purrim Encæniorum festo Mardochæi, & Estheræ. 400
XX De תרגום Targhum Paraphrasi Chaldaica, eiusque auctoritate, præsertim Onkelosi. 405
XXI De Tiberiade, & Tiberiensibus Doctoribus. 416
XXII De origine impressionis librorum Hebræorum, deque Typographijs Iudaicis præsertim in Italia. 432

De

XXIII	De Septuaginta duobus Interpretibus; deque Hiſtoria Ariſteæ.	437
XXIV	De Ariſtotele Peripateticorum Principe, an fuerit Iudæus.	472
XXV	Ritus ſtudendi in Academijs Iudæorum olim in Babylonia.	486
XXVI	De Rabbinico conuiuio parando Iudæis tempore Meſſiæ: Vbi de triplici ferculo Talmudico Leuiathan, Behemòth, & Ziz Sadài.	507
XXVII	De Deo ſecundùm id, quod ſentiunt Talmudiſtæ.	552
XXVIII	De תפלין Thephillin Philacterijs.	556
XXIX	De טלית Tallèth, & ציצית Tzitzith Pallio, fimbrijs, & peniculamentis Iudæorum.	576
XXX	De תכלת Thechèleth Hyacinthino filo Scripturæ.	579
XXXI	De ודוי Viddùi Confeſſione Iudæorum; & Sacramentali Chriſtianorum.	647
XXXII	De Balaam, & Baàl Peòr.	655
XXXIII	De libro Eccleſiaſtici.	679



R.P.D. IVLIO BARTOLOCCIO

S. Sebastiani ad Catacumbas Abbati Congregationis S. Bernardi Reform. Ord. Cistercienfium.


IOSEPH MARIA SVARESIVS Episcopus olim Vasionensis Basilicæ S. Petri Vicarius, & S.D.N. Assistens.

Pro sua Magna Bibliotheca Rabbinica.

ELOGIVM.



LEBS Iudæ dilecta Deo per deserta tesqua
Esurit, Aethereum sed pluit ille cibum;
Idque vbi Erythræis Pharaonem mersit in vndis,
Quas ea Plebs sicco transijt ante pede;
Inde Palæstinos Populos Duce Mose subegit.
Diuino digito Lex data scripta fuit.
Auxerunt sub Iudicibus, sub Regibus illam
Vates, & ritè qui coluere sacra;
Rabbinique dein, quos scribas; atque Magistros
Dixeris, hanc multis exposuere modis.
Spiritus afflauit quosdam pius, impius autem
Prauo nonnullos impulit ore loqui.
Improba scripta horum, nunc Bartoloccius arcens,
Vrendos stygio semper in igne docet.
Digne Pugil Christi, Bernardi nobile germen,
Te meritò in Cœlo clara Corona manet.



ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΙΒΛΟΝ

ΤΟΥ ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

ΙΟΥΛΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΤΩΛΟΚΚΙΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Ἑβραϊκῆς σοφίης πολυΐστορα ἔργα ἀνοίγων,
Πάμπαν Ἰοῦλε ἀέξεις σημαντὰ σῆς σοφίης.
Οὔνομα δόξα, γένος τούτων, καὶ πρήγματα γράψεις
Πάντων δ᾽ ἄλλως εὐφραδίη μεγάλη.
Ὥστε βίους κείνων ἀναγράψας ἤλυθε πάση
Ζωοδότης Φοῖβος ἔργοισι παμφανόων.
Διπλῷ στεφθήσῃ γοῦν Βαρτωλόκκιε κόσμῳ
Ὥσπερ ζωοφόρος νοῦς ἀρετῆς τε φάος.

Idem ex Græco

AD DOMNVM IVLIVM BARTOLOCCIVM ABBATEM.

Hebraicæ sectans Doctrinæ gesta Virorum,
Expandis Sophiam maxime IVLE tuam.
Eloquio superas Latialis fulmina linguæ,
Dum genus ipsorum, nomen, & acta refers.
Sic, tot describens Scriptorum nomina, fulges
Lucifer, vt Phœbus, quos simul ore beas.
Sic redimitus eris præclaram lumine frontem
Duplice, virtutis scilicet, Eloquij.

Simonis Portij.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ
ΤΟΥΣ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑΣ ΤΗΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΝ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΤΟΛΩΚΚΙΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Πλασθένθ' ὑμετέρῃς ἠλπίζετε ψεύδεα βίβλοις
    Ἑβραῖοι, λάσειν αἰδίῃ νεφέλῃ.
Ὡς δ' ὄφιας βοτάνῃσι, δόλους χάρτοισι λαθόντας
    Ἀνθρώπων κρύψαι βούλετε τῇσι φρεσί.
Οὐατικανίου δὲ Λυκείου κῦδος Ἰούλιος
    Πάμμεγα, Ἑβραϊκῶν γνώριμος ἦτι γραφῶν
Φέγγεσιν εὐφυΐης, φθείρει ὡς φοῖβος ὀμίχλας
    Αἰθέει, τὴν δὲ πλανῶν ὄλλυσιν ἀχλὺν ὅλην.
Σφάλματα μὲν φανερεῖ, κοσμεῖ δέ ῥα τοὔνομα ὑμμων,
    Ἥλιος νεφέλας λαμπρύνει ὥς γε λύων.


Ἰωσὴφ τοῦ περὶ τῶν Ἰουλίων.

Idem Epigramma Latinè

Ad Hebræos legentes Bibliothecam
R. P. D. ABBATIS IVLII BARTOLOCCII.

SPeraſtis ficta in veſtris mendacia libris
    Hebræi, æterna nube tegenda fore.
Quique latent chartis, ceu peſtifer anguis in herba,
    Celandos hominum mentibus eſſe dolos.
At Vaticani decus immortale Lycæi
    IVLIVS, Hebræa huic nam benè lingua patet,
Ingenij radijs, vti Phœbus ab æthere nubes
    Diſſipat, errorum nubila opaca fugat.
Detegit errores, ſed nomina veſtra decorat,
    Ceu Sol, cùm ſoluit nubila, luce beat.

Ioſephi de Iulijs.





IN

IN REVERENDISSIMI DOMNI ABBATIS

IVLII BARTOLOCCII

Bibliotheca Magna Rabbinica Auctoris commendationem.

Clientissimus, & Humillimus RAPHAEL DIES Hebræus Philosophiæ, & Medicinæ Romanus Doctor.

QVi cupis Hebrææ dispersa Volumina Gentis
Aut legere, aut nimia commoditate frui;
Sedula quantumuis aliorum scripta rependas,
Haud satis, & præstat Bibliotheca satis.
Præualet ista Vrbi, vasto quoque præualet Orbi,
Sed non Authoris præualet ingenio.

Ad eiusdem meritas laudes.

QVæ latuere satis Rabbinica gesta, perornat
IVLIVS Æthereo splendidus auxilio;
Angelicæ siquidem promptissimus antè loquelæ
Impenetrabilibus discit inesse locis.
Semisopita sagax Heber monumenta Magistri
Firma elementa velut colligit, & reparat.
Quodque manus multę non suffecere peritæ,
Suffecit multis vnica culta manus:
Ergo lingua Dei, quę Te beat, Inclyte *IVLI*,
Si Abbatem noscit, iure vocabit אבא Aba.

Eiusdem ad eundem.

NEc vagus Ausoniam properet nouus aduena Romam,
Sarmata, nec Gallus, Tetricomus, vel Iber.
Nec migret intrepidus Sueuus, fuluusque Sicamber,
Nec petat Eois torrida Turba Plagis.
Viuida nec vigeat Tiberis memorabilis vnda,
Nec Tethys assiduis littora lingat aquis.
Ni tua festiuo celebrarint gesta Triumpho,
Conscia, quem, *IVLI*, iam tibi Roma parat.
Laus hæc digna tibi, ingens Gloria Vaticani,
Integra namque tibi est Bibliotheca labor.

Est labor ille tibi liber? haud; Liber est magis ille
Bibliotheca aliis, & tibi vix labor est.

Eiusdem ad eundem.

IVLIVS vt magnam conscripsit Bibliothecam
Authorum Coetus diriguere simul.
Fama quidem superas volitans opulenta per auras
Parcite, ait, Mundus iam breuis iste mihi est:
Nam tantùm excellit cunctis Authoribus Author,
Quantùm Magna vni Bibliotheca libro.

Eiusdem Anagramma

Ex Hebræis, & Romanis numeris.

Et נח [58] *Noë inuenit* חן [58] *gratiam in oculis Domini*. Gen. 6. 8.

Littera nec superest numeranda in nomine tantum,
IVLII [58], & æquiualet quod valet ipse נח [58] Noë.
Turbida vt ille pius renouauit sæcula Mundi,
Sic renouat doctis tempora & iste pius.
Ille caduca magis reparauit, & iste caducis
Ætherea instaurat splendidiora magis.
Causa penes finem si creditur aptior: Ergò
Ille caducus Agens, iste supernus erit.

חן [58] Gratiæ, & ille Deum versus si nomine gaudet,
Gaudebit potius חן [58] Gratia, & iste Dei.

Eiusdem.

IVLIVS è modo, & ingenio tota promet clara.

Anagramma purum.

Iam noua progenies Cęlo demittitur alto: *Virgil. Eclog. 4.*

ר׳ משה מקאוי תושב רומה צלחה עליו רוח
השיר לשבח מעלת רזן יוליוס ברטולוקי אב״א והמחבר ספר קרית ספר עלפי מדותיו למנצח בנגנותיו ׃

תגבורים טרחו לכבוש קריה ׃
גם על כולם יוליוס לראש אשא ׃
אם עתניאל בן קנז קנה עכסה ׃
ללכוד קרית ספר עיר המלוכה ׃
שם נמצא ספר נימוס למלחמה ׃
אתה קנית לאשה החכמה ׃
לבנות לתועלת כל ספר קריה ׃
מאת תלמוד לחום נגד המיתה ׃
לקנת שלום קיום גם ההתמדה ׃
אמרו אם כן לספרא אברך אב״א ׃
רך בדברים רכים גם אב בחכמה ׃
תהלה לאל הממציא כל נמצא ׃

Idem Latinè ,

Ad Reuerendiſſimum Patrem Abbatem D. IVLIVM BARTOLOCCIVM

Moſis de Càui Hebræi Romani vtriuſque Linguæ Profeſſoris.

E P I G R A M M A.

ARmigeram quondam ſuperauerat Othniel Vrbem
Martis ad auxilium , quæ fuit arte prior.
Tetrica Metropolis ; quæ dira Volumen habebat ,
Prælia quo poſſent diſcere ſæua Viri.
IVLIVS haud aliter rurſus nouus Othniel ipſam
Vincit , & inuicto robore Valla parat.
Vertitur Ætherius , fortiſquè Voluminis Author ,
Bellica qui cultæ munera mentis habet.
Vrbs Liber eſt victrix Domino ſuperata benigno ,
Quę docet , & dictos , reddit vbique magis.
Cedite poſteritas , & virtus inclyta Patri ,
Cuius ob ingenium noſcitur Orbe Deus.

[illegible]

Idem Latine.

Ad Reuerendissimum Patrem Abbatem D. IVLIVM BARTOLOCCIVM

[illegible]

EPIGRAMMA.

Emigrant eundem [illegible]

Mutis ad [illegible]

[illegible]

Praebe [illegible]

IVLIVS [illegible]

Vincit [illegible]

Verrius [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DE ELIA DEL MEDICO.


ר׳ אליה דילמדיכו בן רבי משה מקנדיאה חבר ספר בחינת הדת והוא
ספר פילוסופיות ועל חכמת הקבלה ומדבר על אדם מסוג עולם קטן ׃ ונדפס בבסיליאה שנת שפ״ט לפ״ק ׃

R. ELIAS DEL MEDICO BEN R. MOSIS DE CANDIA, seù CRETENSIS de quo ſuo loco. Scripſit -

ספר בחינת הדת *Sèpher Bechinàth ha-dàth Librum examinis Legis.* Tractat *De Mundo, De Homine Microcoſmo*, & alijs rebus Philoſophicis via Cabaliſtica. Excuſus eſt Baſileæ an. mun. שפ״ט 389. min. ſupput. Chriſti 1629. in 4.

Buxtorfius hunc librum attribuit R. Ioſepho del Medico Philoſopho, ac Medico Francofurtenſi. Vide ipſius Bibliothecam Rabbinicam pag. 321. ſecundę editionis.

De Elia Cretenſi Philoſopho. Vide etiam infra ad pag. 182. col. 1.



בסייעתא דשמיא נתחיל
שמות כל רבנים
וחבוריהם על סדר אלפא ביתא׃

SCRIPTORES
ET SCRIPTA
RABBINICA
SECVNDVM ALPHABETVM HEBRAICVM DIGESTA.

א

א' **אבא** חבר ביאור כל מלות קשות וזרות אשר בתלמוד, נדפס בקראקא שנת ש'ג' לפ'ק׃

1 ABBA' scripsit *Vocabularium* Dictionum difficiliorum, quæ in Talmud reperiuntur. Excusum Cracouiæ anno à Mundi exordio secundùm Hebræos ש'ג' 303. min. supputationis, qui est à Natiuitate Domini 1543. In folio.

ב' **רבי אבא** חבר פירוש על בראשית ואלה שמות רבה והוא כתיבת יד, עיין ר' אברהם בן אשר׃

Rabbi ABBA', an sit idem cum su-
2 periore ignoratur. Scripsit פירוש *Pirùsc*, id est *Commentarium super primos duos libros Rabbòth*, id est *Super Genesim & Exodum*. Extat msc. Romæ in Biblioth. Collegij Neophyt. in 4. Papyr.

Venetijs prodijt *Commentarius in Rabbòth*, cui est præfixus tit. אור השכל *Or hassechel*, id est *Lux intellectus*, & est Auctoris א'ב'א *Abbà*, sed istud est nomen contractum ex initialibus literis nominis Auctoris, qui est אברהם בן אשר *Abraham Ben Asser*. Vide infra sub hoc nomine.

ג' **ר' אבא מרי בר משה** חבר ספר מנחת קנאות והם אגרות אשר שלח אל ר' שלמה בן אדרת ואל רבנים אחרים, כ'י' כתוב כתיבת ספרדית בבית הנאופיטים ברומא׃

3 R. ABBA' MARI' BAR MOSIS

nutrit porcum : & maledictus sit, qui docet filium suum Græcè, hoc est, Græcam scientiam, nempè Philosophiam; & alias humaniores literas.

ד' ר' אבד חבר ספר הדרת קודש

4 R. AVA'D, scripsit librum cum titulo הדרת קודש *Hadràt kòdesc*, id est, *Decor sanctitatis* ex *Psal.* 29. 2. De argumento huius libri nihil dicere possumus, illum enim non vidimus, sed ex Plantauitij Biblioth. Rabbin: accepimus, num. 148.

ה' אבו אחמד בן אברהים הישמעאלי חבר ספר על הרפואה ונעתק מלשון ערבי על לשון עברי מפלוני פלוני ; ב"ל ונמצא ברומה בוואטיקאנו :

5 ABV' ACHMAD IBN ABRAI'M Arabs scripsit opus *De Medicina*, quod ab Anonymo in linguam Hebraicam translatum fuit. Habetur in Bibl. Vatic. Papyr. in 4. msc.

ו' אבו אחמד אלגזלי חבר ס' מהמיחד על אלהות השם בלשון ערבי והעתיקו על לשון הקדש ר' משה בן יהושע יוסי בן דוד מנרבונה ונמצא ב"ל בוואטיקאנו ס"ל"ג :

ב' , חבר ספר על ההנהגה הפלוסית :

ג' : ס' בועלת הכונה והעתיקו ר' משה ס"ל :

ד' : ס' על הסדות והעתיקו ר' אברהם בן שמואל הלוי אבן חסדאי : ב"ל בוואטיקאנו ס"ל :

ה' : ס' על כוונת הפילוסופים על כמה ענינים מחכמה והעתיקו על לשון עברי ר' יצחק אלבלג וקרא ש"קו לבריאת עולם. וכתב עליו הגהות : וכ"ל בכלל בוואטיקאנו וכתב אותו אברהם בן אברהם

ספר פרט"ל לנוזרום :

6 ABV' ACHMAD ALGOZALI' Arabs, librum scripsit lingua Arabica, cui titulum fecit מהמיחד *Mehameiachèd*, id est, *Ille qui vnit*. Tractat *De Vnitate Dei*. Vbi contra Religionem Christia-

SIS scripsit librum, quem vocauit מנחת קנאות *Minchàth kenaòth*, id est *Munus zelotypiarum*, Tit. ex *Num. cap.* 5. *Ver.* 15. desumpto. Complectitur varias Epistolas, tùm familiares, tùm doctrinales, quas ad R. Salomonem Ben אדרת *Adèreth* Barcinonensem, & ad alios Rabbinos transmisit. Habetur msc. in Bibl. præf. Coll. Neophyt. Papyr. in 4.

Claruit anno Domini 1100. Nam R. Salomon præfatus fuit Magister R. Salomonis Iarchi, qui obijt anno Christi 1180. ætatis suæ 75. vt suo loco dicetur. Notandum est, quòd hic Auctor *Abbà Marì* improbat decretū, quo prædictus R. Salomon Ben Adèreth sub anathemate prohibuerat, ne Iuuenes, ante 20. ętatis annum Philosophię studerent, eosque à censuris absoluit. Nam inter Iudæos, non fuit semper vna & constans opinio, de humanis & Philosophicis studijs addiscendis. Aliquando enim ea prohibuerunt, vt in Misenà ad C. סוטה *Sottà* cap. 9. §. 14. vbi hæc habentur:

בפולמוס של טיטוס גזרו שלא ילמד אדם את בנו יונית :

Bepolmòs scel Titòs Ghazerù sceld ielamèd Adàm eth benò Ieuanìth, id est, *In bello Titi decreuerunt, ne quis filium suum Græcè doceret*. Diris etiam publicis deuouere non dubitarunt eos, qui prophana studia addiscerent. Vnde Postillator *Caph Nàchath* ad eum locum dicit ex sententia antiquorum:

ארור מגדל חזיר וארור מלמד לבנו יונית :

Arùr meghadèl Chazìr, Vearùr melamèd libnò Ieuanìth. Maledictus, qui

stia-

mundi 5211. Chr. 1451. Extat msc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4.

ח' **אבו אלמשאר** ערבי חוכם גדול חבר ח' ספרים בלשון ערבי על המחברות הגדולות שהכוכבי לכת ונעתקו בלשון עברי מפלוני פלמוני ; ומת זה המחבר שנת ער"ב להגירה והוא חשבון הישמעאלים שהוא שנת ד' אלפים תרמ"ו ליצירה ; ונמצא כ"י בוואטיקאנו ;

8 ABV ALMASAR, vulgò Albumasar Arabs Astrologus magni nominis. Scripsit de magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac profectionibus libros octo. In his tam superstitiosus dignoscitur, vt ad Syderum constitutionem, etiam Religionum originem trahere, & interitum ausu temerario prædicere tentet. Sic annum Christi 1460. Religioni Christianæ fatalem pronunciauit lib. 2. tract. p. Sic Iudaicam, ex coniunctione Iouis & Saturni natam. Chaldæorum ex coniunctione Iouis, & Martis. Ægyptiorum, ex coniunctione Iouis cum Sole. Saracenorum, ex coniunctione Iouis cum Venere. Christianorum, ex coniunctione Iouis cum Mercurio. Et ex coniunctione Iouis iterum cum Mercurio, Antichristi religionem esse nasciturам affirmet. Obijt anno Hegiræ 272. Christi 886. ex Ibn-Chaligan.

ט' **אבו אלפראג קראי** חבר ספר פרק ונדרך והוא פי' לתורה כמה בכל סדר בראשית ובסדר אלה מסעי בדיני מצוות תורה במלות בלא שום קבלה ולא שום ראיה ; ולא קבלו מהר ; זה הזקן קראי היה בשנת ד' אלפים לבריאת עולם ; כן כתב הראב"ד בסוף ספר הקבלה ;

9 ABV ALPHARA'GH Karræus & Hæreticus Saducæus, viuebat circa an-

stianam, sed nimis ineptè & indoctè disputat. Ex Arabico in Hebraicum idioma vertit R. Moses Ben Iosuè, Isai filius Dauid de Narbona. Diuiditur in tres partes, & asseruatur msc. in Bibliotheca Vatic. Papyr. in 4.

Scripsit integrum librum *De Opinionibus Philosophorum* circa החשגחה האלהית *Hahasgachà haëlahìth, Prouidentiam diuinam.*

Item, תועלת ההגיון *Toëleth Habigaijòn De Vtilitate Logicæ.* Ambo coniunctim habentur mmssc. in Bibl. Vatic. Pergam. in fol. R. Mose filio Iosue præfato Interprete.

Eiusdem *De Moribus* tractatus, Interprete R. Abrahamo Ben Samuelis Leuitæ Ben Chasdai. Extat msc. in Bibl. Cæsarea, Spizelio teste.

Scripsit alium librum *De Opinionibus Philosophorum* circa diuersas res naturales, hunc in Hebraicam linguam transtulit R. Isaac אלבלג *Albalàgh* anno mundi 5067. Christi 1307. qui & notas illi addidit. Asseruatur msc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4. scriptus fuit ab Abrahamo filio Caleb אפרופילו *Aprophilo*, anno mundi 5248. Christi 1488.

י' **אבו אחמיט בן עבדי אללה בן עבדי אלחצר ישמעאלי** חבר ספר על המספר או חשבון בלשון ערבי ונעתקו אל לשון עברי ערבי ברוך בר שלמה בשנת ... אלפים ר"ל ליצירה ; נמצא כתיבת יד בוואטיקאנו ס"ב"ל ;

7 ABV ACHMIT BEN AVDI ALLA' BEN AVDI ALCHATSAD Arabs, Arabicè scripsit Tractatum *De Arithmetica.* In Hebraicam linguam vertit R. Baruch Bar Salomonis, anno

אל רסי ערבי הרופא והפילוסוף חבר כמה חבורים על הרפואה בלשון ערבית והעתיקם בלשון עברית איש אחד פלוני אלמוני ונמצאים בבית ספרים של מלך גדול קיסר ל"ל :

12 ABVBA'CAR MVHAMA'D BEN ZACHARIÆ AL-RASI, & aliorum quorundam veterum Medicorum; nonnulla opuſcula Hebraicè extant mmſſcc. in Bibl. Cæſar. in 4. Spizel.

Eiuſdem opera parua Medica, Latinè excuſa ſunt Lugduni anno Domini 1510. in 16.

י"ג אבובכר בן ציג ישמעאלי הפילוסוף שלם חבר בלשון ערבית אגרת הפטירה על ענין פרישת והבדלות מעולם הזה ומדבקות של סלסים והעתקו אל לשון עברי רבי חיים בן יהודה ן' ביבאס : ונמצא בכתיבת יד בוואטיקאנו ל"ל :

13 ABVBA'CAR BEN TSIGH Arabicè ſcripſit Epiſtolá הפטירה *Happetirà*, id eſt, *Diſceſſus*. Eſt Diſcurſus moralis pertractans, de ſeparatione à rebus mundanis & prophanis facienda, Hebræum fecit R. Chaijm Ben Iudæ Aben Viuaſc. Aſſeruatur in Bibliot. Vat.c. Papyr. in 4.

Scripſit etiam librum ſuper Philoſophiam. In eadem Bibl. extat mſc. cum Comment. R. Moſis.

י"ד אבו גופר אחמיט בן יוסיף בן אברהים ערבי חבר ספר הפרי וסוד פירוש על מאה דברים של פטולומיאוס ונמצא בלשון הקודש כ"י בוואטיקאנו :

14 ABV GO'PHER ACHMI'T BEN IOSIPH, BEN ABRAHAIM ſcripſit librum, cui nomen fecit הפרי *Happèri*, *Fructus*. Et eſt Commentarium in Centiloquium Ptolemæi. Ser-ua-

annum Domini 1200. Scripſit librum ſeu Commentarium ſuper Pentateuchum Moſis, vbi acerrimè contra Hebræos Rabbaniſtas, eorumque traditiones, cœremonias, & oralem legem oppugnabat. Contra quem R. Abraham Leuita Ben Dauid ſtrenuè decertauit, compoſito libro contra librum, vt ipſemet teſtatur in ſuo libro Cabalæ circa finem. Huius Karræi Hæretici ſcripta, quæ in Hiſpaniam quidam Taraſi filius inuexerat, perijſſe credimus. Illorum initium erat: *Initio tenebrarum*, &c.

י' אבובכיר ערבי הפילוסוף חבר בלשון ערב ספר על הפילוסופים : ובעיר סיביליאה רבי משה בן יהושע ישי בן דוד מנרבונה העתיק ללשון הקודש שנת תקמ"ד לחשבון הישמעאלים ונמצא כ"י בוואטיקאנו פ"ל :

10 ABVBACHER Arabs Arabicè ſcripſit aliquot tractatus Philoſophicos, quos Hiſpali in Hiſpania R. Moſes Ben Ioſue Iſai filius Dauid Narbonenſis tranſtulit in Hebraicam linguam anno 544. Hegiræ Muhamedanorum. Chriſti 1158. Extat mſc. in Bibl. Vatic. in 4.

י"א אבובכר בן טפיל או תפיל ישמעאלי הפילוסוף חבר ספר על חיי המדברות שנקרא בלשון לטינו ... ונמצא בבית ספרים של מלך גדול קיסר בווינה :

11 ABVBA'CHAR BEN TAPIL ſeu THAPHE'L Arabs, ſcripſit tractatum Philoſophicũ *De vita Anachoreti*, ſiue *Solitarij*. Hebraicè cum Commentarijs cuiuſdam Philoſophi Hebræi Anonymi habetur in Bibliot. Cæſarea in 4. mſc. Spizel.

י"ב אבובכר מוחמד בן זכריה

uatur msc. in Bibliot. Vatic. in 4. Papyr.

יה׳ **אבודרהם** עיין רבי דוד אבודרהם:

15 ABVDRA'HAM, Liber ritualis est, vide R. Dauid Abudraham.

יו׳ **אבו חמד** על ארסטו:

16 ABV CHEMED, *super Aristotelem* Arabicè scripsit Commentarios, quos deinde R. Moses Ben Tybbon Hebraicos fecit. Quorum exemplar in magno folio membraneo descriptum Romæ in Bibliotheca Medicæa Plantauit. n. 2. suæ Bibl. Rabbin. se vidisse testatur.

יז׳ **אבו נסטרוך** שלוח אגרתכם סים כוון רבי יהושע הלורקי ובשנת ה׳ אלפים קע״ב ליצירה שלח אגרת אל קהלת של גירונה -- על ויכוח אשר נעשה לפני האפיפיור עם יהושע ה״ל, שנקרא אחר כך ג׳ירונימו די סנטה פי״, שהם יסודי האמונה:

17 ABVNESTRO'CH scripsit Epistolam ad Synagogam Gerundensem anno mundi 5172. id est Christi anno 1412. eamque certiorem facit de voluntate Summi Pontificis (fuit iste Petrus de Luna Antipapa, in sua obedientia vocatus Benedictus XIII.) vt inter Iudęos & Hieronymum à S. Fide iniretur disputatio de aduentu Messiæ, & alijs articulis Fidei Christianæ. Rabbini, qui suasu eiusdem Hieronymi huic disputationi interfuerunt, recensentur in Iosue Holorki, videsis ibi. Hęc epistola habetur in libro שבט יהודה *Scèuet Ieudà*. Vbi aliud tempus huic disputationi assignatur, nempè annus mundi 113. min. supp. Christi 1356. quod mendum est. Alij pro אבו נסטרוך

legunt אבו נשטרוך sed mutatio nullius momenti est. Alijs est איסטרוק Istrok.

יח׳ **אבונצר אלפרבי** הפילוסוף גדול ערבי חבר בלשונו ספר ההתחלות והעתיקו אל לשון עברי ר׳ שמואל בן תבון וסוף יש אצלי כ״י על ידי מרדכי בן ר׳ דניאל הרופא שנת רל״ד ל״ר:

ב׳ חבר ספר על ההבנות ונמצא כ״י בוואטיקאנו:

ג׳ חבר פירוש על ספר הסופיסטיקא ונמצא גם כן כ״י במקום ה״ל:

18 ABVNA'SSAR ALPHARABI omnium Arabum Philosophorum facilè Princeps, Arabicè scripsit tractatum *De Logica*. Habetur in Bibliot. Vatic. msc. papyr. in 4.

Scripsit ספר הסופיסטא *Sèpher Hasposta*, id est, *Librum de Sophisticis Elenchis*, qui diuiditur in tres sectiones. In prima habetur Introductio in artem Sophisticam. In secunda agitur de fallacijs in dictione consistentibus. In tertia de Paralogismis extra dictionem, vt ex accidente, & alijs apud Logicos notis. Extat msc. in Bibl. Vatic. papyr. in 4.

Scripsit *De Principijs rerum naturalium* librum absolutissimum, quem in Hebraicum idioma ex Arabico transtulit R. Samuel Bar Iudæ Abben Tybbon, & apud me reperitur msc. in charta tersa, & charactere eleganti à Mardochæo Medico filio R. Danielis in Insula Creta, anno mundi 5234, Christi 1474. in 4.

Eiusdem ס׳ מהות הנפש *Sèpher Mahùth hannèphesc*, id est, *Liber de essentia Animæ* ab Anonymo Hebraicè translatus, habetur msc. in Bibl. Vat. papyr. in 4.

Libri *De Syllogismo*, *De Demonstratione*, & *De Elenchis* translati ex Arabico in Hebr. à R. Iacobo Antoli sub

quam in Ægypto contraxerat, Ægyptius vocatur. Gabriel verò Sionita cap. 3. Vrbium Orientalium, ait vixiſſe Auicennam annos 58. ac in Vrbe Hamadan obijſſe an. ab Hegyra 428. Chriſti 1050. quod ſi ita eſt, non in Hiſpania, ſed in Aſia obijt Auicenna. Scripſit multa ad Medicinam pertinentia Arabicè, vtpotè Arabs, quæ & Hebraicè verſa ſunt ab Anonymo. Hæc Opera habentur in pretioſiſſimo, ac pulcherrimo Bibliothecæ Theſauro Collegij Romani Societatis IESV, manuſcripta charactere eleganti, & lectu facili in membranaceo folio, quatuor Tomis digeſta. In noſtro etiam qualicunque Hebraico Muſæolo, eiuſdem Auicennæ reperitur Hebraicus liber *De Simplicibus medicamentis* ordine Alphabetico, in membrana terſa, & perpolito charactere digeſtis, in fol.

Eiuſdem *Anatomia* Hebraicè extat in Bibl. Vatic. Papyr in 4.

Ex ſecundo libro Operum eiuſdem aliquot capitula excerpta ibidem reperiuntur in 4. papyr. vbi ſcriptum eſt: hunc Codicem fuiſſe ſcriptum anno mundi 4595. hoc eſt Chriſti 835. min. ſupput. Menſe צפרי Tſaphri Arabum, id eſt, אייר Iiar Hebræorum, & Aprilis Latinorum, Hiſpali in Hiſpania anno 315. ante mortem Auicennæ. Ex quo error manifeſtus deprehenditur librarij; nam quis vnquam ex poſterioribus ſæculis ad hanc peruenerit ætatem?

Eiuſdem *Canon primus*, Interprete R. Nathan Bagad Hammathi filio Eliezeris Hebraicè. Item lib. 11. *De Medicamentis ſimplicibus*, & *Cantica*cum

ſub Imperatore Friderico II. reperiuntur mſc. in Bibl. Cæſar. teſte Spizelio.

יט׳ אבו עלי אבן אלחסין בן אלהיתם ישמעאלי חבר ספר אסטרונומיא ונעתק אל לשון עברי ולא נזכר מי הוא המעתיק. ונמצא כ״י בוואטיקאנו.

19 ABV ALI' IBN ALCHASI'N BEN ALLAITHAM Arabs ſcripſit *De Aſtronomia* tractatum, ab Anonymo tranſlatus eſt in Hebraicam linguam, & habetur mſc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4.

כ׳ אבו עלי אלחסין בן עבד אלה׳ בן סינה או בן סינא או בן סיני הרופא גדול ערבי מעיר בכארה חבר ספרים הרבה אחד על הרפואה בלשון הגרי ונעתקו אל לשון עברי כמו שאפרש בלשון לטין ויש בעיר מדרשנו סכתב שלמים עלי ליגירם.

20 ABV ALI ALCHASIN BEN AVD ALLA BIN SINA Arabs, nobis eſt Auicenna Medicorum Princeps inter Iſmaëlitas, quem alij Hiſpalenſem, alij Cordubenſem faciunt. Nicolaus Caferrius ſolertiſſimus antiquitatum indagator, ac diligentiſſimus temporum inquiſitor, in ſuo Compendio Chronologico ſcribit, eum ex Vrbe Bochara fuiſſe, ac anno ætatis 50. vitam cum morte commutaſſe. Bochara vel Bachora, vrbs eſt ad Euphratis fluuium, non longè ab eius oſtio ſita, vbi natus eſt Auicenna, non itaque eſt Hiſpanus, ſed Aſiaticus, Hiſpanus autem eſt habitus, quia in ea regione diù vixerat, & in quadiem tandem extremum clauſerat; ſicut & Moſes Maiemonis filius, etſi Cordubenſis, tamen à longa mora,

Salomone interpretibus, num. 449. In Bibliotheca Vrbin. mmſſcc. in fol. membran. aſſeruantur in Vaticano.

Eiuſdem *De Anima* tractatus, tranſlatus à quodam Magnifico Hauendana Philoſopho, & Iſraëlita ad Archiepiſcopum Toletanum, & Hiſpaniarum Primatem. Habetur manuſcriptus Latinè in membrana perpolita, & charactere eleganti in Bibliot. Vrbinat. ſub num. 450. qui aſſeruatur in Biblioth. Vatic. in fol. inter libros mmſſcc. latinos. Diuiditur in quinque partes; Prima continet capita 5. Secunda pars habet capita 5. Tertia habet capita 8. Pars quarta habet capita 5. Pars quinta, & vltima habet capita 8. Omnia iſta capitula ſunt admodùm prolixa.

Cœtera eius Opera Philoſophica, & Metaphyſicalia, an in Hebraicam linguam fuerint tranſlata, certò ſcire non potuimus, ideoque hìc ea miſſa facimus.

אבוקרט יוני שר כל הרופאים חבר בלשון יונית כמה ספרים הפרגנוסטיקוס ועליהם עשה פירוש גאליינוס הרופא גדול גם כן יווני ונעתקו אל לשון עברי ואיני יודע שם המעתיק. נמצאו כ"י בוואטיקאנו ונכתבו שנת ה' אלפים קע"א: כ"א

21 ABVKRAT, id eſt HIPPOCRATIS Medicorum Principis, *De Victus ratione in morbis acutis*, & *Prognoſtic.* aliquot capitula cum Claudij Galeni commentarijs, Hebraicè extant in Bibliotheca Vatic. mmſſcc. in gratiam Benaſt, an. mundi 5171. Chriſti 1411. Papyr. in fol. Quiſnam ſit iſte Benaſt vide infra ſuo loco.

Eiuſdem *Aphoriſmi cum Commentarijs* Hebraicis ſunt in Bibliot. Cæſarea mmſſcc. Spizel.

cum luculento Comment. Hebraico. Extant mmſſcc. in Bibliot. Cæſarea, ex Spizelio.

Eiuſdem Operum Compendium cum ſelectioribus Hippocratis Aphoriſmis, & ſecretis, herbarum, ſtirpiumque hiſtoria, Auctore Anonymo, teſtatur Plantauitius ſe mſc. habere in 8.

Eiuſdem Opuſcula *De Sphæra*, ſiue *Introductio in Aſtronomiam* verſa in linguam Hebræam à R. Iacobo Ben Mechir, extant in Biblioth. Cæſarea mmſſcc.

Eiuſdem חרוזא *Charuzà*, id eſt, *Cantica medica*, cum Comment. Ibn Ruſchàd ſiue Auerrois Hebraicè. Extant mmſſcc. in eadem Bibl. Cæſar. Spizel.

Eiuſdem *Canon Medicinæ*, quò vniuerſa medendi ſcientia pulcherrimè & breui methodo explicatur, & in quinque libros diuiditur, Interprete Anonymo: excuſus reperitur Neapoli in domo R. Azariæ Ben R. Ioſephi, per manum Aſſer Ben R. Pèrets anno mundi 252. min. ſupput. Chriſti 1492. vt apparet in fine ſecundi libri pag. 151. in fol.

Eiuſdem, nonnullos *De Aegritudinibus capitis, & neruorum* libros, ex Hebręo Latinos reddidit Quinquarboreus. Excuſi ſunt Lutetiæ Pariſ. an. 1570.

Scripſit *De* 1022. *Stellis*, quæ hactenus in Firmamento innotuerunt librum valdè eruditum, & doctum; quem iuſſu Alphonſi Regis Caſtellæ & Legionis X. R. Iudas filius Moſis Toletanus tranſuaſauit ex Arabico in Latinum an. mundi 5016. Chr. 1256. Iuchaſ. fol. 132. b.

Eiuſdem Auicennæ *Phyſicorum lib. IV.* Magiſtro Ioanne Gunſalui, &

Ben Nephtali Sacerdotis de Gazulo, in ædibus Venturini Ruffinelli. In folio. Et non diù priùs Venetijs an. שו 306. Christi 1546. apud Marcum Ant. Iustinianum in fol. magno. Et ibidem anno ש״ח 308. Christi 1548. apud eundem. In fol.

Rabbi etiam Isaac Abrauanellus luculentam *Explanationem* in eum edidit. Excusa est Venetijs cum alia supradicti Ægyptij an. שכז 327. Chr. 1567. apud Georgium de Caballis. In folio. Multi alij operam suam impenderunt in elucidatione Apophtegmatum huius Tractatus, quos suis quibusque locis recensebimus. Sed

Philippus Aquinas illum Latinum fecit, & Ludouicus Henrici Daquin in vtraque lingua Hebraica scilicet, & Latina Parisijs anno Domini 1620. euulgauit; sumptibus Sebastiani Cramoysi, in 12. Cuius Latina versio à textu Hebraico non semel recedit.

Ioannes Drusius etiam Latinè vertit; sed longè ante hos omnes, elapso seculo, anno videlicet 1541. Isnæ Latinè & Hebraicè prodijt, cum Scholijs Pauli Fagij. Ex recognitione Marci Marini, etiam impressus est Basileæ apud Frobenium. Nouissimè iterùm Latinè factus, vnà cum versione Hebraica duorum Capitum Danielis à Io: Leusden Linguæ Sanctæ in Academia Vltraiectina professore, Vltraiecti ex Officina Meinardi à Dreunen, Academ. Typogr. an. Dom. 1665. in 4.

Cœterùm, quisnam istarum sententiarum veterum Sapientum Hebræorum fuerit compilator, nondum clarè exploratum est. Aliqui putant, cum Dauid

Eorundem cum Scholijs Galeni msc. meminit Plantauitius in sua Bibliotheca Rabbinica n. 585.

כב' **אבות** או **פרקי אבות** והוא מסכת מהמשנה
מסדר נזיקין בין מסכ' הוריות ועדיות ועליו כמה פירושים
רבים הנדפסים כמו פרש״י והרמב״ם ונדפס זה הפירוש במנטובה
שנת ש״י״ח ; ובויניציאה עם פי' הרמב״ם ורבי יצחק אברבנאל
שנת ש״כ״ז ; ואחרים כמו שנזכר במקומותיהם ;

22 AVOT, siue PIRKE AVOT, id est, *Patres*, seu *Capitula Patrum*. Titulus est Misnici Tractatus, qui in Misenæ Parte secunda habetur. Et complectitur sex capitula, quibus legis oralis à Deo in monte Sina Mosi traditæ, (vt fert Iudæorum constans, ac pertinax opinio) & à Mose per Seniores ad Iuniores propagatæ describitur traditio. Additis etiam Apophtegmatibus antiquorum Rabbinorum, vbi varia documenta ad mores regulandos, & benè, pièq; viuendum, passim inseruntur. Moses Maiemonis filius cognomento Ægyptius eum lingua Arabica primùm commentationibus illustrauit; & R. Samuel Ben Iudæ Aben Tybbon in Hebraicam linguam vertit. Non pauci deinde Rabbini in eum scripserunt, inter quos primum locum obtinet R. Salomon Iarchi vulgò Rasci, cuius Explanatio vnà cum alia supra memorati R. Mosis Ægyptij hinc inde ad textum quadrato charactere, & suis punctis vocalibus ornatum, excusa fuit Mantuæ sub Dominio Gulielmi Gonzagæ Ducis, anno mundi שי״ח 318. minoris supputationis Christi 1558. nomine sociorum Meir Ben Ephraim Paduani, & Iacobi

23 *AVTALION, alio nomine vocatus AVTVLA'S discipulus Iosuæ ben Pèrachià, & Simeonis Ben Sciattàch, fuit Magister Hillelis senioris, claruit an. mun. 3722. ante Christi natiuitatem an. 39. secundùm computum R. Samuelis Algazæi & Godoliæ Aben Iachiæ in *Scelsceleth*. pag. 25. b. quàuis ex computu vitæ Hillelis retrotrahenda est vita huius auctoris aliquot annis, vt in Hillele apparebit. In Massechet גטין *Ghittin*, an. 314. ab ædificatione secundi Templi dicitur vixisse Autalion; & in Massecheth סנהדרין *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek*, asseritur, quòd ex Gentilibus, & ex filijs filiorum Sennacherib prognatus extiterit, qui post varias clades in bello Israëlitis allatas conuersus sit ad Iudaismum. Fuit peritus Iurisconsultus, tum in legibus Romanorum antequam circumcisus esset, à cuius nomine lex quædam in Codice legum Imperialium appelletur *Autalionis*, vt nimis imperitè existimant nonnulli Iudæorum scioli; tum in legibus Mosaicis, cuius rei indicium est, quòd fuerit Præses magni Concilij constitutus, simulque cum socio suo *Scemaaiah* הנשיא *Hannasì* Principe, nulla habita ratione natalium defectus (etsi dicant illius matrem Israëlitidem fuisse) Israëlem iudicauit. De eo multis in locis Ghemaræ fit mentio, sed præcipuè in פרקי אבות *Pirkè auoth* cap. 1. Vbi illius præclarum Apophtegma legitur his verbis.

חכמים הזהרו בדבריכם שמא תחובו חובת גלות ותגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים הבאים אחריכם וימותו ונמצא שם שמים מתחלל:

Dauid Gans in *Tzèmach Dàuid* R. Nathan Babylonium fuisse auctorem. Quicquid sit de auctore, certum est, hunc inter cæteros Misnæ Codices, ob elegantes, moralesq; sententias primarium locum tenere, sicut omnes docti fatentur. Solent Iudæi hunc libellum singulis hebdomadibus legere inter Pascha & Pentecosten, & ij, qui in terra sancta habitant, quique per id tempus peregrinationem ad sepulchra istorum Rabbinorum deuotionis ergò suscipere solent, super sepulchrum, vbi quiescit Rabbinus, recitant sententias illas, quas dum viueret, frequentiùs repetebat, & inculcabat. Nam antiquorum Magistrorum apud Hebræos in more erat, aliquam breuem sententiam sæpiùs discipulis repetere. Sicut & Ioannes Euangelista faciebat, cùm nil aliud ad singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, *Filioli, diligite alterutrum*.

כג' **אבטליון** הנקרא **אבטולס** הוא תלמיד של יהושע בן פרחיה ושל שמעון בן שטח ורבו של הלל הזקן בשנת ג' אלפים. תשכ"ב ליצירה וש"ל"ד לבנין בית שני כמו לאמרים היהודים ואין כן כי הלל בשנת ג' אלפים תק"ע ליצירה כמו שיראה בערך הלל הזקן: במסכת גיטין ובסנהדרין פרק חלק אמרו שהוא היה מבני בניו של סנחריב אשר נתגייר לפני הסנהדרין גדולת המשנה בישראל והוא הכה אב בית דין עם שמעיה הנשיא שעיניו היה רבות לפה לשפוט את ישראל להיות אנשי ישראלים ולשיעור גרים לא היו יכולים להזכיר בלשונם אותם ושנו לומרים אין בקוים שין: יש אומרים שיש בהמשנה ספרים של רומי בעסק ליקרא על שם אבטליון בעשים אל ברומא ואינן כן: אבל בפרקי אבות פרק ראשון אבטליון אומר חכמים הזהרו בדבריכם שמא תחובו חובת גלות ותגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים הבאים אחריכם וימותו ונמצא שם שמים מתחלל: עיין בספר יוחסין דף י"ז: ודף כ' ובספר שלשלת הקבלה דף כ"ט: עמוד: ב':

tur; nisi ad Iesum Christum verum Iudæorum Regem, & Messiam quàtociùs reuertantur, quod votis omnibus desideramus ex animo. Cæterùm aduertendum, quòd hic Autalion, cùm ex gente Hebręa oriundus non esset, non ita benè Hebręorum linguam pronunciabat, neque id magni faciebant doctiores, sed tantū plebęi, & imperiti hoc minimum naturæ peccatum obseruabant, & pronunciationem vulgarem, exposcebant Iudęorum, sicut etiam nunc expetunt imperitiores Iudęi à nobis Christianis, qui Hebraica lingua delectamur. Quamuis ipsi, & si doctiores inter Iudęos haberi velint, & linguam Latinam adamussim intelligere, & loqui se credant; nihilominus rarò, vel nunquam ex ipsis aliquis reperitur, qui apprimè sciat illam, vel loqui, vel scriptis consignare, quin infinitis propemodum mendis conspurcet, ac fœdet. Audiui ego aliquando in quadam Synagoga quendam Archirabbinum concionantem, qui linguam Latinam profitebatur, volensque pronunciare hęc duo vocabula, *Si placet, licet,* ridiculè vtrumque ita corrupit, *Si placit, licit.* Desinant itaque Iudæi inquirere à nobis, quomodo pronunciandum sit elementum ע, an *Aàin*, an *Nghàin*, vt perperàm, & deprauatè ipsi volunt, cùm & hic Proselytus *Autalion* pro חין pronunciasset עין, vt refert *Scelscèleth hakkabbalà* pag. 25. b.

כל ר' אבינדור כהן צרק ספר שערי

חמוסר על סגמגס ונגל כגיגג עד גולטיקלגו.

AVI-

Chachamìm hizbarù bediurèchem, scemè Tachòuu chouàth galùth, vetiglù limkòm màim haraìm, veisctù hattalmidìm habbaìm acharechèm, veiamùthu, venimtzà scem sciamàim mithchallel. Id est, *Sapientes cauete à verbis vestris, ne fortè condemnemini in pœnam exilij, & in captiuitatem ducamini, in loca aquarum pessimarum, de quibus bibentes discipuli vestri post vos moriantur, & nomen Dei inueniatur prophanatum* Hoc non tantùm Apophtegma, sed veriùs propheticum dictum ante aduentum Domini prolatum, quo graphicè præsens Iudęorum diuturnum exilium, imò veriùs totalis illius deplorati populi desolatio describitur; quæ vtique non aliūde oborta, quàm à gladio linguarum, quas contra Dominum acuerunt, & occiderunt, teste Propheta *Psal.* 140. 4.

שננו לשונם כמו נחש חמת עכשוב תחת שפתימו סלה:

Scianenù lescionàm chemò nachàsc, chamàth achsciùu tàchath sephathèmo Sèla. Acuerunt linguam suam sicut serpēs; Venenum aspidis sub labijs eorum semper. Et occiderunt. Et ne dicant Iudæi, non occidimus Christum; nobis enim, vtpotè sub Romanorum potentia constituti, non licebat interficere quenquam. At nos cum D. Augustino respōdemus: Et vos, ò Iudæi, occidistis, & quando occidistis? nisi quando clamastis, *Crucifige, Crucifige.* Itaque in hoc interminabili exilio bibunt Iudæi ex fœculento Talmudico fonte aquas fœtidas pestiferarū doctrinarum, quibus imbutis שם שמים מתחלל *Scem Sciamàim mithchallèl, nomen Dei prophanatur,* & ipsi morte æterna morien-

ל׳ ; חבר ס׳ על מחברת הכוכבים ולקות השמש והירח : ונמצא
בבית הסופר לפעלה : ונכתב בלובין שנת ל׳ אלפים תתק״כא
ליצירה על ידי פנחס בר שלמה :

28 R. AVI IOSEPH Bar Isaaci Alexandrinus Ægyptius, scripsit duas epistolas, vnam Astronomicam *De coniunctionibus luminarium, & Ecclipsibus* quæ diuiditur in 12. capitula, & aliam *De intelligentijs mouentibus cælos*. Ext. in Bibl. Vrbin. quæ in Bibl. Vatic. asseruantur. In 4. magno mmscc.

Scripsit Quæstiones Astrologicas *De iudicijs Astrorum*. Habentur ibid. in fol. paruo papyr. mmscc. à R. Phinees Barsalomonis Lunir., anno mundi 4921. Domini 1161.

כ״ט ר׳ אבילהקין עברי מטונס חבר בלשון ערבי
ספר על הרפואה ונמצא כ״י בלשון ערבי בבית גנזי הספרים של
מלך ספרד ביסקוריאל :

29 ABILAKE'N Tunèmensis Hebræus scripsit Arabicè *De Tuenda Valetudine* librum egregium. Extat msc. Arabicè in Bibl. Laurentiana in Escuriali Regum Catholicorum. Ex Catal. Castilli.

ל׳ ר׳ אבילמיני אבן אבי נגיר
עברי ערבי והרופא חבר ספר מדבר מכל מלאכת הרוקח ונמצא כ״י
ביסקוריאל כ״ל :

30 ABILMINE IBN ABI NA'GER Hebræus Arabs & Medicus, scripsit *Tractatum ad res Aromatariorum* pertinentem. Extat msc. Arabicè in eadem Bibliotheca Laurentiana. Ex Catal. Castilli.

ל״א אבן גיליון כפי מתי נמצא כתיבת
בוואטיקאנו

24 AVIGADO'R COHE'N TZE'DEK, Abigador Sacerdos iustitiæ scripsit Tractatum *De pœnitentia*, quem appellauit שערי המוסר *Sciaarè Hammusàr*, id est *Portas disciplinæ*. Habetur msc. in Bibl. Vatic, Papyr. in 4.

כ״ה ר׳ אבינדור בר נתן אשכנזי חבר מנהיג
עולם והוא ספר על מנהגי הספרדים האשכנזים הצרפתים
והאיטלקים :

25 R. AVIGADO'R BAR NATHAN Germanus scripsit Tractatum *De ritibus Vniuersæ Synagogæ* dispersæ per Hispaniam, Germaniam, Galliam, & Italiam sub nomine מהניג עולם *Manigh olàm*, id est *Directoris Vniuersi*.

כ״ו ר׳ אבינדור קארה חבר קינה על הרג
רב בעת בפראגא מהיהודים שנת ה׳ אלפים קמ״ט לבריאת
עולם :

26 AVIGADO'R KARA'H, composuit *Precationem* illam, quæ incipit וכל התלאה *Vecol hattalà &c.* §. 164. ex statuto Synagogæ Pragensis, quâ descri bitur strages Hebræorum facta in vrbe Praga an. mu. 5149. Chr. 1389. ex Tzem. Dauid Gans.

כ״ז ר׳ אבי יהודה חבר ספר על אותיות השמיימות
ונזכר בספר אוריאל של קירתהר דף ק״ז בדקדוק :

27 R. ABIVDAS scripsit *De Characteribus cælestibus*, citatur ab Athanasio Kirch. in Oedipo class. 11. Grammat. cap. 11. pag. 107.

כ״ח ר׳ אבי יוסף בר יצחק מאלכסנדריא
של מצרים כתב שני אגרות על התקופות והנמצא בבית ספר
דוכוס עורבינו ובואטיקאנו כ״י :

בהעתיקו ואין בלשון עברי אלא בלשון עורי שהעתיקו היה סורר רשע או מין או אפיקורוסי׃

31 EVANGELIVM S. MATTHÆI barbarè, & ineptè in Hebraicam linguam translatum, seu potiùs deprauatum, & corruptum ab impio quodam vel Iudæo, vel Atheo. Nam, vt nihil de barbara phrasi, ac infideli versione dicam, omnia ferè nomina SS. Patrum in genealogia Saluatoris, initio Euangelij descripta, ita corrupta sunt; vt si quis eorum ethymologiam vellet inquirere, multa, nedum ridicula, verùm & omninò impia inueniret. Reperitur msc. inter opera R. Scem Tou Sciprut, & seorsim etiam msc. asseruatur in Bibl. Vatic. papyr. in 4. Vide *R. Scem Tou Bar Isaac Sciprut.*

ל״ב **ר׳ אבן וירגא** חבר לוחות התכונה׃

32 ABEN VERGA *Tabulas* quasdam *Astronomicas* scripsit, quarum R. Abraham Zacutus meminit in præfatione sui Almanachi perpetui.

ל״ג **ר׳ אבן חסדאי** עיין ר׳ חסדאי קרישקאש׃

33 ABEN CHASDA'I, Vide *R. Chasdai Kreskas.*

ר׳ אבן יחייה עיין ר׳ גדליה אבן יחייא׃

ABEN IACHIIA. Vide *R. Ghedalià Aben Iachija.*

ל״ד **אבן סופיף** חבר פירוש על התורה׃

34 ABEN SOPHIPH scripsit *Commentarium in legem*, ex Plantauit. num. 550.

ל״ה **אבן פאס** ספרדי חבר פירוש על ספר הסבות לארסטו׃ ואגרת החליצה על הפילוסופים׃

35 ABEN PAS Hispanus scripsit *Commentarios* quosdam *in Aristotelem*, eique adscribitur liber Hebraicus *de Causis*, quem alij Aristoteli, vel Alpharabio, aut Proclo tribuunt. Scripsit etiam *Epistolam Philosophicam*, quam vocauit אגרת החליצה *Ighèreth hachalitzà, Epistolam expeditionis*, eamq; latinam fecit R. Abraham Balmesius. Videsis infra in Abraham Ben Meir de Balmis.

ל״ו **אבן רואה** עיין אבן רשד׃

36 ABEN ROE'. Iste est *Auerroes.* Sub hoc nomine habentur in Bibliot. Vatic. aliquot Philosophici Tractatus mmsscc. in Hebraicam linguam ex Arabica translati à R. Mose ben Iosuè Isai, Ben Dauid de Narbona. Papyr. in 4. Vide mox Aben Rasciad.

ל״ז **אבן רסד** עיין אבן רשד׃

37 ABEN RASAD, ideſt Auerroes; ita Plantauit. in sua Bibl. Rabbin. Sed, Vide Aben Rasciad.

ל״ח **אבן רשד** שנקרא בלשון אבירוהים היה ספרדי מעיר קורדובה פילוסוף ורופא הגדול בין הפילוסופים בשנת ל׳ אלפים תת״ק ליצירה וחבר הרבה ספרים עד אחד בלשון הגרי על הפילוסופים והרפואות והרבה מהם נעתקו בלשון עברי׃

א׳ ספר המבוא על ההגיון׃
ב׳ ס׳ המופת ועל ההקש׃
ג׳ ס׳ הטבע׃
ד׳ פירוש על ס׳ ט׳ מבעלי החיים׃
ה׳ ס׳ הדרושים׃
ו׳ פירוש על ס׳ מה שלאחר הטבע וקורא מטפיזיקאה
ז׳ אגרת אלמאגישטו של טולומי בקיצור׃

38 ABEN RASCIA'D, seu Auerroes Cordubensis Medicus, & Philosophus insignis, qui (vt ait eruditissimus Caferrius

4 *Commentarij* eiusdem *in vltimos ix. libros de historia animaliũ Aristotelis,* qui in xix. מאמרים *Maamarim*, id est, *Dicta* seu Tractatus diuiduntur, extant mmssc. in ead. Bibl. an. mu. 5082. Ch. 1323. In pergam. 4. & in Hebræam linguam translati à R. Mose Aben Tybbon,

5. Eiusdem הדרושים *Haddaruscim*, id est *Perquisitiones naturales*, habentur ibidem cum supercommentarijs R. Mosis Bat Iosuè Isai Ben Dauid de Narbona. Tractant de materia prima, cæterisque rerum naturalium principijs. Scripta fuere an. mu. 5182. Chr. 1422. Et in eadem Bibliot. Vatic. papyr. in folio paruo asseruantur. Vbi etiam extant Annotationes R. Saulis sacerdotis Germani, editæ in Creta Insula, an. mu. 5280 Chr. 1520. Supercommentarij Auerrois, in libr. Physicorum Aristotelis ab eodem Auerroe fuerunt completi Hispali in Hispania mense רגב *Rageb* an. Hegiræ 565. Ch. 1187. vt ibid. legitur. Ex quo apparet, quòd non tantùm Cordubæ, sed etiam Hispali fuerit commoratus Auerroes. Hos Tractatus Hebraicos fecit Rabbi קלונימוס *Kolonimòs* Philosophus 19. mensis אלול *elùl* Augusti an. 5076. Chr. 1316.

6. Eiusdem Commentarij in *Metaphysicam* Aristotelis ordine alphabetico digesti: absoluti ab Auerroe fuerunt anno Hegiræ 570. Chr. 1192. & in Hebraicam linguam translati ab eodem R. Kolonimos ben Kolonimos an. mu. 5071. Chr. 1311. suo magno labore, vt legitur in Cod. msc. Bibl. Vrbin. in Vatic. papyr. in 4.

7 Eius-

ferrius in Chronolog. compendio) ab anno 1131. ad annum vsque 1216. Cordubæ floruit, & annis 20. ante reductionem Cordubæ sub ditione Christianorum obijt: Nam hæc Ciuitas capta fuit à Rege Ferdinãdo cognomento *el santo* die 29. Iunij, Apostolis Petro, & Paulo sacra, an. Domini 1236. Videsis Thesaurum *de la lengua Castellana* Sebastiani de Couarruuias. Hic celeberrimus Author Arabicè scripsit eruditissimos *Commentarios in omnia Aristotelis opera*. Qui postea in Hebraicã linguam translati mmssc. in diuersorum Principum Bibliothecis reperiuntur, eos, quos nos vidimus, sequenti serie annotabimus.

1 ס׳ המבוא על הגיון *Hãmeuò al Higgaiòn*, idest *Introductio in Logicam Aristotelis*, msc. ext. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4.

2 ס׳ המופת ועל ההקש *Sèpher Ammophèth, veal Hackèsc*, id est, lib. *De demonstratione, & syllogismo*. Ext. msc. in Bibl. Vrbin. apud Vaticanum Papyr. in 4.

3 ס׳ על הטבע *Seph. al hattèbaah*, id est, Liber *De Physico auditu*. Sunt commentarij in libros Physicorum Aristotelis, quos Hebraicos fecit R. Samuel Aben Tybbon Granatinus, & excusi sunt Riuæ Tridenti an. 320. Chr. 1560. In 8.

Item *De cælo, & mundo. De generatione, & corruptione. Meteorologicorum. De Anima. Sensu & sensibili. Somno, & Vigilia*. Iste vltimus fuit in Hebraicum translatus à R. Salomone Ben Mosis אלגווארי Alguàri, reperitur msc. in Bibl. Vrb. apud Vatic. in membr. & paruo folio scriptus an. mu. 5372. Chr. 1512.

לט' **אבן שתיא** הוא ספר על ענין חכמת אלהות ונמצא בכתב בקיסר יד:

39 E'VEN SCIATHIA' id eſt *Lapis fundamenti*. Tractatus Theologicus, cuius quatuor ſunt partes. 1. tractat *De eſſentia Dei.* 2. *De eius prouidentia.* 3. *Legis ſcientia.* 4. *Praceptorum obſeruatione.* Fuit antehac in Bibl. Heidelbergenſi mſc. ait Hottingerus ex Buxtorf. in Bibl. Rabb. ſecundæ edit. p. 304. vbi pro שתייה corrige, & repone שתיא:

מ' **ר' אברהם אבא** חבר ספר על ענין הענוה ונמצא כ"י בבית ספרים של עיר פדואה:

40 ABRAHAM ABBA', Abbas ſcripſit collectionem, *De mortificatione*, Ext. mſc. in Bibl. Patauina, ex relatione Spizel.

מא' **ר' אברהם אבול עפיא** ספרדי חבר ספר אור השכל מקבלה ונמצא כ"י על קלף בוואטיקאנא:

ב' חבר סתרי תורה וקראו מעין מים חיים ונמצא כ"י במקום הנ"ל:

41 R. ABRAHAM ABVLAPHIA Hiſpanus ſcripſit librum cui titulus eſt:

1. אור השכל *Or haſèchel*, id eſt, *Lux intellectus*, quò Kabaliſticè nomen Dei τετραγράμματον explicatur. Aſſeruatur mſc. in Bibl. Vatic. membr. in 8. ſcripſit.

2. סתרי תורה *Sitrè Thorà*, *De ſecretis* ſeù *arcanis legis*, *De myſterijs legis Moſaica*, vti *de Prophetia*, & modo, quo Prophetæ illuſtrabantur, vt futura prædicerent, & de quamplurimis alijs diuerſis.

7. Eiuſdem *Commentarij in Org. Ariſtotelis*, *Iſagogen Porphyrij*, *Categorias*, *De Interpretatione*, *in Priora*, & *Poſter. Analytica* tranſlati in Hebraicum à R. Iacobo Antolì, extāt mmſſcc. in Bibl. Cæſar. ex Spizel. & impreſſi reperiuntur Riuæ Tridenti an. mu. 320. min. ſupp. Chr. 1560. ſub ditione Chriſtophori Madrutij. In 8.

8. Eiuſdem *Commentarij in Politica Platonis* in Hebraicam linguam verſi à R. Sam. Iehudà, ext. mmſſcc. in ead. Bibl. Cæſar. Ex Spiz.

9. Eiuſdem *Epiſt. Almageſti*, ſiue *magna conſtructionis Ptolemai Alexandrini* Hebraicè, extat in 4. mſc. in ead. Bibl. Cæſar. teſte eodem Spizelio.

10. Eiuſdem in libros *Meteororum* commentarij Elia Hebræo interprete, vna cum interpretis Epiſtola. Itemque de *Cometis*, & in lib. 1. *Metaphyſicorum* latinè habentur in Bibl. Vatic. mmſſcc. inter Codices Latinos ſub n. 4550. papyr. in fol.

11. Eiuſdem *Quaſtiones in libr. Prior. Ariſtotelis*, latinè eodem Elia interprete in eadem Bibl. aſſeruantur inter Latinos Codd. mmſſcc. in fol. papyr. ſub n. 4552.

12. Eiuſdem *De ſubſtantia orbis* latinè, eodem Elia Hebræo interprete mmſſcc. Ibidem in fol. papyr. ſub n. 4553. reperiuntur.

13. Eiuſdem *Deſtructiones deſtructionum* annotabimus infra in Algazele Colonimon. Denique illius errores recenſentur ab Eymer. in direct. Inquiſit. par. 2. q. 4.

tio. Vna *Harrauàd*, altera *Harramàu*, apud Iacobum Cohèn. in 4. Textus est impressus quadrato charactere, at Commentarij Rabbinicis literis eleganti-bus, diligentiq; cura excusi sunt.

In præfatione *Harrauàd*, id est Rabbi Abrahami Ben Dauidis, recensentur xxxii. נתיבות *Nethiuòth*, id est *Semitæ*, & ab eo explanantur. Has latinas fecit, & notis illustrauit Ioannes Stephanus Rittangelius, & sub nomine ספר יצירה *Libri Ietzirà* euulgauit Amstelodami an. 1642. apud Io: & Iodocum Ianssonios in 4. Aliqui putant, huius libri auctorem fuisse R. Akibbà, Videsis sub hoc nomine.

Psalmum 89. *Misericordias Domini in æternùm cantabo*, compositum ab Abrahamo Patriarcha credunt Iudæi, & Ethàn Haezrachi, cui ex tit. tribuitur, eundem esse cum Abrahamo autumant. Ita legitur in Cod. בבא בתרא *Bauà Batrà cap.* 1.

מג׳ **ר׳ אברהם אזולאי** תושב חברון חבר ספר זהרי חמה והוא קיצור פירוש החזר לספר הזהר רבי אברהם גלאנטי נדפס בויניציאה שנת תי׳ לפ״ק:

43 R. ABRAHAM AZVLAI Hebronis incola, ibi scripsit זהרי חמה *Zaarè Chammà*, id est *Splendores Solis*; est Epitome commentariorum, quos R. Abraham Galante in librum זהר *Zòhar* Simeonis Ben Iochài composuit. excusi Venet. an. mu. ת׳י׳ 410. min. supput. Chr. 1650.

ר׳ אברהם דאיטליא עיין רבי אברהם מפיסה:

44 R. ABRAHAM DE ITALIA, Vide R. Abraham Pisanus.

diuersis rebus pertractat. Inscribitur etiam מעין מים חיים *Maàiàn màim chaijm, Fons aquarum viuentium, & Fons vitæ*. Habetur msc. latinè inter Codices mmssc. Hebraicos, vnà cum alijs opusculis in Bibl. Vatic. Papyr. in fol.

מב׳ **אברהם אבינו** יש אומרים שחבר ספר יצירה:

כ׳ ; ומזמור פ״ט משכיל לאיתן האזרחי כמו שכתוב במסכת בבא בתרא פרק א׳ :

42 ABRAHAM, PATRIARCHA credentium secundùm communem sententiam omnium Kabalistarum perperàm sentientium, scripsit.

1 ספר יצירה *Sèpher Ietzirà*, id est *Librum formationis* planè Kabalisticum, & ex quo quotquot de Kabala scripserunt, tanquam ex turbido fonte, biberunt, & hauserunt totam illam tam sublimem & reconditam Iudæorum Theologiam, quam mysticam vocitantes, de ea mira iactant, & effutiunt Iudæi. Hæc 32. semitis comprehenditur, quæ 22. alphabeti literis, & decem ספירות *Sephiròth* constituuntur; sed ita velamine Kabalistico tecta traduntur, vt necesse fuerit, vtcunque à Commentatoribus illustrari. Sic in eum scripserunt, הראב״ד *Harrauàd*, id est R. Abraham Ben Dauid. R. Aaron magnus. R. Saadià Haggaòn. R. Iudas Leui R. Moses Botril. R. Moses Bar Nachmàn, & alij quàmplurimi. Prodijt Mantuæ, an. mu. של״ב 322. min. supp. Chr. 1562. cum cōmentarijs Harrauad, Haramàu, id est R. Mosis Botril, Harrambàn, Eliesaris de Garmiza, & Saadię Gaonis, cui præfixa est duplex præfa-

librum *Pauis* multi & sunt שאלות ותשובות *Sceelòth vtsciuuòth*, id est *Quæsita & respōsa legalia*, quorū copiosa seges apud Hebræos inuenitur. Ea sunt decisiones causarum legalium, à particularibus personis propositarum, quibus à Doctoribus secundùm canones Talmudicos resolutis, alium vsum non habent, quàm regulam quandam præscribere seruandam in decidendis casibus in dies occurrentibus, excus. Ismir, *Smirnis*, an. תך 420. min. sup. Chr. 1660. in fol.

2. לחם משנה *Lèchem Miscnè*, id est *Panem duplicem*. Titul. desumpt. ex *Exod.* 16. 22. est ביאור *Biùr*, id est, *Dilucidatio* super ספר משנה תורה *Sèpher Miscnè Thorà librum repetitionis, seu secundaria legis*, qui & alio nomine vocatur יד החזקה *Iad bàchazakà*, idest *Manus valida* R. Mosis Bar Maimonis. Vndè errat Plantauitius in sua Bibl. Rabbin. num. 283. quando dicit, *quòd sit supercommentatio commentarij Harambàm*, idest Mosis præd. *super miscnà, hoc est super secundam legem ore traditam, & à R. Iuda cognomento Hakadosc collectam*, deceptus à lectione vocabuli משנה, quod *Miscnà* malè legit, pro *Miscnè*, vt esset legendum. Non igitur est supercommentatio Cōmentarij R. Mosis Maimonis in *Miscnà*, sed in *Miscnè Thorà*, vt dictum est. Hæc in duos Tomos in fol. diuiditur; Vterque in eosdem prorsùs titulos, & Tractatus quibus diuisus reperitur liber *Miscnè Thorà Ægyptij*, subdiuiditur, cui præfigitur præfatio à R. Ioseph Ben R. Iudæ Ben R. Samuelis. Ben R. Ioseph די נוביש *De Nubis*, excus. Venet. apud Da-

יה' ר' אברהם אליה כהן חבר פירוש על י"ג מדות : המפורש בדרשת בהם נמצא כ"י בוואטיקאנו על קלף :

45 R. ABRAHAM ELIÆ Sacerdos, scripsit פירוש על י"ג מדות וכו' *Pirùsc al* 13. *middòth vechullè* explanationem sup. 13. modos exponendi Scrip. Sac. Habetur msc. in Bibl. Vatic. Pergam. in fol.

יו' ר' אברהם בן אשר הנקרא א'ב'א חבר אור השכל והוא פירוש על בראשית רבה נדפס בויניציאה על יד ל' יהודה מבית פאלקון עם פי' לש"י שנת הש"כ"ז לבריאת עולם : זה המחבר הוא מעיר צפת אשר בגליל העליון :

46 R. ABRAHAM Ben Asser, per ר"ת *Rascè theuòth*, harum trium dictionum אברהם בן אשר initialia elementa, abbreuiatè dictus אבא *Abbà*, de Vrbe Saphèth superioris Galileæ, scripsit eruditos commētarios in בראשית רבה *Berescìth Rabbà*, id est magnum glossarium libri Geneseos, quibus titulum præfixit אור השכל *Or Hassèchel*, idest *Lumen intellectus*, excus. Venet. opera, & studio R. Iudę de domo פאלקון *Palkòn seu Falconis* vnà cū explanatione R. Salomonis Iarchi, & textu ipsius *Berescìth Rabbà* literis quadratis, an. mu. 5327. Chr. 1567. in fol. De hoc auctore, vide supra num. 2. in *R. Abbà*.

יז' ר' אברהם די בוטון חבר ספר לחם רב : והוא ס"ל :

ב' : חבר לחם משנה והוא ביאור על ספר משנה תורה להרמב"ם נדפס בויניציאה עם הקדמה ל' יוסף די נוביס בבית דניאל זאניטי שנת הש"ס : על יד ל' יצחק גרשון ..

47 R. ABRAHAM DE BOTTON scripsit ס' לחם רב *Sèpher lèchem ràu*, id est

Danielem Zanetum per R. Isacum Gersonem an. mu. שס"ו 5366. Chr. 1606. In fol.

מח' ר' אברהם ן' בונט חבר פי' על מדרש תנחומא; וגם עשה ספר פירוש על רבות ונמצאו שניהם כ"י בוואטיקאנו;

48 R. ABRAHA'M ABE'N BONE'T scripsit Commētarios in מדרש *Midràs* תנחומא *Tanchumà* & in רבות *Rabbòth*, id est magnum Glossarium super Pentateuchum. Asseruantur mmsscc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4.

מט' ר' אברהם ביבאש פילוסוף הספרדי מארגון חכם גדול היה בדור ר' אברהם שלום בשנת הר"נ ב חבר דרך אמונה על דרך הפילוסופיא ונדפס בשנת רפ"ב לפ"ק; חבר ספר דרשות וקראו זה ינחמנו; ובס' שלשלת הקבלה זה הספר נקרא ר' אברהם ביבץ; עיין שם דף ס"ב:

49 R. ABRAHA'M BIVA'SC, seu Viuax Philosophus Aragonensis scripsit 1. דרך אמונה *Dèrech emunà*, id est *Viam fidei*, est liber Theologicus excusus an. mu. רפ"ב 282. minoris supputationis, Chr. 1522. in fol. loco Typographiæ non notato; sed ex qualitate chartæ & characteris apparet, excus. fuisse Constantinopoli, vel Thessalonicæ.

Scripsit etiam nonnullas Conciones, quas vocauit ex *Gen. 5. 29.* 2. זה ינחמנו *Ze ienachamènu*, id est *Iste consolabitur nos*. Harum meminit Hottingerus Class. 1. Bibl. Auth. שלשלת הקבלה *Scelscel. hakab.* vocat hunc Abrahamum ביבץ *Bibasc.* pag. 62. b. floruit ætate R. Abrahami Scialon circa an. mu. רנ"ב 5252. Chr. 1492. ibid.

נ' ר' אברהם בעל ספר התשבורת; ונמצא בוואטיקאנו בקיבת יו;

50 R. ABRAHAM auctor libri התשבורת *Hattisbòreth*, id est de Algebra, ext. msc. in Bibl. Vatic.

נא' ר' אברהם ברצילוני עיין אברהם בר יהודה ברצילוני;

51 R. ABRAHAM Barcellonius. Vide *Abraham Bar Iuda, &c.*

נב' ר' אברהם גאלאנטי איטליאנו חבר פרוש ארוך על ספר הזהר משמעון בן יוחאי ועשהו בקיצור ר' אברהם אזולאי כמו כתבנו למעלה בסימן מג';

52 R. ABRAHAM GALANTE Italus scripsit *Explanationem in librum* זהר *Zohar* R. Simeonis Ben Iochai, quæ hactenus nuspiam excusa est, quod sciam. In Epitomen illam redegit R. Abraham Azulài, & Venetijs impressa fuit an. mu. 410. Chr. 1650. vt supra ad num 43. annotauimus.

נג' ר' אברהם גדליה עיין ר' אברהם בן שמואל גדליה;

53 R. ABRAHAM GHEDALIA', Vide *R. Abraham Ben Samuelis Ghedalia.*

נד' רבי אברהם בן גזיז חבר ספר לחם אבירים;

54 R. ABRAHAM BEN GAZIZ scripsit librum לחם אבירים *Lèchem Auirìm*, id est *Panis fortium*, seu *Angelorum*, Tit. ex *Psal.* 78: 25.

נה' ר' אברהם ניון חבר סדר תפלות ונדפס עליו פירוש בקיצור;

לגדלס ; ורליתי בספר יוחסין דף קס״ב עמוד ב׳ . שוה סרב
סבר כס בן ספר
ב׳ ; בחיקרי האמונה מבקרא בלשון ערבי אל׳ עקירה .
אל׳ רפי׳עא ; וספר
ג׳ ; חכמת התכונה סנת ל׳ מקלל וסנסרב בטוליטולס ;
ווס הרא׳ב׳ד סמוכיר הרמ׳ב׳ם בכ׳ל׳ סנס וסלא
בבתבו סכתב לבבו ; וסיס להרא׳ב׳ד תלמיד סנס
ססיס בקרא ל׳ מאיר ובכתב סכתב הרמ׳ב׳ם אל ל׳
סמוא ן׳ תבון אמר ססעיר לו מחכמת וס רבי מאיר
תלמיד הרא׳ב׳ד סרב סגדול סבבמקירס . ווס הרא׳ב׳ד
איס בעל ססגות בטוס פנים סלא סיס מסכמו כל כך .
כי הרא׳ב׳ד לא סיסנו׳ בלוסב ומבקש דעת . ואלמי
בלוסב וססבר בבבוד הרמ׳ב׳ם כגרלס כרוב ססנותיו ;
כי בעל ססגות סיס בדור סבא כאסר תראס לעמס
סיון כ״ס׳ וב׳ ספר הקבלה בדפס בויניציאס סנת ס״ס׳
לפ״ק בבית מארקו אנטוניאו יוסטיניאן ; ובבסיליאס
בבית אמברוסיאו פרוביניאו סנת ב״ס״ל״ם לפ״ק ;

57 R. ABRAHAM BEN DAVID HALEVI, quem alij Ben ראוד *Daùd* alij Ben דיאור *Diòr*, vel דאורי *Diorì* vocant, Ben Rau, Isaac, Bē Rau Baruch, Ben Isaaci Cordubensis, ipsius Rau Baruch, ex sorore nepos, & discipulus fuit, ex *Iuchas. fol.* 62. b. qui ex Auctore *Scelsceleth hakabalà fol.* 40. *circa fin.* obijt an. mu. 4886. Chr. 1126. Hinc apparet floruisse tēpore Regis Alphonsi vij. cuius meminit hic idem auctor in libro Kabalæ, de quo statim: eumque מלך מלכים *Mèlech melachìm*, Regem Regum vocat, cùm *Iuchas. fol.* 129. b. qui ob insignes victorias de Saracenis reportatas, Imperator Hispaniarum est appellatus. Hispanus itaque fuit hic Auctor, & Rabbinatum in Pesquera non longè à fluuio Durio in veteris Castellæ Regno sita, exercuit. Scripsit librum magnæ apud Hebræos existimationis, & nominis, quem vocauit.

55 R. ABRAHAM GHEO'N, scripsit *Dispositionem*, seu *ordinem precum*, cui & *Scholia* addidit breuiora, ex Plant. num. 472.

נ״ו ר׳ אברהם ן׳ דאגור לוי הספרדי
הפילוסוף חבר ס׳ האמונה רמה על הפילוסופים ועל כילגול
הנפש ; ונמצא בקריית יד בווטיקאנו ונכתב ע״ל ידי, ר׳ יצחק בן
שלמה במדינת פילאנדרס שנת רל״ה ; ויש ספר אחר מהאמונה
רמה ; עיין ר׳ אברהם ן׳ דאוד ;

56 R. ABRAHAM ABEN DAGVA'R Leuita Hispanus, & Philosophus, scripsit librum, cui titulum fecit אמונה רמה *Emunà ramà. Fides excelsa*, quò Mosaicam legem cum Philosophicis placitis nititur concordare. In eo agitur etiā *De Transmigratione animarum*; & an creatæ fuerint in principio rerum, vel quotidie creentur quando sc. in corpora infunduntur, ext. msc. in Bibl. Vatic. scriptus à R. Isacho Ben Salomonis in Prouincia Flandriæ, an. mu. רלה 5230. Chr. 1470. Papyr. in 4. Est & alius liber cum hoc eodē titulo אמונה רמה *Emunà ramà*. Vide *R. Abraham Aben Dauid*, num. mox sequen.

נ״ז ר׳ אברהם בן דוד הלוי המכונה
הרא׳ב׳ד הספרדי אמר בעל ס׳ יוחסין דף קל״ט׳ עמוד ב׳ כשיף
כעמוד קראו אברהם בן דאורי היה איש חכם ובן אחותו של
ר׳ ברוך ותלמידו היה וחבר ספרים הרבה ;
האחד מהם קראו ספר הקבלה וסדר בו כיצד קבלו התורה
דור אחר דור מימות הנביא עד זמן ר׳ יוסף בן מיגש שלמה ועל
בן כתב בעניים נקרא ספרות דור עולם ; ונספר שלשלת
הקבלה כתב ר׳ קראו ספר זוה סדר עולם ; וכתב ה׳ל׳ אומר
שרבי אברהם בן דוד בן רב יצחק בן רב ברוך שכתוב לעיל חבר
ספר הקבלה ; ובספר יסוד עולם כאמר כי וה הרב היה נקרא
הרא׳ב׳ד על שם שמשפחתו הייתה נקרא ן׳ דאוד ; ונהרג ראשון
של רבנן הנודעי׳ אומר שנכתב ספרו שנת ד׳ אלפים תתקכ״ה

Kabalæ præbuit Hæresis Saducæorum, quæ per Hispaniarum partes, & præcipuè per Castellæ,& Legionis Regna inter Hebræos tunc temporis grassabatur, eosque non parùm vexabat: Nam quidam senex, & Doctor illius sectæ vocatus אבו אלפראג *Abù Alphràg*, non voce tantùm, sed etiam scriptis illos lacessebat. Composito namque libro contra Hebræorum ceremonias, ac traditiones; omnes inanes, vanas, futilesque asserebat, veramque Synagogam apud Saducæos reperiri, varijsque rationibus hoc statuminare contendebat. Contra hunc Saducæorum antesignanum insurgit Abraham Leuita, librumq; componit, quò veritatem suæ Synagogæ, ex duplici capite probare intendit, videlicet, ex *successione*, seu traditione doctrinæ maiorum ad posteros, & ex *Vniuersalitate*, seu communione ipsius doctrinæ, eo quia omnes Synagogæ vbique terrarum ita idem sentiant, vt nulla sit discrepantia inter illas, quod de Saducæorum Hæresi dici non potest. Hoc, quod de Synagoga Iudaica dicit R. Dauid Leui, veriùs dicitur, & quidem certiùs verificatur in Ecclesia Catholica, quæ vbique terrarum, longè latèque diffusa, vna in vnitate fidei est, quæ sub vno capite visibili Petri successore gubernatur, & regitur. Non ita Heterodoxi gloriari possunt, cùm illorum fides in innumeras sectas distrahatur, vt verè, quidam illorum dixerit aliquando.

Vna fides cùm sit, quam nos docuere parentes,
Cur modo tot fidibus luditur Vna fides?

Hunc librum magni faciunt Iudæi, apud ספר הקבלה *Sèpher Hakabalà*, id est, *Librum traditionis*, scil. doctrinæ Mosaicæ à maioribus ad posteros transmissæ. Et est quasi absoluta Chronologia patrum, Principum, & Doctorum Iudaicæ gentis. Incipit à protoparente nostro Adamo, à quo per continuatam successionē, probat Ecclesię dogmata vsq; ad Noë effluxisse. A Noë ad Abrahamū. Ab Abrahamo ad exitū filiorum Israel ex Ægypto: Progrediturq; à Mose post promulgatam legem in Sinai monte, ad Iudices, Prophetas, & Reges; & subinde prosequitur per inferiora tempora post ædificatum templum per Zorobabelem, illiusque euersionem, per Sapientes, quocunque nomine censeantur, siue תנאים *Tannaìm*, siue אמוראים *Amorraìm*, siue רבנן סבוראי *Rabbanàn Sauorrài*, siue tandem הגאונים *Hagghaonìm*, quousque ad tempora R. Ioseph Ben Megas Halleuì perueniatur, qui, & ipse viuere desijt an. mu. 4901. Chr. 1141. *Iuchas.* fol. 131. & 162. b.

Hæc Ecclesiæ nota, nempè successio verę doctrinę per ora Prophetarum atq; Doctorum, vsque ad aduentum Domini in quem crediderunt antiqui Patres vera fuit, & legitima (De vera inquam doctrina intelligimus, non autem de Pharisaicis traditionibus à Christo Domino impugnatis) at deinde interrupta quidem in Synagoga Iudaica, sed continuata in Christo, & per Apostolorum Principem Petrum, super quem ædificauit Ecclesiam suam, per perennem Summorum Pontificum in Cathedra legitimè sedentium successionem, fuit propagata.

Occasionem scribendi hunc librum

1590. eadem forma reperiuntur.

Præter hunc librum Kabalæ contra Abu-Alphrag editum; scripsit etiam.

2, תשובת *Thesciuuàth*, id est responsionem præcisam ad librum prędicti Abu-Alphrag, quem super sectionem בראשית *Berescith* Geneseωn, & sect. מסעי *Massaè* mansionum ad cap. 33. Num. scripserat contra Rabbanistas. Huius fit mentio ab eodem *Harauàd* in hoc eodem libro Kabalæ circa fin. vbi ipse de se ita loquitur.

ואני כתבתי תשובת ספרו והראיתי לתלמידים סכלותו וכו׳

Veanì cathàuthi thesciuuàth siphrò, Veharaìthi lethalmidìm sechlutò, &c. Id est, *Et ego scripsi responsionem ad eius librum, & ostendi discipulis stultitiam eius, &c.* Ista responsio hodie non reperitur, quod sciam. Scripsit Arabica lingua teste auctore libri Iuchas. fol. 131. b. in fin. librum

3 אמונא רמה *Emunà Ramà, Fidei excelsæ*, quę Arabicè appellauit עקידה אל רפיעה *Akedà al rephiàh*, seu אל עקידה אל רפיעה Et de fundamentis, seu articulis fidei Iudæorum tractare dicitur.

In Bibliotheca Vaticana extat Codex msc. in fol. Papyr. cum titulo ספר אמונה רמה *Sèpher emunàh ramà. Liber fidei excelsæ*, & nunquam fuit excusus, vt puto, qui itidem huic Abrahamo Aben Dauid tribuitur. In eo agitur, de coactione & libertate voluntatis humanæ, & diuiditur in tres tractatus.

I. Agit *De principijs naturalibus*, & quomodo per ea possumus attingere, quæ ad fidem spectant.

II. *De principijs fidei, & legis.*

III.

apud quos summæ auctoritatis est, eumque passim citant sub nomine הראב״ד *Harauàd*, id est *R. Abrahami Ben Daùd*, vel *Dauid*, contracto vocabulo ex quatuor initialibus literis istarum vocum, & quem composuit an. mu. 4921. Chr. 1161. vt legitur in libro יסוד עולם *Iesòd holàm* relato ab auctore *Scelscel. hakab.* fol. 42. & vt etiam apparet in hoc eodem libro Kabalæ Harauad, pag. *mihi* 64. b. ætate prima רבנן סבוראי *Rabbanàn Sauorrài*. Et quò nos sępè vsi sumus in hoc Opere nostro conscribendo. Hunc primò Gilb. Genebrardus latinum fecit, & impressus fuit Parisijs an. Domini 1533. & ibid. an. 1572. cuius exemplar inter Codices latinos Bibl. Vatic. habetur, vnà cum Constantino Manasse in 8. Prodijt etiam Basileæ ex officina Frobeniana an. Domini 1580. cum latina interpretatione è regione textus Hebraici, quadrato charactere, & in 8. At quia Genebrardus in sua translatione, exemplari quodam Hebraico est vsus, in quo vltra Haai Gahòn non progreditur: ideò in ea translatione, quæ additur in fine suæ Chronologiæ Paris. excusę in fol. an. Domini 1600. nonnulla desiderantur, ea scilicet, quæ post Haai Gahòn in cęteris exemplaribus habentur, vsque ad Abrahami Aben Ezræ tempora, quæ ab aliquo alio iuniore auctore addita fuerunt, & in exemplaribus Hebraicis, tum Venetis, apud Marcum Antonium Iustinianum an. mu. ל״פ 305. Chr. 1545. in 4. tum Basileensibus, apud Ambrosium Frobenium an. ל״פ 340. Chr. 1580. in 8. & iterum, apud eundem, anno Domini

Hiſpania relinquere religionẽ ſuã: quod ſi aliquando ſuſpenſi, vel flammis additi fuerunt; ideò hoc factum eſt, quia cum Religionem Chriſtianam ſuſcepiſſent, poſtea ad vomitum redierunt, iterum ſuperſtitionem Iudaicam profitendo, ſic tanquam relapſi, vel pertinaces, meritas pœnas flammis luerunt.

Spizelius in Bibl. Vniuerſ. attribuit cuidam Abrahamo Aben Daùd librum Aſtrologicum mſc. ſub tit. תכונת זכות *Techunàth Zacùth*, id eſt *Aſtrologia Zacuti*, quem R. Abrahamo Bar Samuelis Zacuto reſtituendum putamus. Videſis ſub hoc nomine R. Abr. Bar, Sam. Zac.

כ״ה ר׳אברהם ן׳דאוד לוי הספני ספרדי

הנקרא גם כן הראב״ד רב בפשקיירה היה בדור הרמב״ם ועשה נגד ספרו הי״ד השגות בדברי קנטורין וגיזופין. וכשמע הרמב״ם את הדברים האלה אמר עליו: אמרו לרב שבפסקיירת שאם התחיל לא ישלים: ואומרים כי הראב״ד לא השלים ספרו: ואומר הש״ה כי באם בתשובותיו סי׳ ו׳ שמעתי שהרמב״ם ראה בהשגות שהשיג הראב״ד עליו: ואמר מימי לא נצחני אלא בעל מלאכה אחת: ואמר בעל ספר יוחסין דף קל״ב עמוד א׳ ואני אומר כי כמה דבריו שלא כהלכה וגם בכמה מקום ולפי שלא הרמב״ם היה רואה השגותיו היה משיב להם: וגם על מה שאמר הש״ה כי באם בתשובותיו הכ״ל ובתשובות להראב״ד שהלכו שאמר על הרמב״ם שהוא כמו ולכתבו יפיפים: ואומר אני כי לא בהלכה תשובה כזאת. אבל אם אמת הדבר יוכל להיות כי הראב״ד בן דוד זקן בעל ספר הקבלה היה כי באולה היה עדיין מי בימי סבור הרמב״ם. ונראה בהלכות עדות פ״ה ומקומות אחרים כי הראב״ד בעל ההשגות שלפנינו גם כן על דברי ל׳ מינם: ואם כן נראה שהראב״ד זקן חבר ההשגות לספר הי״ד. ועם הראב״ד הנזכר חבר ספר אחר הנקרא ס׳ בעלי הנפש על סדרים ונדפס בוויניציאה שנת שמ״ב לפ״ק על ידי יואן דיגארא. ועשה גם כן פירוש על ספר יצירה: ועשה חדושים לגמרות וכפרש על מסכת עריות: ועשה התשובות על רבינו זרחיה הלוי, והשגות על הרב אלפסי: ונזכר בספר יוחסין דף קל״ב:

III. *De medicina animæ*, & qua via mederi poſſit, ſi à caducis & mundanis rebus attrahatur, & infirmari contingat. Itemque aliquot Philoſophica, & moralia effata adducit, quæ authoritate Sacræ Scripturæ confirmat. Eſt moralis, & bonus liber.

IV. Scripſit quædam ad התכונה *Hathechunà*, Aſtronomicas ſcientias pertinentia, in eodem Iuchaſſ. *fol. 132.* Qui (ait) morte violenta obijſſe religionis cauſa, an. mu. 4640. Chr. 1180. Toleti fol. 131. b. & 162. b.

Cætera opera, quæ huic Auctori ab aliquibus tribuuntur & præſertim השגות *Haſſagòth*, *animaduerſiones* in librum הי״ד *Haijad* R. Moſis Ægyptij, in ſequẽti exhibebimus Auctore, & cuius eæ ſint Auctoris examinabimus, & argumentum illorum, qui exiſtimant non eſſe huius Harrauad, quia amiciſſimus R. Moſis Ægyptij fuerat, & idem Ægyptius de eo honorificè loquatur, maximè in Epiſtola ad R. Samuelem Aben Tybbon, quà *Harrauàd* vocat הרב הגדול שבפסקירה *Harràu haggadòl ſchebèpiſkuèra. Magnum magiſtrũ Piſquieræ*; Harrauàd verò qui animaduerſiones contra Ægyptium compilauerat, verbis contumelioſis illum laceſſat & vrgeat; an aliquid valeat, ſtatim poſt hunc Harrauad videbimus.

In libro שבט יהודה *Scèuet Iehudà* שמר 5. pag. mihi 56. fit mentio cuiuſdam Abrahami Leuitæ Bar Dauid, vel Daùd, qui an. mu. 143. min. ſupp. Chr. 1372. iuſſu Regis Hiſpaniarum ſuſpenditur. Iudæi dicũt, quia noluit deſerere Iudaiſmum; ſed hoc mendacium eſt, quia nunquam coacti ſunt Iudæi in

Harrauàd iuniore, cùm iste omninò contemporaneus *Harrambàm* sit, ideò intelligi debet de seniore. Quod si ita est, non hic iuuenis *Harrauàd*, sed senior, has animaduersiones composuisse fatendum est, neque temporis ratio huic opinioni contraria videtur, quia liber ה״יר *Haijàd* seu משנה תורה *Misenè Thorà* absolutus fuit an. 4937. & *Harrauàd* senior interijt an 4940. Triennij igitur interuallo, benè quidem & commodè potuit in illum animaduerti suis השגות *Hassagòth insecutionibus*. Neque argumentum de amicitia, & laudibus quibus seniorem *Harrauàd* prosequebatur *Harrambàmus* aliquid officit, quia eo tempore nihil sciebat *Harrambàm* de huiusmodi animaduersionibus, ideò seniorem magistrum ac Rau honorabat & venerabatur *Harrambàm*. Accedit; quòd iste *Harrauàd* subsannat, & irridet etiam verba Aben Megas, magistri *Harrambàm* vt apparet in הלכות עדות *Halachòth edùth*, cap. 8. & alibi sæpè quibus in locis, & riualem magistrum persequitur, & discipulum illius flocci facit, quæ non ita benè iuniori *Harrauàd* aptari possunt sicut seniori. Scripsit itaque hic Auctor

2 ספר בעלי הנפש *Sèpher baalè hannèphesc*, id est *Viros animatos*, & est liber legalis varias iuris decisiones complectitur, excusus reperitur Venetijs an. mu. ס״ס 365. min. supput. Chr. 1605. apud Io. de Gara in 8.

3 פירוש על ספר יצירה *Pirùsc al Sèpher Ietzirà, Commentarium in librum de formatione*, qui Abrahamo Patriarchæ tribuitur, vt supra vidimus, qui cōiunctim cum eodem, excus. est Mantuæ anno mu.

קל״ב ע״ש שנפטר הראב״ד בפוסקירש ל״ג בטבקיירש בש״ש
בשנובה שנת ד׳ אלפים תתקל״ט והכמים עמו לא קברו׃

58 R. ABRAHAM ABEN DAV'D LEVI IVNIOR, qui & ipse ex initialibus dictionum literis abbreuiatè dicitur הראב״ד *Harrauàd*, post R. Abraham Ben Dauid mox recensitum, alter Rau in Pisquiera oppido, vixit ætate R. Mosis Bar Maiemonis, contra quem, & eius librum ה״יר *Haijad*, acerbas & contemptibilium verborum plenas *animaduersiones* scripsit, quas

1 השגות *Hassagòth*, nuncupauit. Hæc audiens R. Moses seu *Harrambàm*, vt refert R. Salomon Ben Tzèmach in responsionibus num. 6. dixisse fertur. *Nullus hactenus me vicit, nisi vnius operis auctor.* Auctorem istum emulum suum intelligens, de quo addidisse (inquiunt) *Dicite magistro qui est in Pisquera, quod si inceperit, non perficiet*, scil. opus absoluere. Quod experimento probatum est, ait auctor *Scel. scel. hakab. fol.* 43. quia deinceps, anno integro non superuixit; non intelligens, quòd si ita contigerit, casu, non ex Rabbinica prædictione euenerit. Istę animaduersiones excusæ sunt cum operibus ה״יר *Haijàd* ipsius Mosis Bar Maijmonis, in magno folio, apud Bombergum, & Bragadinum, vt videbimus in Mose suo loco: Sunt nonnulli, qui existimant, *Harrambàm* non vidisse has animaduersiones; quia procul dubio illis responsione occurrisset; & quòd alicubi in suis responsionibus dixerit *Harrauad* de *Harrambam*, שהוא נער ואנחנו ישישים *Scehù nànghar vehanàchnu iescisçìm*. *Quod ille esset puer, nos verò sumus decrepiti*, quod intelligi non potest dę

que cum operibus Rau Alphes circumfertur excuſum. Vide in מרדכי.

ס' **ר' אברהם בר דוד** מקרית יערים חבר ס' בעלי הנפש על ענין אישות, והעתק בוואטיקאנו בכתיבת יד על קלף:

60 R. ABRAHAM BAR DAVID DE KIRIATH IEARIM, quæ vrbs eſt in Tribu Iuda Ioſ. 15. 9. Scripſit librũ cui tit. eſt.

1 בעלי הנפש *Baalè hannèphesc*, id eſt *Poſſeſſores animæ*, ſeu *Viri animati*. Tractat *De matrimonio & eius vſu*; *De purificatione menſtruatæ, & alijs ad matrimonium pertinentibus*, ext. mſc. in Bibl. Vrbin apud Vatic. Pergam in 4. Hactenus excuſus non eſt, quod ſciam. Hic liber confundi non debet cum alio eiuſdem nominis notato ſupra ad n. 58. quia ſunt diuerſi, & diuerſorum Auctorum, quamuis vterque vocetur Abrahamus.

סא' **ר' אברהם דבלמש** עיין ר' אברהם בן מאיר דבלמש:

61 R. ABRAHAM DE BALMES. Vide *R. Abraham Ben Meir de Balmes*.

סב' **ר' אברהם דיל ויקיו** מפירארה חבר ס' זרע אברהם והוא לוח כל מאמרים של עין, ישראל ונדפס לא אלא לבד:

62 R. ABRAHAM DEL VECHIO Ferrarienſis ſcripſit *Indicem omnium* מאמרים *Maamarrìm*, id eſt *Dictorum*, ſeu *hiſtoriarum allegoricarum*, quæ in libro עין ישראל *en Iſrael* reperiuntur. Hactenus in lucem non prodijt, ſed mſc.

mu. שכ״ב 322. Chr. 1562. in 4. & cuius bonam partem latinam fecit Io. Stephanus Rittangelius, & Amſtelodami prodijt vnà cum *Sèpher Ietzirà* an. Domini 1642. apud Io. & Iodocum Ianſſonios Hebraicè, & Latinè in 4. ſcripſit.

4 חדושים לגמרות *Chiduſcìm leghemaroth*, *Nouellas explanationes* in aliquot Talmudicos, tract. & præſertim in Cod. עדיות *edaijòth*, *Teſtificationum*, excuſæ reperiuntur in corpore Talmudis Babylonici Venet. an. mu. רצ״ח 5290. Chr. 1530. apud Danielem Bombergum in fol. ſcripſit.

5 השגות על רבינו זרחיה הלוי *Haſſagòth al rabbènu Zarachià halleuì*, *Animaduerſiones* contra opera Rabbi Zarachiæ Leuitæ.

6 השגות על הרב אלפסי *Haſſagòth al haràu Alphesì*, *Animaduerſiones ſuper Rau Alpheſ.* Tandem obijt Peſquieræ veſpera Sabbathi encæniç Templi an. mu. 4959. Chr. 1199. & à Sacerdotibus Iudaicis tumulatur, vt refert *Iuchas. fol.* 132. circa init.

Ex his quæ diximus euidenter patet, duos fuiſſe *Harrauad*, vt omnes eruditi Rabbini obſeruarunt, cum R. Godolia *in Scelſcel. hakab. fol.* 42.

Vnde apparet quam malè Buxtorfius in abbreuiat. pag. 178. vtrumque confundat, & vnum pro altero accipiat.

נט' **ר' אברהם בר דוד** אשכנזי אחד מיה ספר מיוחס לכתוב ספר מרדכי:

59 R. ABRAHAM BAR DAVID Germanus, vnus ex 9. auctoribus qui מרדכי *Mordachì* compoſuerunt; quod-

quod à myſterioſo מקף *Makàph* tanquam duplici catena, duritiem cum ceruice populi vinciente indicatur, & quæ à ſolo Deo auferri poteſt, qui miſericorditer quotidie clamat per os eiuſdem Moſis Deuter. 10. 16. וערפכם לא תקשו עוד *Veorpechèm lo Takeſciù od. Et ceruicem veſtram ne induretis amplius.* Cæterum, hæc Pſeudoprophetia, ſcripta fuit Ieroſolymis ab hoc R. Abrahamo Halleui an. mu. 5276. Chr. 1516. vt refert Auctor *Scelſcel.* loc. cit. trecentis annis à morte R. Moſis Bar Maijmonis Abataui R. Abrahami, Halleui, quod vix credi poteſt.

ס״ד אברהם בן רבי חייא שהיה הנשיא היה בזמן הרי״ף וחבר חבורים הרבה עד מאד:

א׳: היה ספר גדול מהתכונה ונמצא כ״י ברומא בוואטיקאנו:

ב׳: ספר על החשבון העיבור והתקופות והוא כ״י בוואטיקאנו הנ״ל:

ג׳: ספר על ז׳ כוכבי לכת והמזלות יוניים ורומיים וישמעאליים כ״י נמצא בוואטיקאנו:

ד׳: ספר על הגמטריא וטריגונומטריא ומוסיקה כ״י בגנזי ספרים הנ״ל:

ה׳: ספר צורת הארץ נחלק לב׳ ספרים כ״י ונמצא במקום הנ״ל:

ו׳: ספר הגיון הנפש העצובה ברפקת דלתי התשובה: והוא ספר הרחבי ועל סודות הכתובים והמחבר היה עת בשנת ה׳ אלפים קל״ס שנתים לפני פטירת רבי יצחק אלפאסי בשלשלת הקבלה דף ע״ב:

64 R. ABRAHAM CHIIA' diſcipulus R. Moſis הדרשן *Haddarſciàn* Hiſpanus, inſignis Aſtronomus; multa Aſtronomica opera ſcripſit: ea, quæ ad meam notitiam peruenerunt ſunt.

1. Prægrande opus *De rebus Aſtronomicis*,

mſc. in 4. aſſeruatur Florentiæ in muſęo Hebraico R. Zachariæ de Porto. De quo infra agemus.

ס״ג ר׳ אברהם הלוי בן דוד בן עובדיה בן אברהם בן הרמב״ם היה בזמן הרס״ב״א ומצא בירושלם שנת ה׳ אלפים ר״ע פירוש נבואה שנמצאת בחרבות ירושלם על סוד הקץ ובסוף כל נבואה קצת פירוש ולפי שהרב רבי דוד אביו היה שקלל והחרים לכל מי שיגלה רז זה לנכרי והטעם שאסור לגלות לפי שיש בקצת העניינים סכנה גדולה, כן ראיתי כתוב בספר שלשלת דף מ״ו בקצור:

63 R. ABRAHAM LEVITA BEN DAVID, *Ben Abdiæ, Ben Abrahami, Ben R. Moſis Maijmonis*, ſcripſit expoſitionem in נבואה על סוד הקץ *Neuuàh al ſod Hakètz, Prophetiam ſuper myſterium finale*, hoc eſt *Aduentus Meſſiæ*, tandiù fruſtra à Iudæis expectati. Dicitur in *Scelſcel. hakab. fol. 46.* hanc inuentam fuiſſe in deſolatione, ſeu ruinis Ieroſolymitanis, & ad calcem vniuſcuiuſque partis prophetiæ addita fuit explicatio. Et quia res periculoſa Iudæis foret, & in diſcrimine adducerentur, ſi huiuſmodi myſteria alicui non Iudęo reuelarentur, ideò ſub diris excommunicationibus, atque maledictionibus, prohibuit R. Dauid pater Abrahami, ne cuiquam non Iudęo manifeſta fiant. Ita delicatè ſe ſe ad inuicem palpant Iudæi, & vanis, ac mendacibus pſeudopropheтijs ſuam ceruicem indurant, vt tam Propheticè quam verè, Moſes aliquando de hoc populo locutus ſit עם-קשה-עורף הוא *Am-Keſchi-oreph hù. Populus duræ ceruicis eſt.* Exod. 32. 9. Ita vt durities ceruicis in hoc populo, veluti quaſi proprietas quarto modo, ab eo remoueri omninò difficile ſit,

Circulis. Quibus accedit Tractatus *De Musica*.

5. צורת הארץ *Tzuràth haàrets*, id est *Forma Terræ*. Liber *De Mundo*, *& Elementis*. Diuiditur in 84 שערים *Sciaarìm*, *Portas*, seu *Tractatus*, quos omnes singulatim nimis longum esset recensere. Extat msc. in eadem Bibl. Vatic. in 4. Papyr. Habetur etiam msc. in Bibliot. Cæsarea scriptus anno Æræ Iudæorum 5232. Christi 1472, in 4. ex Spizel. in Bibl. Vniuer. Latinè factus ab Osualdo Schreckenfuchsio, & notis illustratus à Sebastiano Munstero, impressus Basileæ apud Henricum Petri an. 1546. quemadmodum etiam latinos fecerat omnes alios eius libros *De Arithmetica*, & *De Sphæra*; & Hebraicè atque Latinè excusi sunt ibidem apud eundem Henricum Petri anno eodem 1546. in 4.

6. Præter hos Astronomicos Tractatus, scripsit etiam egregium librũ *Ethicum*, *& spiritualem*, cui titulum fecit

הגיון הנפש העצובה בדפקה דלתי התשובה,

Higaijòn Hannèphesc haatzuuà bedaphkà dalthè hathesciuuà, id est *Meditatio animæ dolentis, in pulsu portarum resipiscentiæ*. Spirituale Opusculum, diuiditur in quatuor columnas: In prima tractat *De hominis principio, & natura, deque mirabili humani corporis constructione*.

In secunda *De ijs, in quibus exercere se debet homo in hoc mundo*.

In tertia *De reditu ad Deum per contritionem post lapsum*.

In quarta *De arte benè moriendi, & De fine huius seculi*. Reperitur msc. in Bi-

nomicis. Habetur msc. in Bibliot. Vatic. & in Collegio Neophyt. Romæ in fol. Papyr.

2. ס׳ על חשבון העיבור, *Sèpher al cheschòn Haibbùr*, id est *Liber supputationis Embolismorum*; vbi abundè de Kalendario. Opus in tres partes diuiditur. In prima agit *De Arithmetica*, tanquam preludio, & introductione ad Kalendarium. In secunda *De Mensibus, Annis Lunaribus, & alijs ad eos spectantibus*. Tertia *De anno Solari*, תקופות *Tekùphis*, id est, *Solstitijs, & Aequinoctijs, Septimo anno quietis, & Iubileo*. *Deque Kalendario cæterarum Gentium*; eique alium tractatum adiungit *De Arithmetica*. Habetur etiam msc. in eadem Bibl. Vatic. Papyr. in 4. Aliud huius Operis exemplar reperitur msc. in Bibl. Vrbin. apud Vatic. In fol. paruo, scriptum 18. annis post mortem Auctoris, nempè an. mundi 4883. Chr. 1123. Aliud consimile exemplar asseruatur Romæ in Bibliot. Collegij Neophyt. msc. in Perg. in 4. Vbi in Tract. *De anno & eius partibus* dicitur, Christum Dominum natum an. mundi 3761. die Iouis, nona טבת *Teuèth*, id est *Decembris*, & quòd Christiani natum asserant die Sabbathi, an. mundi 3760.

3. Alium peculiarem Tractatum scripsit *De Planetis, & Sphæris*. *De Kalendario Græcorum, Romanorum, & Ismaelitarum*. Habetur msc. in Bibl. Vatic. Papyr. In fol.

4. Ibidem eiusdem Auctoris msc. Papyr. in 4. reperitur Tractatus *De Geometria, Propositiones de Triangulis sphæricis, Conuersione angulorum, &*

no non notato. Euulgauit autem illum anno Domini 1595. Scripsit &

2 אשת חיל *E'sceth chàil, Mulierem fortem.* Tit. *ex Prou.* 31. 10. In laudem mulierum virtutibus ornatarum. Excus. Venetijs an. mun. 5371. Chr. 1611. apud Danielem Zanetum in 8.

ר׳ אברהם בר חסדאי ברצילונה

סו חבר אגרת ושלח לר׳ יהודה בן אלפכאר על דבר מורה, וחבר
ב: ספר התפוח, ונדפס בויניציאה על יד דניאל בומבירג
שנת רע״ט לפ״ק, ונדפס רי״ווא די טרינטו עם אגרותיו:
ג: ספר הנפש ומדבר בהגיון עם מורה על הנפש
ועל הגוף וכו׳: והעתיקו מלשון ערבי אל לשון עברי
ר׳ יודא בן שלמה: ונמצא בלשון לטין בוואטיקאנו
בתיבת יד: וזה המחבר העתיק מלשון ערבי אל לשון
הקודש ס׳
ד: מאזני צדק על מדות הכמה לפילוסופים אלגזל ערבי:

66 R. ABRAHAM BAR CHASDA'I claruit tempore R. Dauid Kimchij Barcinonæ, vbi Archi Rabbinus extitit. *Epistolam* misit Toletum ad R. Iudam Alphacarem *monitoriam*, vt ab incępto consilio defendendi Rabbinos Monpessulanos contra Ægyptij librum desisteret. Habetur inter alias Epistolas eiusdem Ægyptij Venetijs excusas in 8. an. mun. 304. m. sup. Chr. 1544. Vide *R. Dauid Kimchi.* Scripsit

2. ס׳ התפוח *Sèpher Hatthapùach*, id est *Librum pomi*, Arabicè. Complectitur varias collectiones morales ex dictis & sententijs Philosophorum. Excusus Venetijs apud Danielem Bombergum an. mundi לפ״ק 279. minoris supput. Christi 1519. Deinde Riuæ Tridenti, cum eisdem Epistolis annectitur. Scripsit

3. ספר הנפש *Sèpher Hannèphesc*, id est *Li-*

55 Bibliot. Vaticana Papyr. in 4.

Tandem diem clausit extremum an. mundi 4865. Christi 1105. duobus annis post mortem R. Isaaci Alphesi. Dauid Gans, & *Scelscèl. hakkabalà. fol. 42. in princ.*

ר׳ אברהם בן חנניה יגל

סה ממונשיליצי ממשפחת הגליקי חזר מור לדת המשיחי ונקרא
שמו קאמילו יגל חבר כתוך סיפורים ספר לקח טוב והוא הכלל
עיקרי תורה חנוך לנערים בשאלות סיפורים, ונדפס בויניציאה
בשנות יואן די גארה:
ב: חבר אשת חיל על מדות הנשים טובות נדפס בויניציאה
שנת השע״א בבית דניאל זאניטו:

65 R. ABRAHAM BEN CHANANIA' IAGHE'L de Monselice Italus ex familia Galiki inter Hebræos satis nota. Initio huius seculi relicta Iudæorum superstitione, Christum agnouit tempore Pauli V. Summi Pontificis, & à Camillo eius nomine ante Pontificatum, *Camillus Iaghèl* vocatus fuit. Officium reuisoris librorum Hebræorum an. 1619. & 1620. exercebat in Marchia Anconitana. Cuius subsignationes multæ reperiuntur in libris impressis, potissimùm in Bibl. Vaticana sub numeris librorum Hebræorum 22. 23. 24. 25. &c. 45. & 65. Cùm adhuc in Iudaismo versaretur scripsit

1 ס׳ לקח טוב *Sèpher lèkach tòu*, id est *Librum doctrinæ bonæ.* Tit. *ex Prou.* 4. 1. est *Catechesis Iudaica inter Discipulum & Magistrum*, quà per Dialogum, articulos fidei Mosaicæ, & alia ad mores pertinentia dilucidè, breuiter, & eleganter pertractat. Excusus est Venetijs apud Io. de Gara in 8. an-

RIEL Leuita scripsit librum, cui tit. est

144 ADAM, *Homo primus*, Dei manu formatus, die sexta, hora nona matutina, id est tribus horis aute meridiem, ad imaginem & similitudinem Opificis, atque Creatoris conditus, iure primus sapiens appellari potest, & quamuis imago à Deo delineata, atq; omnium charismatum plena, tamen Dei præceptum transgreditur, hora post sui creationem prima; eijcitur de Paradiso hora tertia pomeridiana eiusdem diei, ita vt sex horas tantum in Paradiso stetisse credant Barcepha, Philoxenus, & Sarugensis. Ex vxore sua Eua extra Paradisum (contra Rabbinos) suscipit Kain, & Abel: post Abelis necem, separat se ab vxore sua, quam elapsis 130. annis, iterum cognoscit, ex qua suscipit Seth, generatque filios, & filias. Gen. 1.2.3. 4. & 5. debitum naturæ, ob transgressionem præcepti contractum soluit, atque moritur, anno ætatis suæ 930. & diebus sex, pœnitens; ideoque sepelitur à Deo, secundùm R. רחומאי *Rachumài*, in spelunca duplici, in חברון *Cheuròn*, *Ebron*; à *Seth* secundùm R. קסמא *Kasmà*; ab *Enòch* secundùm Auctorem סדר עולם *Sèder olàm*; qui annis 57. post, etiam Euam sepulturæ tradidit. Postea translatus est. Iuchas. pag. 5. Rabbini, qui refertissimi sunt in fabulis adinueniendis, multa de Protoparente nostro Adamo cōminiscuntur, nō tàm fabulosa, quàm pleraque impia, erronea, scandalosa,

&

rat rudem illam massam, seu embryonem à terra vsque ad firmamentum. Item legitur in Ialkùt ex eodem Rab bòth par. p. pag. 6. col. 3. editionis Venetæ his verbis:

מתחילה נברא מן הארץ עד לרקיע וכשראו אותו מלאכי השרת נזדעזעו ונתייראו מלפניו מה עשו עלו כלן לפני הקב״ה למעלה אמרו לפניו רש״ע שתי רשויות יש בעולם הניח הקב״ה ידו על ראשו ומעטו והעמידו על אלף אמה ׃

Metechillà niurà mìn haàretz ad lerakìah, vescerau othò Malachè hascierèth nizdaazaùu venithijerù milephanàu: Mà asù, alù cullàm liphnè hakadòsc barùch hù lemàala, amerù lephanàu, Ribbòn scièl olàm scictè resciuiòth iesc bcolàm: Hanniach hakadòsc barùch hù iadò al rosciò vmiettò vehaamidò al èleph ammà. Id est *Initio creatus est* (Adam tam vastæ molis) *vt è terra ad Cælum vsque pertingeret. At quando Angeli ministerij illum viderunt, commoti sunt, timueruntque; quid fecerunt? ascenderunt omnes coram Deo in superiori* (habitaculo) *& dixerunt, Domine mundi, duæ potestates sunt in mundo. Tunc Deus posuit manum suam super caput Adæ, illumque ad mille cubitos redegit.* Item habetur in Talmud Babyl. *Bauà Batrà* Cap. 5. Digladiantur Rabbini circa staturam Adæ à Deo post fabulosam diminutionem relictam; nam alij centũ cubitorum illam fecerunt, alij tantundem addiderunt, alij trecentorum, alij vsque ad nongentos cubitos accreuerunt. R. Auàhu in *Bèresc. Rabbà Parascià* 12. pag. 14. col. 3. Ita loquitur-

& proborum hominum aurium offensiua. Referunt *in Bereschith Rabbà Parascia* 8. Adæ massam quandam primùm rudem, & informem, quam embryonẽ licebit appellare, ita Deus in immensum efformauerat, vt non solum ab ortu ad occasum, verùm vsque ad firmamentum pertingeret. Sic legitur circa principium:

ר׳ תנחומה בשם ר׳ בנייה ור׳ ברכיה בשם ר׳ אלעזר אמר בשעה שברא הקב״ה את אדם הראשון גולם בראו והיה מוטל מסוף העולם ועד סופו תהר גלמי ראו עיניך וגומ׳ ׃

Rabbì Tanchumà besciem R. Benejàh, ve Rabbì Berachià besciem R. Elazàr amàr, Besciaàh sciebarà Hakadòsc Barùch hù eth Adàm harisciòn, gholèm beraò, vehaià mottèl mesòph haolàm veàd sophò, haddà hù dictiu; Galmi Raù enècha, vegomèr. Id est *Rabbi Tanchumà nomine R. Benciàh, & R. Berachià in nomine R. Elazàr dixit. Illa horà qua Deus Sanctus benedictus Adam creauerat, embryonem creauit, & eleuauit ab vno ad aliud extremum orbis. Istud est quod scriptum est, Psal. 139. 16. Informe meum viderunt oculi tui &c.* Et ibidem *Parasc.* 14. super illud. Genes. 2. 7. ויפח באפיו נשמת חיים וגו׳ ׃ *Vaippàch beahappàu, &c. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* Habetur

ויפח באפיו ׃ מלמד שהעמידו גולם מן הארץ ועד הרקיע ׃

Vaippàch beahappàu &c. Mellamèd, sciehaamidò gholèm min haàretz veàd harakìah, id est, *Et inspirauit in faciem eius &c. docet, quod stare fece-*

אמר ר' אבהו באותה שעה גועה קומתו של אדם הראשון ונעשית' של מאה אמה ׃

Amàr R. Auàhu, beothà sciaahà ghazèah Komathò sciel Adàm hariſciòn venaaſſethà sciel meàh ammàh, id eſt *Dixit Rabbi Auàhu, ea hora ſuccidit ſtaturam Adami, & redegit ad centum cubitos*. Et paulò poſt col. 4. loquens de arbore vitæ ait.

ר' יודן אמר מאה אמה כאדם הראשון׃ ר' שמעון אמר מאתים אמה ׃ ר' אלעזר בר ר' שמעון אמר שלש מאות קוֹם מאה׃ מיות מאתים׃ ר' אבהו אמר תשע מאות אמה ׃

R. Iodàn amàr, meà ammà cheadàm harriſciòn. R. Scimòn amàr ſcielòſc meòth Kum meà, meòth mathàim R. Auàhu amàr teſciàa meòth ammà. R. Iodan dixit cubitorum centum illius altitudo *ſicut fuerat Adam. R. Simeon dixit, ducentorum cubitorum, R. Eleazar dixit trecentorum, & R. Abàu nongentorum cubitorum ſtatura illius erat*, quam altitudinem eidem Adamo concedere neceſſariò debent, vt & manum mittere, & colligere potuiſſet de fructibus arboris vitæ. Quid defatigantur Rabbini terminum incompoſitæ maſſæ primi hominis aſſignare, cum ibidem illam tam enormem faciant, vt dicant repleuiſſe totum mundum, ita docent ſapientiſſimi illi priſci Rabbini, quorum דברי רבנים *diurè Rabbanìm, verba Rabbinorum.* דברי אלהים *diurè Elohìm, verba Deorum*, iactant Hebræi.

ר' יהשע בר נחמיה ור' יהודה בר סימון בשם ר' אלעזר אמר מלא כל העלם בראו מן המזרח למערב מנין שנ' אחור וקדם צרתני וגו' ׃ מצפון למרום מנין שנ' ולמקצה השמים ועד קצה השמים ׃

R. Ieoſciùah Bar Nachmià, ve Rabbi Ieudà Bar Simòn beſcièm R. Elazàr amàr millè còl haolàm; Beraò mìn hammitzràch lemaaràu minnàin? ſceneemàr: Achòr vakèdem tzartàni vegomèr. Mitzaphòn ledaròm, minnàin? ſceneemàr Vlmiktzè haſciamàim veàd Ketzè haſciamàim, id eſt

R. Ioſuè fil. Nehemiæ, & R. Iudas fil. Simeonis, ex nomine, R. Eleazaris dixit, repleuerat totum mundum (videlicet informis illa Adami maſſa, ſeu embryo:) *nam creauerat illum ab oriente vſque ad oceaſum. Vnde probatur hoc? ex Pſal. 139. Verſ. 5. Ab occidente ad orientem formaſti me. A ſeptentrione ad meridiem, vnde probatur? ex Deuter. 4. 32 Ad extremum Cælorum, vſque ad extremum Cæli.* Addunt præterea, poſtquam delineamenta humanæ ſpeciei huic incompactæ, & rudi maſſæ dederat Deus, Androgynum, ſeu etiam Hermaphroditum efformauerat, vt vtriuſque ſexus participem faceret. Id his verbis ibidem explicant.

אמר ר' ירמיה בן אלעזר בשעה שברא הקב"ה את אדם הראשון אנדרוגינוס בראו הה"ד זחר ונקבה ברא אתם׃

Amàr R. Irmeiàh Ben Elazàr beſciaàh ſciebarà hakadòſc barùch hù eth Adam Hariſciòn Androghenòs beraò Haddà hù dicthìu Zachàr Vnkeuà barà othàm.

Dixit R. Ieremias filius Eleazaris. Ipſa hora, qua Deus Sanctus benedictus creauit primum hominem, Androgenum, ſeu vtriuſque ſexus participem illum creauit. Hoc innuitur quando dicitur Gen. 1. 27. Maſculum, &

Fæ-

vbi iterum à R. Ieremia Bar Eleazar confirmatur ſententia de duabus perſonis in vno Adamo ante & retro efformatis, his verbis:

אמר ר' ירמיה בן אלעזר דו פרצוף פנים היו לו לאדם הראשון שנאמר אחור וקדם צרתני :

Amàr Ribbì Irmeiàh Ben Elazàr do partzùph panìm haijù lò, leadàm hariſciòn, ſcienecmàr, Achòr Vakèdem tzartànì. Id eſt, *Dixit Rabbi Ieremias Ben Elazar, duplicem vultum ſeu duas facies habebat Adamus, ſicut ſcriptum eſt. Retrò, & ante formaſti me, Pſal. 139. 5.* En Adamum bifrontem; cum Cauda mox videbimus. Ad illud Gen. 2. 22. ויבן יהוה אלהים את הצלע *Vaiìuen Adonài elohìm eth Hatzèlaa. Et ædificauit Dominus Deus coſtam.* Lepida diſceptatio inter duos Rabbinos inſtituitur, inter Ràu, & Samuëlem his verbis.

רב ושמואל חד אמר פרצוף והד אמר זנב בשלמא למאן דאמר פרצוף היינו דכתיב אחור וקדם צרתני : אלא למאן דאמר זנב מאי אחר וקדם צרתני וכו' כמו שכתוב במאמר אליך בברכות פרק הרואה : בשלמא למאן דאמר פרצוף היינו דכתיב וייצר אלא למאן דאמר זנב מאי וייצר כדברי שמעון בן פזי אוי לי מיצרי אוי לי מיוצרי : בשלמא למאן דאמר פרצוף היינו דכתיו זכר ונקבה בראם אלא למ"ד זנב מאי זכר ונקבה כדברו אבהו דכרי אבהו רמי כתיב זכר ונקבה בראם וכתיב כי בצלם אלהים עשה את אדם :

Ràu Vſcmuèl, Chàd amàr Partzùph, Vechàd amàr Zanàu beſcialmè lemàn deamàr Partzùph haijnu dictìu, Achòr Vakèdem tzartàni, ellà lemàn deamàr Zanàu, Maè omèr achòr Vakèdem tzartàni? Beſcialmè lemàn deamàr

fœminam creauit eos. Et paulò poſt ibidem ſequitur, nempè poſt paginá 17. col. 1. n. 20.

אמר ר' שמואל בר נחמני בשעה שברא הקב"ה את אדם הראשון דו פרצופין בראו ונסרו ועשאו גביים גב לכאן וגב לכאן מתיבין ליה והכתיב ויקח א מצלעותי' אמ' לחון מתרין סטרוהי היך מ"ד ולצל' המשכן דמתרגמינן ולסטר משכנא וגו' :

Amàr R. Sciemuèl Bar Nachmanì beſciaàh ſciebarà Hakadòſc barùch hù eth Adam Harriſciòn do pertzophìn beraò, Venaſerò Veaſſeò gabeijm, Gàu lecàn, Vegàu lecàn; methiuìn le, Veichtìu: Vaikàch mitzalothàu. Amàr leòn miterìn ſetròhi. Hech madeamàr Vltzèlaa hammiſcàn, demitarghemìnàn Veliſtàr maſchenà. Id eſt, *Dixit R. Samuël Bar Nachmani, ea hora, qua Deus benedictus primum hominem creauerat, duplicem perſonam (tergo copulatam) creauit, ſecuit ipſam, indeque duo terga ſeorſim fecit. Obiecerunt ei: Nonnè ſcriptum eſt: Et tulit vnam de coſtis eius? Reſpondit, vnum de duobus lateribus eius (ſumit enim* צלע *Tsèlah* Coſtam *pro* סטר *Settàr* Latus. *Hoc eſt quod dicitur Exod. 36. 25.* ולצלע המשכן *Vltzèlaa hammiſcàn, & ad Coſtā Tabernaculi.* Targum, Paraphraſis Chaldaica explicat, ולסטר משכנא *Veliſtàr Maſchenà, & ad latus Tabernaculi.* Hebrçi adhuc, hunc ſuũ Polyphemo-Adamum exornare nõ ceſſant, Cauda illi deerat, & hanc illi affigunt more ferarum. Eſt apud eos famoſus ille Commentus, qui in Talmud Codice ברכות *Berachòth, De Benedictionibus.* cap. 9. הרואה *Haroè, Ille qui videt,* & Cod. ערובין *Iruin, mixtorum* cap. 2. עושין פסין *oſsin paſsìn, facientes aſſeres.*

Primùm aſcendit in mentem (Dei) *duos creare, Vltimò Vnicum tantum creauit,* Sequitur Rabbinica ratiocinatio de Adamo bicorporeo, & quadam ſubtiliſſima Iudaica Metaphyſica ita diſſeritur, & quid inde concludatur ſtatim apparebit:

בשלמא למאן דאמר פרצוף היינו דכתיב ויסגור בשר תחתנה אלא למ״ד זנב מאי ויסגור לא בצרכה ואלא למקום חתך: בשלמא למ״ד זנב היינו דכתיב ויבן אלא למ״ד פרצוף מאי ויבן כדרבי שמעון בן מנסיא מלמד שקליעה הקב״ה לחוה והביא לאדם שכן בכרכי הים קורין לקליעתא בניתא:

Beſcialmè lemàn deamàr Partzùph haìnu diƈtìu, Vaisgòr baſsàr tachtènna; ellà lemàn deamàr Zanàu maè Vaisgòr? Lo betzorchà, Vellà limkòm chètech. Beſcialmè lemàn deamàr Zanàu haìnu diƈtìu, Vaiìuen, ellà lemàn deamàr Partzùph maè Vaiìuen? Chedè Rabbi Scimòn Ben Menaſſià, melammed ſciekeliaà hakadòſc barùch hù lechauà Vehauì le Adàm; ſciechèn beearchè haiàm Korìn lekalethà Banetà, id eſt vanitas -

Benè quidem ſecundùm illum, qui dicit Perſonam, quia ſcriptum eſt, Et clauſit carnem pro ea: ſed ſecundùm illum qui dicit Caudam, quid ſibi vult; & clauſit? Non neceſſe fuit niſi tantùm locum Caſuræ, (ſcilicet Caudæ claudere) *Benè, ſecundùm illum, qui dicit Caudam, quia iam ſcriptum eſt; & ædificauit: ſed ſecundùm illum, qui dicit Perſonam, quid ſibi Vult, & ædificauit? Secundùm quòd dicit R. Simeon Ben Menaſſià; Docet te, quod plicauerat eam Deus benedictus,* id eſt nexus in crinibus Euæ fecerat, & cin-

Partzùph haiìnu? Vaiìtzer ellà lemàn deamàr zanàu maè Vaiìtzer? Chediurè Scimòn Ben Pazì, òi li miìetzarì, òi li meiotzerì, Beſcialmè lemàn de amàr Partzùph haiìnu diƈtìu Zachàr Vnkeuà beraàm ella lemàn deamàr Zanàu maè Zachàr Vnkeuà? chediurè Auàhu, diurè Auàhu Remi chethìu Zachàr Vnkeuà beraàm, Vcthìu, Chi betzèlem eloìm aſsàeth Adàm. Id eſt

Ràu, & Samuël (inter ſe diſputant) *Primus ait: Perſonam, & alter dicit, Caudam. Benè quidem eſt de Perſona quia ſcriptū eſt, retrò & ante formaſti me. Sed qui dicit Caudam, quid ſibi Vult, retrò & ante formaſti me? &c.* prout prolixè habetur in עין ישראל *en Iſraël Par. I. Cod. Berachòth Cap. 9. num.* 120. edit. Venet. *Benè quidem ſtat ſecundùm illum, qui dicit Perſonam; nam ſcriptum eſt* וייצר *Vaiìtzer, & formauit; ſed qui dicit Caudam, quid ſibi Vult, & formauit? ſecundùm Verba Simeonis Ben Pazì, Væ mihi à meo* יצר *Ietzer fomite, Væ mihi à meo* יוצר *Iotzèr formatore. Benè quidem ſecundùm illum, qui dicit Perſonam, quia ſcriptum eſt, Maſculum & fœminam creauit eos, ſed ſecundùm illum, qui dicit Caudam, quid ſibi Vult maſculum, & fœminam, ſecundùm R. Auàhu? Dicit R. Auàhu, ſcriptum eſt, Maſculum & fœminam creauit eos, & ſcriptum eſt, Quoniam in imagine Dei fecit hominem.* Pergit doctiſſimus hic Rabbinus, & Deū hunc ſuum Rabbinicum volubilem facit.

בתחילה עלו במחשבה לבראות שנים ולבסוף לא נברא אלא אחד:

Bìthchillà alù bemechaſcienà ligròth ſcienàim, Vlbesòph lo niurà ellà echàd.

Sed ad alia deliramenta Talmudistarum pergamus. Dicunt, Adamum ante Euam, aliam vxorem habuisse ex limo terræ formatam, quam לילית *Lilìth* appellitant, de qua in lib. בן סירא *Ben Sirà* hæc habetur historia, seu veriùs anilis fabula.

כשברא הקב״ה אדם הראשון יחיד אמר לא טוב היות האדם לבדו ברא לו אשה מן הארמה כמותו וקראת לילית: מיד התחילו מתגרין זה בזה: אמרה היא איני שוכבת למטה והוא אומר איני שוכב למטה אלא למעלה שאת ראויה למטה ואני למעלה אמרה לו שנינו שוין לפי ששנינו מארמה ולא היו שומעים זה לזה כיון שראתה לילית: אמרה שם המפורש ופרחה באויר העולם: עמד אדם בתפלה לפני קונו: ואמר רבונו של עולם אשה שנתת לי ברחה ממני: מיד שגר הקב״ה שלשת מלכים הללו: סנוי: סנסנוי: סמנגלף: אחריה להחזירה: אמר לו הקב״ה אם תרצה לחזור מוטב ואם לאו תקבל על עצמה שימותו מבניה בכל יום מאה בנים: עזבו אותה והלכו אחריה והשיגוה בתוך הים במים עזים שעתידין המצריים למות שם: וספרו דבר יהוה ולא רצתה לחזור: אמרו לה אנו נטביעך בים אמרה להם הניחוני שלא נבראתי אלא להחליש התינוקות כשהן משמנת ימים מיום שיולד אשליט בו אם היה זכר: ואם נקבה מיום ילדותה עד עשרים יום: ובששמעו דבריה הפצירו לקחת נשבעת להם בשם אל חי וקיים שכל ומן שאני רואה אתכם או שמכם או תבניתכם בקמיע לא אשלוט באותו התינוק: וקבלת על עצמה שימותו מבניה מאה בכל יום: לפיכך בכל יום מתים מאה מן השרים ולכך אנו כותבים שמותם בקמיע של נערים קטנים ורואה אותם וזוכרת השבועה ומתרפא הילד וכו׳:

Chesciebarà Hakadòsc barùch hù Adàm harrisciòn iachìd: Amàr: lo tòu eiòth haadàm lcuaddò, barà lo Isciàmin haadamà chemothò vekareàh Lilìth. Mijàd ithchilu mithgarrìn ze bazè. Amerà hì, enì sciochèueth Lemàtta, ellà cincinis aptauerat) *Ipsamque* scilicet Euam tanquam Paranymphus *ad Adam adduxit. Hæc capillorum plicamenta in maritimis Ciuitatibus* בניתא *Banetà, quasi Vanitas nuncupantur.* Audiui ego has capillorum extraneorum plicaturas, etiam hodie inter Hebræos Venetos *Banètte* appellari. In Berescith Rabbà sect. 14. circa fin. Idipsum de cauda Adami docetur super illud Genes. 2. 7. ויהי האדם לנפש חיה *Vaii Haadàm lenèphesc Chaijà. Et fuit homo in animam Viuentem.*

ר׳ יהודה אמר מלמד שעשה לו עוקץ כחיה יתור ולקחו ממנו מפני כבודו:

R. Iehudà amàr, melammèd scieassà lò okètz chechaià, vechazàr, velakechò mimmènnu mipenè cheuodò. R. Iudas dixit; docet te locus iste, quod fecerat ei (scil. Adamo) *caudam ad instar feræ; sed postea reuersus in se, abstulit ab eo decoris gratia.* Item legitur in ילקוט Ialkùt Part. I. num. 20. Et sicut somniantur Iudæi, Caudam Adami abscissam à Deo fuisse, vt formosior appareret; ita vt sanctior videretur, eum circumcisum formasse aiunt, ex eodem Ialkut. num. 6.

אדם הראשון נברא מחול שנאמר ויברא אלהים את האדם בצלמו:

Adàm Harisciòn niurà mahul, scieneemàr. Vaiurà elohìm eth Haadàm betzalmò, Homo primus, Adamus creatus fuit circumcisus, sicut dictum est, & creauit Deus hominem in Imagine sua. Ergo supponitur Deus circumcisus. Quid ineptiùs, imò sceleſtiùs à velanis istis hominibus dici potest?

Lilith; statim contendere simul cœperunt. Dicebat Lilith non ego succumbam, itidem dicebat Adam. Respondebat Lilith; duo sumus omninò æquales, cum ex eodem Limo formati fuerimus. Sicque alter alteri obsequi renuebat. Videns ista Lilith, inuocauit שם המפורש *sciem Hammephoràsc, nomen Dei explicatum, & illicò per aërem euolauit. Adam Dominum orauit, & dixit: Domine mundi, Mulier quam dedisti mihi aufugit à me; subitò Deus benedictus tres Angelos expediuit, vt illam reducerent. Nomina Angelorum sunt SENNO'I, SANSENNO'I, SAMANGHELO'PH. Quibus dixit: si redire voluerit, benè; sin autem, contestamini illi, quod singulis diebus centum ex eius filijs morientur, & relinquite eam. Ierunt itaque post eam & apprehenderunt illam in medio maris, in aquis validis, vbi in futurum submergendi erant Aegyptij. Narrauerunt ei verba Domini, at illa reuerti noluit; & cùm voluissent illam in medium vndarum demergere, dixit; sinite me abire, quia ad nihil aliud creata sum, nisi vt debilitem infantulos; nam in masculum per octo dies mihi potestas erit, in fœmellam, per viginti. Hæc audientes Angeli institerunt, vt iuraret per nomen Dei viuentis, vt quotiescumque eos, aut illorum nomina, vel figuras in amuletis scriptas, vel etiam delineatas inueniret damnum non inferret infantibus, & centum filiorum suorum quotidiè morituros se pœna mulctari sciret. Hinc est* (addunt) *quod singulis diebus centum Dæmones moriuntur*, & sequitur Auctor. *Idcircò nos in schedis membrana-*

ellà lemàala, scieàth rauiàh lemàtta, veauì lemàala, amerà lo scienènu scieùin, lephì scirscienènu meadamà. Velo haiù sciomcìn ze lazè. Chèueu scieraethà Lilìth, amerà scièm hammephoràsc, veparechà beauèr haolàm. Amàd Adàm bithphillà liphnè Konò, veamàr ribbonò sciel olàm; Iscià scienathàtha li barechà mimmènni. Mijàd scieghàr Hakkadòsc barùch hù sciclosciià Malachìm hallàlu (Sennòi, Sansennòi, Samanghelòph acharèa lehachazìra. Amàr lo Hakkadòsc barùch hù, im tirtzè lachazòr muttàu, im lào tekabbèl al atzmahà scieiamùthu mibanèa becol iom meà banìm izuù othàha. Vchalechù acharèa, vehassigùha betòch haijàm bamàim azzìm scieathiddìm hammitzriìm lamùth sciam. Visipperuàh deuàr hascièm, velò ratzethà lachazòr. Amerù làha, anù nattuièch baijàm. Amerà laem hanichùui scielò nuràthi, ellà leachalìsc hattinokòth, ehescièn misciemonà iamìm, mijòm scieiolèd esclòtt bò im haiàh zàchàr: veim nekeuà mijòm ialduthàha ad esrìm iòm. Vescicsciameù deuarèa hipàtzirù lokchaàhnisbèeh laèm besciem el chài, vekaijem sciècol zemàn scicanì rohè ethchem ò sciem hèm ò taunitàchem bekamìha lò esclòtt beothò hattinòch, vekabelà al etzmà scieiamùthu mibanèah meàh becòl iòm lephichàcha becòl iòm methìm meàh min Hasciedìm, vleàch ànu cotheuìm sciemothàm bekamiàh, vmithrappè haijèled. Id est, *Quando Deus benedictus primum hominem creauit, vnicum illum fecit*, scil. sine sodali. *Ait: Non est bonum esse hominem solum*, & ideò *creauit mulierem ex humo, vocauitque*

Non tempore partus solummodo Iudæi his superstitionibus vti solent, verùm, & in quibuscumque alijs occasionibus ignotis istis nominibus, (& si Angelorum credant) fidem vanam adhibent; frequentissima sunt apud eos amuleta quædam membranacea scripta, ex illa parte, quæ carnem tangit, in his variæ adiurationes, & coniurationes per nominũ virtutem, quam non habent, inueniuntur contineri. Nonnulla ex istis quandoque vidi, circulis, & quadratis figuris delineata, intus per circuitum vndique scripta; & paucis elapsis diebus vnum mihi delatum fuit, in quo inter cæteras figuras infrà descriptas, circulus cum suis nominibus cernebatur huius magnitudinis, & inscriptionis.

naceis nomina ipsorum Angelorum scribere consuemus, infantibusque alligamus, quibus à Lilith inspectis, præstiti olim iuramenti meminerit, infantesque nostros incolumes relinquat. Hactenus ex Ben Sirà pag. 23.

Elias quoque Leuita in תשבי *Tisbi* testatur, Hebræis vsu venire, & præsertim in Germania, vt in vnoquoque ex quatuor parietibus cubiculi, *vbi* decumbit puerpera recenter enixa circulum carbone, vel creta ducant, & in eo hæc verba scribant אדם חוה חוץ לילית *Adàm, Chauà, Chùtz, Lilìth.* Id est *Adam, & Eua adsint, foras autem eat Lilith.* Et in ianuæ interiori parte scribant prędicta nomina Pseudo-Angelorum סנוי סנסנוי סמנגלוף Vide ibidem verbo לילית *Lilith.*



SENNO'I, SANSENNO'I, SAMANGHELO'PH. In angulis triangulorum, & extra apparent aliæ literæ

In medio duorum triangulorum leguntur nomina prædicta

סנוי סנסנוי סמנגלוף

VZIE'L.	עזיאל
IOPHIE'L.	יופיאל
SCIEMARIE'L.	שמריאל
CHANIE'L.	חניאל
CHASDIE'L.	חסדיאל
PALTIE'L.	פלטיאל
SCIEMESCIE'L.	שמשיאל
AHVVIE'L.	אהוביאל
IERACHIE'L.	ירחיאל
COCAVIE'L.	כוכביאל

In quatuor angulis conſpiciuntur ענני יהוה ענני ANE'NI ADONA'I, ANE'NI, id eſt *Miſerere mei Deus miſerere mei*. Quibus infernè adduntur vnum ex nominibus, ſcilicet יהוה ADONA'I Tetragrammaton, in vno angulo; in alio אדני ADONA'I. In tertio אהיה E-IE'H, aliud Dei nomen ex Exod. Cap. 3. 14. & in quarto יוהה nomen Dei יהוה alteratum, literiſue commutatis.

Supradicta nomina omnia ferè ſunt Cabaliſtica, & ſuperſtitioſa, exceptis nonnullis, quæ Angelorum bonorum ſunt, vt Michaelis, Gabrielis & Raphaelis, & illorum, quæ Deo attribuuntur, quęque in ſuperſtitionibus intermixta, tanquam prophana abijcienda erunt. מטטרון *Mattatròn* nomen, dicunt, eſſe Angeli, qui à Secretis Dei ſit, & per eum Omnipotentiam Dei manifeſtari, exiſtimant; includit enim numerum nominis שדי *Sciad-*

terræ, quæ componunt nomen מטטרון, & per circuitum ſequentis circuli, ſiue interioris extant ſcripta nomina

מטטרון צסרכך אזבוגה
אגלא טפטפיה נעורירון
אורירון סנדלפון ביט:

MATTATRO'N, TZASARCHA'CH, AZBV'GHA, AGLA', TAPHTAPHI'AH, NAVRIRO'N, VRIRO'N, SANDALPHO'N, BI'TT.

In circulo medio leguntur nomina ſeptem Planetarum, & ſunt

1. SCIABBATHA'I, SATVRNVS.	שבתי
2. TZE'DEK, IVPPITER.	צדק
3. MAADI'M, MARS	מאדים
4. CHAMA', SOL.	חמה
5. NO'GHA, VENVS.	נוגה
6. COCHA'V MERCVRIVS.	כוכב
7. LEVANA', LVNA.	לבנה

In vltimo circulo nempè exteriori, & maiori, inſculpta ſunt nomina

IEHOVA', ADONA'I.	יהוה
MICHAE'L.	מיכאל
GAVRIE'L.	גבריאל
VRIE'L.	אוריאל
RAPHAE'L.	רפאל
ACHTARIE'L,	אכתריאל

erat Verbum, &c, *Potentia Dei Patris, Christus Vincit*, & alia, quæ prima fronte, & si sacra videantur, tamen ad cultum vitiosum assumpta, superstitione non carere certum est, ac proindè omnia huiusmodi amuleta in ignem inijcienda erunt.

Aliud, quod ab ijsdem nominibus סנוי סנסנוי סמנגלוף incipiebat Amuletum vidi in libro collectionum R. Mordochai Cohen contra Lilith, & Lamias: vbi pręter alias superstitiones in eo contentas, etiam vult vt literæ שעטנז גץ notentur התגין *Hattaghìn coronulis*. Partem illius hic referemus, vt & magicas Cabalistarum vanitates propalemus, & vt ab eis, etiam cauere debeamus,.

סנוי סנסנוי סמנגלף אסא
בסא נסא אכג ארני מרני
נרני וכו׳ : מכשפה לא תחיה:
מכשפה תחיה לא: לא תחיה
מכשפה : לא מכשפה תחיה:
תחיה מכשפה לא: תחיה
לא מכשפא וכו׳ :

סנוי סנסנוי וכו׳ *Sannòi, Sansanòi* &c. nomina, vndè eruta sint, iam vidimus; cætera peregrina sunt, & in magicis vsurpantur. אסא *Asà* tamen plerumque ponitur pro זקן *Zakèn, Senex*. Cætera ignota. מכשפה לא תחיה *Mechasciephà lo techaijè*. Id est, *Maleficam non patieris viuere, ex Exodi Cap. 22. Vers. 18.* per צירוף *Tzirùph* sexies loca cómutantur inaniter. Sed ad Adamum reuertamur.

Sciaddai à potentia Dei desumpti, & vtrumque numerat 314.

300	ש	40	מ
4	ד	9	ט
10	י	9	ט
		200	ר
		6	ו
		50	ן
314		314	

Idcircò vt nomen Dei omnipotentis significetur, hoc מטטרון *Mattatròn*, quod nihil significat, substituerunt. אגלא *Aglà* nomen est contractum ex primis literis harum vocum - אתה גבור לעולם אדני *Attà ghibbòr Leolàm Adonài; Tu fortis es in æternum Domine*.

De hoc nomine אגלא *Aglà* ita Cabalisticè aliqui ratiocinati sunt, vt ex eo, Deum Trinum, & Vnũ manifestari crediderint hoc modo. Coniungatur litera prima cum tertia, & secunda cum quarta habebimus *Deum Trinum, & Vnum*. Operatio אל שלוש אחד *El scillùsc echàd, Deus Trinus, Vnus* -

Nam ג in numeris, pro שלוש accipitur, א pro voce אחד. A Iudæis *prophanis* nonnulli *Christiani* hoc nomen אגלא *Aglà* mutuati sunt, & cum alijs quibusdam superstitiosis nominibus miscuerunt, confectis indè amuletis contra inimicos, arma, ignem &c. & vt inimicus homo incautos decipiat docuit suos in ijsdem interponere quædam ex sacra Scriptura deprompta, vt aliquot Psalmorum versiculos, Euangelium S. Ioannis, *In Principio*

ræ illata, satis clarè, & planè ipsam explicare possimus? Iudæi verò ita insanescunt, vt ex hoc loco quidlibet ex quolibet deducere, sibi licere credant. Arguunt enim, Seth ad imaginem &c. Adami genitus est, ergo Cain ad imaginem ipsius nullatenus erat. Optima vtiq; Rabbinica consequentia deducta à doctissimis illis Rabbinis Babylonicis, quos tanti faciunt Rabbini nostri moderni. In Ialkut num. cit. Iidem, ex eodem versiculo. *Et Vixit Adam 139. an. & genuit ad imaginem* &c. inquiunt.

מכאן אתה למד שלא היה קין לא מזרעו ולא מדמותו ולא מצלמו עד שנולד שת׃

Miccàn attà limmèd scielò haiàh Kàin, lo mizarò Velò middamuthò Velò mitzalmò, ad scienolàd Sciéth. Id est: *Hinc disces, quod non fuerat Kain de semine suo*, scil. Adæ, *& non de similitudine sua, neque ex sua imagine, donec nasceretur Seth.* Quasi dicerent, ante quàm nasceretur Seth nunquam ad imaginem & similitudinem suam generauit Adam, & nominatim referunt Cain, non fuisse ex semine Adami, quia putant filium fuisse Serpentis, vt alicubi aliquando inter Rabbinorum commenta, me legisse memini. Confer librum Ialkut nu. 25. pag. 27. edit. Libur. circa princ.

Pergunt Rabbini, & de continentia Adami differentes, aiunt, octaua hora post ipsius creationem ascendisse cubile cum vxore sua, sic dicit R. Ieosua Ben R. Chaninà.

אמר רב״י בן ר׳ חנניה י״ב שעות ביום הסב״רת עשה את האדם ביום ראש השנה׃ בשעה ראשונה ד״י׃

De eo Iudæi; quòd cum dolore percitus ob Abelis cædem, ab Euæ consuetudine, centum triginta annis abstinuerit Genes. 5. 3. per id temporis interuallum inita rursus amicitia cum priore vxore Lilith, ex ea (dicunt) genuisse Dæmones, nequam Spiritus, Lemures, & Lamias. Id affirmat citatus Elias in Tisbi; & in ילקוט Ialkùt num. 42. dicitur.

אמר ר׳ אלעזר בן עזריה כל אותן השנים שהיה אדם הראשון בנידוי הוליד שידין ורוחין ולילין שנאמר ויחי אדם קל שנה ויולד בדמותו כצלמו׃

Amàr R. Elazàr Ben Azarià, col othàn hascianim, sciehaiàh Adàm harrisciòn beniddùi holìd sciedìn, Veruchìn, velilìn; scieneemàr: Vaichì Adàm scielosciìm vmàth scianà, Vaiòled bidmuthà, chezalmò: Id est, *Dixit R. Eleazar Ben Azaria, omnibus illis annis, quibus Adam separatus ab Eua consortio fuerat, genuit Dæmones, Spiritus, & Lamias. S. D. Et Vixit Adam triginta & centū annos, & genuit in similitudine sua secundùm imaginem suam.* Quasi priùs generasset, sed non ad imaginem, & similitudinem suam Spiritus nequam, & Lemures. Nos negamus hanc consequentiam malè ex praua textus interpretatione deductam; nam genuinus sensus istius loci est, quòd Adam genuerit filium suum שת Seth, ad imaginem & similitudinem suam, id est *perfectum in cognitione Dei, & timore, sicut eum docuit Adam, per hoc eum distinguendo à Cain, & eius posteritate.* Ita Lyran. Quid necessum fuit ad fabulas confugere, cùm sine vlla vi Scriptu-

וצבר עפרו: ב׳: נעשה גולם: ג׳: נמתחו אבריו: ד׳: נזרקה בו נשמה: ה׳: עמד על רגליו: ו׳: קרא שמות: ז׳: נזדווגה לו חוה: ח׳: עלו למטה שנים וירדו ארבעה: ט׳: נצטוה: י׳: סרח: יא׳: נדון: יב׳: נטרד והלך לו שנאמר אדם ביקר בל ילין וגו׳:

Amàr R. Ieosciu' Ben Chananijàh, scienàim asàr sciaaòth bijòm, Hakadòsc barùch hù asà eth HaAdàm bijòm ròsc hasciana; Besciaàh risciona Vaijtzbàr-aphrò; Basciienìth neesà golèm; Bisclescìth nimtechù auiràu. 4. Nizrckà vò nesciema. 5. Amàd al raglàu. 6. Karà sciemòth. 7. Nizdaueghà lo Chauà. 8. Alù lemittà scienàim Vaieredù arbaàh. 9. Nitzttuà. 10. Saràch. 11. Nidùn. 12. Niitràd vehalàeh lo, scieneemàr. Adàm bikàr bal-ialìn. &c. Id est. *Dixit R. Iosue Ben Ananiæ, duodecim sunt horæ diei. Deus Sanctus benedictus fecit Adamum in die initij anni; in hora diei prima collegit puluerem; in secunda, factus est embryo; tertia, extendit membra; quarta, stetit supra pedes suos; sexta, Vocauit nomina (eunctis animantibus terræ) septima, copulatur ei Eua; octaua, Cubile duo ascenderunt, & quatuor descenderunt; nona, datum fuit præceptum; decima, rebellauit; Vndecima, iudicatur; & duodecima, defatigatur labore, & abijt, sicut dictum est. Adam in honore non pernoctabit, &c.* Psal. 39. 13.

Hæc horarum distributio in Adæ creatione, paulò aliter recensetur in מדרש תהלים *Midràsc Thehillìm*, Psal. 92. pag. 41. col. 2.

Octaua igitur hora post illius creationem copula maritali coniungit se Adam vxori suæ Euæ, in Paradiso

terrestri, secundùm Rabbinorum dicta; sed secundùm Sanctorum nostrorum Patrum communem sententiam, in Paradiso Adam, & Eua virgines permanserunt: vndè S. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum ait: *Nuptiæ terram replent, virginitas Paradisum*: at Iudæi volunt non tantum in Paradiso Adam cognouisse Euam, verùm, vt omnibus animalibus exemplo esset, & filios procreandi ab eo addiscerent, omnium primus exercuisse docent maritalem vsum: in ברשית רבה *Berescìth Rabbà, Parascià* 22. circa principium.

רבי הונא ור׳ יעקב בר אבין בשם רבי אבא בר כהנא אמר לא שמשה בריה קודם לאדם הראשון: וירע אין כתיב כאן אלא והאדם ידע את חוה אשתו: הוריע דרך ארץ לכל:

R. Huunà, ve Rabbì Iaakòb Bar Auìn, besciem Rabbì Abbà Bar Chabanà amàr, lo sciamescià Beriàh Kòdem le Adàm harriscìon. Veiadaàh en cethiù càn, ellà Veha Adàm iadaàh eth Chauà iscthò. Hodiah dèrechèretz le col. Id est *R. Hunnà, & R. Iacob Bar Auìn nomine Rabbi Abbà Bar Chabana dixit: Non coiuit aliqua creaturarum ante primum hominem,* scil. ante Adamum, *hìc enim scriptum non est* וירע *& cognouit, sed* ואדם ידעאת חוה אשתו *& Adam cognouit vxorem suam Euam. Ostendit omnibus vsum humanum.* Imò aliquid ampliùs dicunt in Medràsc, ipso scil. die creationis, Euam concepisse, ac quatuor natos peperisse, Kainũ, & Abelem cum suis sororibus. Quid mirum si hæc dicant, quæ minora æstimantur, cùm de Protoparente no-

 stro

dàm harrisciòn Min haià, scieneemàr, Vaijòmer lo Aiècca? Leàn nottè Libbàch? Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu; Adam hæreticus fuit. S. D. & dixit ei: Vbi es? Quò declinat animus tuus? Quasi diceret. Quid meditaris contra fidem? In quem errorem inducitur intellectus tuus? Sequitur.

ר׳ יצחק אמר מושך בעורלתו היה שנא׳ והמה כאדם עברו ברית וכתי׳ את בריתי הפר׃

R. Itzchàk amàr mosciek beorlathò haià: scieneemàr, Vehèmma che Adàm auerù Verìth: V Ethìu eth Berithì haphàr. R. Isaac dixit, repræputiatus erat Adam. S. D. Hos. 6. 7. Et ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum. Et scriptum est. Gen. 17. 14. Et fœdus meum fregit, hoc est irritam fecit circumcisionem meam, quà illum exornaui, cùm præputium attraxerit, & super partem amputatam cutem sibi restituit. Apostasię species horrenda apud Hębreos, de qua videtur loqui S. Paulus 1. ad Cor. 7. 18. *Circumcisus aliquis vocatus est, non adducat præputium.*

רב נחמן אמר כופר בעיקר היה חכא באדם עברו ברית וכתיב על אשר עזבו את ברית יהוה׃

Ràu Nachmàn amàr cophèr beikàr aiàh, chetìu haccà, che Adàm auerù Verìth, VEtìu al asciér azeuù eth Berìth Adonài. Ràu Nachmàn dixit: Abnegans fundamentum fuit. Scriptum est hic, sicut Adam transgressi sunt fœdus: & scriptum est. Eò quod dereliquerunt pactum Domini; id est Deum, & fidem Dei, seu veram Religionem abnegauit Adam, ac proin. dè apostata fuit ex doctrina Rabbino-

no-

ſtro Adamo ita sinistrè sentiant, vt etiam ipsum nefariæ incontinentiæ, quod referre pudet, insimulent! In Ialkut Tom. I. n. 24. ante Euæ formationem omnia iumenta, ferasq; campi carnaliter cognouisse aiunt his verbis:

אמר ר׳ אלעזר מה דכתיב זאת הפעם׃ מלמד שבא אדם על כל בהמה וחיה ולא נתקררה דעתו עד שעה שנזדווגה לו חוה׃

Amàr R. Elazàr, Ma dictìu, Zòth happàam? Mellamèd, sciebà Adàm al col behemàh vechaijàh, ve lò nitkarerà daathò ad sciaàh scienizdaueghà lo Chauà. Id est. *Dixit R. Elazar. Quid sibi vult, hac vice?* (vulg. Hoc nunc) *Gen. 2. 23. ad docendum, quòd ingressus fuerat Adam super omne iumentum, & feram, neque refrigerata est illius concupiscentia, quousque copulata est ei Eua.* Neque hoc metaphoricè intelligendum est, vt dicunt nonnulli Rabbini moderni, quia satis clarè loquitur R. Eleazar, & sicut literaliter intelligenda sunt verba illa, *Quousque copulata est ei Eua.* ita & literaliter intelligenda veniunt verba superiora, de ingressu Adami ad omnia iumenta, & feras campi. Ad idem omnia tendunt: vndè miror, quomodo aliqui ex nostris, hæc ad sensum allegoricum trahere voluerint, cùm ipsemet R. Salomon Iarchi literaliter intelligat, in postilla Genes. ad hunc locum. Pergunt vlterius Rabbini, & Adamum hæreticum faciunt. In Ialkut num. 28.

אמר רב יהודה אמר רב אדם הראשון מין היה שנאמר ויאמר לו איכה לאן נוטה לבך׃

Amàr Ràu Ieudàh Amàr Ràu; A-

Baecbàd besciabbàth nicbnàs Adàm bememè Ghichòn haaliòn ad sciebighiùu hammàim ad tzàuarò, Vehaiàh mithanne scièua sciebbathòth iamìm, ad scienaasſè ghuphò chacheuarà. Id eſt.

Prima die hebdomadæ ingreditur Adam in aquas ſuperioris Gchonis, quouſque pertingerent aquæ vſq; ad collum ſuum, & afflixit ſe ipſum, (ieiunauit) ſeptem hebdomadas, donec euaderet corpus ſuum ſicut cribrum.

Ante tranſgreſſionem, pro innocentiæ veſtimento, quò Adam & Eua erant induti, intelligunt ſapientiſſimi iſti Rabbini, quoddam indumenti genus corneaceum, cuiuſmodi eſt illud, quò lanternarum oſtiola clauduntur, ne flante vento, lumen extinguatur. Hanc veſtem perdidit Adam poſt lapſum; cuius rei ſignum eſt (inquiunt) vngues in extremitatibus digitorũ manuum, pedumque relicti. Hoc vaniſſimum Iudæorum commentum refellitur, quia indè ſequeretur, iumenta quoq; ac feras campi, volucreſque cæli, aliquod Dei præceptum tranſgreſſa fuiſſe, innocentięque corneacea veſtimenta deperdidiſſe, cùm & in illis vngues conſpiciantur. Quod quàm ſtultiſſimum ſit aſſerere, nemo non videt. Pari facilitate, vaniſſima illa commenta, de Adamo expiſcata ex Iudaicarum doctrinarum fœtidis cloacis refelluntur. Quia, vel contra ſapientiam, bonitatem, & Dei omnipotentiam pugnant; vel repugnant ipſi Sacræ Scripturæ. Cùm enim Dei Sapientia nulli ſubeſſe poſſit errori, omnia ſapientiſſimè fecit, teſte Prophe-norum. Nil peiùs excogitari poteſt in Adam. Hoc impium de Adamo commentum, debili fulchro ex Scriptura malè intellecta, ſuſtentare contendunt; ex Hoſea 6. 7. *Et ipſi ſicut Adam tranſgreſſi ſunt fœdus*; & Deut. 29. 25. *Eò quod dereliquerunt pactum Domini*. Quæ loca in alium prorsùs ſenſum intelligenda ſunt, quàm intelligant Rabbini. Primus ſiquidem parens, fœdus cum Deo initum, videlicet in ſe recipiendo præceptum de non comedendo pomo vetito, tranſgreſſus eſt. Hunc imitati ſunt Iudæi, de quibus conqueritur Propheta, illis comminando exilium: nam ſicut Adam Dei præceptum præuaricando è Paradiſo eiectus fuit; ſic Iudæi, Adami veſtigia inſequentes è terra ſua, puta, Iudæa, quæ inſtar Paradiſi reputabatur, expulſi ſunt. Ita communiter ſancti Patres. Locus Deuter. 29. 25. longè aliter intelligendus eſt; cùm de pacto, quod Dominus pepigit cum patribus eorum, quando eos de Terra Ægypti eduxit: loquatur, vt clarè ex Textu patet. Et ſi de Adamo tàm indignè ſentiant Rabbini, attamen non deſunt ex illis aliqui, qui eum ad pœnitentiam conuerſum aſſerant, ſed valdè ineptè *illius* pœnitentiam deſcribunt: Aiunt enim, in aquis Gehonis fluuij pœnitentiam egiſſe, ſeptemque hebdomadibus corpus ſuum ità afflixiſſe, vt vndique perforatum ad inſtar cribri reddidiſſet. Verba ex Ialkut num. 54. ſunt

באׄ בשבת נכנס אדם במימי גיחון העליון עד שהגיעו המים עד צוארו והיה מתענה ז׳ שבתות ימים עד שנעשת גופו ככברה׃

quia in hoc loco Isaiæ viderunt describi nocturnas has laruas, fabulosi isti Iudæi ansam arripuerunt fingendi fabulam de Lilith suprà narratam. Et argumentum, quod Iudæi de Lilith ex primo Cap. Genes. desumunt, vbi versic. 27. dicitur-

ויברא אלהים את־האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אתו זכר ונקבה ברא אתם׃

Vaiurà eloìm eth-haAdàm betzalmò betzèlem eloìm barà othò; zachàr Vnkeuà barà othàm, Et creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum: masculum, & fœminam creauit eos, ac proinde cum Adamo creata fuerit etiam mulier, nihil probat; ibi enim per anticipationem loquitur Scriptura de muliere, de qua in cap. 2. 22. specialiter illius formationem describit. Neque ex hoc loco deduci potest Adamum *bifrontem*, aut *Hermaphroditum*, aut *Eua ex latere cohærentem*, quasi vnū hominem fuisse, vt Rabbini somniarunt, & Plato in Symposio censuit, & quos aliqui ex Latinis minùs cautè sequuti sunt, vt Franciscus Georgius Tom. 1. probl. 29. cum Præadamitis, illis scil. qui paucis ab hinc annis primos homines ante Adamum cōditos esse, in orbem inducere tentarunt, de quibus prodijt liber anno 1655. in 12. vndè meritò nigrotheta notatur à Sacris Censoribus; quia hæc omnia repugnant cap. 2. 18. Gen. vbi recapitulatur formatio Euæ, & fusiùs de modo formationis ipsius agitur: ibi enim Adamus describitur solus לא טוב היות האדם לבדו *Lo tòu eiòth haadàm* pheta, Psal. 104. 24. כלם בחכמה עשית *Cullàm bechochmà asitha. Omnia ipsa*. scilicet opera, *in sapientia fecisti*. Igitur non opus fuit ea reformare, embryonem Adami in meliorem & pulchriorem formam reducere, Adamo ipsi, caudam amputare, vel scindere illius dorsum, & à socia dissecare, & alia facere, quæ ab imperitis artificibus quotidiè videmus fieri, quando artefacta formant, & reformant, ex quibus imperitia artificis deprehenditur, neque vnquam, quod bona sint, hoc est perfecta, dici poterunt. Deus autem וירא את־כל־אשר עשה והנה־טוב מאד׃ *Vaijàr eth-col-ascièr asà Vehinnè-Tòu meòd. Vidit cuncta quæ fecerat, & erant Valdè bona*.

Quòd ante Euæ formationem, aliam vxorem ex limo terræ eductam, nomine Lilith, dederit Adamo; est contra sacram Scripturam. Scriptura quippè Cap. 2. 21. 22. Genesis, formationem mulieris describit, neque in sacrata Genesi de לילית *Lilith* vola, aut vestigium vllum cernitur. Dices: de Lilith fieri mentionem Isai. 34. 14. אך שם הרגיעה לילית *Ac sciàm birghiàh Lilìth &c. Quin & Lamia ibi quiescet &c.* Vbi R. Salom. glossa שם שדה *Scièm Scieda, est nomen Dæmonis*. Resp. Non negamus apud Isaiam inueniri nomē לילית *Lilith*, & propriè *Noctuam* significare à ליל *Lel Nocte*, quæ in vastitate ibi descripta habitatura sit; vel Dęmones ad instar Lamiarū crudeles intelligi: negamus tamen hos, vel illas ab Adamo procreatos, sicut de Lilith, quam fingunt Iudæi, vllam in sacris paginis fieri mentionem; vndè

dàm leuadò. *Non est bonum esse hominem solum*. Ergò fœminam à se distinctam, vel sibi vnitam non habuit. Adde quòd Lilith cùm ex humo formatā asserant Rabbini, nec dissimilis naturæ ab Adamo, quomodo igitur ex amborum coniunctione Lemures, & Spiritus gigni potuerint? Sunt itaque insulsa hæc Rabbinorum commenta, & indigna, vt in illis confutandis tempus teramus.

De Adamo vltimò dicunt, illius animam, in corpus Abrahami, Dauidis, & Messiæ transmigrasse, quòd colligere existimant ex tribus elementis, quæ illius nomen efformant אדם vt א, אברהם *Abraham*, ד, דוד *Dauid*, ם, משיח *Mesciach* Messiam. Sed hæc refelluntur ex inano transmigrationis dogmate, de quo suo loco.

Num verò literas, aut librū Adam composuerit, nil certum affirmare possumus. Certè quidem in Bibl. Vatic. octaua columna lateritia, & quadrata ad ingressus dexteram muro iuncta effigies Adami pennicillo à docta & perita manu, viuis coloribus delineata visitur, cum hac Epigrahe *Adam diuinitùs edoctus, primus scientiarum, & literarum inuentor*, cui subiungitur sequens Alphabetum, quod supra illius caput cernitur, ita delineatum.

m l k i t hh z u h d g b A

th sc r q zz i h ſ n

Iacobus Bonauentura Hepburnus Scotus, Ordinis S. Francisci de Paula, anno 1616. Romæ literarum differentium formas 68. Alphabetorum expanso folio sub nomine *Aureæ Virgæ* publicauit, inter quæ Alphabetum Adamæum ære sequenti modo incisum cernitur.

k i t hh z u h d g b A

th sc r q zz i h ſ n m l

Laurentius verò Schraderus Halberstadiensis Saxo, aliud Adamæum

dè edidit anno Dom. 1592, huius videlicet formæ.

Alphabetum nobis exhibet, quòd dùm monumenta Italiæ perlustrauerat alicubi inuenit, Helmstadij subin-

k i t hh z v h d g b A

th sc r q zz i h s n m l

Adamo tradidisse; Adam verò Enocho; Enoch, Noacho; Noë, Scem, &c. Quod si ita fuisset (fabella enim est) non tantùm Adam, quàm Deus ipse, huius libri Auctor extitisset.

Est tamen inter Iudæos firma, sed vana traditio, quòd Adam prędictum librum scripserit. Ita præter Simeonem Haddarsciàn Auctorem Ialkùt supra citatum, Simeon Ben Iochai in libro זהר *Zòhar* pag. 37. col. 2. impr. Mantuanæ idem docet; & quia illum dederit Enocho, indè dictus est ספר חנוך *Sèpher Channòch*, *Liber Enochi*, de quo seriò agemus in חנוך בן ירד *Channòch Ben Iàred*. Scripsit præterea ex eorundem sententia –

מזמור צ״ב *Mizmòr*, Psalmum 92. מזמור שיר ליום השבת *Mizmòr Scìr leiòm hasciabbàth*, id est *Psalmum Cantici in die Sabbathi*, טוב להודות ליהוה וגו׳ : *Tòu Leodòth ladonài*, *&c. Bonum est confiteri Domino &c.* Ita communiter Hebræi, cum Paraphrasi Chaldaica in cap. 1. 1. Cant. Cantic. Et hæc de Adamo pro instituto nostro dicta sufficiant.

Et quia communis hodierna Hebræo-

Angelus Roccha de Bibliotheca Vaticana lib. pag. 80. nobis persuadere conatur, supradictas literas primo loco exhibitas, illas verè esse, quæ ab Adamo diuinitùs edocto permonstratæ sunt: hac potissimum ratione ratus, quòd à dextro in sinistrum latus legantur. *Hanc autem formam scribendi* (ait Roccha) *hoc loco positam Hebraicas inter literas antiquiorem, primumque Alphabetum fuisse credendum est, quod à dextro in sinistrum latus legitur*. Sed hæc ratio non tanti magni facienda est, quanti existimat Roccha; quia non Hebraica Lingua solummodo; sed & aliæ Orientales, vti Chaldæa, Syra, & Arabica, eodem prorsùs modo scribuntur: vndè ex hoc capite illarum antiquitas inquirenda non est. In incerto igitur relinquimus Adamæum Alphabetum, quodcumq; illud sit; & an scriptum aliquod ediderit Adam inquiremus.

Auctor libri ילקוט *Ialkùt*. P. p. n. 41. ad cap. 4. Genes. זה ספר תולדות *Ze Sèpher Toledòth*, *Hic est Liber generationum*, *&c.* ait: Deum composuisse librum de intercalatione anni, eumq;

notatu digna recensere, secundùm Hebręorũ calculum desumptum à Calẽdario, quod annuatim euulgatur, tùm Venetijs, tum Mantuę. Hos benignè Lector oculis tuis subijcimus in Tabulis sequentibus. bræorum Epocha à mundi exordio videlicet sex diebus ante Adæ creationem statuitur. Congruũ hoc loco erit, & vsui nostro valdè percommodum, annos ab Adam, seu à Mũdi creatione ad vsque quædam clariora tempora, &

I. *Tabula Epocharum exhibens aliquot temporis illustre initium, secundùm Hebræorum computum.*

שנת ליצירה	מאדם עד	Anni ante Christũ natum.	AB ADAMO AD	Anni mundi.
תרנ״ו	המבול, אלף	2104	*Diluuium, fluxerunt anni*	1656
תתקמ״ח	שנולד אברהם אבינו	2812	*Natiuitatem Patris nostri Abrahę.*	1948
תתקצ״ו	הפלגה	1764	*Diuisionem Linguarum.*	1996
מ״ח	שנולד יצחק, ב׳ אלפים	1712	*Natiuitatem Isaaci.*	2048
ק״ח	שנולד יעקב	1652	*Natiuitatem Iacobi.*	2108
רל״ה	ירידת אבותינו למצרים	1522	*Ingressum Patrum nostrorum in Aegyptũ.*	2238
שס״ח	שנולד משה הנביא	1392	*Natiuitatem Mosis Prophetę.*	2368
תמ״ח	יציאת מצרים ומתן תורה	1312	*Exitum de Aegypto; & datam Legem.*	2448
תפ״ו	ביאת הארץ	1274	*Ingressum in Terram Chanaan.*	2486
תתפ״ז	צמיחת קרן דוד	1873	*Vnctionem Dauid in Regem.*	2887
תתקכ״ח	הבנין בית ראשון	832	*Aedificationem Primi Templi.*	2928
ג׳ אלפים. ר״ד	גלות עשרת שבטים	556	*Captiuitatem X. Tribuum.*	3204
של״ח	חרבן הבית ראשון	422	*Desolationem Primi Templi.*	3338
שפ״ט	ראשית מלכות מדי ופרס	371	*Initium Regni Medorum & Persarum.*	3389
ת״ח	הבנין בית שני	352	*Aedificationem Secundi Templi.*	3408
תמ״ג	ראשית מלכות יון	317	*Initium Regni Graecorum.*	3443
ת״נ	מנין השטרות והחתימת חזון	410	*Aeram Contractuum, & obsignationem Prophetiæ.*	3450
תרנ״ג	ראשית מלכות חשמונאי	102	*Initium Regni Machabæorum.*	3653
תש״ס	שנולד ישוע משיח	Anno Chr.	*Natiuitatem IESV CHRISTI.*	3760
תתכ״ח	חרבן בית שני	68	*Desolationem Secundi Templi.*	3828

שנת ליצירה	מארם עד	Anni Christi.	AB ADAMO AD	Anni mundi.
תתקמט׳	חתימת משנה׳	189	*Obsignationem Miscnæ.*	3949
לג׳	קושטאנטין׳ ד׳ אלפים	273	*Constantinum Magnum.*	4033
נג׳	האמונת מאיני׳	293	*Heresim Manichaeorum.*	4053
קפב׳	חתימת גמרא ירושלמית	422	*Obsignationem Ghemaræ Ierosolymit.*	4182
רסה׳	חתימת גמרא בבלית׳	505	*Obsignationem Ghemaræ Babylonicæ.*	4265
רפב׳	שנולד מחמד׳	522	*Natiuitatem Mahumedis.*	4282
שמג׳	ראשית אמונת ישמעאלים׳	583	*Initium Sectæ Ismaëlitarum.*	4343
תתקלו׳	חתימת הי״ד להרמב״ם׳	1276	*Obsignationem Libri Haijàd Mosis Aegyptij.*	4936
קנה׳	גלות צרפת׳ ה׳ אלפים	1395	*Exilium Gallicum.*	5155
רנב׳	גלות ספרד׳	1492	*Exilium Hispanicum.*	5252
רס׳	גלות פורטוגאל׳	1500	*Exilium Portugallicum.*	5260
תכט׳	גלות מעיר וויענה׳	1669	*Exilium ab Vrbe Vienna Austriæ.*	5429

II. Tabula exhibens annos, qui ab Epochis supra in I. Tabula notatis ad annum Christi 1672. effluxerunt.

שנת חמשת אלפים תלב לבריאת עולם היא		Annus Mundi 5432. est annus Christi 1672.	
תשעו׳	למבול׳ ג׳ אלפים	*A Diluuio - - - -*	3776
תפד׳	ללידת אברהם אבינו׳	*Natiuitate Abrahæ.*	3484
תלו׳	לפלגה׳	*Diuisione Linguarum.*	3436
שפד׳	ללידת יצחק׳	*Natiuitate Isaaci.*	3384
שכד׳	ללידת יעקב׳	*Natiuitate Iacobi.*	3324
קצד׳	לרדת אבותינו למצרים׳	*Ingressu filiorum Israëlis in Aegyptum.*	3194
סד׳	ללידת משה הנביא׳	*Natiuitate Mosis Prophetæ.*	3064
תתקפד	ליציאת מצרים ומתן תורה ב׳ אלפים	*Exitu filiorum Israël de Aegypto.*	2984
תתקמו׳	לביאת הארץ׳	*Ingressu filiorum Israël in Terrā Chanaan.*	2946
תקמה׳	לצמיחת קרן לדוד׳	*Vnctione Dauid in Regem.*	2545
תקד׳	לבנין בית ראשון׳	*Aedificatione prima Aedis.*	2504
רכח׳	לגלות עשרת השבטים׳	*Captiuitate X. Tribuum.*	2228

תלב״ היא	שנת חמשת אלפים לבריאת עולם		Annus Mundi 5432. est annus Christi 1672.	
צד״.	לחרבן בית ראשון.	Et ab	*Incensione primi Templi.*	2094
מג״.	לראשית מלכות מדי ופרס		*Initio Regni Medorum, & Persarum.*	2043
כד״.	לבנין בית שני.		*Aedificatione secundi Templi.*	2024
תתקפ״ט.	לראשית מלכות יון. אלף		*Initio Regni Graecorum.*	1989
תתקפ״ב.	לשטרות ולחתימת חזון.		*Aera Contractuum, & Prophetiae Obsignat.*	1982
תשע״ט.	לראשית מלכות חשמונאי		*Initio Regni Machabaeorum.*	1779
תרע״ב.	ללידת ישוע משיחנו		*Natiuitate IESV CHRISTI.*	1672
תר״ד.	לחרבן בית שני		*Euersione secundi Templi.*	1604
תפ״ג.	לחתימת משנה. אלף		*Obsignatione, seu Compositione Miscnae.*	1483
שצ״ט.	לקוסטאנטין.		*Constantino Magno.*	1399
שע״ט.	לאמונת מאיני.		*Haeresi Manichaeorum.*	1379
ר״נ.	לחתימת גמרא ירושלמית		*Obsignat. seu perfect. Ghemarae Ierosol.*	1250
קס״ז.	לחתימת גמרא בבלית.		*Obsignat. Ghemarae Babylonicae.*	1167
ק״נ.	ללידת מחמד.		*Natiuitate Mahumedis.*	1150
פ״ט.	לראשית אמונת ישמעאלי		*Initio Sectae Ismaëlitarum.*	1089
תצ״ו.	לחתימת י״ד לחרמב״ם.		*Obsignatione Libri H iàd Harambàm.*	496
רע״ז.	לגלות צרפת.		*Exilio Gallico.*	277
ק״פ.	לגלות ספרד.		*Exilio Hispanico.*	180
קע״ב.	לגלות פורטוגאל.		*Exilio Lusitanico.*	172
ג.	לגלות מעיר וויחנה.		*Exilio Vrbis Viennae Austriae.*	3

Haec Iudaeorum Tabella; quae singulis annis Venetijs, & Mantua ad reliquas Italicas Synagogas transmittitur, in qua notantur dies Neomeniarum, pleniluniorum, festorum totius anni, & ieiuniorum, itemque lectiones ex Lege, & ex Prophetis, ex ordine recitandae, additis etiam festis Christianorum, ad illorum politicum vsum, in cuius prima fronte Anni, qui à praenotatis Epochis effluxerunt, exhibiti, non sunt omnes summa cura, & diligentia annotati. In his enim nonnulla errata deprehendimus, quae vel incuria Typographi, vel inscitia Auctoris irrepserunt, de quibus vnum, aut alterum exemplum assignabimus.

1. Ab hoc anno mundi secundùm eos 5432. ad Natiuitatem Iacobi statuitur interuallum annorum 3324. Vndè sequitur Iacobum Patriarcham natum fuisse anno mundi 2108. Et benè quidem, quia idem obseruarunt

euidenter error istorum Calendariorum, quæ à Iudæis vernacula Lingua *Carta de Scuola* appellare solent. Nihil disputo de veritate istarum Epocharum, cùm plerçque falsæ quoque censendæ sint: nam quò ad annos Natiuitatis Christi; omnes Orientales, tùm Christiani, tùm Mahumedani, constanter tenent, Christum Dominum natum esse an.mun. 5500. & à Regno Græcorum, seu ab Epocha Alexandri Magni an. 311. seù vt habet Euchologium Arabico-Græcum Orientalium, an. 303. quam Hebræi Epocham השטרות *Hascietta-ròth* contractuum, seu Scripturarum publicarum, & Instrumentorum vocant, & quam eodem ferè numero annorum ante Christi Natiuitatem constituunt, ac Christiani, videlicet an. 310. Nec mirũ videri debet, quòd Christiani Orientales annum Natiuitatis Christi dicant, esse annum mundi 5500. cùm & nos in Martyrologio Romano legamus, Natiuitatem Domini secundùm carnem fuisse anno à Creatione mundi quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono, quæ supputatio desumpta est ex LXXII. Interpretibus ex Chronico Eusebij; alia verò Christianorum, & Mahumedanorum an. 5500. credendum est, desumptam fuisse ex alijs Chronicis apud eos notis, ex translationibus Arabicis, vel Chaldaicis, aut Syriacis sacrorum Bibliorum compositis. Quidquid sit, certum est, ex diuersis Codicibus Arabicis, & Syriacis Bibl. Vaticanæ constare annos mundi superare annos Christi in an. 5500. præ-

Mathematici Viennenses in Tabula Chronologica edita anno 1571. At Calendariũ anni חמשת אלפים ת׳ה׳ 5405. Chr. 1644. compositum à R. Abrahamo Iosue Ben Iedidia de Arimino excusum sine notatione loci, interuallum à Natiuitate Iacobi ad hunc annum constituit annorum 3258. quibus additis annis 28. differentiæ inter annos 1644. & 1672. fit summa annorum 3286. interualli inter natiuitatem Iacobi, & pręsentem annum 1672. Nascitur itaque Iacob secundùm hunc calculum an. mun. 2146. triginta octo annis segniùs, quàm exhibeat Calendarium Venetum ex Typographia Bragadinica anni præsentis mundi 5432. compositum à R. Menachem Samson Ben R. Salomonis באזילה Bazila.

Aliud sit circa initium Regni Machabæorum. Pręsentis anni Calendarium Venetum mox citatum, nobis exhibet ab Epocha Regni Machabęorum annos 1779. at Calendarium, anni 1644. de quo supra, offert annos 1781. quibus cum distantia 28. annorum fiũt an. 1809. qui excedunt ann. 30. Sic secundùm hanc Epocham tardiùs annis 30. regnare cœperunt Machabæi. Enormiùs errare deprehenduntur hæc Calendaria in Natiuitate Mahumedis; nam præsentis anni 1672. Calendarium assignat an. 1150. anni verò 1644. dat annos 1074. quibus si addatur differentia 28. ann. emergunt anni 1102. vndè apparet, præsentis anni Calendarium 48. annis Natiuitatem retardare Mahumedis. Constat igitur

brahæ; Hebræi dicunt præcessisse diuisionem Linguarum annis 48. vndè corrigendus est locus סדר עולם רבא *Sèder olàm Rabbà* cap. 1. vbi habetur אבינו אברהם היה בפלגה בן מ״ה שנה *Auìnu Aurahàm haiàh biphlagà ben 45. sciànà. Pater noster Abraham tempore diuisionis Linguarum erat annorum quadraginta quinque*. Loco 45. repone 48. Ita corrigitur in סדר עולם זוטא *Sèder olàm Zuttà*, in ordine Chronologiæ minoris non longè à principio, vbi per extensum legitur משנולד אברהם עד הפלגה ארבעים ושמונה שנה ׃

Vesciẹamàd Ierouàm Ben Nabàtt chattà Vehechettì eth Israël, Veassà sciené eglè zahàu Veniehleka bemalchùth Beth Dauìd Veichànes hasèret hasciènattìm Vaamàr laèm, kùmu Vehilchàmu im Rechauàm, Veìm Ierusciạlàim. Amerù lo làmma anàchnu nilchamìm im achènu, Veìm Ben Adonenu Dauìd Mèlech Israël Vihudà? Amerù ziknè Israël, en lechà becòl sciuttè Israël Ghibburrè chàil, chi im sciènett Dan. Mijàd amàr liunè Dàn kùmu, Vehilchamù im Ieudàh. Amerù lo bechaijè ròsc ben Auìnu, eu ànu, ossin milchamà im achènu, Velò niscpòch damàm chinnàm. Mijàd naitelù benè Dàn charuòth Veromachìm Vksciathòth, Vmscikuetzmàn lamùth Vetaasiòth milchamà im Ierouàm ad scheitzillàm Hakadòsc baruch hù mischephichàth damè achèem. Vehaiù mecharizìn becòl sciphttè Dan, Vehomierin nàsù Vetzù laàretz Mitzràim, Veachàrchèn ithiaetzù al èretz Mitzràim leachàrimàba Vlharògh col iosciẹuèa; amerù laèm Nessichèm, Vehalò catùu bethorà, lo tosìphu lirethàa od? Vebaèch anù ioredìn lemitzràim? Veòd haiù idetzìm al Edòm VeAmalèk, VeAmòn, Vesciamèu sciecatùu bethorà scie Hakadòsc Barùch hù manàah Israel

me-

baahà iamìm: Veèn chonìm othàm, chi im bimkòm ſcieieſc ſciàm peròth, ſadòth, Veramìm. Veſcièm Malchàm Vziēl Ben Malchièl, veſcièm Hanaſsì haghadòl Nikòli mibenè Oliàb. Veſcièm haſciophètt ſcielahèm Audà Ben Miſciaèl miſcièuett Aſcièr. Vearbàa methòth beth din omedòth al ophneèn, vbeèth aſcièr ieuakeſciù letzèth lemilchamà itzàk hatzoèk bekòl haſciophàr vaietzeù im ſar hatzauà hachaijelòth meà veeſrìm èleph Peraſcìm, vmàh èleph regalìm. Vehinnè arbaahà ſcieuattìm èllu, col chòdeſc vechòdeſc iotzè ſcièuett echàd mehèm lamilchamà, vebaſcièuett omèd leſcim ſcieloſcià chodaſcìm, vlsòph ſcieloſcià chodaſcìm, col mà ſciciauìu meſcialàl oieùehèm icchalekù im ſcièuett ſcielahèm. Veſcièuett benè Dan mibenè Scimſciòn chechòl haiàm mahalàch arbaah iamìm, vehinnè hem ghibburrè chàil, veth ilchamù iomerù, lo tòu leghibbòr haienùs, iephiphìm haijechùs, iamùth habachùr, veal ienùs, iechazèk libbò badonài. chizkì vuttechì, vnſciekì vuchadud charbì thithmè ruchì bekirbaà learaòth meſciuſciè bepiphiòth ſuſì cama peamìm ſciebeth naſciè Cuſc vuchèn miſcthabachìn bamilchamà, vechàch em oſsin ad meſcialèm ſcieloſcià chodaſcìm, vechozerin, vmeuìn eth còl haſcialàl lemèlech Vziēl, vmechalèk eth haccòl im col Iſraēl haſciochenìm beartzàm, ghàm nothenìn lecòl ſciehù chèlek Adonài: Vechèn biſcloſcià chodaſcìm acherìm, iotzè ſcièuett Naphtalì, vehoſsè milchamà; vuſcieloſcià chodaſcìm acherìm iotzè ſcièuett Gad: vuſcieloſcià chodaſcìm iotzè ſcièuett Aſcièr, ad meſcialèm

ſcie-

melahoriſc gheuulàm: Nathàn laèm Hakadòſc Barùch hù rùach, veetzà touà, vehaiù olìm benahàr Piſciòn, noſehìm al hàghemalìm, vechonìm ad ſciehighìuu laèretz Cuſc; vmatzeù othàa èretz ſciemanà, vetouà, ſadòth, veramìm, ghanòth, vpardeſsìm, velò maneù Benè Dan laſcièuethimmaèm vecarethù laèm Berìth, vehaiù Benè Cuſc poreìm laèm mas leIſraēl. Veiaſcieuù immaèm ſcianìm rabbòth ad ſcieperù vrùu ad meòd. Vcòd naſeuù ſcielòſcieth ſcieuattìm meIſraël, Naphthalì, Gad, veAſcièr. Vehaiù noſeìm, vechonìm bemidbbàr ad ſciebàu ètzel gheuulàm, vehareghù beanſciè Cuſc arbè meòd mahalàch arbaahà iamìm al arbaahà iamìm, vehèm nilchamìm im ſcieuàa Malchijòth ad haiiòm. Vehallàlu arbaahà ſcieuattìm, Dan, Naptalì, Gad, veAſcièr. Hèm chonìm beChauilà hakedumà, aſcièr ſciàm hazahàu, beGhoijm vuKonìm vuAzurim bemalchùth Paruàim mimalchùth Horinòth, veſamù ſcieuattìm èllu iedèm beòreph oieuehèm. Vecòl ſcianà veſcianà oſsin milchamà im ſcieuaà malchiòth, vſcbàa leſcionòth, vehinnè ſciemothàm: èretz Thosigha vKamtuà, veKòua, vMarogia, vThokòl, vBachamà, veKàkùa, vehèm meèuer lenaharè Cuſc lekaièm neuuàth Chozàu, Meèuer lenaharè Cuſc. Vehallàlu haſcituattìm ieſc lahèm Zahàu; vechèſeph, veauanìm, vetzòn, vuakàr, vgmalìm, vechamorrìm arbè meòd. Vezoreìm, vekotzerìm, veioſceuìm behoalìm, venoſeìm, vechonìm meghibbùl leghibbùl mahalàch arbaahà iamìm al ar-

ad ſcetitzè niſcmathàm, veàl pièm ichrà appàm al me ſceniſcbaàh biphncèm, veiochìchu othàm, vaiomerù laèm. e aniìm, làmmà attèm noſſcim hazichràth haſcèm al pichèm; hacòl al pichèm im path hù, thechalèn, ò màim thiſthèu, Halò thedàh ſcebeauòn ſceunàh benechèm methìm cheſcehèm kettanìm? Vechèn Izhàiru hacòl laanòd eth Adonài beemnà, vbiràh, vuthòm lcuàu, ſcebenè Moſcè èued Adonài maarìchin ianìm vaichìu meàh ſcianà, ò meàh veeſrim ſcianà, lo bàth, velò ben iamùth bechaijè auiu, vaiſsighu liſcloſcià, ò learbaahà doròth, vairàh lenaphſciàm banim vnchedim, vetzeetzaim, vehèm choreſcim, vekotzerim lephì ſceèn laèm anadim vſcphachòth; Vehem Baalè Chauuijòth, veièſc bathehèm maſghèreth vchenàm ſogherìm othàm balàila, chi en benehèm lo Ghanàu velò Adàm raàh, velò ſciùm nèzek. Veghàm chèn nàar kattòn holèch im hammiknè mahalàch càma iamìm, veenò mithiarè callùm lo min halleſtim, velò min haſcedim, velò min chaiàh raàh, velò min callùm nèzek beolàm, mipenè ſcehèm keduſcim vettahorìm. Veèlle Haluiìm hem amelìm bethorà vumitzuòth, veadàin em bekiduſctàn ſcel Moſcè Rabbènu, lephichàch nathàn laèm Hakadòſc baràch hù col zòth. Veòd enàm roìm benè Adàm, veèn benè Adàm roìm othàm, ellà arbaàh ſceuattìm hallàlu ſcehèm ioſceuim mièuer lenaharè Cuſc, veroìm othàm èllu eth èllu, vmedabberim immahèm, venahàr Sauttiòn benehèm ſcecatùu bahèm, leaſurim tzeù.

ſcenàim aſsàr chòdeſc, vechozerìn chalila.

Veòd ſcèuett Moſcè Rabbènu hatzaddìk èued Adonài nikrà ſcemò ſcèuett Ianùs ſcianà meauodà zarà, vedauèk biràth Adonài; vehannàchal ſouèn alcèm mahalàch ſceloſcià Chodaſcìm, al ſceloſcià Chodaſcìm meruhàh, vehèm ſciochenìm bebethìm mephoarìm, vbiniauìm haddurìm vumigdalìm, vehèm ibnù leetzmàm, vehèn immahèm dauàr ttamè, veòph ttamè, vechaià ttemehà, ò behemà, lo chaià rahà, velò Zeuu, velò Scioalìm. velò Paroſcìm, velò Chinim, velò Nachaſcìm, velò Akrauìm, velò Chelauìm, velò ſciùm mezìk zulathì Tzòn, vuakàr, vetzonàm iolìdu ſcienè peamìm baſcianà, vezorchìm, vekotzerim, velahèm ghanòth, vpardaſcim, vecòl minè peròth, vecòl minè kettanìch, veauattichim, vekiſciuim, vbetzalìm, veſciummìm, vechittìm, vſorìm, vmecchàd itzmechù meà; Vehèm Baalè Emunà, Baalè Thorà, Baalè Miſcnà, Baalè Talmùd, veHagadà; VeTalmùd ſcelahèm beleſciòn hakodèſc, vecàch èm ſcionìm càcha lamedùnu auothènu, velamedùnu chachamènu mephì Ieoſciuàh Bèn Nun, mephì Moſcè, mephì Haghebburà, veenàm iodeim Thanaìm, vMorraìm, ſcehaiù bebèth ſcenì, mipenè ſcelò haſſighùm, velò iedeùm; Veenàm iodeim ledabbèr chi ìm bilſciòn hakòdeſc, vmchamirim beijàin nèſech, Vmimmè ſciehachamìru Rabbanàn behalachòth ſcechittà vttriphòth, chediurè Sopherìm hachamìr Moſcè Rabbènu iòther mediurè Sopherìm, vchenàm niſcbaim beſcèm

nauò , vehèm nothenin scalòm èllu leèllu .

Vbà elènu tzaddik ze scescemò ELDAD , vehù miscèuett Dan vbakèsc latzèth dèrech misciòr lalècheth lehaghìdd leeòl benè Israel hammephozerim beartzòth velabassèr othàm nachamòth ttouòth . Vecàch haià ietziathò meèuer lenaharè Cusc , haià nicnàs baiàm hù , vechàd miscèuett Ascèr chedè lesachòrim Ansce hassephinà vlkanòth mehèm beghadim vetachscittim , venichnàsu scenehèm bisphinà kettanà hèm , venaarehèm , veniscthabberà hassephinà chechatzè halàila: vaijmàn Adonài lahèm lisenè hannascim hahèlle lùach echàd , vehaiù olim vijoredim baiàm ad Isclich othàm ètzel vmà achàth scescemà Amarnùm , vehèm Cusciim sceechorim cheorèu baalè kumà , vehèm ochelim benè Adàm chescenittàlu hatzaddikim hallàlu haiàh othò haisc scamèn vbarì maonègh meòd , mijàd lakechù veachelù othò , chescehù chài vehù tzoèk vbochè vehomèr : Oì làh leimmì al gauith libbì , veàl scemasarni iotzeri lamèt hamescunnè , scehaCusciim ochelim eth bessari . Achàr sceachelù othò Chasid , nattelù ze hatzaddik ELDAD Haddani venathenù othò bekolàr ad sceaberì vehièh scàmen , chi haiàh cholè verazè ; Vehaiù nothenin lo maachàl , vehaià ochèl , vehaiàh immahèm zemàn arbè , ad sceasà lò Hakadòsc barùch hù nes , scebàu aleèm ehaielòth mimakòm achèr al othā Cusciim vescàuu othàm veghazezùm , veharaghùm betòch othaà sceuià ; venisbè ze hatzaddik Haddani , vehaijù othàm harrescaaim oue-

Veòd iesc etzlàm Chèseph , vezahàu harbbè meòd , vaizreù piscthàn , vmghadelim tholaàth sciani , veosim beghadim naim vmcilim : Vchèm chcietzijàth Mitzràim chephalim , vchphelè chephalim ad en kètz . Verochàu hanahàr Sauttiòn mathàim ammà chemettachuè kèsceth ; Venahàr melò chòl veauanim beli màim , vehaauanim kolàm ieraim cheraàm kol ghadòl , ò cheghlè haijàm , vchmò rùach saarà , vualàila iscmaàh kolò ad mahalàch chatzè iòm , veiesc sciàm maaijenòth vaikabbetzù cullàm leaghàm echàd , vaiskù mehèm artzàm veothò aghàm iscretzù bo daghim , veal col sciuiothàu iphrichù col minè ophòth Taaròth , vehanaàr hahù meauanim , vmchòl ieriim col scèsceth iemè hammaasè , vusciabbàth iscbbòth , vinùach , vmiàd taalè csc seuiuòth hannàchal meerèu sciabbàth , ad lemotzeè sciabbàth , veèsc tillàtt liattà , velò inchal Adā linghoàh el hannàchal , vmscenè auarè hannàchal chemò chatzè mil , vehaèsc melacheàh col ma sceiscarèsc seuiuòth hannàchal ad scethisàanu eth haàretz , vearbaahà sceuettim hallàlu , Dan , veNaphtalì , Gad , veAscèr homedim im miknehèm ètzel sephàth hannàchal legazùz eth tzonàm , chi i èretz scettuchà vmisciòr vnkijàh scelò iealè bà lo kotz , velò ièrek , vescè iràu scèuett Moscè hem mithkabetzim vehomedim al sephàth hannàchal , vehèm tzoekim veomerim , Achènu sciuttè Iesciurùn haraùnu haghemalim , vecalauim , vehachamorrim , vaiomerù chàma arùch Ghamal zè , vechàma arùch tzauarò , vechàma kattàn ze-

lemilchamà, Vecorethim hadderachìm, vecòl scielalàm iechalckù, vcholechìm badèrech Paràs vVauèl. Vmassà ghamàl etzlàm mimaachàl biscnè chesaphìm, vmedabberìm bilsciòn Kedàr, veimmahèm Mikrà, vMiscnà, veTalmùd, veAgadà. Vecòl Sciabbàth veSciabbàth pothechìn darasciòth bilsciòn kòdesc vehassebarà bilsciòn kòdesc. VeEphràim vecchatzè sciéuett Menasciè sciàm beharare nèghcu medinàth Mesciughàa zeuumè nèphesc vekachuiè baalè Susìm icbretù badderachìm lo iachùsu al Adàm, vehèn lahèm mechijà, chi im hasciaiàl, vehèm ghibburrè milchamà echàd. mehèm ienatzèach meà; Vesciéuett Simoòn vechatzè sciéuett Iehudà beèretz Chuzarim vehèm ad en chèker, vead en mispàr, vehèm ikechù mas meesrìm vechamiscià malchiòth, vmetzàd mea Ismaelim porein laèm mas. Vecullè. Id est

I. *Quando Ieroboam Ben Nabat peccauit, & peccare fecit Israël, fecit duos Vitulos aureos, & diuisum est regnum domus Dauid; congregare fecit decem Tribus, & ait: Surgite, pugnate contra Roboam, & Ierusalem. At illi dixerunt: Quare pugnabimus contra fratres nostros, & contra filium Domini nostri Dauid Regis Israëlis, & Iudæ? Dixerunt Seniores Israëlis, non sunt in omni Tribu Israël robustiores Viri, quàm illi de Tribu Dan. Statim ait filijs Dan: Surgite, & pugnate aduersum Iudam. Responderunt: Per caput filiorum patris nostri, non praeliabimur contra fratres nostros, neque effundemus sanguinem illorum gratis.*

onedè èsc, vehaiàh ze hatzaddik immahèm arbàa scianìm ad sciebauiuhù lemedinàth ATZIN ad sciekanù othò mehèm Iehudì echàd biscloscim vscnàim zchuuim, vehalàch baiàm ad scieiatzà leiabascià, venaphal besciéuett Isachàr vehèm sciaruuim beharare Theòm, vehèm tàchath èretz Madài vParàs, Vehèm mekaijemim. Lo iamùsc sepher hattorà mephicha. Velò aleèm ol malcùth, chi im ol sciamàim, vehenàm nilchamìm im Adàm bcolàm, chi im bemilchamàth sciél Thorà, Vehèm bescialuè vchasckètt, Veèn sattàn, veèn peghàa ràa, vehèm ebonìm mahalàch assarà iamìm al assarà iamim merubàa. Veièsc lahèm Miknè arbè, veGhemalìm, veChamorrìm, Veauadìm, vscpachòth, veèn beiadàm chelè zàin, chi im maachèleth lesciechittà. Vchèm bàalè emunà, vehèn beiadàm osèk, vgzalà, veaphillù auadìm scielahèm neemanìn, sciem imatzeù badèrech mamòn harbè, lo ioscittu iedehèm lckachtò. Veièsc beneèm sceouedìm laèsc, vissehù emothàm, vchachiiothcèm lenascìm, veèn lahèm auodàt Adàm, lo kotzerìm, velò amàl cheramìm bilthi haccòl ikanu bichsaphìm; veièsc lahem sciophètt, veNasì vscmò Nachsciòn, vearbàa methòth beth din bijadàm. vmedabberìm bilsciòn hakòdesc, vblesciòn Paràs, vblesciòn Kèdar. Vunè Zebulùn Chonìm beharè Paràn vmeghiìm biscunethàm vnttuim oalim sciel sàar mimedinàth AGIIAMEAH ad Nehàr Peràth. Vesciéueth Reuben neghedàm mehachorè harare Paràn, veièsc benchèm scialòm vahaauà vuiachad holechìm

etiamnum hodie pugnant contra ſeptem Regna. Porrò iſtæ quatuor Tribus Dan, Nephtali, Gad, & Aſſer, caſtra fixerunt in Chauilà anteriore, vbi eſt aurum, in Ghoijm, Konim, & Azurim in Règno Paruaim (Peruano) *de Imperio Horinoth, & poſuerunt iſtæ Tribus manus ſuas ſuper ceruicem inimicorum ſuorum.*

Quolibet anno bellum committunt contra ſeptem Regna, & ſeptem linguas, quorum iſta ſunt nomina:

Toſigha	תוסיגא
Kamtuà	קמטוא
Kouà	קובא
Maroghia	מראוניא
Takùl	תקול
Bachmà	בכמא
& Kakùa	וקאקוא

quæ ſunt trans flumina Aethiopiæ, vt firma ſit prophetia & vaticinium; Vltra flumina Aethiopiæ &c.

Hæ Tribus habent aurum, argentum, lapides, oues, & boues, camelos, & aſinos multos nimis. Serunt, metunt, & habitant in Tabernaculis, proficiſcuntur & caſtrametantur de termino in terminum itinere quatuor dierum quaquauerſum; neque caſtra figunt, niſi in locis vbi ſunt fructus, agri, & vineæ.

Nomen autem Regis eorum Vziël Ben Malchiel. Et nomen Principis magni eſt Nikòli ex filijs Oliab. Et nomen Iudicis eorum Audàn Ben Miſaël de Tribu Aſſer: Quatuor verò mortis Confeſtim filij Dan arreptis gladijs, lanceis, & arcubus potiùs velle mori, quàm contra Ieroboā pugnare, inſtituerunt, donec Deus ſanctus benedictus, ne effunderent ſanguinem fratrum ſuorum, eos liberarent. Et proclamarunt precones per vniuerſam Tribum Dan, atque dixerunt: Fugite, & egredimini in terram Aegypti. Deinde conſilium inierunt de vaſtanda Aegypti terra, & interficiendis omnibus habitatoribus eius. Dixerunt Principes eorum: Nonnè ſcriptum eſt in lege: Non addetis amplius videre illam? Et quomodo nos deſcendemus in Aegyptum? Ampliùs; conſilium inierunt contra Edom, Amalech, & Amon: At intellexerunt ſcriptum in lege, quòd Deus ſanctus benedictus prohibuerat Iſraëli, ne poſſiderent terminum illorum. Dedit Deus ſanctus benedictus ſpiritum, & conſilium bonum, & aſcenderunt fluuium Phyſon, & proficiſcentes ſuper Camelos, caſtraque mouentes, quouſque peruenirent in terram Aethiopiæ; inuenerunt terram illam pinguem, & commodam agris, vineis, hortis, & paradiſis; nec prohibiti ſunt filij Dan à colonis habitare ſimul, & pepigerunt cum eis fœdus, & fuerunt Aethiopes tributarij filijs Iſraël: habitauerunt cum eis plurimis annis, fructificauerunt, & multiplicati ſunt mirum in modum.

II. *Præterea profectæ ſunt tres Tribus aliæ Iſraëliticæ Nephtali, Gad, & Aſſer, & proficiſcentes caſtrametabantur in deſerto, quouſque peruenirent ad illorum confinia, & occiderunt plurimos viros Aethiopas itinere dierum quatuor quaquauerſum, &*

gistri nostri serui Domini, quæ vocatur Tribus יניו *Ianùs, conuersa est ab Idololatria, & adhæsit timori Domini. Sed & fluuius circuit eos itinere trium Mensium circumquaque in quadrum, & ipsi habitant in domibus sumptuosis, in ædificijs magnificis, & turribus, quæ ipsi sibimetipsis construxerunt; & non est apud eos quicquam immundum, non auis, non fera, non iumentum, non fera nociua, nec musca quidem, non vulpes, non pulices, non pediculi, non serpentes, aut scorpiones, non canes, aut aliquod aliud, quod nocere potest. Sed ibi sunt pecudes, & boues, oues autem illorum bis in anno parturiunt; & serunt, & metunt. Habent hortos, & paradisos, & omnia fructuum genera, leguminum, peponum, cucumerum, cæparum, alliorum, tritici, hordei, & ex vno gignuntur centum. Sunt autem illi Magistri in dogmatibus, Doctores in Lege, in Miscna, in Talmud, & Agadà. Talmud, quod est apud eos, est* (scriptum) *in lingua sancta, & sic ipsi legunt, sicut docuerunt nos Patres, & Sapientes nostri, prout acceperunt à Iosue filio Nun, à Mose, à præpotentia Dei. Nullam tamen notitiam habent* תנאים ומוראים *Tanaìm, & Amorraìm, Doctorum, & Magistrorum istorum, quia ipsi fuerunt sub Templo secundo, neque ad eos peruenerunt, aut ipsos cognouerunt. Loqui nesciunt alia lingua quàm sancta; abstinent à vino Idolis libato, & ab omnibus quæ prohibuerunt Magistri nostri in Tractatibus de Iugulatione, & discerptis, iuxta Scribarum verba; Obligat enim magis Moses Magister noster, quàm obli-*

tis genera (*lapidatio, exustio, strangulatio, & cædes*) *quæ sunt in vsu apud Senatum* (Iudaicum) *eadem forma sunt apud eos. Tempore verò, quo ad bellum proficisci volunt, clangit Preco buccina, & exeunt cum Principe exercitus ad centum viginti millia equitum, & centena millia peditum. Istarum quatuor Tribuum vna, quocunque Mense egreditur ad præliandum, & per tres Menses continuos moratur in bello, & in fine trium Mensium quicquid ex hostium spolijs tulerit, partitur cum contribulibus suis. Tribus autem filiorum Dan, quæ est ex filijs Samsonis, est tanquam arena maris itinere quatuor dierum: & ecce ipsi sunt potentes virtute, & in tempore pugnæ dicunt: Non decet fortissimum fugere, nobilis prosapiæ est mori potiùs, quàm fugari, confortetur cor eius in Domino: robur meum, fiducia mea, laqueum meum, & in acumine gladij mei mirabitur spiritus meus intra seipsum cùm viderit gaudiū fræni equi mei. Quoties duxisti captiuas mulieres Aethiopissas? Et ita gaudent in prælio, sicque faciunt donec compleantur tres Menses. Postea reuertuntur, & de spolijs Regi Vziëli afferunt, qui omnia inter Israëlitas habitantes inter eos diuidit. Inter omnes spolia diuidunt, quia omnes portio Domini sunt. Et ita reliquis tribus Mensibus egreditur Tribus Nephtali; & prælium instituit: & in alijs tribus Mensibus egreditur Tribus Gad: & in alijs tribus egreditur Tribus Asser, quousque compleantur duodecim Menses, & reuoluuntur à principio.*

III. *Similiter Tribus Mosis ma-*

secum colloquuntur: & fluuius Sabbation est inter ipsas: quia de illis scriptum est: Vinctis, exite. Isaiæ 49. 9.)

Præterea reperitur apud eos argentum & aurum multum nimis, & serunt linum, nutriunt vermes sericos, & faciunt vestes speciosas, & pallia. Et sunt duplo plures, imò plures, & plures in infinitum, quàm fuerint illi, qui egressi sunt de Aegypto. Et latitudo fluuij Sabbationis ducentorum cubitorum quantum est iactus arcus. Fluuius autem plenus est arena, & lapidibus sine aqua; sonitusque lapidum stridet sicut tonitru voce prægrandi, ceu fluctus maris, & spiritus procellarum: & in nocte fragor auditur circa dimidium diei itineris. Sunt ibi fontes, qui in vnum stagnum omnes congregantur, & ex eo tota illa regio irrigatur. In eo multitudo piscium producitur. Et per circuitum vniuersum, omnes volatilium species mundæ nidificant. Fluuius iste ex lapidibus & arena, stridet omnibus sex diebus ad opera destinatis, in Sabbato verò quiescit, & residit: sed statim ascendit ignis per circuitum fluminis, à vespera Sabbati, vsque ad exitum illius; & ignis adeò ardet, vt non possit homo ad fluuium accedere ex vtroque latere circa dimidium milliare: ignisque lambit omnia per circuitum, vt & radices ex terra extrahat, & consumet. Quatuor hæ Tribus Dan, Nephtali, Gad, & Asser stant cum pecoribus suis iuxta ripam fluminis ad tondendum pecora sua, quoniam terra spatiosa est, plana, & pura, quia non ascendit in ea spina, nec olus inutile. Cùmque vident Tribum Mosis, ipsi con-obligent verba Scribarum. Non iurant per Dei nomen, quandiu illorum anima corpus viuificat; excandescunt contra eos, qui talia fari sciunt, & hoc modo redarguunt: Nonne pauperes estis, & cur vos assumitis memoriam nominis Dei in ore vestro? Omnia sunt in ore vestro, si bucella est, comede illam; si aqua, bibe illam. An nescis quòd propter iuramentum filij vestri mortui sunt cùm adhuc essent paruuli? Et ita hortantur omnes seruire Domino in tremore & timore, & in perfectione cordis. Quia filij Mosis serui Domini prorogant dies, & viuunt centum annos, aut centum viginti annos: Non filia, aut filius moritur viuente patre, & pertingunt ad tertiam, aut quartam generationem, & videt (pater) animas suas, filios, nepotes, & pronepotes. Et ipsimet arant, & metunt, quia non habent seruos, nec ancillas. Trapezicæ sunt, & habent domos, quæ claudi possunt, nec tamen eas de nocte claudunt, quia non est inter eos, non fur, non homo malus, nec quisquam damnum inferens: & idcircò puer paruulus deducit gregem itinere aliquot dierum, sine vllo timore, non latronum, non vastatorum, non à fera mala, neque ab vllo alio malum inferente, quia ipsi sunt sancti & mundi. Et isti Leuitæ occupantur in Lege, & in Præceptis, & adhuc sunt in sanctificationibus Mosis Magistri nostri, ideò dedit eis Dominus omnia ista: & insuper non vident ipsi homines, neque homines vident ipsos; sed quatuor istæ Tribus, quæ habitant vltra flumina Aethiopiæ, ipsæ vident se ad inuicem, &

runt illi collarium quousque impinguaretur, & benè valeret; nam infirmus & macer erat, dabant ei cibum, & comedebat: fuitque cum illis tempore multo donec faceret Deus cum eo miraculum. Venerunt enim exercitus ex altera parte contra Aethiopas istos, captiuos duxerunt eos, diripuerunt, & in ipsa eadem captiuitate occiderunt; captiuus quoque factus est Danita iste iustus. Porro isti peruersi homines adorabant ignem, mansitque cum eis iste iustus quatuor annis, donec perducerent eum in Prouinciam אצין *ATZIN, ibi eum emit quidam Iudaeus triginta duobus aureis. Nauigauit mare donec aridam ingrederetur, & incideret in Tribum Issachar. Isti enim habitant in montibus abyssi, qui sunt sub ditione Medorum, & Persarum; & ipsi confirmant illud* (Deuter. 31.) *Non recedat liber legis de ore tuo. Non subiecti sunt vllius Regis iugo, nisi tantùm diuino: neque pugnant contra homines in aeternum, cùm illorum pugna semper sit circa legem Domini, summa pace & quiete fruuntur. Nullum aduersarium habent. nullum malum illis occurrit, & castrametantur itinere decem dierum longè latèque in quadrum. Habent greges plurimos, Camelos, Asinos, Seruos, & Ancillas: non habent arma offensiua, nisi tantùm gladium pro iugulatione* (animalium) *sunt fideles, nullum opprimunt, aut quidquam rapiunt: etiam seruos habent fideles, quòd si quis illorum in via opes inueniat, illas tangere non audet. Sunt aliqui inter eos, qui ignem colant, & matres, aut etiam sorores accipiant in*

congregantur & stant ad ripam fluminis, & exclamando dicunt: O fratres nostri Tribus ישרון *Iesciurùn, recti* (Israël, ita vocatur Deuter. 32.15.) *ostendite nobis Camelos, Canes, & Asinos. Et dicunt: Quàm longus est Camelus iste, & quàm longum collum eius, & quàm parua est cauda illius! Et illi, ac isti salutant se, & sibi ad inuicem pacem precantur.*

IV. *Venit autem ad nos Iustus iste, cuius nomen ELDAD de Tribu Dan, quaesiuit egredi per viam planam, vt iret ad fratres suos Israëlitas dispersos per regiones, & annunciaret ac euangelizaret eis consolationes bonas. Et haec fuit egressio illius, vltra flumina Aethiopiae. Ingreditur mare ipse & alius de Tribu Asser, vt negotiaretur cum nauis, & emeret ab eis vestes, & ornamenta muliebria; & ingressi sunt ambo paruam Nauiculam, vnà cum pueris suis. Media nocte frangitur Nauicula, sed Dominus duobus viris istis parauit tabulam, super quam fluctuarunt donec eiecti sunt apud quandam nationem cui nomen est* אמרנום *Amarnum. Hi Aethiopes sunt nigri tanquam Corui, procerrimae sunt staturae, & comedunt carnem humanam. Cùm coepissent iustos hos, alterum, qui pinguis erat, valens, & delicatus, subitò comederunt. Cùmque adhuc viuus esset exclamabat, flebat, dicebatque: Hei matri meae, corpori, & cordi meo, quia tradidit me Formator meus in mortem repentinam, & Aethiopes comedunt carnem meam. Postquam comederunt illum pium: apprehenderunt hunc iustum ELDAD Danitam, & posue-*

est fabulosa narratio Eldadis Danæi, seù veriùs cuiusdam impostoris Iudæi, qui sub nomine Eldad fabulam de fluuio Sabbatico, & decem Tribubus illic delitescentibus inter Iudæos sparsit, vt antiquorum Rabbinorum de hoc flumine sententiam, & Tribubus confirmaret, & spem de illorum liberatione maiorem in animos induceret ac nutriret. Vt autem Iudæi videant quàm turpiter à suis decipiantur, nos hanc narrationem, & singulas illius partes decurrendo non segniter examinabimus. Ab ouo igitur incipiemus.

Num. I. Ponitur decem Tribus sponte discessisse à terra promissionis, ne contra Roboam Regem Iudæ, & domum Dauid pugnare cogerentur, quemadmodum exigebat ab eis Ieroboam filius Nabat: ac priùs discessisse Tribus Dan, quam deinde sequutę sint Nephtali, Gad, & Asser, & harum exemplo etiam aliæ recesserint, videlicet Ruben, Simeon, Issachar, Zabulon, & duorum filiorum Ioseph, Ephraim, & Manasse; nam de Leuitis, cùm per omnes Tribus essent distracti, peculiaris mentio de illis non fit. Hæc narratio aduersatur Scripturæ Sacræ; Nam 2.Reg. cap. 15. 28. 29. alia omninò diuersa huius transmigrationis causa assignatur, videlicet Idololatria Israëlitici populi; adorauerunt enim Vitulos aureos, quos Ieroboam filius Nabat fecerat in Dan, & in Bethel, & transgressi sunt pactum Domini, & quæ præceperat Moses non audierunt, neque fecerunt, vt di-

in Vxores: neque est inter eos ars aliqua, non colunt terram, ideò nulli messores, nulli vinearum cultores, quia omnia argento emunt. Habent Iudicem, & Principem cuius nomen est Naason. Itemque quatuor mortis genera, iuxta Senatus stylum. Loquuntur lingua sancta, Persica, & Arabica. Filij Zabulonis castrametantur in montibus Pharan, & pertingunt ad viciniam eorum, figunt Tabernacula pellicea, à prouincia אגייאמיאה *Agijamea,* fortassis intelligit Ayaman, *vsque ad fluuiũ Euphratis. Tribus Ruben habitat è regione ipsorũ, à tergo montiũ Pharan. Est inter eos pax, & amor, simul procedunt ad bellum, abscindunt Vias, & omnia spolia diuidunt, & abeunt per Vias Persidis, & Babylonis. Cameli onus cibarium apud eos duobus argenteis emitur. Loquuntur lingua Arabica: & apud eos reperitur Scriptura, Miscnà, Talmud, & Agadà. Singulis Sabbathis sermocinantur lingua sancta, & opiniones Varias eadem lingua afferunt. Ephraim, & dimidia Tribus Manasse ibi est in montibus meridionalibus, prouincia* מעיצגאה *Mesciughàa,* (cuius habitatores sunt) *animo detestabiles, & Varia formæ, equitantur, dirimunt Vias, nulli parcunt, Victum non habent, nisi ex preda: strenui sunt bello, Vnus ex eis centum Vincit. Tribus Simeonis, & dimidia Tribus Iudæ est in terra* כוזרים *Cuzarim* (videtur Cosroë nomen inditum Persarum Regibus) *estq; sine summa & numero: accipiunt ipsi tributum à Viginti quinque Regnis, pars item Ismaëlitarum eis tributa soluunt, &c.* Et hæc

כה אמר יהוה לא תעלו ולא תלחמון עם אחיכם בני ישראל שובו איש לביתו כי מאתי נהיה הדבר הזה וישמעו את דבר יהוה וישבו ללכת כדבר יהוה׃

Co amàr Adonài, lo taalù *v lò thilchamùn im achichem benè Israël, sciùuu isc el bethò, chi meittè nihiè haddauàr hazè; vaisçmeùeth haddauàr Adonài, vaiasciùuu lalècheth chiduàr Adonài.* Id est

Sic dicit Dominus, ne ascendatis, & ne pugnetis cum fratribus vestris filijs Israël: reuertimini vnusquisque in domum suam, quia à me factum est verbum hoc: & audierunt verbum Domini, & reuersi sunt ad eundum iuxta verbum Domini.

Num. II. *Praeterea profectae sunt tres Tribus aliae Israëliticae, Nephtali, Gad, & Asser &c.* Istæ tres Tribus non libenter, voluntariè, & proprio consilio in terram Æthiopiç profectæ sunt, sed coactæ fuerunt primò à תגלת פלסר *Tighlàth Pilèser, Theglathphalasar* Rege Assur 2. Regum 15. 29. Secundò à פול *Pul* Rege Assyriorum, & à תלגת פלנסר *T'glàth Pilnèser, Thelgatphalnasar* Rege Assur, qui eas vnà cum Tribu Ruben, & dimidia Tribu Manasse transtulit in

לחלח וחבור והרא ונהר גוזן עד היום הזה׃

Lachlàch, Chabbòr, Harà, & fluuium Gozàn, ad baijòm hazè, vsque ad diem hanc. 1. Paralip. c. 5. 26. Vide supra pag. 45.

Ad nomina regionum quod attinet, quæ illic referuntur, omninò ignota esse deprehenduntur, vti Ghoiim, Konim, & Azurim in Regno

dicitur 2. Reg. cap. 18. 12. his verbis:

על אשר לא שמעו בקול יהוה אלהיהם ויעברו את בריתו את כל אשר צוה משה עבד יהוה ולא שמעו ולא עשו׃

Al ascièr lo sciameù bekòl Adonài Eloheèm, vaiaauerù eth berithò, eth col ascier tziuà Mosçè eued Adonài, velo sciameù, velo asiù. Id est

Eò quòd non audierunt vocem Domini Dei sui, & transgressi sunt pactum eius, omnia, quae praecepit Moses seruus Domini, & non audierunt, nec fecerunt. Vnde falsum est sponte discessisse has Tribus Israëlis tempore Ieroboam, cùm post ducentos & ampliùs annos à Salmanassare Rege Assyriorum, in Assyriam captiuę ductæ fuerint 2. Reg. cap. 17. 6. Rursus mendacium est, quòd dicitur de suasione pugnæ contra Roboam, & Iudam, & quòd Tribus Dan cum aduersus fratres suos filios Iudæ pugnare noluerit, terram promissam reliquerit, & in regionem Æthiopiæ transmigrauerit, cùm de hac suasione, & Tribus Dan profectione, nihil ex Scriptura probare possit Eldad, imò ex ipsa Scriptura contrarium ostenditur. Decem namque Tribus recedentibus ab obedientia Roboami, venit hic Ierusalem, & congregata vniuersa domo Iuda, & Tribu Beniamin collegit centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, vt pugnaret contra domum Israël, hoc est contra decem Tribus, & reduceret Regnum in domum Dauid, quod tamen prohibitum fuit à Deo vt legitur 1. Reg. cap. 12. 24.

ſua Iſraël, habuit tamen ſobolem nequam, idololatriæ addictam; Ionathan enim filius Gerſç filij Moſis fuit Sacerdos Idolorum in domo Michæ, vbi ſculptile, Ephod, & Theraphim aſſeruabantur. Quibus ſublatis à viris Danitis, & in vrbe Dan ab eis ædificata collocatis, eundem Ionathanum, ac filios eius poſuerunt Sacerdotes vſque ad diem captiuitatis ſuæ. Confer librum Iudicum c. 18. vbi Maſſoretæ vtcumque Moſis ignominiam obtegere procurarunt, addita litera נ voci משה MOSIS, eaque extra lineam ſublata, & in altum ſuſpenſa, vt ad arbitrium legi poſſet & MOSES & MANASSES hoc modo מנשה in verſic. 30. vbi habetur:

ויהונתן בן־גרשם בן מנשה הוא ובניו היו כהנים לשבט הדני וגו׳.

Vihonathàn ben Gherſciòm ben Menaſcè (Moſce) *hu vbanàu haijù Cohanìm leſcèuet Haddanì, &c.* Id eſt

Et Ionathan filius Gerſon filij Manaſſe (Moſis) *ipſe & filij eius fuerunt Sacerdotes Tribui Danitica, &c.* Huius literæ נ *Nun* ſuſpenſæ, talis redditur cauſa à Talmudiſtis in Codice בבא בתרא *Bavà Batrà pag.* 109. 2.

וכי בן מנשה הוא והלא בן משה הוא דכתיב בני משה גרשום ואליעזר אלא מתוך שעשה מעשה מנשה תלאו הכתוב במנשה.

Vechì Ben Menaſcè hù, vahalò ben Moſcè hù? dictiu, Bene Moſcè Gherſciòm, veEliezer; ellà mittòch ſceaſſà maaſsè Menaſcè thelaò hacatùu bimnaſcè. Id eſt

Et

פרוים *Paruàim*, de quo 2. Paral. cap. 3. 6. vbi propter auri præſtantiſſimi copiam maximè laudatur: vnde aliqui putarunt Regnum Indiæ intelligi, & à duali terminatione duplex *Peru* ſignificari. Nos autem credimus pro פרוים *Paruàim* in hoc loco Peruanum Regnum, non *Indicum*, non *Americum*, ſed *Chaldaicum*, ita vocatum ab vrbe huius nominis *Barbatia*. Plinio lib. 6. Hiſt. cap. 28. ſiuè *Parbatia* in Regno Characenorum corrupto nomine, vbi ex eodem *Phaſitigris* fluuius eſt ſiuè *Phiſon*, qui circuit omnem terram חוילה *Chauìlà*, *Hauìlà*, vbi naſcitur aurum ex Gen. 2. 11. quod & Dauid Rex deuictis Regibus regioni illi finitimis in magna copia Ieruſalem aſportarat aſſeruandum ad vſum Templi per Salomonem ædificandi, vt legitur 2. Samuel. 8. 11. & 1. Reg. 7. 51. Ad hanc igitur regionem, & vltra hæc flumina valdè probabile eſt fuiſſe deportatas decem Tribus Iſraëlis, & ſubinde per vniuerſam Aſiam diſperſas partim conuerſas ad Chriſtum; partim in fine mundi conuertendas; prout ſatis apertè docuimus ſuprà ad num. 98. pag, 45.

Num. 111. *Similiter Tribus Moſis &c. quæ Vocatur Tribus* ינוס *Ianùs, conuerſa eſt ab Idololatria &c.* Adulatur familiæ Moſis Legiſlatoris, qui cùm eſſet dilectus Deo, & hominibus, illumque glorificauerat in conſpectu Regum, induxerat in nubem, & dederat illi coram præcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ, docere Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia

gistrorum doctrina, & hominum sanctimonia, quique, alios homines non videant, nec vicissim ab alijs videantur, sunt nugamenta, nugonibus, & fabulonibus Iudæis relinquenda, nec explodenda aliter quàm risu & sibilo. Idem prorsùs dicendum de exitu Eldadis Danitæ cum socio de Tribu Asser, & de naufragio, ac euasione in terram אמרנום *Amarnum* prouinciæ Æthiopiæ. Quòd autem Æthiopes sint nigri tanquam Corui, & comedant carnes humanas, vt dicitur in textu; si de habitatoribus Æthiopię sub æquinoctiali ferè circulo in Africa torrentibus intelligatur, æquè vltrò fatendum est, eos esse nigerrimos, cùm ipsum nomen Æthiopiæ argumentum nigredinis præseferat. At quia nos probauimus suprà pag. 45. col. 1. pro Æthiopia Scripturæ, intelligi Chaldæam regionem, vbi Nemrod כוש *Cusci* filius regnauit, non verò Abissiam regionem in Africa. Idcircò cùm hæc Æthiopia Eldadis, Hebraicè per כוש *Cusc* reddatur, prorsùs fatendum, eandem esse cum regione Chaldæa, in qua homines nequaquam nigri sunt, vt dicitur in textu; multò minùs homines in ijsdem regionibus carnibus vescuntur humanis: vndè euidenter conuincitur Auctorem huius fabellæ, nugonem fuisse, & fabulonem.

Sed dicet nonnemo, qua ratione ducti fuerint illi prisci Doctores Iudæi decem Tribus statuere vltra fluuium, quem Sambationem vocant, & de quo tam mira, sicut & de ipsis Tribubus referunt? Respondeo: Viden-

Et an filius Manasse fuit (Gersom) *& non potiùs Mosis? sicut scriptum est* 1. Paralip. cap. 23. 14. *Filij Mosis, Gersom, & Eliezer. At quia fecerat opera Manasse, appendit eum Scriptura* (familiæ) *Manasse*. Manasses autem filius Ezechię Rex Iuda, pessimus inter Reges Idololatra fuit. Vide 2. Reg. cap. 21. Æquiparatur igitur Idololatria filiorum Mosis Idololatriæ Manasse Regis. Rabbi Salomon ad hunc locum Iudic. 18. 30. aliam rationem adducit, cur litera נ *Nun* apposita & appensa fuerit dictioni משה *Mosis*. Ait namque

מפני כבודו של משה כתב נו״ן לשנות את השם
ונכתבה תלויה לומר שלא היה מנשה אלא משה׃

Mipenè cheuodò scèl Moscè cathàu Nun liscnòth eth hascèm, venicteuà theluià lomèr scelò haiàh Menascè, ellà Moscè. Id est

Ob honorem Mosis scriptum est נ *Nun, vt mutaretur dictio, attamen est suspensum, vt cognoscatur, quòd non fuerat* (filius) *Manasse, sed Mosis.* Quia igitur hæc prosapia conuersa est ad Dominum relicta Idololatria (vt credunt Iudæi) idcircò non incongruè vocatur Tribus ינוס *Ianus* à נוס *Nus*, quod *fugere*, & *confugere* significat: fugit enim à malo, & confugit sub bono.

Cœtera, quæ ibi leguntur, de sumptuosis ædificijs, vbertate terræ, fontium, & aquarũ abundantia, piscium copiosa multitudine, animalium ac armentorum fœcunditate mirabili, noxiarum ferarum, ac serpentium carentia, argenti & auri affluentia, Ma-

Sanhedrin cap. 10. fol. 29. col. 3. vbi hoc nomen Sambation prima vice reperitur his verbis: *In tria exilia missi sunt Israëlitæ*, אחת לפנים מנהר סנבטיון *Achàth lephanìm minnahàr Sanuattiòn. Primò vltra fluuium Sambation*. Et ex Talmude Babylonico, Cod *Sanhedrin* fol. 65. col. 2. vt suprà adnotauimus. Ex quibus locis quotquot post eos de hac fabula scripserunt, Sambationem hunc fictitium sunt mutuati, vt inter alios, Rabbòth Parascià 11, & 73. Ialkùt *in Prophet.* pag. 52. 2. Ex *Pessiktà*, Tanchumà, Moses Ægyptius, & alij.

Dices; Ionathan Paraphrastes multò ante Talmudistas extitit, vt dicetur infra in Ionathane Vzielis filio: at Ionathan in sua Paraphrasi ad cap. 34. 10. Exodi meminit fluuij Sambationis, & decem Tribuum vltra ipsum inhabitantium. En eius verba:

אעביד להון פרישן בזמן דיהכון בשביתא על נהרות בבל ואסלקנון מתמן ואשרנון מן לגיו לנהר סמבטיון:

Aauèd leòn perisciàn bizmàn diachùn besciuuiethà al naharu'th Bauel vaasalekinnùn mittamàn, veascrinùn min leghèu linhar Sambattiòn.

Faciam miracula ipsis (Israëlitis) *tempore quo abibunt in captiuitatem vltrà flumina Babyloniæ, & ascendere eos faciam inde, & commorari faciam vltra fluuium Sambattion*. Sambattion igitur flumen ante Talmudistas notum erat, ac proinde illorum adinuentum non fuit.

Resp. Paraphrasim hanc super Pentateuchum non esse Ionathanis, & per-

dentes Doctores Hebræi, in Sacris literis fieri mentionem de captiuitate decem Tribuum, vel omnium, vel aliquarum, vt 2. Reg. cap. 15. 29. cap. 17. 6. & cap. 18. 11. & locum deportationis ipsarum assignari, Assyriorum scilicet prouincias, Medorum ciuitates Hala, & Habor iuxta fluuium Gozan; neque ampliùs de iisdem loqui Scripturam, sed omninò obliuioni traditas esse, (quod ita non accidit in captiuitate duarum Tribuum Iudæ & Beniamin, quæ cùm in Babyloniam deportatæ fuissent à Nabuchodonosor, ibi consolationes à Deo receperunt, mittendo illis Prophetas Ezechielem, Danielem, & alios sanctos viros, de quibus frequenter in Sacris historijs; tandem ad patrium solum reuersæ fuerunt reædificata Vrbe Ierosolyma, & Templo: de decem Tribubus interim alto semper silentio, dum secunda Ædes stetit, obseruato) considerantesque Templo secundo euerso, ac dispersis Iudæis per vniuersas mundi regiones, illorum Talmud iam absolutum, & vbique terrarum promulgatum, receptum, & summa religione habitum, ad cæteras illas decem Israëlitarum Tribus peruenire non potuisse, cùm impossibile foret illas alicubi reperire; fabulas de decem Tribuum beata commoratione sunt commenti, easque vltra fluuium Sambationē inhabitare somniarunt. Huius autem fluminis nomen ijdem Talmudistæ primò excogitarunt, vt colligitur ex Talmude Ierosolymitano Massechet סנהדרין

De veritate Sabbatici fluuij Iosephi, à quo Plinius videtur accepisse suum lib. 31. cap. 2. multi non ambigunt; nam circa situm satis clarè ipse designat: nomen tamen mutasse dicendum est, quia si modernis Geographorum tabulis standum sit, inter Arcas, & Raphanęas fluuium Eleutherum fluere videmus, sed nihil de miraculosa eruptione in die Sabbathi, & cessatione in alijs diebus legimus. Vnde nonnulli, qui Rabbinorum fabulis addicti sunt, censent vel ipsum fluuium ex toto defecisse, vel illius miracula ex longo olim iam tempore, ac fortasse statim post excisam Ierosolymam cessauisse. Excisa enim Iudæorum Politia, Sabbathi quoque index deficere debuit, ait Maiolus, quamuis index Sabbathinę quietis esse non potuit, id quod in Sabbatho non quiescebat. Huic opinioni calculum nostrum libenter adijceremus, nisi testimonium Dominici Magri in itinere ad montem Libanum obstaret. Is enim ait, se ad ripam fluuij Sabbatici quadam die Veneris cum *Carouana*, quam vocant, peruenisse, atque aquas ex eo desinere vespera Sabbathi vidisse, nempè ad occasum Solis diei Veneris, perdurasseque huiusmodi aquarum carentiam vsq; ad diem Sabbathum, quo à viatoribus consocijs iter prosequutum est; quodque in causa fuit, vt & iterum fluere ipsum videre non potuerit. At censeo decipi Magri. Cur enim aquas illas stetisse ad vesperam Sabbathi ex natura fluuij, quem putauit Magri fuisse Sabbathium,

& perperam ab aliquibus illi attribui; cùm in ea multa indigna tanto viro inueniantur, vt videbimus in Ionathane, inter quę sunt ista fabulosa de fluuio Sambatione.

Sed instabis, Quo duce, & consilio ductos esse Talmudistas, vt excogitarent nomen, & naturam fluuij Sambationis?

Resp. Notissimam apud *Auctores* Talmudis fuisse historiam Iosephi Hebræi: hic enim lib. 7. *de Bello Iudaico* cap. 24. meminit cuiusdam fluuij, quem ait decurrere medium inter Arcas & Raphanæas Agrippæ Regni Ciuitates, & interpositis sex diebus à fontibus deficere, ac deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similem exoriri; atque semper hunc ordinem seruare: ex quo etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro scilicet Iudæorum septimo die. Quæ Iosephi de fluuio Sabbatico sententia, etsi planè contraria sit Hebræorum opinioni, attamen de excogitando aliud Sabbaticum flumen oppositę prorsùs naturæ facem præbuit Talmudistis Hebræis, Sicut namque Iosepho fluuium illum sex diebus quiescere, & septimo fluere, ac propterea Sabbaticum dici, perplacuit, ita è contrario Talmudistis, sex diebus fluere, & septimo die quiescere in honorem Sabbati, ac Sambationis nomen eidem imponere, iuxta ipsorum fœcundissimi fabularum cerebri naturam plausibile fuit, cui deinde lapides ciere, & alia portentosa habere, vti ignem per illius circuitum die quietis, addiderunt.

gat, id non fluminis, sed torrentis naturæ tribuendum erit; ac proinde fabulosum censendum est, quicquid hodie de fluuio Sabbathio statuatur vel à Magri, vel ab alio minùs diligenti, & veridico Auctore.

De huiusmodi Phœniciæ fluuio agunt præter Plinium mox laudatum loco citato, vbi *In Iudæa*, ait, *riuus Sabbathis omnibus siccatur*, contra Iosephum, qui septimo die iterum exoriri scribit, Dicitque *in Iudæa esse*, quia sub ditione Agrippæ Regis Iudææ fluebat inter Arcas & Raphanæas Syriæ vrbes; meminit Fulgosus lib. 1. cap. 6. Exemplorum. Isidor. lib. 13. Etym. Agricola de natura eorum quæ ex terra fluunt lib. 3. p. 114. Cardanus cap. 13. lib. 2. de subtil. cap. 102. Lucas Holstenius, & alter Anonymus in Symmicta Leonis Allatij; Causinus Soc. Iesu lib. 1. Symb 5.

De fabuloso verò flumine Sambatione Iudæorum agit Galatinus lib. 11. cap. 9. *de Arcanis Cathol. Verit.* Nicolaus Fullerus Britannus *in Miscellaneis Theologicis*. Paulus Fagius *in Deuteron.* 31. Et Buxtorf. *in Lexic. Chald* ad vocem סבט *Sebbàtt*. Et ex Hebræis, præter loca citata ex vtroque Talmude, & רבות *Rabbòth*, ac prænotatos Rabbinos; etiam de eo agit Elias *in Tisbi* ad vocem סמבטיון *Sambattiòn*. Iuchasin pag. 155. Samuël שלום *Sciullàm* ibid. Abraham Peritzul in ארחות עולם *Orchòth olàm* cap. 9. 15. & 24. de quo nos suprà egimus ad num. 98. שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakabbalà* pag. 37. b. Dauid de Po-

thium, nos credere debeamus; quàm potiùs ex natura Torrentis, cuius aquæ, verosimiliùs est, dum Magri obseruauerat fluentes, tandem ad occasum Solis eas defecisse, ac alueum exsiccatum apparuisse? Sicque testimonium Magri iuuenis nouemdecim annorum, quando hæc obseruauerat, (vt ipsemet fatetur in prima fronte libri) nec satis benèque instructus in rebus naturalibus, nihil videtur probare. Antequam mendacij Iosephum historicum redargueret Magri, obseruare priùs ipse debuerat continuum fluxum fluminis per sex dies non interpollatos, tùm deinde totam quietem Sabbatinam, & hoc non vna, aut altera hebdomada, sed per longum tempus, ne huiusmodi fluxus, & quies ad aliam causam referenda esset, quàm ad naturæ prodigium. Cùm enim nihil horum prælstiterit Magri, testimonium eius nullum est; sicut & Mercatorum, ac Messorum, quos idem Magri in testes adducit: illi namque cùm viatores, isti verò, vtpotè rustici, & agros tempore tantùm messis incolentes, quo de facili torrentes exsiccari, & superuenientibus impetuosis & repentinis pluuijs, quæ de mense Iunio accidere frequenter solent (die enim 21. Iunij substitit Magri ad ripam huius fluminis seù veriùs torrentis) iterum fluere sæpissimè cernuntur: falli, & fallere procul dubio potuerunt. Itaque cùm inter Arcas, & Raphanæas præter Eleutherum aliud flumen decurrere non conspiciatur, restat, vt si aliter aluei aquas effluere cerni contin-

Bello Iudaico loquens, ait: *Titus* &c. *conſpicit autem in itinere fluuium cognitione digniſſimum; is fluit medius inter Arcas & Raphaneas Agrippæ Regni ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cùm ſit quando fluit plurimis, neque meatu ſegnis, tamen interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum videre. Deinde quaſi nulla mutatione facta, ſeptimo die ſimilis exoritur: atque hunc ordinem ſemper eum obſeruare pro certo compertum eſt. Vnde etiam Sabbaticus appellatus eſt, à ſacro Iudæorum ſeptimo die ſic denominatus.* Ipſe, ſecundùm quod in Plinio legitur, *in Iudæa riuus Sabbathis omnibus ſiccatur*, mutauit verba Ioſephi, & quòd Ioſephus dixerat, *interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens &c. Septimo die exoritur*, ſubſtituit: *Poſt ſex dies ſeptimanæ eum à fontibus deficere, & exſiccari: ſeptimo die ſub finem eius, ſimilis fluendo exoritur*, Fluuium autem ſuum Sambattionem ad quam regionem è Phœnicia transferre debeat planè ignorat; tandem cum reliquis ferè Iudæis in hoc conuenit, quòd fluuius Sambattion ſit ipſemet fluuius גוזן *Gozan* iuxta quem poſiti ſunt Iſraëlitæ in Hala, & Habor, 2. Reg. 17. 6. Hęc eadem ſententia eſt R. Salomonis Iarchì in Iſai. cap. 27. 13.

ובאו האובדים בארץ אשור וגו׳,

Vbbàu haouedim beèrets Aſciùrr &c. *Et venient qui perditi fuerant in terra Aſſur* &c. ait:

לפי שנפוצו מארץ רחוקה לפנים מן הנהר סבטיון קראם אובדים,

Le-

Pomis in צמח דוד *Tzèmach Dauid* ad radic. סמבטיון *Sambattiòn*. Menaſſeh Ben Iſraël *in Spe Iſraëlis*. Et Azarias de Haadomim, in lib. מאור עינים *Meor enàim*, cap. 13. qui de hoc fluuio, & decem Tribubus loquens totus authcritati Ionathanis Paraphraſi, Eldadis Danitæ, cuiuſdam fabuloſi R. Dauidis in Italiam ex partibus Orientalibus venientis, (cuius fabulam deteximus, & confutauimus ſuprà num. 98.) & lib. 4. Eſdræ cap. 13. innititur; quę omnia apocrypha cùm ſint, & falſa, nullius ſunt valoris, & auctoritatis. De loco autem quo hæ Tribus tranſportatę fuerint, itâ anceps eſt hic Auctor Azarias, vt nil certi ex eo haberi poſſit. Quamuis clarè Scriptura dicat 2. Reg. 17. 6. *Anno autem Nono Oſee, cœpit Rex Aſſyriorum Samariã, & tranſtulit Iſraël in Aſſyrios: poſuitque eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum*: ipſe tamen, vbi, & in qua mundi parte hæc loca ſint, aſſignare non valet.

Menaſſeh Ben Iſraël tractatu quem inſcripſerat *De ſpe Iſraëlis*, & Angliæ Parlamento dicauerat, putidiſſimi in eo continentur Commentarij de decem Tribubus Iſraëlitarum, quas in Americam ablegat, vbi de gentium Americanorum origine ſententias prodigioſas, & hactenus inauditas effutit; multa de fluuio Sambatione congerit, & locum Ioſephi Hebræi impudentiſſimè corrumpit, vbi enim Ioſephus de fluuio Sabbathio lib. 7. cap. 24. vel cap. 35. editionis antiquæ Venetæ an. 1481. de

וכן נבאר מוצא נהר סמבטיון בגלילות האינדיאה הזאת העליונה בין נהרי גאני״ס אשר בלשוננו גוזן וכו׳ ׃

Vechèn nibeèr motzè nahàr Sambattiòn beghalilòth Haindia hazòth haalionà ben naharè Ganijùs, ascièr bilscionènu Gozàn. Vecullè. Id est

Et ita declarabimus reperiri fluuium Sambathionem in confinibus Indiæ superioris, inter flumina Gangis quod lingua nostra Vocatur Gozan, &c. Hinc patet tùm ex S. Hist. loco citato, tùm ex Rabbinorum placitis, *Gozan* esse fluuium, non regionem, vt putauit Cl. V. Lucas Holstenius in Epistola ad Nihusium de fluuio Sabbathio inter Symmicta Leonis Allatij. Cur enim regio illa, quæ Ptolomæo Gauzanitis est, nomen à fluuio Gozan sortiri non potuerit? Nomen, inquies, Gozan cuiquam fluuio apud Cosmographos Latinos, aut Græcos non inueniri impositum. At mirum id non videri, respondeo; cùm nomina rebus in æuum non permaneant, sed plerumque mutentur, corrumpantur, & omninò deperdantur: vnde verosimile est, nomen hoc Gozan, ex fluuij in regionis transijsse nomenclaturam. Itaque vltra hunc fluuium, quem Sabbationem esse volunt plerique Iudæi, etiam hodie in multitudine maxima Iudæos ibi inhabitare, Reges habere præpotentes, & alia futilia sibi imaginantur, vt in suprà narrata Epistola Eldadis Danitæ videre est.

Abraham Peritzul in suo ארחות עולם *Orchòth olàm, Itinera mundi*, videns sibi improperari à Christianis, quòd Iu-

Lephì sceniphotzù meèretz rechokà lephanim min hannahàr, Sabbattiòn keraàm ouadim. Id est

Eò quòd dispersi fuerunt olim ex terra longinqua Vltra fluuium Sabbationem, Vocat eos perditos. Est etiam R. Mosis Ægyptij, teste R. Elia in Tisbi his verbis:

כי הוא נהר גוזן מן ויגז שלוים מן־־־הים ׃ במדבר י״א ׃ ל״א׃

Chi hù nehàr Ghozàn min; Vaijàghoz Saluim min-haijàm:

Quoniam ipse (Sambation) *est fluuius Gozan, ita appellatus, à* גז *Guz*, quo remouere de loco suo quippiam, & celeriter auellere significat, sicut accipitur Numer. cap. 11. 31. *Et recedere fecit* (auulsit) *coturnices de mari*. Vulg. *Arreptans trans mare coturnices detulit*. Quasi celeriter arrepti fuerint Israëlitę, & trans hunc fluuium dispersi. Vel (quod æquè placet Iudæis) vi huius fluminis saxa velociter reuoluantur, & loco suo amoueantur. Solum vnum Abrahamum Peritzolum adinueni, qui Sambationem fluuium distinguit à Gozan, & hunc asserit esse Gangem Indiæ flumen maximum. Verba eius sunt in ארחות עולם *Orchòth olàm* cap. 24.

היהודים היושבים על נהר גאני״ש הוא נהר גוזן ׃

HaIehudim haijosceuim al nehàr Ganijùs, hù nehàr Gozàn. Id est

Iudæi habitantes iuxta fluuium Gangem; ipse est fluuius Gozan. Sambationem enim fluuium infra Gangem constituit. Ibid. his verbis:

שהטיב השם לנו וייטב אמנם הוא בזכות אברהם יצחק ויעקב אבותינו מפני ששמרו דרך יהוה לעשות צדקה ומשפט ׃

Lex enim super illud (meritum) *suspensa est, hoc est, omne bonum quod nobis Deus benefacit, & benefaciet, totum prouenit ex meritis Abrahami, Isaaci, & Iacobi patrum nostrorum, eò quòd custodierint viam Domini faciendo iustitiam, & iudicium.* Quibus virtutibus adiuncta erat summa humilitas, idcircò suis diffisi viribus, Deo in iudicio obijcere propriam iustitiam, non sunt ausi. Malè igitur Hottingerus ex hoc capite sugillat Iudæos, qui Sanctorum merita cognoscunt, prædicant, & extollunt. Igitur honorandi, colendi, & inuocandi sunt Sancti. Sed.

Contradicit Hebræus. Quo cultu sunt colendi? Nullo prorsùs. Scriptura quippè Exodi 20.4. cautum est, *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.* Et vers. 5. subiungit:

לא תשתחוה להם ולא תעבדם כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא וגו׳ ׃

Non incuruabis te eis, neque seruies: quoniam ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, &c. Idem repetit & magis inculcat Deuter. cap. 4. 15. & seqq.

Resp. In hoc loco, & alijs similibus prohiberi tantùm Idola vana, & cultum illorum, non autem absolutè Imagines Sanctorum virorum, aut aliorum hominum, vel etiam anima-

Moses quid esset facturus, Attamen dixit: Domine seculi, Viuuntne mortui? Respondit (Deus) *Certè. Dixit* (Moses), *Si viuunt ij, qui mortui sunt, recordare Abraham, Isaac, & Israël, En* (tibi assigno) *decem* (iustos). *Idcircò recordantur* (in hoc loco) *trium Patriarcharum.* Ex hac doctrina R. Auin tria colliguntur. Primò, Iustos apud Deum viuere: Secundò, intercedere pro nobis viatoribus, quia iunguntur cum Mose, & alijs Iustis viatoribus, quorum preces à Deo exaudiuntur. Tertiò, ob eorum merita Deum peccatoribus propitiari. Ergo ex doctrina antiquorum Rabbinorum & Synagogæ datur intercessio Sanctorum, & illorum inuocatio. Hæc doctrina est adeò certa apud antiquam Synagogam, vt ipse Hottingerus id animaduerterit, & quia vidit contraire nouis dogmatibus Heterodoxorum nostri temporis, in Notis Cipporum Hebraicorum pag. 26. vocat illam *Prodigiosum noua Theologia axioma.* Non est nouum, sed antiquissimum axioma, teste antiquo, & inter Iudæos maximæ existimationis Doctore R. Mose Ægyptio, is in מורה הנבוכים *Morè hannenuchim* Parte 3. cap. 43. pag. 163. circa finem ait, quòd tota Lex Mosaica sit suspensa super merita Sanctorum Patriarcharum, & quòd omne bonum ex misericordia Dei, & ob merita ipsorum, nempè Abrahami, Isaaci, & Iacobi in terram proueniant.

שהתורה תלויה עליו רוצה לומר שכל טוב

accidens, vt vestes Regis adorantur, cùm Rex adoratur, & hoc modo intelligendus est D. Thomas 3. p. q. 25. art. 3. D. Bonauentura in 3. sentent. distinct. 9. & alij; vbi dicunt, quòd idem honor debeatur imagini, & exemplari, ac proinde Christi Imago adoranda sit adoratione Latriæ.

Sed si quæras, Quid sit adoratio Latriæ?

Resp. *Latria adoratio, est summa voluntatis prostratio cum apprehensione Dei, vt primi principij, & vltimi finis.* Et hæc soli Deo debetur.

Dulia adoratio, est inclinatio voluntatis cum apprehensione excellentiæ plusquàm humanæ, & minùs quàm Diuinæ. Et hæc debetur Sanctis Angelis, & hominibus sanctis, excepta humanitate Christi, & B. Virgine Maria; humanitas quidem Christi seorsim considerata propter vnionem ad Verbum maximè excellit. Beata quoque Virgo Maria, vt est Mater Filij Dei, super omnes alios Sanctos singulariter extollitur, ideòque humanitati Christi, & B. Mariæ Virgini alia species adorationis maioris Dulia debetur, quæ Hyperdulia communiter vocatur.

Porrò Λατρεία Græcè, Latinè *Seruitus*, vel *cultus Diuinus* redditur.

Δουλεία verò, *Seruitus*, sed non Diuinum cultum includens, significat.

Ὑπερδουλεία autem *Superseruitus*, seù *eminens seruitus* cultum Diuinum non attingens, reddi potest.

Istæ tres species adorationis, sicut idem nomen habent, ita quoad actus externos difficilè est vnam ab altera se-

lium. Sic videmus Mosen fecisse duos Cherubin super Arcam fœderis, quorum figuræ ex auro purissimo duorum puerorum similitudinem præferebant, Exodi 25. 18. Serpentem æneum, Num. 21. 9. Salomon quoque in Templo alios plurimos Cherubin ex ligno oliuarum insculpsit, 1. Reg. cap. 6. 32. 35. cap. 7. 36. Boum item & Leonum imagines in Templo à se ædificato sculpere fecit, vt locis citatis videre est. Ergo absolutè ex illo loco Exodi citato non prohibentur Imagines, sed tantùm in ordine ad adorationem.

Dices, Sanctorum Imagines Christiani adorant, ergo contra præceptum Decalogi, agunt.

Resp. Sanctorum Imagines non adorari à Christi fidelibus adoratione Latriæ, sed adoratione Duliæ, aut Hyperduliæ; neque enim in Imaginibus collocant fiduciam, neque ab eis aliquid petunt, aut in eis inesse credunt vllam Diuinitatem, vel virtutem, propter quam sint colendæ, vti olim à Gentilibus fiebat, qui spem suam in Idolis collocabant, sed omnis honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant: vt docet Concilium Tridentinũ sess. 25. Ita vt per Imagines (vt ibi dicitur) quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illę similitudinem gerunt, veneremur. Christi etiam Imaginem veneramur, sed non veneratione Latriæ, vt docet Concil. VII. act. 7. nisi tantùm impropriè, & per

ſue 5. 14. & adorauit Angelum, qui ei in forma viri tenentis gladium euaginatum, apparuit.

Ad hominum honorem refertur illud ויפלו לפניו ארצה *Et ceciderunt ad facies eius in terram*, Gen. 44. 14. quando ſcilicet fratres Ioſeph illum in Ægypto adorauerunt.

Obijcit Hebræus. Permiſſum quidem fuit diſpenſatione diuina efformare aureos Cherubin in Tabernaculo fœderis, & in Salomonis Templo, qui quidem figuram puerorum præſeferebant ſecundùm opinionem antiquorum, vt refert Abraham Aben Ezræ ad verſ. 18. cap. 25. Exodi, cuius verba ſunt:

אמרו קדמונינו כי צורת כרובים כשני נערים׃

Dixerunt antiqui noſtri, quòd figura Cherubinorum (erat) *ſicut duo pueri*. Serpentem item æneum in altum eleuare, Boues, & alia animalia fuſilia in Templo collocare, ſed nunquam permiſſum fuit ante huiuſmodi imagines ſe proſternere, aut lapides, & ligna adorare. Ergo.

Reſp. Iam diximus nos Chriſtianos non adorare lapides, & ligna, quando genua flectimus ante imagines Sanctorum, quandoquidem profitemur nullam in eis ineſſe virtutem, aut diuinitatem, propter quam ſint colendæ, ſed honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypum, vt ſupra dictum eſt; imò contrarium quotidie docemus, & cum Pſalmo 115. v. 3. & ſeqq. dicimus, *Deus autem noſter in cælo omnia, quæcumque voluit fecit. Simulacra Gentium argentum & aurum*

ſecernere. Nam genuflexiones, & alij externi actus communes ſunt omnibus iſtis, excipe tamen actus, qui in ſacrificij cultu exhibentur, & alios ad illud pertinentes, omnes enim iſti ad primam ſpeciem adorationis referuntur, nempè ad Latriæ. Quis itaque eſt tam oculatus, vt videns hominem genuflexum ante imaginem, cognoſcere poſſit, an illam, adoratione Latriæ, vel Duliæ adoret? Actus enim interni hominum, à ſolo Deo dignoſcuntur, cùm ipſe ſolus probet renes, & corda. Externè verò, ſicut vno adorationis nomine, tam Latinè, quàm Hebraicè efferuntur; ita vna ſpecies adorationis Latriæ à malignis Hæreticis, & ab indoctis Hebræis eſſe creditur. Sed valdè hallucinantur & errant: nam, etſi eodem vocabulo וישתחו *Vaiſctàchu*, *incuruauit ſe*, vtatur Scriptura tam cap. 18. 2. Gen. quàm cap. 24. 26. eiuſdem, attamen alia adorationis ſpecie adorauit Abraham Angelos, quàm adorauerat ſeruus Abrahæ ליהוה *laAdonài, Dominum*; primam incuruationem Duliæ, ſecundam Latriæ agnoſcimus: imò & idem vocabulum quandoque ad vrbanitatem, & hominum honorem aſſumitur, vt Gen. 23. 7. וישתחו לעם הארץ *Et incuruauit ſe populo terræ*. Alio etiam vocabulo, vtraque adorationis ſpecies Hebraicè explicatur, nempè נפל *Naphàl, cecidit*. *Latria* Deuter. 9. ver. 18. & 25. ואתנפל לפני יהוה *Et cecidi coram Domino*, hoc eſt, Deum adoraui. *Duliæ*, ויפל יהושע אל-פניו ארצה *Et cecidit Ioſuè ad faciem ſuam in terram*, Io-

האבן הזאת אשר שמתי מצבה יהיה בית אלהי׳
נפל יעקב ארצה לפני אבן שתיה והיה מתפלל
לפני השם וכו׳ ׃

Lapis iste quem posui statuam (in titulum) *erit Domus Dei, Cecidit Iacob in terram coram lapide* שתיה *scethiàh fundamenti, & orauit coram Domino*. Ergo Iacob incuruauit se coram lapide, quia Deum repræsentabat, & orationem suam ad Deum direxit; eodem prorsùs modo, quo Christiani faciunt, quando genua flectunt coram imaginibus, & Deum orant.

Regeret Hebræus, Deum efformari non posse, quia nullam formam, aut figuram habet, vnde dicitur Deuter. 4. 15.

ונשמרתם מאד לנפשתיכם כי לא ראיתי כל
תמונה ביום דבר יהוה אליכם בחרב מתוך האש ׃

Custodite igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est nobis Dominus in Horeb de medio ignis. Ergo Deus aliqua similitudine, imagine, vel figura repræsentari non potest cùm sit incorporeus, vt docet Rabbi Moses Ægyptius in יסודי תורא *Iesodè Thorà, De fundamentis Legis*, cap. 1.

Resp. Nos posse rerum incorporearum imagines efformare, & delineare pennicillo, eo modo quo Sacra Scriptura easdem res penna seù calamo delineat. Sic quia videmus Deum delineatum in Scriptura forma humana, eadem forma pingimus.

Deus apparuit Adæ ambulans Genes. 3.

Iacobo Patriarchæ visus est innixus Scalæ: והנה סלם *Et ecce scala*.

rum opera manuum hominum. Os habent & non loquentur; oculos habent & non videbunt &c. similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Et idem repetimus in Psalmo 135. & seqq.

II. Resp. Falsum esse, nunquam permissum fuisse prosternere se, aut genua flectere ante lapides, & ligna, quando lapides, & ligna aliquid diuinum præfigurabant. Iosue siquidem post cædem triginta sex virorum Israëlitarum sub Vrbe Hai, scidit vestimenta sua:

ויפל על פניו ארצה לפני ארון יהוה עד ערב
וגו׳ ׃

Et cecidit super facies suas in terram coram Arca Domini vsque ad vesperam. Sed Arca erat lignea. Ergo. Iam vidimus נפל aliquam adorationis speciem indicare. Ante lapides sacros, prostratos etiam esse viros Sanctos, habemus ab Hebræis. In *Midràsc Thellim*, expositione allegorica in Psalmos, ad Psal. 91. explicatur visio illa Patriarchæ Iacobi, quę refertur Gen. 28. 11. & seqq. tulit enim de lapidibus loci illius, supposuit capiti suo & dormiuit, mane facto ויקח את האבן *Vaikàch eth-haèuen, tulit lapidem &c.* hinc dicunt, plures illos lapides quos tulerat, miraculosè vnitos fuisse, tulit itaque illum lapidem, oleo de cælo (vt dicunt) sibi allato sacrauit, in titulum erexit, ante illum procidit, & Deum adorauit. Ista expositio his verbis exprimitur in *Midràsc* loc. cit. pag. 40. col. 3, paulò post medium.

18. 2. & cap. 19. v. 1. & seqq. Isaiæ 5. 13. 14. ita & nos in humana formâ illos efformamus.

Dices. Membra humana, metaphoricè attribuuntur Deo, & Angelis in Sacra Scriptura, & vt loquuntur Rabbini apud Mosen Ægyptium in יסודי תורה *Iesodè Thorà* cap. 2. §. 24. דברה תורה בלשון בני אדם *Loquitur Lex humano more*. Vnde non trahenda verba Scripturæ ad opus practicum.

Resp. Sicut membra, quæ in Scriptura Deo attribuuntur, metaphoricè sunt accipienda; ita & membra, quæ in pictura Deo attribuuntur, metaphoricè quoq; ea esse accipienda dicimus: non enim alio sensu loquimur de Imaginibus pictis, ac Scriptura loquatur de membris Deo attributis, ac proinde negamus non esse verba Scripturæ, quibus Deus, aut Angeli delineantur, non esse, inquam, ad opus practicum, hoc est ad picturas trahenda: nulla quippè iniuria Deo fit, quinimò magis in Dei honorē cedit, quando Idiota vidit Deum in forma hominis Euam formantem ex Adami costa, vel cælum, & terram creantem, & alia id genus, tunc enim mentem in Deum eleuat, & Creatorem omnium, Deum agnoscit, & laudat. Nullus igitur error inest in figuris, quas ad Deum exprimendum efformant Christiani. Et de his satis. Ad viam, ex qua egressi sumus, redeundum. Hic Author scripsit etiam ערוגת הבושם *Arugàth Habbàsem*, *Areolam Aromatis*, Tit. ex Cant. Cantic. 6. 1. ibi variæ compositiones reperiuntur rhythmicæ decantandæ à

Ger-

והנה יהוה נצב עליו *Et ecce Dominus stans super eam*, Gen. 28. 12. 13.

Mosi ostendit posteriora eius, id est tergum, nam faciem anteriorem noluit ei ostendere, *Et remouebo velum meam*, וראית את אחרי ופני לא יראו *Et videbis posteriora mea, facies autem mea non videbuntur*, Exod. 33. v. 23.

Isaiæ cap 6. 1. apparuit יושב על כסא רם ונשא, *Sedens super solium excelsum, & eleuatum*.

Amos cap. 1. conspectus est stans super Altare, ver. 1,

ראיתי את אדני נצב על־המזבח׃

Vidi Dominum stantem super Altare.

Tandem Danieli visus est sedens in throno vestitus candida veste, & canus capillis, cap. 7. 9.

חוה הוית עד די כרסון רמיו ועתיק יומין יתיב לבושה כתלג חור ושער ראשה כעמר נקא כרסיה שביבין די־נור גלגלוהי נור דלק׃

Videns fui donec Throni elati sunt. & Antiquus dierum sedit: vestimentum eius sicut nix candidum, & pilus capitis sui sicut lana pura, thronus eius flamma ignis, rota eius ignis ardens. En cernes Deum vt hominem senem descriptum, vestitum, & sedentem super thronum? Et hoc modo, & alijs, vt Scriptura docet, depingimus Deum incorporeum, & inuisibilem; sicut etiam & Angelos, Cherubim, & Seraphim pueros alatos; quia sub his formis eos delineat Scriptura, Exod. 25. 18. Isai. 6. 1. Daniel 9. 21. Et sicut sæpè in forma humana Angeli apparuerunt, vt Gen-

tum est, Auctorem esse antiquissimũ, qui vsum inuocandi Sanctos Angelos ab antiqua Synagoga didicit, & ad posteros in Precatione allata transmisit, quem ferè vsque ad nostra tempora Synagoga Germanica retinuit; hodie tamen ampliùs non est in vsu, fortassis, vt Nouatoribus, qui Sanctorum inuocationem è medio tollere adnixi sunt, rem gratam facerent in Germania.

D. Franciscus Grisendus Hebraicæ linguæ studiosus, dum hanc de inuocatione Sanctorum, & cælestium Spirituum materiam pertractarem, obtulit de eadem eruditam Epistolam, quam in hoc loco exscribere volui, ne hæc, quæ est quasi de Iudæorum Angelis dissertatio, pereat. Et est

P. ABBATI D. IVLIO BARTOLOCCIO

Franciscus Grisendus S. P. D.

PErlegi, Optime Iuli, Hebraicam deprecationem R. Eliezer Kalir, de quo dictum autumo apud Io. Reuclinum lib. 3. de art. Cabbal. pag. 735. *Sicut nobilis ille dictator* ait *R. Eliezer Haklir &c.* Cæterùm, quia plura ex Hebraico penu desumpta, pro Angelorum cultu, quem reijciunt Moses Ægyptius in tractatu יִ cap. 1. & Abrauanell. in lib. ראש אמנה cap. 12. à Voisino de Theol. Iudæor. pag 55. afferuntur, vnum addam à me adnotatum ex R. Ghedalia in Scholijs ad R. Iosephum Albonem lib.

Germanis in diebus festiuis per anni circulum, quas R. עזאל Azaeli commentationibus illustrauit. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in folio magno. Scripsit

יוצרות *Iotzeròth* alias poëticas compositiones recitandas in medio illius precationis, quæ incipit יוצר אור *Iotzèr or. Formans lucem.* Extat in eadem Biblioth. msc. Papyr. in 4. vbi etiam quædam alia explicatio super easdem preces reperitur Anonymi Authoris. Papyr. in 4.

Quo autem tempore claruerit hic Author nobis est ignotum. Sciendum tamen est, quòd aliqui existimant Eleazarum בן ערך Ben Arach antiquissimum Tanaitam, & discipulum R. Iochannan Ben Zachai, qui Templi Ierosolymitani euersionem viderat, vocatum fuisse R. Eleazarum הקלירי *Hakalirem, Iuchass.* p. 34 b. initio; quòd si ita est, manifestissimè liquet, vsum in Synagoga inuocandi Deo dilectos antiquissimum esse, vt suprà in Litanijs Hakaliris apparet. Alij hunc nostrum Hakalirem fuisse Eleazarũ Ben R. Simeonis Ben Iochai arbitrantur, qui non diù post Ben Arach floruit, tempore videlicet Adriani Imperatoris, vel alium quempiam de *Kiriath Sèpher* Vrbe Terræ Israëlis in Tribu Iudæ. Ios 15. 14. Et Author annotat. lib. *Iuchas* loc. cit. testatur, se in Machazor Germanorũ ad diem septimum post Pascha, nomen per ר״ת *Rascè theuòth* huius Authoris abbreuiatum inuenisse, vbi legebatur. *Ego Eleazar Ben R. Iacobi Hakaliri de Kiriath Sèpher.* Quicquid sit, cer-

מתפללים להם אינו מצד הכח שיש להם מצד עצמם כי אם מצד הש״י וזהו היתר גמור כמו שכתב המחבר כאן וכן משמע מלשון הפזמון דמלאכי רחמי׳ וכו׳ **חלו נא פני אל** וכו׳ מלשון שאמר **חלו נא** משמע שאין להם רשות לעשות דבר מעצמם כי אם מה שיחלו וישתדלו על ידי בקשתם ותחנתם מהש״י ולכן גם כן דקדק בעל הפזמון בלשונו וקרא אותם משרתי עליון רצה לומר שאין להם שום כח מצד עצמם רק שהם משרתים להש״י ומטעם זה גם כן על שהם משרתי עליון אנו מבקשים מהם שישתדלו בעדנו מפני שהם קרובי׳ אל השכינה יותר וזהו כבוד להש״י והוא ממש דומה להמשל מהפקיד המלך שהביא המחבר ולמעשה דיהושע שהשתחוה למלאך ולא בעבור שיש להם איזה כח מצד עצמם עד שיתחייב הש״י לעשות רצונם חלילה כי׳ אין להם שום כח רק הם מוטבעים בפעולתם ומחוייבים לעשות מה שנגזר עליהם מהש״י ׃

Plures obijciunt. Cùm igitur Angelus sit limitatus in sua operatione, quomodo dicimus in decimo dierum pænitentialium in peruigilio canticum Angelorum misericordiarum &c. aliasque huic similes preces non paucas, quas respectu Angelorum effundimus? Verumtamen inanis est obiectio. Haud enim illos oramus respectu virtutis, quam ipsi habent, sed respectu Dei: & isthæc perfecta est dignitas, quemadmodum Author hic scribit. Idque patet ex præfato cantico, vbi dicitur: Deprecamini quæso faciem Dei &c. *Ex eo enim, quod ait,* Deprecamini quæso, *liquet, quòd nullam habeant facultatem ad aliquod per semetipsos faciendum, sed quod orent, & solliciti sint suis precibus, & supplicationibus apud Deum. Quamobrem cantici Author id etiam percepit, eos vocans,* Ministros Al-

lib. 2. עקרים cap. 28. videlicet ab Hebræis in die *Kippùr* canticum recitari ad Angelos misericordiarum, eisque dici חלו נא פני אל *Deprecamini quæso faciem Dei*. Hoc autem canticum inter preces, hodie hic Romæ assuetas ab Hebræis recitari, & impressas in lib. מחזור, nondum inueni. Vtrum verò deletum fuerit, aut in Synagogis extra Italiam decantetur, me hactenus latet. Noui equidem, eo die hanc precem ab illis effundi:

משתחוים להררת קדש הר אריאל ולפנת יקרת מוסד ההראל התקדשו למהרת **וחלו נא פני אל׃**

Verumtamen voces illæ אריאל, & ההראל, licet à Cabalistis recenseantur inter nomina 72. Angelorum, quibus inuocatur diuinum nomen 72. literarum, vt habetur apud Reuclinum loc. cit. pag. 729. & Kircherum in Oedipo to. 2. par. 1. f. 271. nihilominùs in verbis allatis significant vrbem Hierusalem, quæ priori nomine ab Isaia cap. 29. altero verò ab Ezechiele cap. 43 nuncupata fuit iuxta communem tam Rabbinorum, quàm Catholicorum expositionem. Sed vtcumque se res habeat, inhærentes præfato testimonio R. Ghedaliæ, addiscamus ex eius verbis ritum pro Angelorum inuocatione:

רבים הקשו אם כן אחר שהמלאך הוא מוטבע בפעולתו היאך אנו מתפללים כי׳ ימי תשובה באשמורת הבוקר הפזמון דמלאכי רחמים וכו׳ וכיוצא בזה הרבה תפלות שאנו מתפללים נגד המלאכים׃ אמנם אין בקושייתם כלום בי מה שאנו

epiſtola ad Hebræos cap. 1. *Adminiſtratorios* appellet. Non igitur quia habeant potentiam, ſed vt precibus opitulentur, nos Angelos deprecamur; ait enim D. Thomas 2. 2. q. 83. art. 4. *Orationem porrigimus Sanctis Angelis, non vt per eos Deus noſtras petitiones agnoſcat, ſed vt eorum precibus, & meritis orationis noſtræ ſortiamur effectum*. Perperam igitur in Chriſtianos effutijt idē R. Ghedalias;

אמנם אותם המזכירים שמות המלאכים בתפלתם שזה הוראה שתפלה היא להמלאכים מצד הכח שיש להם מצד עצמם׃

Verumtamen ij (nempè Chriſtiani) *in ſuis precibus memorant Angelorum nomina, & hoc oſtenditur, quòd oratio dirigatur ad Angelos reſpectu virtutis, quam ipſimet habent*. Concedimus ſanè, quòd Angelorum nomina doceant, quid ipſi valeant: quare de Angelis ait S. Gregorius hom. 34. in Euang. *Idcircò etiam priuatis nominibus cenſentur, vt ſignetur per vocabula etiam in operatione, quid valeant. Neque enim in illa ſancta ciuitate, quam de viſione omnipotentis Dei plena ſcientia perficit, idcircò nomina propria ſortiuntur: ſed, cùm ad nos aliquid miniſtraturi veniunt, apud nos etiam nomina à miniſterijs trahunt*. Attamen nominatim Angelos inuocamus, non quatenus habent propriam virtutem, quam nomen præfefert, ſed quatenus ſunt Angeli, nempè Dei Legati: alioquin & ipſi Hebræi ad particularem Angelorum virtutem reſpicerent, cùm eos nominatim inuocent. Etenim non ignoras, quòd noctu domo Altiſſimi, *videlicet, quòd nullam habeant virtutem per ſemetipſos, at ſolummodo Deo miniſtrentur. Ex hac igitur ratione, cùm ſint Miniſtri Altiſſimi, nos deprecamur, vt ſint pro nobis ſolliciti, vtpotè apud Deum proximiores. Et id in Dei gloriam redundat, & propriè aſſimilatur exemplo Regij Præfecti, quòd Author affert*, (videlicet quòd honorans Præfectum Regis, ipſum Regem honoret) *& actioni Ioſue, qui Angelum adorauit* (tamquam Dei Legatum). *Non autem, quia aliquam ipſimet foueant potentiam, adeò vt coarctetur Deus, ad faciendum eorum beneplacitum, abſit: quoniam nullam habent potentiam, ſed limitantur in ſua operatione, & coarctatur, vt efficiant, quidquid à Deo illis decernitur*. Ex his igitur verbis dicitur quidem, & confirmatur ratio, ob quam Angelos inuocamus. Quiſnam in Catholica Eccleſia confitetur, propriā in Angelis virtutem, adeò vt per ſemetipſos, & independenter à Deo aliquid valeant operari, vel Deum coarctare poſſint, vt eorum adimpleat voluntatem? Profectò nemo. Septem quidem Angelos confitemur aſtantes ante Deum iuxta illud apud Tobiam cap. 12. *Ego ſum Raphaël Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum*: ac de illis ait S. Clemens Alexandr. lib. 6. Strom. *Septem quidem ſunt, quorum eſt maxima potentia*: verumtamen non ob eorum potentiam illos exoramus, ſed quia ſunt Deo proximiores, eoſdemque prædicamus *Miniſtros Altiſſimi*, cùm omnes Angelos D. Paulus in

Vezeràa lo-tizràu, Veehèrem lo-tittaàu, velò ijèh lachèm: chi baohalim teſceuù col-Iemechèm lemàan tiehiù iamim rabbìm al-penè haadamà, aſeèr attèm Gharìm ſciam. Id eſt

5. Et poſui coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vini, & calices, dixique ad eos: Bibite vinum. 6. Et dixerunt: Non bibemus vinum, quia Ionadab filius-Rechab pater noſter præcepit nobis dicendo: Non bibetis-vinum vos, & filij veſtri vſque in ſeculum. 7. Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineam non plantabitis, nec erit vobis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciebus humi, qua vos peregrinamini ibi. Ex his patet Rechabitarum genus pauperrimum eſſe, & vagum; cuius ortum ex gentibus peregrinis vt potè à Iethro Mòſis ſocero deſcendens, inter Iſraëlitas habitauit. Ionadab autem creditur eſſe is, de quo fit mentio in Sac. Hiſt. 1. Reg. 10. 25. 23. quòd ſi Tribus Iſraëliticæ illis comparantur, magnum Imperium habere credibile fuerit? Abſint nugę à nobis.

Ab Aſia maiore tranſilit noſter Peritzul in Arabiam, & per itinera quibus ad Meccam itur, nos conducit in deſerta Arabiæ, ibi ſpectare nos iubet Reges, Principes, & populos multos Iudaicos, ſicut arenam maris. Iudæis igitur eos relinquimus numerandos, cùm -

הכשמים והפלפל והסמים הפשוטים נקראים
בלשון לועז שימפליצי וכל טוב הנמצאות בירם
וכו׳ :

Hab-

rum Tribuum erat, quemadmodum ab eodem audiuimus; dicebat enim, eum vnum ex illis fuiſſe, qui habitant in deſertis, ſicut faciunt Reehabitæ in tentorijs; ſtant in deſerto Chabòr in Aſia maiore. Et infrà: *Ab illis & vlterius proſperitate fruuntur omnes decem Tribus, quæ iunctæ ſunt deſertis quibus itur ad Meccam; & Godam, ad oram maris rubri. Habent Reges, Principes, & populos multos ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.*

En Iudæos regnantes in Aſia maiore, ſed in deſertis locis ad inſtar Rechabitarum, qui pauperrimi ſunt, & regulam à Ionadab filio Rechabi diligentiſſimè obſeruant, quæ in quatuor præceptis conſiſtit. I. Ne bibant vinum. II. Ne colant agros. III. Ne ſeminent, neque vineam plantent. IV. Ne domos ædificent, ſed in tentorijs degant ſemper mobiles, nunquam ſtabiles. Hæ quatuor regulæ Rechabitarum deſumuntur ex Ieremia cap. 35. 5. 6. 7. vbi dicitur:

5. ואתן לפני בני בית־הרכבים גבעים מלאי
יין וכסות ואמר אליהם שתו־יין : 6. ויאמרו לא
נשתה־יין כי יונדב בן־רכב אבינו צוה עלינו לאמר
לא תשתו־יין אתם ובניכם עד־עולם : 7. ובית לא־
תבנו וזרע לא־תזרעו וכרם לא־תטעו ולא יהיה
לכם כי באהלים תשבו כל־ימיכם למען תחיו ימי
רבים על־פני האדמה אשר אתם גרים שם :

5. Vaettèn liphnè benè Veth-harrechauìm gheuìim meleìm ijàin, vecoſsòth: vaomàr aleèm ſcethà-ijàin. 6. Vaijomerù lo niſcté-ijàin: chi Ionadàb Ben-Rechàu auinu tziuà alènu lemòr: lo tiſcettù-ijàin attèm vunechèm ad-olàm. 7. Vuàith lo tiunù,

ביבשה היא האינדיאה הגדולה נצטרך לחזור בראשונה כסדר הזה ונאמר כי אחר, מעבר הגו״לפו הנזכר ילכו ויגיעו ליבשה מחוז גליל לאמ״יקה אשר קרוב לים הודו . ואם ירצו לעלות בגליל הזה העליון אשר ביבשה הזאת שם ימצאו מדברות גדולות וגם ישובים מהיהודים היושבים על נהר גאנגי״ס הוא נהר גוזן כאשר כבר כתבתי על זה וכמו שנתבאר לנוצרים . וכן כתוב בספרים החדשים כי בגלילות האלה אשר למעלה מגבולות לאמ״יק וכן למעלות ממדברות קליקו״ט נמצא שם יהודים רבים לאין מספר ומלכות מלכים רבים להם וגבדלים ורחוקים אלה מאלה היינו בין יהודי׳ אשר למעלה מן לאמ״יק ובין היהודים למעלה על קאליקוט כי יש מהלך רב ביניהם . אולם בין האיים אשר בתוך ים הודו אין קצה למספרם ולהם בים וביבשה עושר זהב ובשמים וכו׳ .

Omnàm lebeèr perattòth harresciòth ascèr al sephàth haijàm Hòdu veijàm Okianòs hazè, vaascèr lemàala mehèm beijabascià, hi haIndìa haghedolà netzràch lachazòr berisciona casèder hazè, venchemàr chi achàr meèuer hagòlfo hannizcàr ielechù vehighiùu leiabasciàth machòz ghalìl laMecca ascèr karùu leiàm Hòdu. Veìm irtzù lealòth beghalìl hazè haeliòn ascèr beiabascià hazòth sciàm iematzeù Midbbarròth ghedolòth veghàm iesciuuìm mehaIeudìm haijosceuìm al nehàr Gangiòs hù nehàr Ghozàn chaascèr cheuàr chatàuthi al ze, vemò scenithbeèr leNotzrìm. Vechèn chatùu bisphar ìm hachadascìm chi beghalilòth haèlle ascèr lemàala migheuulòth laMecca, vechèn lemaalòth memidbbarròth Kalikùth nimtzà sciàm Iehudìm rabbìm laèn misppàr vmalchùth Melachìm rabbìm laèm, veniudalìm verachokìm èlle meèlle haijnu

Habbesamim vehappilpèl vehassamìm happesciuttim nikraìm bilsciòn loètz, semplici, vecòl tòu hannimtzaòth bijadàm. Id est

Aromatibus, pipere, simplicibus medicamentis, omnibusque alijs bonis, quæ in manibus illorum sunt, vt ibi subiungitur.

Ex Arabia in קאליקוט *Kalikùt*, Calicut secedit Peritzul, & in Insulis maris Oceani maximam Israelitarum multitudinem nobis spectandam exhibet ad cap. 16. vbi ait:

ובאיים הים אשר סביב בים הגדול ההוא אשר לפי הנמצא כתוב בספרי המלחים ההם יש יותר מאלף ות״ק איים ויש שם גם כן יהודים רבים באיים ההם בקצתם .

Vbeiìm haijàm ascèr sauiu baiàm haggadòl hahù ascèr lephì hannimtzà cathùu besiphrè hammallachìm hahèm, iesc iòther meèleph ve500 Iìm, vejesc sciàm ghàm chèn Iehudìm rabbìm baiìm hahèm beketzcthàm. Id est

Et in Insulis maris, quæ sunt per circuitum in mari magno (Oceano) *vt enim scriptum reperitur in libris Nautarum, eæ excedunt numerum mille & quingentarum Insularum; ibi insuper, & in illarũ confinijs reperiuntur Iudæi in magna copia.* Quin ab Insulis in aridam descendens, per Indiç vastissimas regiones peragratur, vbi (si ipsi credendum esset) non minorem multitudinem Hebræorum nobis visendam proponit. Eius verba, quæ in cap. 24. eiusdem libri habentur, talia sunt:

אמנם לבאר פרטות הראשיות אשר על שפת הים הודו וים אוקיינוס הזה ואשר למעלה מהם

nas, terraſque continentes citra, & vltra Gangem repletas infinita Iudęorum multitudine, ſecundùm quòd iſte glorioſus Iudæus imaginatur; & ſulphuris, ac fragminum vitreorum venditoribus, atque interpolatoribus ſuis, ineptias iſtas, & nugas nugiferulus diuendit. Non tamen his contentus, pergit vlteriùs, & ad cap. 25. Aſiam cum Africa confundens vbiq; Iudæos, Iudæorumque dominatum diſſeminat, aitque:

שתפריט״ניאני הוא נמצא למעלה בקאליקוט ביבשה במדינות העליונה הרחוקות מהים. וזאת ראיה אמתית וידיעה מפורסמת על היהודי׳ הנמצאי׳ שמה בקרוב אל פריטי׳ גיו״אני כאשר שמענו כל ימינו מפי הבומרים השחורים אשר באו ובאים כל היום ומגידים בבירור מציאות יהודים רבים אצלם: ואלה הבומרים יש ברומה בת אחת ממספר קרוב לשלשי׳ יושבים בבמה חדשה נתיסדה מחדש לשמם: וכל אלה שמעתי מאנשים חכמים אשר היו בקליקוט בשני ימים בשני פעמים והגידו הנה לפני הרוכוס אירקילוס כחיום פה פירא״רה ענין קליקו״ט ולאט״יק והפריטי גיו״אני וגם רוב היהודים הנמצאים שם ומלביהם ומעשיהם וכו׳:

ScichaPretegiàne hù nimtzà lemàala beKal kùt beiabaſcià bemedinòth haalionà harechukòth mehaiàm, vezòth rahaià emethith vidiàha miporsèmeth al haIeudìm hanimtzaim sciàmma bekarùu el Prete Giuàne caaſcèr ſciamàanu col iemènu mephì haccumarìm haſcechorim aſcèr bàu, vbaìm col haijòm vmghidìm bebarùr metziùth Iehudìm rabbim etzlàm. Veèlle haccumarìm ieſc beRoma bath achàth mimiſpàr karùu liſcloſcìm ioſceuìm babamàh chadaſciàh nithiaſedà mebenIehudìm aſcèr lemàala min laMecca, vben haIeudìm lemàala al Kalekùth, chi ièſc mahalàch ràu benehèm. Vllàm ben haiìm aſcèr betòch iam Hòdu en ketzà lemiſparàm, velahèm baijàm vuiabaſcià aſcèr zahàu vbeſamim vecullè. Id eſt

Sanè ad declarandum particularia capita (promontoria) *quæ ſunt ad oram maris Indici, & maris Oceani iſtius, & quæ ſunt loca in aridam Indiæ magnæ, neceſſe eſt regredi ad principia ſecundùm hunc ordinem. Et dicemus: quia vltra pelagum (vulgò Golfo) iam dictum, ibunt & pertingent in aridam ad portũ confinij Meccæ, quod propè mare Indicum eſt. Et ſi voluerint aſcendere ad iſtud confinium ſupremum, quod eſt in terra iſta, ibi inuenient deſerta magna, & etiam habitacula Iudæorum ſedentium iuxta fluuium Gangis, iſte eſt fluuius* גוזן *Gozàn, quemadmodum iam de eo ſcripſi, & notum eſt Chriſtianis. Ita enim ſcriptum eſt in libris nouiſſimis, quòd in confinijs, quæ ſunt ſupra confinia Meccæ, & ſupra deſerta Calicut, ibi reperiantur plurimi Iudæi abſque numero: & Reges multi, regnant ibi; at ſunt ſibi ad inuicem diuiſi, videlicet diſtantia magna eſt inter Iudæos, qui ſunt ſupra Meccam, & inter eos, qui ſunt ſupra Calicut. Verumtamen inter Inſulas, quæ in medio Indici maris ſunt, non eſt finis numero* (Iudæorum) *& tam in mari, quàm in arida ſunt ditiſſimi auro, & aromatibus*, &c. Ecce omnes Inſulas Pelagi Bengalæ, ſeù maris Gangis, & Archipelagi S. Lazari, omneſque Inſulas Philippi-

à veste atra quam gestant, כומרים שחורי׳ *Cumarìm sciachurìm*, *Sacerdotes atratos*; quamuis vox ipsa כומר *Cumàr*, sine alio additu, Idolorum sacrificulos atratos exprimat, vt omnia Hebraica Lexica, cum Dauid de Pomis in צמח *Tzèmach* ad rad. כמר *Chemàr* inter dictiones extraneas ostendunt. Ita inquam in *Tzèmach* citato legitur:

כומר בימי קדם היו קוראין לכהן של אלילים כומר וכו׳ ׃ ורבים אומרים שהוא לשון שחרות וכו׳ ׃ לפי שהיו לובשים שחורים ׃

Cumàr bimè kèdem haiù korein lechoèn scèl elilìm Cumàr vecullè. Verabbìm omèrìm scehù lesciòn scechарùth, vecullè. Lephì scehaiù louescìm scechurìm. Id est

Antiquitùs Sacerdotes Idololatriæ כומר *Cumàr appellabant*, &c. Et post pauca: *Multi aiunt vocem istam nigredinem significare*, &c. *eò quia nigris vestibus induti erant*. Nihilominus, quia hodie in probrum Christianæ religionis omnes Sacerdotes tam seculares, quàm regulares, hoc ignominioso vocabulo כומרים *Cumarìm* vocant; Sacerdotes seculares, & Clerici regulares, quia pullo indumento incedunt, vocem שחורים *Scechurìm* voci כומרים *Cumarìm* addunt. His itaque vocibus maledictis vtitur hic Auctor, cùm nominare vult Sacerdotes Societatis Iesu. Cuius nomen, quod est super omne nomen, & in quo omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, hic Apella nominare renuit, sed sub vocabulo שמם *scemàm*, *nomen eorum*, reticet. Hæc quoad phrasim obseruata sun-

mechadàsc liscemàm. Vecòl èlle sciamà atbi meanascìm chachamìm ascèr haiù beKalikùt biscnè iamìm biscnè peamìm vchighìda ènna liphnè haDucòs Erkelòs chehaijòm, po Pherrarà iniàn Kalikùt, velaMèk, vchaPrete Giaane, veghàm ròu haIeudìm hannimtzaìm sciàm, vmalchehèm, vmàasschèm, vecullè. Id est

Iste Preto-Ioannes inuenitur supra Calicut in arida, in prouincia superiore à mare longinqua: & hæc est vera probatio & nota, & manifesta, Iudæos eo loci reperiri prope Preto-Ioannem, quia audimus singulis diebus à Sacerdotibus nigris (Societ. Iesu) *qui vadunt, & reuertuntur quotidie* (ex illis partibus) *& clarè referunt, in illis regionibus plurimos Iudæos reperiri. Et isti Sacerdotes Romæ habent vnam societatem, numero fermè triginta* (virorum) *habitantium in Templo nouo, nuper dedicato nomini ipsorum* (Iesu). *Ista omnia audiui à viris sapientibus, qui plurièś fuerunt in Calicut, & coram Duce Hercule, qui hodie hic Ferrariæ* (dominatur) *ea, quæ in Calicut, Mecca, & apud Preto-Ioannem* (viderunt) *& etiam de multitudine Iudæorum, Regumque ipsorum, & illorum gesta narrauerunt*. &c.

Non magni facio contumeliosarum vocum vsurpationem in exprimendis nominibus Sacerdotum Christianorum, atque Templorum; cùm ab hostibus, & Christi nominis osoribus, nihil, nisi contumeliosum & maledicum expectari possit. Vocat itaque nostros Sacerdotes כומרים *Cumarìm*, & Sacerdotes Societatis Iesu,

ſunto. Ad rē quod ſpectat. Quis non videt in Geographicis ignorantiā omninò ſupinam huius Auctoris? Quiſnam vnquam ſanæ mentis eſt, qui Preto-Ioannis Regnum, vaſtiſſimumque Imperium ſupra Calicut collocauerit? Omnibus tabulas Geographicas intuentibus manifeſtiſſimè liquet, Calicut in Aſia maiori, Regni Malabar Vrbem præſtantiſſimam eſſe, cuius Rex *Samory* incolis, id eſt *Summus Imperator*, ac *Deus in terris* vocatur, teſte Cluuerio. Preto-Ioannes autem, ſeù *Presbyter*, ſiuè *Pretioſus Ioannes*, vulgò *Prete Gianni* in Abiſſinorum prouincia Africæ vaſtiſſima regnat, de quo nos fuſiùs ſuprà ad num. 98. egimus. Sed quid mirum! cùm huius culpæ reus quoq; ſit mendaciſſimus ille Auctor Epiſtolę פישטרי גיואן *Peſctre Gioan*, id eſt *Preto-Ioannis*, quæ ſcripta fingitur Papæ Romano, cuius exemplar excuſum Conſtantinopoli apud me habeo. Huiuſmodi autem Epiſtola ex India fingitur ſcripta, ex cuius regionis longinquitate occaſionem arripuit fabulas ferè inauditas ſcribendi, hominum, varias, monſtroſaſque ſpecies Gigantum, Pigmeorum, Amazonum, Phaunorum, Centaurorum, Phœnicis, & aliorum id genus non pauca. Ibi ergo maria, & flumina pretioſorum lapidum referta, aromatum, & ſimplicium medicamentorum quantitas incredibilis, Iudæorum inſuper multitudo, robur, & imperium tantum, & tale, vt narratu difficile propemodum ſit, proſtant. Ibi Danielem quendam Iudæum regnare, & illius Imperio tres alios Iudæos Reges parere, narratur his verbis:

ואל תקשו עלי שאני כותב לכם המלך הגדול כי יש תחת ידו דניאל המלך ויש תחת ממשלתו שלש מלכים וכו׳:

Veàl tikſciù alài ſceanì cothèu lachèm hamMèlech haggadòl, chi ieſc tàchath iadò Danièl hamMèlech, veieſc tàchath mamſceltò ſcelòſc Melachim, vecullè. Id eſt

Neque contradicatis mihi, ſi ego ſcribo vobis, de Rege magno, quoniam eſt ſub manu Danielis Regis; ſub poteſtate enim ipſius tres Reges manent. Ibi etiam fit mentio de fluuio Sabbatione, cuius originem, & naturam aſſignat hoc modo:

ודעו שכל כך ארצי היא גדולה שאני איני יודע כל הנפלאים שיש בה ׃ ודעו כי מזה הים של אבנים בא נהר שיוצא מגן עדן והולך בינינו ובין הארץ הגדולה של המלך הגדול דניאל מלך היהודים ׃ וזה הנהר הולך כל ימי השבוע ובשבת אינו זז ממקומו עד יום ראשון ששב לאיתנו ׃ וכשזה הנהר מלא על כל גדותיו מביא אבנים יקרות הרבה מאד ובזה הנהר לא יש בא מים ׃ וכל מה שהוא מוצא הכל מביא אל הים אוריגוטו ולא יש אדם שיוכל לעבור כי אם בשבת ׃ אבל אנחנו נותנין משמרות במעבר שאם היהודי׳ יכולים לעבור יעשו היזק גדול בכל העולם בנוצרים ובישמעאלים ובכל אומה ולשון שתחת כל השמים כי אין אומה ולשון שיוכל לעמוד בפניהם ׃ אבל אני יש לי בזה המחוז ששה עשר מדינות בנויות מאבני׳ גדולות ובצורות ויותר חזקים שבכל העולם ומעיר לעיר מהלך חצי מיל ׃ ויש לי בכל עיר מאלו אלף פרשים ועשרת אלפים רגלי ועשרת אלפים תופשי קשת לשמור התרים ומקום המעברות שלא יעברו היהודים כי הם כל כך רבים שאם יבלו לעבור ילחמו עם כל העולם

karòth chemò ſceanàchnu mithkanim bathènu beauanim tzeuuhim; vecullè. Id eſt

Et ſcitote quod vſque adeò terra mea eſt magna, quod ego (loquitur Preto-Ioannes) *omnia mirabilia, quæ in ea reperiuntur, penitùs ignoro. Præterea ſcitote, quòd ab iſto mari lapidum* (de quo ſupra egerat) *oritur quidam fluuius, qui egreditur de horto Eden* (Paradiſo voluptatis) *& decurrit inter nos, & inter terram magnam, magni Danielis Regis Iudæorum. Et iſte fluuius fluit omnibus diebus ſeptimanæ, & in Sabbato non mouetur de loco ſuo vſque ad diem primum, quo reuertitur ad curſum ſuum. Et cùm iſte fluuius plenus eſt ſuper omnes ripas ſuas, adducit lapides pretioſos multos valdè, & in hoc fluuio nullæ ſunt aquæ, ſed quicquid inuenit adducit in mare Orinothum: neque homo reperitur qui poſſit tranſire illum, niſi in Sabbatho. Verùm nos ponimus cuſtodias in tranſitu; nam ſi Iudæi poſſent tranſire facerent magnum damnum in toto mundo, Chriſtianis pariter, Iſmaëlitis, & omnibus nationibus, & linguis, quæ ſub cœlo ſunt. Quoniam non eſt natio, & lingua, quæ ſtare poſſit coram eis. Verùm, ego ob hanc cauſam habeo munimentum, ſexdecim ciuitatum ædificatarum lapidibus magnis, & munitarum, ac potentiorum cæteris, quæ ſunt in mundo; & de Vrbe ad Vrbem eſt ſpatium ſemiſſis milliarij. Et in vnaquaque ex illis habeo mille equitum, decem millia peditum, & viginti millia apprehendentium arcum ad cuſtodiendum montes, & locum tranſitus, ne Iu-*

הקולם וירעו שאם אנו יש לי עיר מבצר אחת יש למלך הגדול מלך דניאל עשרה ויש להם כל כך זהב ואבנים יקרות שמתקנין בתיהם באבנים יקרות כמו שאנחנו מתקנים בתינו באבנים צבועים, וכו'.

Vuùu ſcecòl chàch artzi hi ghedolà ſceanì eni iodèah col hanniphlaim ſcè ieſc bàha. Vdùu, chi mezà haijàm ſcèl auanìm bà nehàr echàd ſciotzè meghàn E'den, vcholèch benèm vben haàretz haghedolà ſcèl ham Melech haggadòl Danièl Melèch hal chudìm. Vezè hannahàr holèch col iemè haſciauuah vuSciabbàth enò zàz mimmekomò ad iom riſciòn ſceſcèu leethànu. Veſcè ze hannahàr melò al col ghedothàu meuì auanìm Iekaròth arbè mèòd, v hazè hannahàr lo ieſc bò maim; vecol ma ſcehù motzè, haccòl meui el haijàm Orinoto, velò ieſc adàm ſceiachàl laauòr iaaſsù haijèzek ghadòl bècòl haolàm be Notzrìm vbe Iſmaëlìm vucòl humà, veleſciòn ſcethàchath col haſciamàim, chi en humà, veloſciòn ſceiuchàl laamòd liphnehèm. Auàl anì ieſc li bazè hammachòz ſciſcià aſsàr meddinòth banuijòth meauanim ghedolòth vutzuròth, veiòther chazakim ſcebecòl haolàm, vmeir lair, mahalàh chatzè mil. Vcieſc li becòl ir mèllu èleph Paraſcìm veaſsèreth alaphìm raglè, vehaſsèreth hallaphìm tophesè kèſceth liſcmòr haharrìm vmakòm hammaauarùth ſcelò iaauerù hal chudìm, chi em col càch rabbìm, ſcèim iechelù laauir ilchamù im col haolàm: Vudù ſcèim anì ieſc li ir meuàtzèr achàth ièſc lemèlech haggadòl mèlech Danièl aſſarà; Veièſc lahèm col càch zahàu veauanim iekaròth chemò ſceanàchnu ſcemithkanìn bathehèm beauanim ie-

lem arantem, metentem, & semper aliquid molientem, quòd nec seruos, nec ancillas habeant. Aratio, & messis non referri debent ad filios, nepotes, & sobolem, sed ad viros Tribus Mosis, qui quidem cùm seruos, & ancillas non habeant, sibimetipsis arant, & metunt. Aliud: vbi hebraicè legitur infrà post pauca

ועוד יש אצלם כסף וזהב הרבה מאד ויורעו פשתן ומגדלים תולעת שני ועושים בגדים נאים ומעילים: והם כיציאת מצרים כפלים וכפלי כפלי עד אין קץ:

Veòd iesc etzlàm chèseph vezahàu arbè meòd, Vaizreùu piscthàn, Vmagdelìm tholàath sciani, veossìm beghadìm nahìm Vmeilìm. Vehèm chetziàth Mitzràim chephalìm, vchphelè chephalìm ad en kètz. Id est

Præterea reperitur apud eos argentum, & aurum multum nimis, & serunt linum, nutriunt Vermes sericos, & faciunt Vestes speciosas, & pallia. Et sunt duplo plures, imò plures, & plures in infinitum, quàm fuerint illi, qui egressi sunt de Aegypto. Ita nos vertimus, at Genebrardus vertit:

Porrò apud eos magna est auri, & argenti copia. Serunt linum, educant vermes sericos, conficiunt speciosissimas Vestes, & tunicas instar Aegyptiacarum duplices, & semel atque iterum duplicatas, absque numero. Non loquitur textus de tunicis Ægyptiacis, sed de multitudine Hebræorum, qui multò plures dicuntur vltra fluuium Sabbationem reperiri, quàm fuerint illi, qui egressi sunt de Ægypto, itaut vllo modo nequeant numerari. Hoc

Iudæi transire possint, cùm plurimi sint; quòd si transire possent, pugnarent contra Vniuersum mundum. Insuper scitote, quòd si ego habeo vnam ciuitatem munitam, Rex magnus, Rex Daniël, habet decem. Et insuper habent (Iudæi) *aurum, & lapides pretiosos, & possident domos lapidibus pretiosis, sicut & nos possidemus* (ædificamus) *domos nostras lapidibus coloratis,* &c. Hactenus Epistola Preto-Ioannis ad Papam Romanum de fluuio Sabbatione, Iudæis clausis, & illorum Imperatore Daniele, quæ, quàm fabulosa sint, nemo est, qui non videat.

Porrò Epistola Eldadis Danitæ de Iudæis clausis, eorumque in Æthiopia Imperio eleganter versa fuit in Latinum à Doctiss. Viro G. Genebr. & in fine Chronologiæ Hebræorum pag. 53. editionis Parisiensis in fol. an. 1600. excusa reperitur; in qua tamen quędam loca translata non respondent Hebræo textui, de quibus vnum aut alterum exemplum afferemus.

Num. III. vbi in textu Hebraico legitur:

ויראה לנפשם בנים ונכדים וצאצאים והם חורשים וקוצרים לפי שאין להם עבדים ושפחות:

Vaijrà lenaphsciàm banim vnchedìm vetzeetzaim; Vchèm chorescim, Vekotzerìm, lephì sceèn lahèm auadìm vesciphchòth.

Et videt (Pater) *animas suas, filios, nepotes, & pronepotes. Et ipsimet arant, & metunt, quia non habent seruos, nec ancillas.* Ita nos vertimus; Genebrardus verò hoc modo legit: *Videt pater filios, nepotes, & sobo-*

prænotatum. &c. Annus autem 4640. eſt annus Chriſti 880. quo anno credit Mar Tzèmach Eldadem conſpectum fuiſſe à Iudæis 403. annis priùſquàm Epiſtolam ipſemet ſcripſiſſet ad Hiſpanos Iudæos. Iſta tam enormis differentia 403. annorum in eodem homine, eiuſdem hominis cum ſua Epiſtola fictionem, & falſitatem arguit. Vide *Scialſcel. hakab.* loco citato, vbi multa de Eldade Danita, & fluuio Sambatione affert, & inter alia à nobis recenſita, addit circa eiuſdem flumen היה שם אפילו הר של ברזל *Haiàh ſciàm aphilù har ſcel barzèl.* i.e. *Eſſe ibi etiam montem ferreum*, &c. hoc eſt, præter flammam die Sabbathi accenſam, per quam prohibetur acceſſus ad fluuium, etiam circà eundem extat quidam mons ferreus, quo omninò præcluditur tranſitus illius. Nugæ omnes.

Tandem in eadem Epiſtola huius Eldadis genealogia deſcribitur, quæ eſt talis:

אלדד בן מחלי בן יחזקל בן חזקיה בן עלון בן אבנר בן שמעיה בן חפר בן חור בן אלקנה בן הלל בן אפרים בן טוביה בן פרת בן עונן בן נעם: בן טעם בן טעמי בן אונם בן גאול בן שלר בן כלב בן עמרם בן דורום בן עוכדיהו בן אברהם בן יוסף בן משה בן יעקב בן כפור בן אריאל בן אשר בן איוב בן שלם בן אליהוא בן אחליאב בן אחיסמך בן חושי בן דן בן יעקב אבינו:

Eldàd Ben Machali, Ben Ezechielis, Ben Ezechiæ, Ben Halòn, Ben Aunèr, Ben Scemaaiàh, Ben Chaphàr, Ben Chùr, Ben Elchanà, Ben Hillèl, Ben Ephràim, Ben Tobiæ, Ben Peràth, Ben Onàn, Ben Naamàn, Ben

Hoc euidenter patet ex ipſa ſimplici textus inſpectione, in quo periodus de veſtibus alia eſt, & omninò diſtincta à ſubſequenti de multitudine Hebræorum, quæ cum ijs, qui de Ægypto egreſſi ſunt, comparatur. Cætera vtpotè minoris momenti, ſine maiori animaduerſione relinquimus; non enim omnia ad amuſſim reuocanda, & corrigenda; ſed aliquid relinquendum ijs, qui poſt nos venturi ſunt, qui & alios, & nos pariter caſtigabunt.

Quo autem tempore hæc Epiſtola ſcripta Hebraicè fuerit, non ita certò liquet, vt de eo dubitari minimè liceat. Ex eadem circa finem legitur:

שגר איגרות הללו מר אלדד זה לספרד שנת ארבעים ושלש:

Sciaghàr Igheròth hallàlu Mar Eldàd ze leSepharàd ſcianàth arbaim vſclòſc. Id eſt

Miſit has Epiſtolas Dominus Eldad in Hiſpaniam, anno quadrageſimo tertio: nempè quinti millenarij à creatione mundi, qui reſpondet anno Chriſti 1283. Ghedalia verò Aben Iachiæ in lib. *Scialſcel. hakab.* pag. 37. b. ex מר צמח *Mar Tzèmach* ita refert:

דע· כי יש לנו בקבלה מרבינו יצחק גאון שבשנת במו רת״ם ראו אלדד הנזכר וכו׳:

Deù chi ieſc lànu bekabalà meRabbènu Itzchàk Gahòn ſcebeſcianàth chemò arbaà elaphim ſciſcià meòth vearbaà reù Eldàd hannizchàr, vecullè. Id eſt

Scitote nos habere traditionem à Magiſtro noſtro Iſaaco Gahone, quòd circa annum 4640. Viderunt Eldadem

eo contineri peregrinationes ipsius, clarè colligitur (ex his, quæ de Eldade nos diximus) Plantauitium nunquam hunc librum vidisse, sicut nec alios in illo libello *Verborum dierum Mosis* contentos; in quo libello idem Plantauitius cum Eldade Danita librum Tobiæ cum alijs, quos suo loco referemus, coniunctim circumferri asseuerat. Quòd autem libellos huiusmodi non viderit, etiam inditium est, eundem Tobiæ librum (vulgaribus, ac idiotis omnibus notissimum) pro alio libro prorsùs incognito accepisse; cùm de eo ita loquatur: *Tobi ben Tobiel, seù Historia insignis cuiusdam Viri nomine Tobi ben Tobiel*, &c. credens profectò alium quendam Tobiam diuersum ab eo, cuius extat inter Sacros Codices Historia.

Hæc Epistola Eldadis reperitur inter supradicta Opuscula דברי הימים של משה *Diurè haijamim scel Moscè*, *Verba dierum Mosis*, quę omnia excusa sunt anno mundi לפ׳ 304. min. supput. Christi 1544. apud Cornelium Ben Baruch אדיל־קנד *Adel-Kenad*, & apud Io: de Gara studio, & diligentia R. Nisìm Susan an. 5365. Christi 1605. in 8.

De historia verò huius Eldadis fit etiam mentio ab Abrahamo Aben Ezræ in Commentarijs super cap. 2. Exodi circa finem, quæ ab eodem reprobatur. Vide sis in *Mikrà ghedolà* Tomo 1. pag. 58. editionis Venetæ apud Bragadin. anno לפ׳ 377. min: supp. Chr. 1617. in folio.

Taàm, *Ben Taamì*, *Ben Onàm*, *Ben Gaùl*, *Ben Scialad*, *Ben Calèb*, *Ben Amràm*, *Ben Doròs*, *Ben Oudia*, *Ben Abrahami*, *Ben Iosephi*, *Ben Mosis*, *Ben Iacobi*, *Ben Cheppur*, *Ben Arielis*, *Ben Asser*, *Ben Iobi*, *Ben Salem*, *Ben Eliu*, *Ben Aholiab*, *Ben Achisamàch*, *Ben Chuscìm*, *Ben Dan*, *Ben Iacobi patris nostri*.

Ex his quæ in medium de Eldade Danita attulimus, manifestè liquet quid in ipsius Epistola contineatur; continetur enim status decem Tribuum, vltra flumina Æthiopiæ secundùm fabulosam illius narrationē, prælia, quæ contra finitimas gentes gerunt, mutuus amor, quo inter eos pax summa fouetur, impossibilitas indè exeundi, vndè Iudæi clausi dicuntur, æqualis ad eos accedendi, obstantibus lapidibus, ferreo monte, igne.

Plantauitius tamen in sua Bibliot. Rabbinica num. 55. in אלדד הדני *Eldad Danita* dicit: *Liber hic fusè describit peregrinationes per totum ferè terrarum Orbem huius Eldadis Danitæ. Quis autem ille fuerit, & quo tempore vixerit, &c. dicere non possumus, cùm non sit nobis aliundè notus, quàm ex Indice expurgatorio Romano*. Infra verò ad num. 121. in libro דברי הימים של משה *Diurè haijamìm scel Moscè Verborum dierum Mosis*, inter alios libellos ibi repertos, etiam numerat hunc librum Eldadis Danitæ, de peregrinationibus eius. Et reuera inter alios libellos, qui ab eo ibi connumerantur, reperitur etiam iste Eldad Danita; sed vtrobique cùm dicat, in

III. Disputat id, quod dicunt Philosophi, videlicet, quòd mundus sit effectus Dei.

IV. Ostendit Sapientum debilitatem in eo, quòd dicunt, mundum agentem habere.

V. Ostendit Philosophorum debilitatem in eo, quòd putant probauisse de Dei vnitate.

VI. Ostendit eorum errores super Dei scientiam.

VII. Cassat id quod dicunt videlicet, quòd ipse Deus non communicat cum aliquo in genere, nam ab eodem differt in differentia.

VIII. Ostendit ipsorum debilitatem in eo quod dicunt, putantes Dominum esse simplicem absque aliqua quidditate.

IX. Ostendit debilitatem eorum in eo, quòd opinantur Dominum non esse corpus, neque corporeum.

X. Ostendit debilitatem eorum in eo, quòd meditantur probare videlicet, quòd Dominus sciat genera & species modo vniuersali.

XI. Ostendit errores eorum in eo, quòd dicunt, quòd Dominus secundùm seipsum sciat.

XII. Cassat opiniones ipsorum in eo, quod dicunt, quòd Dominus particularia ignorat.

XIII: Ostendit ipsorum errores, in eo, quòd opinantur, videlicet, quòd cœli sint animati, & Deo glorioso obedientes contemplando.

XIV. Declarat illorum errores, in eo, quòd dicunt, quòd motor orbium mouendo, propriam habeat voluntatem erga quædam desidera-

 ta,

קצ"ג אלוואמאת אלגזל ערבי חבר בלשונו ספר
מאזני צדק על מדות הנפש ונעתק ללשון עברי מרבי
אברהם בר חסדאי עיין לעיל סמן ס"ג. ויש
אלגזל אחר הנקרא קלונימוס עברי אשר חבר ספר
הרס הפילוסופים ונגד אותו הספר עשה הפלות
ן׳ רשד בלשון ערבי ונעתקו ללשון לטין מקלו׳
עברי שנת אלף ושלש מאות עשרים ושמונה לביאת
משיחנו בעיר ארלס:

193 ALVAM'ATH ALGAZE'L Arabs, scripsit Arabicè

מאזני צדק, *Moznè tzèdek*, *Lances iustitiæ*, seù *Statera iusta*, tit. ex Leuit. 19. 36. Liber moralis est, in Hebræum versus à R. Abrahamo Bar Chasdai, de quo supra n. 63. Est & alius

ר׳ אלגזל קלונימון עברי *R. Algazèl Kalonimòn* Hebræus, qui הרס הפילוסופים *Hères happilosophìm* *Destructionem Philosophorum* scripsit. Vbi de Philosophorum opinionibus circa existentiam mundi disputat. Contra hunc scripsit Auerroes *Destructiones destructionum*, vel *Duas impugnationes* in Librum prædictum. Repeaiuntur mmssc. in Bibliotheca Vaticana ex Pergam. antiquo in fol. ordinario sub num. lib. Latin. 2434. vbi dicit, quòd in eo Algazelis libro multa dubia periculosa posuerit, & multas subtiles atque nobiles difficultates. In iisdem ostendit idem Auerroes Algazelis debilitatem, Philosophorum rationibus in probando efficientiam mundi, & alia hoc ordine:

I. Vtrum mundus sit ab æterno.

II. Vtrum mundus sit sempiternus in futuro.

ta, & separata.

In hoc eodem libro Algazelis, & Commentarijs Auerrois multi reperiuntur errores, qui ab Eymerico recensenrur in Direct. Inquisit. parte 2. quæst. 4. pag. 254. & 255. In Latinum fuit translatus à Callo, seù Calo Hebręo in Ciuitate Arelatis XVIII. Aprilis anno ab Aduentu Chr. 1328. Excusus etiam reperitur Venetijs anno Domini 1560. in 8. in Tom. X. Operum Aristotelis cum expositione Augustini Niphi, vbi diuersus ordo ab eo quem ex Cod. Vatic. attulimus, adnotatur. Vide קאלו קאלונימוס *Kalo Kalonimos*.

קצד' **אלחסידי** חבר ספר הגורלות ׃

194 ALCHASIDI', ALCHASIDACIVS Hebræus, fertur scripsisse libros הגורלות *Haggoralòth, Sortium*, qui subtili materiarum dispositione, de omni negotio, de membrorum longitudine, & breuitate, de numero annorum vitæ, ipsoque die obitus certos facere pollicetur. Hos Abraham Aben Ezræ, ignea fornace dignos existimauit secundùm testimonium Gesneri.

קצה' **אלי אבא** עברי ערבי וספרדי חבר בלשון ערבי ספר הרפואה ׃ נמצא באיסקוריאל במלכות ספרד ׃

195 ALI' ABBA' Hebræus Arabs Hispanus, Arabicè scripsit *Librum Medicum*, msc. reperitur in Bibliotheca Regis Catholici in Escuriali. Ex Catalogo Castelli.

קצו' **עלי** ישמעאלי העתיק מלשון יון ללשון ערבי אגרת המוסר לארסטו ׃ ומלשון ערב העתיקו אל לשון הקודש ר׳ יהודה בן שלמה חריזי הספרדי ׃

196 ALI' Ismaëlita, ex Græca in Arabicam linguam vertit *Epistolam Didascalicam, & Ethicam Aristotelis*. Illam Hebræam fecit R. Iudas Ben Salomonis חריזי *Charizì Poëta* Hispanus. Extat msc. in Bibliot. Vaticana Papyr. in 4.

קצז' **אלי אבן רגל** ערבי חבר בלשון ערבי שמונה ספרים על התכונה והעתקו אל לשון עברי רבי שלמה ׃

197 ALI ABEN RAGE'L Arabs, scripsit Arabicè *De Astrologia Libros VIII*. In Hebræum versi sunt à R. Salomone. Mmsscc. reperiuntur in Bibliotheca Cæsar. Ex Spizelio.

קצח' **ר׳ אליה בן אשר הלוי** ׃ עיין אליהו הלוי אשכנזי ׃

198 R. ELIA BEN ASSER HALEVI. Vide *R. Eliàu Haleui Haschenazi Germanus*.

קצט' **אליה בשקיאקו** חבר ספר אדרת אליהו על המנהגים הקראים שהם מינים בין היהודים ׃

199 ELIAS BASCKIAKO, Baschiacus scripsit -

אדרת אליהו *Adèreth Eliàu*, id est *Paliū Eliæ*, Tit. ex 2. Reg. 2. 13. & 14. Tractat *De Ritibus* קראים *Karraim Karræorum*, in quibus à cœteris Iudæis differunt. *Karræi* sunt Hebræorum Hęretici, de quibus supra ad numer. 156. p. 92.

י ר' אליהו ועזה ספר פירוש על סמ"ג ועל הסמ"ק:

200 R. ELIAS ZAAZA'H ſcripſit *Explanationem* luculentam in סמ"ג *Samàgh*, id eſt in ספר מצות גדול *Sèpher mitzuòth ghadòl*, *Librum præceptorum magnum*: & in סמ"ק *Samàk*, id eſt in ספר מצות קטן *Sèpher mitzuòth kattòn*, *Librum præceptorum paruum*.

יא אליהו זוטא זה הספר והוא מדבר על כמה נגלות שאליהו הנביא נגלה כתיבת יד על הקלף בוואטיקאנו ונכתב בשנת ד' אלפים תתל"ג לבריאת עולם:

201 ELIA'V ZVTTA', id eſt *Elias paruus*, Tit. Libri, quo agitur *De aliquot viſionibus, & apparitionibus factis ab Elia Propheta*, vt iactant Hebræi. Reperitur mſc. in Bibliot. Vaticana fol. Perg. ſcriptus anno mundi ד' אלפים תתל"ג 4833. Chriſti 1073.

יב ר' אליהו הזקן יסדר סדר מערכות בכל יום משנה מהתורה ומהנביאים ומהכתובים ומהמשנה ומהגמרא: ונמצאות כ"י בוואטיקאנו על הקלף:

202 R. ELIA'V HAZAKE'N, id eſt *Elias Senior*, ſcripſit *Ordinem*, ſeù *Ordinauit Lectiones deſumptas ex Pentateucho Moſis, Prophetis, & Agiographis*. Itemque ex *Miſcnà*, & *Ghemarà*, ſiuè *Talmud*, quæ per anni circulum in Synagogis, & extra leguntur. Extat mſc. in Bibliotheca Vatic. Pergam. in 16.

יג ר' אליהו אבן חיים מרקיאנו ספר אגרת החמודות על מדות טובות:

203 R. ELIA'V ABEN CHAII'M MARKIANO', *Elias filius Chaijm Marchianus*, ſcripſit -

אגרת החמודות *Ighèreth hachamudòth*, *Epiſtolam deſiderabilium*, audiui Moralem, & Ethicam eſſe, ego illam non vidi.

יד רבי אליהו בר יהודה הרופא מטיבולי נולד בעיר מרינו אצל רומה וחבר ספר תולדות והוא ספר להכיר חוליי אם הבנים והוא כתיבת יד בוואטיקאנו:

204 R. ELIAS BAR IVDÆ, Medicus, Tiburtinus origine, naſcitur Marini, quod eſt nobile Oppidum Ducatus titulo illuſtre, non longè ab Vrbe ſitum, ſub ditione Columnenſium Principum, de quorum excellentiſſima Romanorum familia præſtat magis in hoc loco tacere, quàm pauca dicere. Claruit maximè anno mundi רל"ח 238. min. ſupput. Chriſti 1478. quo compoſuit -

ספר תולדות *Sèpher Tholedòth*, *Librum generationum*. Tractat *De Infirmitatibus matricis*. Et eſt Dialogus inter Dinam filiam Iacobi, & Iacobum patrem. Dina interrogat patrem, cui infirmitates aperit; & pater reſpondet, docetque remedia. Extat mſc. in Bibliot. Vatic. Papyr. in 4.

טו ר' אליהו היהודי העתיק פירוש מספר אלפסן ערבי אל לשון לטין על אותות השמים: ועל החקשים: ועל אוסיא ר"ל עצם העולם: ונמצאים בוואטיקאנו כתיבת יד:

205 R. ELIA'V HAIEVDI', *Elias Iu-*

sub nomine רנת דודים *Rinnàth Dodìm*, *Iubilationis amicorum*. Excuſ. Baſileæ apud Conradum Waldachilich, in 4.

Claruit hic Auctor an. mundi ה׳ש׳ 371. min. ſupput. Chriſti 1611.

רה׳ **ר׳ אליהו הלוי** אשכנזי המכונה הבחור היה מדקדק ופייטן גדול וחבר כמה ספרים על הדקדוק ׃ האחד הוא

א׳ ׃ ביאור על מהלך שבילי הדעת לר׳ משה קמחי ונדפס אותו שנת רס״ד בעיר פיזרו כמו שכתוב בסוף הספר ונדפס בתחלה בפיזארו בשנת משיח לאפיפיור יוליוס השני היה שנת חמשת אלפים רס״ח ליצירה על שם ר׳ גרשון בן ר׳ משה שונצינו ׃ ובבאזיל שנת רנ״ה לפ״ק ׃ ובויניציאה באותיות המרובעות עם הנקודות על שם ר׳ יצחק בן אליעזר ונדפס המכונה קולוניו קושטנטינא עיר מלכותנו שנת רפ״ו לפ״ק ׃

ב׳ ׃ ספר הבחור אשר חבר אותו ברומה שנת חמשת אלפים רע״ז לבריאת עולם ושיר נדפס באותה העיר ואחר כך בקראקא גם כן באותה שנה רע״ז ׃ ובבאזיליאה שנת רצ״ה לפ״ק ׃ ובאיזנה שנת ש״ג לפ״ק ׃ ונדפס אותו בתפארת לגיריאו קלרדכאל ׃

ג׳ ׃ חבר ספר מתורגמן והוא ביאור גדול על המלות הזרות ועל תרגומים והשלימו שנת אלים השמ״ב לפ״ק ׃ ונדפס בעיר איזנא באותיות מרובעות עם נקודות ׃ וגם בויניציאה ובקולוניא שנת ש״ב לפ״ק ׃

ד׳ ׃ ספר התרכבה על כל מלות הזרות ונדפס אותו ברומי שנת עם הרכבה רל״ה שנת קצו לפ״ק כמו שאמר בהקדמה זה הספר ונדפס ברומי שנקים אחר הנעשו ׃

ה׳ ׃ פרקי אליהו על אותיות נקודות וטעמים נדפסו בויניציאה שנת ט״ו לפ״ק בבית דניאל בומבירגי והם פרקים ד׳ ׃ א׳ פרק שירה ׃ ב׳ פרק המינים ׃ ג׳ פרק התמרות ׃ ד׳ פרק השמושים ׃

ו׳ ׃ ס׳ מסורת המסורת וחבר אותו בעיר ויניציאה שנת רצ״ח ׃ ובשנת רצ״ט לפ״ק נדפס באותה העיר וגם בן בבאזיל ׃

ו׳ ׃

Iudæus, tranſtulit *Commentarios Auerrois* ex Arabico in Latinum ſuper *Meteora Ariſtotelis*; *De Cometis* peculiarem Tractatum. Et in 1. *Metaphyſicorum Librum*. Reperiuntur in Biblioth. Vatic. inter Latinos Codices mmſſcc. ſub num. 4550. papyr. in fol.

Eiuſdem *Quæſtiones in Libr. Priorum Ariſtotelis* in eandem Latinam linguam vertit. Ibidem habentur ſub num. 4552. papyr. in fol. mmſſcc.

Eiuſdem *De Subſtantia Orbis* Latinum fecit, & mſc. extat in eadem Biblioth. Vaticana ſub num. 4553. papyr. in fol. Vide ſupra num. 38. in *Aben Raſciàd*.

רו׳ **ר׳ אליהו בן יוסף** חבר ספר הדרשות וקרא אותו ספר קול תרועה ׃ והוא נדפס בשלוניק שנת שכ״ב לפ״ק ׃

206 R. ELIA'V, *Elias Ben Ioſeph*, ſcripſit librum דרשות *Daraſciòth Concionum*, quem vocauit קול תרועה *Kòl Theruàh*, *Vocem exultationis*, Tit. ex Exod. 3. 13. Excuſus Theſſalonicæ an. mundi ה׳ש׳ 322. min. ſupputat. Chriſti 1562. In 8.

רז׳ **ר׳ אליהו בן לאמא** אשכנזי ראש ישיבה באנובית חבר ספר רנת דודים והוא פירוש על שיר השירים נדפס בבאזיליאה ׃ וזה הספר היה פי בשנת שע״א לפ״ק ׃

207 R. ELIA'V BEN LA'MA ASCHENAZI' Germanus Archiſynagogus in Hannouia, ſcripſit *Commentarium in Canticum Canticorum*,

to, Dei gratia, vero Messia, eidem adhæserunt suscepto Baptismate. Idem effecerunt multi Iudæorum ex cœteris familijs Romæ degentibus; itaut nulla inter eos alicuius nominis, ac notæ reperiatur, quę animarum tributum Christo non soluerit. Ascarella, Pessatta, Aadumim, seù de Rufis, de Galicco, Kimchia, Biterbò ex בהנים *Cohanim Sacerdotibus*, Korcossa, & aliæ ferè innumeræ, quarum nonnullæ viros doctrina, & opibus illustres apud nos semper habuerunt, & habent; horum nomina reticenda existimamus, ne originem ex Iudæis, quæ summæ laudis loco potiùs esse crediderim, cùm ex antiquissima, & olim nobilissima natione, ex qua tot Viri Sancti, tum ex Veteri, tum ex Nouo Testamento, Apostoli omnes, ipsaq; Beatiss. Virgo Maria exorti sunt, ac eius Filius Christus Dominus ex eadem nasci voluit, extiterint; in probrũ referre videamur. Sed digressione relicta, ad Eliam Leuitam reuertimur, qui anno ætatis quadragesimo, vt ipsemet in Præfatione ad Librum בחור *Bachùr* ait, relicta Padua, quæ anno 5269. Christi 1509. ab hostibus capta, & omnibus Eliæ bonis direptis, Romam venit, vbi nonnullos Proceres Christianos, potissimùm Ægidium Viterbiensem Cardinalem Ordinis Eremitarum S. Augustini linguam Hebraicam docuit, cuius liberalitate, & munificentia, ipse Elias cum tota sua familia, quę summa inopia laborabat, subleuatus est. Hic in Vrbe varia Opuscula Grammaticalia composuit, eaque Christianis ex-

ז׳ ; ס׳ טוב טעם על הטעמים נדפס בבאזיל שנת רצ״ט לפ״ק ;

ח׳ ; ספר התשבי והוא ביאור על תשב״י מלות זרות נדפס בבזיל שנת ש״ו לפ״ק : ובאיזנא שנת ש״א לפ״ק ;

ט׳ ; שברי לוחות על הדברים הקשים והנסתרים ופתרון הנכתבות בנוטריקון במסרה ;

י׳ ; פרק בית שירות על דרכי הפעלים ונקרא על המקרא גדולה ,

י״א ; כתב כתב לקוסים על מלך הפסים הבמבנגוסים וכמלו בפורגען ;

י״ב ; פסח פירוש על ספר פתח דברי ובכולו לדפוס בעיר פיזלרו על ידי ל׳ אשה ל׳ סביב שנת רט״ו לפ״ק : ונדפס גם כן בויניציאה של ש״ו לפ״ק בבית דניאל בומבירגי ;

208 R. ELIA'V HALLEVI ASCHENAZI', *Elias Leuita Germanus*, cognomento הבחור *Habbachùr*, *Iuuenis*, seù *Electus*, nascitur in Italia, eius pater vocabatur Moses Aschenazì, quæ familia notissima est inter Hebræos, & Romæ quoque reperitur, cuius paterfamilias hodie est Moderatus vir *Abraham Aschenazì*, seù *Todesco* Iudaici Triumuiratus officio gaudens, est enim vnus ex tribus viris, qui vniuersum Iudęorum cœtum Romæ regunt sub nomine ממונים *Memmonìm*, *Gubernatorum* populi; Officium temporaneum est, duratque per Annum, quo elapso, alij succedunt; horum est potissimùm superintendere Vniuersitati Iudæorum, ne aliquod patiatur detrimentum, tam in substantijs, quàm in priuilegijs à Principe concessis, & alia præstare, quæ vtile, & commodum commune prospicit. Ex hac familia aliqui, cogni-

docendo, varias à Iudæis persecutiones passus est; piaculum enim esse ducunt hominem Iudęũ, Christianum linguam sanctam docere, id quod colligere existimant ex Ps. 147. 19.

מגיד דבריו ליעקב חקיו ומשפטיו לישראל׃
לא עשה כן לכל־גוי ומשפטים בל־ידעום׃

Maghid deuaràu leIaakòu, chukàu, umiscpattàu leIsraèl. Lo assà chèn lecol-gòi, umiscpattìm bal-iedaùm. Id est

Annuncians verba sua ipsi Iacob, statuta sua, & iudicia sua Israëli. Non fecit sic omni genti, & iudicia non cognoscent ea. Quod quàm verè hoc dicant, videsis secundam Præfationem in *Massòreth hamMassòreth*, vbi de his calumnijs conqueritur, easque rationibus diluit, Rabbinicis tamen, quæ nihil commune habent cum Christianis. Nos autem non sumus ex illis, de quibus loquitur Psalmus; nam per fidem verè Israëlitæ sumus, & fidem ab Israële suscepimus, vt non minùs credita sint nobis eloquia Dei, quàm olim solis Iudæis credita fuerint, vt ait Apostolus ad Rom. 3. 2. Sed miserrimus iste Iudæus, de Christianis loquitur, acsi de Ethnicis loqueretur, & cùm consuetudinem haberet cum Christianis, attamen gratias Deo agit quòd adhuc Iudæus sit, sicut in Præfatione secunda *Massòreth hamMassòreth* loquitur:

כי מלמד לגוים הייתי וכזאת וכזאת עשיתי
אך רעו כי אפילו הכי תהלה לאל עברי אנכי
ואת האלהים אני ירא שמים וארץ בורא וכו׳.

explicauit vsque ad direptionem Vrbis an. 1527. in qua huic Auctori nihil relictum fuit, non obolus quidem, nec *vestis pro acerrimo frigore, nec panis & ligna in domo*, vt in Præfatione secunda ad Librum מסורת המסורת *Massòreth hamMassòreth* ipse refert his verbis:

לא נשארה בידי פרוטה והיתה עת צרה
כי אין כסות בקרה ובביתי אין לחם ואין עצים
וכו׳.

Lo nisciarà beiadì peruttà;
Vehàiethà eth tzarà
Chi en chessùth bekarà,
Vueuethì en lèchem, veèn etzìm &c.

Roma itaque discedit, & Venetias reuertitur, vbi & alia Opera Hebraica componit, videlicet תשבי *Tisbì*, & מתורגמן *Meturghamàn*, sed anno Domini 1540 in Germaniam euocatus, Isnæ apud Paulum Fagium aliquandiu substitit, eiusque consilio, & opera vsus est in auspicanda Isnæ Hebraica Typographia, & cui tradidit Opuscula *Tisbì* & *Meturghamàn*, sed ob ingentia frigora senex Elias non diu Germanicum solum inhabitare potuit, quin ad patrium Italicum Paduam, ac Venetias reuerteretur, vbi senio confectus, heu miser! in Iudaismo efflauit animam circa annum 1542. octogenario maior. Vnde decipiuntur ij, qui credunt eum religionem Christianam suscepisse; verum est, quòd circa eam non iniquus habitus est in foro, an item in polo, nescimus; hoc certum, quòd ex nimia familiaritate, qua cum Christianis vtebatur linguam Hebræam

tu Hebręo Basileæ apud Cratandrum an. Domini 1531. in 8. Et Hebraicè charactere quadrato cum textu Authoris diligenter excuso, ac punctis vocalibus ornato, Venetijs nomine R. Isaaci Ben R. Eliezer Paduani cognomento קאואלינו *Cauallino* habitatoris Vrbis Mantuę, an. mun. ל״פ״ק 384. min. supput. Christi 1624. in 8.

II. ס׳ הבחור: *Sèpher habbachùr*, *Liber electus*, seù *iuuenis*, est absoluta Grammatica, quam anno mundi 5277. Christi 1617. Romæ composuit, excusa est Cracouiæ an. mundi ל״פ״ק 277. min. supp. Christi 1517. in 8. Iterum Basileæ an. mun. 5297. Christi 1537. In officina Frobeniana cum Latina interpretatione Sebast. Munst. & eiusdem Sebastiani Scholijs in 8.

III. מתורגמן: *Meturghamàn*, Est *Dictionarium*, seù *Lexicon Chaldaicum*, *Targumicum*, *Talmudicum*, & *Rabbinicum* completum (vt ipse asserit in fine libri) an. mun. ש״א לפ״ק 301. n in supput Christi 1541. & eodem anno Isnæ excusum charactere quadrato, punctisque vocalibus instructo. Venetijs quoque, & Coloniæ an. ל״פ 320. Christi 1560. in fol.

IV. ס׳ ההרכבה: *Sèpher habarchecà*, *Liber Compositionis*, de re Grammatica, tractat de extraneis & heteroclitis Sacræ Scripturę dictionibus, quę à communi, vulgataque declinandi, & coniugandi ratione deflectunt. Allucinatur Plantauit. quando in sua Bibliotheca Rabbin. num. 162. hunc librum R. Aben Ezræ attribuit: nam ex sola frontispitij inspe-

Chi melammèd leghoìm haìthi,
Vezòth, vezòth asìthi
Ac deù chi aphillù hachì
Thehillà leEl Iurì anochì
Veeth haElohìm anì iarè
Sciamaim vaàretz borè, veculle.

Quoniam docui Gentiles, & ita, & ita feci; Attamen scitote, (Deo sit laus) quòd adhuc Hebræus sum, & timeo Deum cœli, & terræ Creatorem, &c. Talis est incredulitas Iudæorum, & illorum cordium duritia, vt emolliri difficile sit, quamuis consuetudinem cum pijs, & doctis Christianis habeant, & ab eis monita salutis recipiant. Non dissimilis videtur fuisse huius Elię Grammatici incredulitas, in qua diem (vt diximus) clausit extremum. Eius autem Opera sunt quæ sequuntur:

I. ביאור על מהלך שבילי הדעת: *Bijùr al Mahalàch sceuile haddàath* Id est *Scholia in Grammaticam R. Mosis Kimchij*, quæ vocatur *Iter semitarum scientiæ*. Hęc composuit Romæ, vt ipse testatur in Præfatione secunda ad Librũ *Massòreth ham Massòreth*, quamuis in fine huius Libri legatur fuisse composita Paduæ anno mundi 264. min. supputat. Christi 1504. Postea sub nomine R. Beniamin Ben Iudæ Romani prodierunt Pisauri an. mundi 5268. Christi 1508. anno V. Pontificatus Iulij II. sub Dominio Ioan. Sfortiæ. In 4. Vnde ipse Author de hoc furto sibi inuito Domino facto conqueritur in fine eorundem Scholiorum.

Sebastianus Munsterus in linguam latinam vertit impressa vnà cum tex-

sileæ anno Domini 1525. Typographo Ioan. Frobenio.

Vocabula item Hebraica irregularia, quæ vel ordine, vel coniugatione, aut tempore componuntur Alphabetico ordine digesta fuerunt ab eodem Munstero, & in Latinam linguam versa, Basileæ excusa anno Domini 1536. apud Henricum Petruni.

V. פרקי אליהו: *Pirkè Eliàu, Capitula Eliæ*, sunt quatuor Capitula, quibus de literis, punctis, & nominibus disertè tractat.

Primum Capitulum vocat פרק שירה *Pèrek Scirà, Capitulum Cantici*, diuiditque illud in tredecim Cantica, elegantibus carminibus conscripta. In primo Cantico tractat de literis illarumq; prolatione. In secundo tractat de decem punctis, seù motionibus vocalibus, quinque magnis, & quinque paruis, In tertio de literis אוי. In quarto de literis יהוא. In quinto de דגש *Daghèsc, lene, & forte*. In sexto de שוא *Sceuà* simplici & composito. In septimo de modo legendi שוא *Sceuà*. In octauo de שוא *Sceuà* mobili, & quiescente. In nono de literis אה״עח gutturalibus. In decimo de שוא *Sceuà* simplici, quod poni non possit sub literis gutturalibus. In vndecimo de חטף קמץ *Chatèph Kamèts*, & quomodo in duas species diuidatur. In duodecimo de חטף פתח *Chatèph patàch*, חטף סגול *Chatèph segòl*, & חטף קמץ *Chatèph Kamèts*. Et in decimotertio de locis, in quibus scribi debeat חטף סגול *Chatèph segòl*, & non חטף פתח *Chatèph patàch*.

Secundum Capitulum vocatur פרק המינים

spectione clarè dignoscitur, quisnam sit huius Libri Auctor. In editione enim Veneta anni mundi ש״ו 306. min. supput. Christi 1546. apud Danielem Bombergum in 8. ita ibi legitur:

ספר הרכבה חברו המדקדק האשכנזי רבי
אליהו הלוי ברומי שנת מהרכ״בה לפרט ועתה עבר
עליו שנית והגהו בעיון נמרץ · ואני קורניליו אד״ל
קינ״ד נקראתיו כדי להפיק רצון התלמידים : נדפס
בבית דניאל בומבירגי בשנת ש״ו לפ״ק פה ויניציאה:

Sèpher Harcheuà chibberò hammedakdèk Haschenazi Ribbì Eliàu Halleuì beRòmi scianàth מהרכ״בה *liphràtt, vecullè*. Id est

Liber Compositionis, composuit illum Grammaticus Haschenazi Germanus Rabbi Elias Leuita Romæ anno 277. numeri specialis, seù ad Aeram minorem .&c. Et ipsemet Elias in secunda Præfatione ad Librum *Masòreth hamMasòreth* quinque Libros numerat, quos Romę composuisse dicit, inter quos tertius in ordine recensetur hic Liber הרכבה *Harcheuà*. Vndè ampliùs dubitare non licet de eius vero & legitimo Auctore. Componitur itaque Romæ an. 277. iam notato, cuius symbolum est מהרכ״בה & correspondet anno Domini nostri 1517. biennio post, putà anno 1519. Pontificatus Leonis X. anno septimo excusus fuit Romæ in platea Montanara apud Ioan. Iacobum Faciottum de Montechio, vt legitur ad calcem Libri, cuius exemplar asseruatur in Bibliot. Vaticana. Non diù post Sebast. Munsterus latinitate donauit, imprimiuè curauit Ba-

פרק המינים *Pèrek hamminim, Capitulum ſpecierum.* Tractat de tredecim ſpeciebus nominum, quæ ſunt:

שם Nomen

א׳: העצם	1 *Haètzem, Subſtantiuum.*
ב׳: הפועל	2 *Happòal, Verbale.*
ג׳: דבר	3 *Dauàr, Rei.*
ד׳: התאר	4 *Hattòar, Formale, ſeù qualitatis, adiectiuum.*
ה׳: מתגבר	5 *Mittghabbèr, Superlatiuum.*
ו׳: מצטרף	6 *Mitztstarèph, Relatiuum, ſeù coniunctiuum.*
ז׳: המקרה	7 *Hammikrè, Accidentale.*
ח׳: היחס	8 *Haijàchas, Gentile, patronimicum.*
ט׳: הכלל	9 *Hacchelàl, Vniuerſale, ſeù commune.*
י׳: המין	10 *Hammin, Speciei.*
יא׳: נרדף	11 *Nirdàph, Synonymum.*
יב׳: משותף	12 *Meſciuttàph, Homonymum.*
יג׳: המספר	13 *Hammispàr, Numerale.*

& ſingillatim illa explicat.

Tertium Capitulum vocatur המדות *Hammidòth, Menſurarum,* ſeù *Modorum Nominum*; nam in eo tractat de tredecim modis, quibus ſupradicta nomina in ſuperiori Capitulo explicata variari poſſint, vel quoad numerum, perſonam, genus, vel ſpeciem: vndè tredecim *Midòth* aſſignat, quibus dilucidè omnia explanantur.

Quartum Capitulum dicitur פרק השמוש *Pèrek haſcemùſc, Capitulum ſeruitutis.* Tractat iterum de literis ſeruilibus, & aſſignat tredecim ſeruitia, quibus omnia literarum ſeruilium munia & officia ſeorſim explicat. Huiuſmodi פרקי אליהו *Pirkè Eliàu* primò excuſa fuerunt Piſauri per Typographos Soncinates Hebræos an. כ׳ו׳ 287. min. ſupput. Christi 1527. in 8. Deinde Venetijs in domo Danielis Bombergij, Impreſſore Cornelio אדיל קינד *Adil kenad* Leuita anno min. ſupput. כ׳ק׳ ט׳ט׳ לנ׳ט׳ן 306. Christi 1546. die 25. Menſis Niſan, Martij, vt in Symbolo oſtenditur. Forma 8. Prodierunt etiam Baſileæ ex Officina Frobeniana cum Munſte-

ſoluitur. Excuſus Baſileæ cum Latina interpretatione Seb. Munſteri apud Henricum Petrum, anno Domini 1539. in 8. quadrato charactere.

VIII. ספר תשבי: Sèpher Tisbì, Liber Thesbitis. Tit. ex 2. Reg. 1. 3. vbi Elias Propheta התשבי haThisbì, Thesbites vocatur. Complectitur 712. vocabula, ſecundùm valorem numericum iſtius vocis תשבי Tisbì, quorum alia partim ſunt Hebraica, Chaldaica, Arabica, Græca, & partim Latina, queque in Dictionarijs non facilè inueniuntur, & à Rabbinis in ſcriptis ſuis paſſim vſurpantur: illorum origo, etymon, & verus vſus doctè oſtenditur, & explicatur. Hunc ſecum detulit in itinere Germanico, & Iſnæ Paulo Fagio donauit, qui in Latinam linguam tranſuaſauit, & anno Domini 1541. ibidem vtroque idiomate excuſit in 4.

IX. שברי לוחות: Sciurè Luchòth, Confractiones Tabularum. Tit. Libri ſeù veriùs Tractatus Libri Maſsòreth hamMaſsòreth, quem Plantauitius num. 680. ſuæ Biblioth. Rabbinicæ pro titulo Libri ponit, reuera tamen eſt vltimus Tractatus præfati Libri Maſsòreth, inſcriptus שער שברי לוחות Sciàar ſciurè luchòth, Porta fractionum Tabularum, quia in eo tractatur de quibuſdam minutis rebus Grammaticalibus, vti ſunt Abbreuiaturæ dictionum quæ fiunt per literas initiales ר״ת Raſcè Theuòth, & נוטריקון Notarikòn, quæ ſunt Grammatices fragmenta. Poſuerat enim ſupra duos alios Tractatus, quorum primum vocauerat לוחות הראשונים Luchòth harriſcio-

ri latina interpretatione è regione textus Hebraici anno 1527. in 8.

VI. מסורת המסורת: Maſsòreth hamMaſsòreth, Traditio traditionis. Traditio Maſſoræ, quæ nihil aliud eſt, quàm traditio Doctrinæ Criticæ circa textum Sacræ Scripturæ Hebraicæ genuinæ eius lectioni conſeruandæ inſeruiens. Ibi de Auctoribus Maſſorę, Abbreuiaturis, Ænigmatibus, Signis, & Symbolis, quibus Maſſoretæ vtuntur enucleatè pertractat. Compoſita fuit Venetijs anno mundi 5298. Chr. 1538. ſecundùm quod aſſerit Ganz in ſuo צמח דוד Tzèmach Dauìd, & ſequenti anno ſcilic. 1539. ibidem excuſa apud Danielem Bombergum in 4. Et eodem anno Baſileæ per Henricum Petrum in 8. Cui vberrima acceſſit Præfatio, quæ totam Hebraicę linguæ explicat rationem, traditque ea, quæ Grammaticę hactenus deeſſe videbantur. Ex his multa latinè ſunt reddita per Sebaſtianum Munſterum, præſertim ea, quæ inexercitatum Lectorem iuuare potuerunt. Hanc etiam Buxtorfius præclaro Commentario illuſtrauit, & Operi Biblico Hebręo Baſileænſi adiunxit ſub titulo Tiberias, ſiuè Commentarius Maſſoreticus, Hiſtoricus, Didacticus, & Criticus. Baſileæ in magno folio, an. Domini 1620. Seorſim etiam ibidem excuſ. anno eodem Typis Ludouici Konig. In 4.

VII. ספר טוב טעם: Sèpher Tòu Tàam, Liber boni guſtus, Tit. ex Pſ. 119. 66. quo de Hebraicis accentibus, eruditè, & copiosè pertractat, & octo פרקים Perakim Capitulis ab-

Scholijs illustrauit, sedulaque industria ac labore in publicam lucem exposuit, ac imprimi curauit Pisauri sub Dominio Ioannis Sfortiæ an. V. Pontificatus Iulij II. apud Mosen חביב *Aben Chauiu* an. mun. 5267. Christi 1507. in 8 & Venetijs subinde excusa fuit an. mun. ש״ו 5306. Christi 1546. apud Danielem Bombergum in 8. Typographo Cornelio Adelkinad.

Circa Librum מסורת המסורת *Massòreth hammássòreth* aduertendum est, in eo nouam opinionem contineri de Punctis vocalibus, quæ consonantibus Hebraicis adduntur. Iste enim R. Elias Leuita Germanus primus omniũ Auctor fuit asserentium, puncta prædicta, quæ vocalium loco sunt apud Hebræos, à Massoretis Tiberiensibus fuisse adinuenta apud Tiberiadem Palæstinæ Vrbem, anno 436. ab euersione Templi secundi, id est Christi 504. de qua sententia quid sentiendum sit, sequenti Dissertatione ostendemus.

Dissertatio de Punctorum, seù Vocalium Hebræorum origine; & eorum in Sacris Voluminibus auctoritate.

Pauci sunt ex nostris, qui hanc Eliæ sententiam de Punctorum origine tueantur. Bellarmin. tamen Par. 1. c. 2. *Instit. ling. Hebr.* eam putat probabilem. Inter Heterodoxos, vnus est Ludouicus Capellus, qui in lib. *Arcanum punctationis reuelatum*, quem Thom. Erpenius Lugd. an-

sciouim, Tabulas priores, & secundum לוחות האחרונים *Luchòth haacharonim*; *Tabulas posteriores*. Vtramque in עשרת הדברים *Asserèth haddevarim, Decem Verba* subdiuiserat, ad instar duarum tabularum Legis; quæ denique confractæ sunt, idcircò addidit tertium Tractatum *De fractùris Grammaticalibus Massoræ* sub nomine שברי לוחות *Sciurè luchòth*.

X. עשה כמה שירות *Asià camà sciròth*. Composuit *plurimos Versus* in laudem diuersorum librorum, & Auctorum, & signanter in מקרא גדולה *Mikrā ghedolā, Biblia magna*, vti apparet in fine quarti Tomi eorundem impressionis Venetæ anno mundi ש״ב 302. min. supputat. Christi 1542. in fol.

XI. כתב כמה לקוטים על מלך המשיח *Catàu camà lekuttim al Mélech hammasciach*. Collegit omnia loca Scripturæ, in quibus Chaldæus Paraphrastes interiecit nomen *Messia Christi*, quod in Scriptura Hebraica non extabat, & hoc explicationis gratia; & in *Meturghemàn* ad radicem משח *Mesciàch* reposuit, quæ seorsim Latinè reddita fuerunt à G. Genebr. & in fine Chronologiæ Hebræorum excusa in fol. Paris. 1600. pag. 59. & ibidem apud Martinum Iuuenem anno 1572. in 8.

XII. פירוש על ספר פתח דברי *Pirùsc al sepher Pètach deuarài*, *Scholia in Grammaticam Pètach deuarài*, *Apertionis Verborum meorum*. Ita vocatur quædam absolutissima Grammatica olim in Hispania composita ab ignoto Auctore, quam è tenebris eruit,

temporibus restaurata, ac proinde visa sunt quasi tum primùm excogitata, ac tradita fuisse. Quid igitur nos circa hanc quæstionem sentiamus; sequentibus conclusionibus patebit.

Conclusio I. Non solùm tempore Mosis, sed ipsius quoque Adami aliquas vocales extitisse, quæ consonantibus adiunctæ locutioni adiumento fuerunt, & pronunciationi.

Patet, quia vix intelligi potest, quomodo loqui valeamus sine vocalibus. Cùm enim omnium linguarum genera vocales suas habere dignoscantur, quidni etiam omnium præstantissima lingua scil. Hebraica? Vocales itaque ab eius exordio habuit lingua Hebræa. An verò illæ scriptis exaratæ fuerint -

Conclusio II. Tempore Mosis non fuerunt vocales scriptis consignatæ; ita vt vel puncta, vel accentus, vel quid simile literis consonantibus pro vocalibus intermixta fuerint in Sacris Codicibus; in alijs tamen scripturis extitisse puncta, seù alia vocalium signa existimamus.

Prima pars huius assertionis probatur primò ex continuata traditione Iudæorum, qui ad similitudinem Voluminis Legis, quod Moses scripserat, scribunt, & summa religione in Armario Synagogæ asseruant, ista enim sine punctis vocalibus scribuntur; imò si cum punctis scripta fuissent פסולים *Pessulim*, *profana* censerentur, & nullius valoris, neque in Arca asseruari, neque die Sabbathi solemniter in ijs legi fas esset. Ergo Moses sine punctis vocalibus librum Le-

an. 1624. excudi fecit, acerrimè pro ea pugnat. In quo potissimùm duas Conclusiones probandas proponit; nempè -

I. Puncta Hebraica, quæ sunt loco vocalium, & accentus in textu Hebraico non fuisse à Mose adinuenta, neq; Pentateucho addita; quod idem dicendum de reliquis Sacris Scriptoribus, qui libros Hebraicè scripserunt.

II. Hanc punctationem fuisse adinuentum Massoretharum Tiberiensium, secundùm quod priùs docuerat Elias Leuita in Præfat. tertia prædicti libri *Massòreth Hammassòreth*.

Ioannes verò Buxtorfius in *Commentario Massoretico*, quod & *Tiberias* dicitur, vtramque opinionem reijcit, & mediam adinuenit, nempè; Puncta vocalium, & accentus, non à Mose, non à Tiberiensibus Textui Sacro fuisse adiecta, sed ab Ezra vnà cum Collegis Synagogæ magnæ in reditu ex Babylonia in Terram sanctam excogitata, atque consonantibus apposita fuisse, additis nominibus, quorum nomenclaturam vsque ad præsens perdurat tempus. Huic sententiæ calculum suum adijcit Leusden in *Philologo Hebræo* Dissertat. XIII. & seqq.

R. Azaria מן הארומים *Min Haadomìm*, *de Rubeis*, in מאור עינים *Meòr enàim*, *Luminare oculorum*, Parte 3. אמרי בינה *Imrè binàh*, cap. 15. putat Puncta vocalia, & accentus extitisse etiam tempore Mosis, imò ipsi linguæ Hebraicæ coæua fuisse, sed aliquando obliuioni tradita, vel per manus vulgi confusa, & deinde diuersis

calium notæ tantùm mente eſſent cuſtoditæ, & non ſcriptis etiam conſignatæ. Adde, quòd cùm ſine punctis vocalibus ſcriptura æquiuocationibus quamplurimis ſit expoſita, nimiam in ciuilibus confuſionem, & rixandi materiam peperiſſet, ac proinde populi duræ ceruicis gubernio non rectè eſſet conſultum. Igitur neceſſe eſt, aſſerere puncta vocalia etiam tempore Moſis in profanis, & non in ſacris extitiſſe Codicibus.

Sed dices, ſi tempore Moſis nulla fuerunt puncta vocalia Sacro Textui permixta, ergo Legis lectio non fuit perfecta, certa, & vniformis, quia quiſque pro lubitu ſuo illam variare, & vocales non ſcriptas pro cerebro affingere potuiſſet.

Reſpondeo. Moſen modum legendi Volumen Legis, & vocales conſonantibus addendi Iſraëlitarum Senioribus tradidiſſe *oretenus*, & illi ex quotidiano vſu loquendi, & legendi ex Textu Sacro ſine punctis, promptè, & expeditè ſine vllo prorsùs errore Legis Volumen ſine vocalibus ſcriptis legere, & alios erudire potuerunt; adeò vt vocem, exempli gratia שָׁמַיִם *ſciamàim, cæli*, à שָׂמִים *ſamìm, ponentes*, שֻׁמִים *ſciumìm, allia*, שֶׁמִּיָּם *ſcemmijàm, quod ex mari*, שֶׁמַּיִם *ſcemmàim, quòd aquæ*; ſimiliter & דָּבָר *dauàr, verbum*, à דֶּבֶר *dèuer, peſtis*, דְּבִיר *deuir, oraculum*, דִּבֵּר *dibbèr, loquutus eſt*,

דֹּבֵר

Legis ſcripſit, & Iudæis tradidit, eodem modo ſcribendum.

Secundò probatur, quia ſicuti conueniens fuit, vt populus Iſraëliticus ex Ægypto educeretur, atque contra tam varias multipliceſque gentes tot, tantaque prælia committeret, vnum Ductorem, & Superiorem habere, vti fuit illi Moſes, ſic neceſſe erat, vt Religio Diuina in popolo Idololatriæ propenſiſſimo conſeruaretur, quod idem populus Sacerdotibus, & Maioribus in rebus ſacris ſubiectus eſſet, quę ſubiectio facilè declinata fuiſſet, ſi quiſque etiam idiota ſine Magiſtro & Directore Legem, & ceremonias addiſcere ex ſe poſſet; vnde decentiſſimum fuit Sacros Codices ſine punctis exarare, & ea tantùm forma quà peritiores doctioreſque legere, & ſcribere ſolent, ſcriptos cuſtodire, ad hoc vt populus pro ijs intelligendis ad Maiores ſuos confugeret. Ergo in ſacris Codicibus puncta vocalium tempore Moſis expreſſa non erant.

Quòd autem tunc fuerint huiuſmodi vocalium ſigna alijs Scripturis ciuilibus, & non ſacris; manifeſtum fit tum ex ijs, quæ in ſuperioris Concluſionis probatione attulimus; cùm quia perfecta non fuiſſet lingua Hebraica, niſi vocum omnium, ſonorum, & prolationum notas habuiſſet, ad inſtar omnium aliarum linguarum, quæ vel vocales literas habent, vel puncta, & notas literis appoſitas pro vocalibus adhibent, neque ſufficienter prouiſum eſſet linguæ conſeruationi, ſi huiuſmodi vo-

in בית ישראל *Beth Israèl* pag. 79. n. 37. his verbis:

אמר רבא הני תרי מקרי דרדקי חד גריס ולא דייק וחד דייק ולא גריס מותבינן חהוא דגריס ולא דייק מאי טעמא שבשתא ממילא נפקא ורב דימי מנהרדעא אמר מותבינן חהוא דדייק ולא גריס מאי טעמא שבשתא כיון דעל על דכתיב ששת חדשים ישב שם יואב וכל ישראל עד הכרית כל זכר באדום כי אתא לגבי דוד אמר ליה מאי טעמא עבדת הכי אמר ליה דכתיב תמחה את זכר עמלק אמר ליה והא אנן זכר קרינן אמר ליה לדידי זכר אקריון אזל שייליה לרביה אמר ליה היכי אקריתן אמר ליה תמחה את זכר עמלק שקל ספסירא ובעא למקטליה אמר ליה אמאי אמר ליה דכתיב ארור עושה מלאכת יהוה רמיה אמר ליה שבקיה להחוא גברא וליקים בארור אמר ליה הא כתיב ארור מונע חרבו מדם איכא דאמרי קטליה ואיכא דאמרי לא קטליה :

Amar Rauà annè therè makrè dardekè. chad gharès velà daijèk, vechàd daijèk velà gharès muthuinàn hahù de gharès velà daijèk, maè tàamà? Scibbescetà mimilà naphkà. VeRau Dimì miNardeàh àmar muthuinàn hahù dedaiek velà gharès, maè taamà? Scibbescetà, cheuàn daal al, dichtiù chi scèsceth chodascìm iasciàu sciàm Ioab vecòl Israèl, ad hichrìth col-zachàr beEdòm. Chi athà legabè Dauid àmar lè, ma taamà auàdtha hachi? Amar lè, dicthiù Timchè eth zachàr Amalèk; àmar lè vehà anàn zècher karenàn, àmar le, ledidè zachàr akreùn, azàl sciliàh leRabbè, àmar le, hachì akretùn, àmar le, Timchè eth zècher Amalèk, seckàl saphserà, vuàa lemikttelè, àmar lè, ammà, àmar le dichtiu. Arùr osè melècheth Adonai remijah, àmar le, sciaukè lehahù gaurà,

דֹּבֵר *douèr, loquens,* דִּבֻּר *dabbùr, dictum,* דְּבֹר *deuòr, loqui,* דַּבֵּר *dabbèr, loquere;* & שְׁלֹמֹה *Scelomòh, Salomon* (si in Lege extitisset) à שְׁלֵמָה *Scelemà, perfecta,* à שִׁלֻּמָה *scelumà, retributio,* & à שַׂלְמָה *salmàh, vestimentum,* sine vllo æquiuocationis periculo optimè distinguere valerent. Non tamen negamus fieri potuisse ex aliquo accidenti, vel negligentiæ, vel incuriæ, vt aliquis alium malè doceret, & ita sinistrè edoctus Legem incongruè explicaret, vt accidit in Ioab, qui voluit occidere, vel occidit Præceptorem suum, eo quia ipsum legere docuerit locum illum Deuter. 25.19. תמחה את זָכָר עמלק *Timchè eth ZACHÀR Amalèk, delebis masculum Amalec,* cùm potiùs debuisset illum docere legere זֵכֶר *Zècher, memoriam.* De tali occisione à Ioab perpetrata legitur libro 1. Regum capite 11. 15. *Cùm enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab Princeps militiæ ad sepeliendum eos, qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israèl, donec interimeret omne masculinum in Idumæa)* &c. Miratur Dauid cur ita fecisset Ioab. Cuius rei causam reddit Ioab, vt legitur in Talmud Cod. בבא בתרא *Bauà Batrà* cap. 2. pag. 21. col. 1. circa fin. Et huiusmodi narratiuncula refertur etiam

minem, ut incurrat in maledictionem. Respondit (Ioab) *Immò, & scriptum est: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Ibidem. *Aliqui dicunt, quòd occiderit ipsum; alij verò dicunt, quòd non occiderit.* Hunc locum inter cœteros adducit Elias Leuita ad probandum nulla puncta vocalia tunc temporis fuisse in Sacris Codicibus affixa; quia si extitissent, de facili Ioab ex seipso potuisset se corrigere, neque necesse fuisset recurrere ad Præceptorem.

Instat R. Azaria. Immò ex hoc conuincitur, vocalia puncta tunc extitisse, quia sciebant Præceptores quomodo, & quibus cum punctis legenda esset Scriptura; nam Præceptor malè non legit locum adductum, sed non attendit ad discipulũ Ioab quando repetijt lectionem, & malè legit זָכָר *zachàr masculum*, pro זֵכֶר *zècher memoriam*; secundum quod etiam interpretatur הרשב"א *Harischà*, id est R. Salomon Ben Adràth, seù Addèreth,

אמר ליה זֵכֶר כסגול כך פירשו המפרשים שהמלמד לא פשע בקריאתו אלא בהשגחתו שלא השגיח עליו כשהוא תועה ומחליף קריאתו׃

Àmar lè זֵכֶר *ZECHER beSegòl, càch parèsciù hammePharescìm, scehammellamèd lo pasciàa bekiriathò ellà behasgachathò alàu, chescehù thoèh chalèph keriathò.* Id est

Dixit ei (Præceptor) זֵכֶר *cum* (ֶ) *Segòl: ita exposuerunt Commentatores, nempè, quòd Præceptor non defecerat dum ipse legerat, sed imprudenter* (egit) *dum*

T

rà, velikùm bearùr; àmar lè, a chetiu. Arùr moneàh charbò middàm? Iecà deamrè kattalè, veiccà deamrè la kattalè. Id est

Dixit Rauà, Erant duo Præceptores puerorum, vnus (benè) *legebat, & non attendebat* (ad pueros), *& alter attendebat* (ad pueros) *& non* (benè) *legebat, stare faciant illum,* (eligatur ille) *qui legit, & non attendit* (ad pueros). *Et cur hoc? Quia error ex sermone egreditur. At Rau Dimi de Nardehà dixit, stare faciant illum, qui attendit* (ad pueros) *& non legit. Quia error quando ingressus est, ingressus est, quandoquidem scriptum est* 1. Reg. 11. 15. *Quoniam sex mensibus mansit ibi Ioab, & omnis Israël donec exterminaret omnem masculum in Edom. Cùm veniret* (Ioab) *coram Dauid, dixit ipsi Dauid: Quæ est causa, quod sic fecisti? Respondit* (Ioab) *Quia scriptum est: Delebis* אֶת זָכָר *ETH ZACHÀR MASCVLVM Amalèk*, Deuter. 25. 19. *Dixit* (Dauid) *Sed ecce nos legimus* זֵכֶר *ZECHER MEMORIAM Amalèk. Respondit* (Ioab) *Ego* זָכָר *ZACHAR MASCVLVM lego: abijt statim ad Præceptorem suum, aitque: Quomodo legitis? Respondit* (Præceptor) זֵכֶר *ZECHER MEMORIAM. Arripuit* (Ioab) *gladium, vt eum occideret. Dixit* (Præceptor) *Cur hoc? Respondit* (Ioab) *Eò quòd scriptum sit: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*, Ierem. 48. 10. *Dixit* (Præceptor) *Dimitte istum ho-*

& accentus, quibus hodie ornantur Sacri Codices, non fuerunt adinuenta à Massorethis Tiberiensibus; est contra Eliam Leuitam Germanum, qui (vt suprà notauimus) in tertia Præfatione Libri sui *Massòreth ham-Massòreth* omnium primus hanc opinionem de punctis vocalibus adinuenit, cuius originem & adinuentum, Tiberiensibus Massorethis attribuit anno 436. ab incensione secundæ Ædis, Christi 503. quam sequitur Capellus supra citatus; eamque probabilem censet Bellarminus in Institution. linguæ Hebraicę cap. 2. *de Punctis*. Nostra tamen sententia, quæ communis est, & ab omnibus defenditur, tam à Christianis Doctoribus, quàm à Iudæis, Probatur

I. Quia puncta vocalia ante Massorethas Tiberienses extiterunt, ergo illorum adinuentum non fuit. Probatur antecedens. Talmud Babylonicus præcessit Tiberienses, saltem quoad eius initium (cœptum enim est hoc opus à Rau Ascè, qui Tiberienses Massorethas pręcessit plusquá centum annos, vt videbimus in Rau Ascè). At in Talmude Cod. נדרים *Nedarim De Votis* cap. 4. pag. 37. ferè expressè de punctis & accentibus fit mentio, ibi enim disputant Talmudistæ, num pro mercede liceat docere Legem? Et Respondet Rabbi יוחנן *Iochanàn*, licere accipere שכר פיסוק טעמים *Sechàr pisùk taamim*, *Mercedem pro pausis accentuum* docendis. Glos. Rasci שמלמדו ניקוד וטעמים *Scemelamedò nikùd vtaamim*, *Quia docet ipsam punctationem, & accen-*

tus.

dum non aduertit (Ioab) *errantem, & permutantem lectionem suam*. Sed ex hoc commento non soluitur argumentum Eliæ. Esto, quòd non errauerit Præceptor dum hunc locum legerat, quia benè sciebat quas vocales sub consonantibus huius vocis זכר affigere debuerat, & quòd non attenderat dum Ioab errauerat, aliter legendo, quàm oportebat: nihilominùs si punctis vocalibus vestitus fuisset Sacer Textus, ipse Ioab benè animaduertere potuisset, vel in schola, vel domi, quibus punctis illa dictio זכר ornata fuisset, neque pro solutione difficultatis necesse erat recurrere ad Præceptorem. Vnde argumentum Eliæ ex hoc loco Ghemaræ petitum, adhuc in robore est.

Dices, Fortassis Ioab memoria non benè tenuisse puncta illa vocalia, ac proinde non discernisse inter ָ Kamètz, & ֶ Segòl.

Respondeo, Verosimile non esse, eum qui totum Volumen Legis legere sciebat, nesciuisse quinque puncta vocalia (si tunc extitissent) quæ sub prima puerorum institutione addiscuntur, sine quibus, pueri vix vnam, aut alteram vocem legitimè legunt. Non erant igitur tunc temporis puncta vocalia in Sacro Codice, ad quæ respicere non potuit Ioab, & idcircò, id quod semel ab incauto Præceptore audiuit, memorię mādauit; vel quod semel ipse coram Præceptore malè legerat, neque ab eo correptus fuerat, quia non attenderat, memoria semper retinuit.

Conclusio III. Puncta vocalia

Taamè Thorà; neghinòth taamè, mikrà scelThorà, Neuiim, Vctuuim, ben benikùd scel sèpher, ben behaghaboàth kol; vecullè. Id est

Accentus Legis; Cantus accentuum, nempè Scripturæ Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, tam in punctatione libri, quàm in eleuatione vocis. Ergo auctoritate Talmudis, quæ irrefragabilis est apud Iudæos, accentus, & puncta extabant tempore Talmudistarum, ac proinde priusquam Massorethæ Tiberienses fuissent in mundo. Et aduertendum, hanc sententiam de non tergendis sordibus manu dextera ob eandem causam, scilicet *ob honorem accentus Legis, quia ea monstrantur*, esse etiam R. עקיבא *Akiba*, vt ibidem post aliam lineam ijsdem prorsùs verbis habetur; nam postquam dixerat Rabbi Eliezer מפני שאוכל בה *Mippenè sceochèl babà, Quia ea comeditur.* Et R. Iosue, מפני שכותב *Mippenè scecothèu, Quia ea scribitur.* R. Akiuà subiunxit, מפני שמראה בה טעמי תורה *Mippenè scemarè babà teamè Thorà, Quia ea monstrantur accentus Legis.* At R. Akibà claruit tempore Adriani Imperatoris, à quo & interfectus fuit circa annum Domini 136. vt videbimus in R. Akibà. Ergo accentus in Lege reperiebantur ante Massorethas Tiberienses an. 367. ad minus. Pro *Lege*, intellige *Codices particulares, & profanos*, in quibus pueri addiscebant legere in Scholis, quorum accentus, & puncta à Præceptoris indice indigitabantur, non verò *Volumen Legis sacrum*, quod in Arca sacra Synagogæ asseruabatur situs. Ergo actualis punctatio existere debuit, alioquin ille doceri non potuisset. Ergo puncta fuerunt ante Massorethas Tiberienses.

II. In eodem Cod. ברכות *Berachòth, De Benedictionibus*, פרק *Pèrek* הרואה *Harohè, Ille qui videt*, cap. 9. pag. 62. disputant Rabbini, qua manu (condonandum est Rabbinicæ modestiæ) tergendus sit podex? Et concludunt אין מקנחין בימין אלא בשמאל *En mekanechìn bimìn, ellà bismòl, Non abstergunt se manu dextera, sed sinistra.* Et cur id fiat, varias rationes afferunt. Rauà dixit: מפני שהתורה ניתנה בימין *Mippenè scehaThorà nithenà bimìn, Quia manu dextera data est Lex*, Deuter. 33. 2. מימינו אש דת למו *Miminò esc dath làmo, A dextera eius ignea Lex eis.* Rabbà Bar bar Channà dixit: מפני שהיא קרובה לפה *Mippenè sce hi keruuà lephè, Quia ea propior est ori.* R. Scimhòn ben לקיש Lakisc dixit: מפני שקושר בה תפילין *Mippenè scekoscèr bàba Thephillìn, Quia ea alligantur Thephillin*, id est *Oratoria schedula*, quę in brachio sinistro alligantur. Sed ad propositum nostrum, Rau Nachman Bar Isaach dixit: מפני שמראה בה טעמי תורה *Mippenè scemarè bàba teamè Thorà, Quia ea monstrantur accentus Legis.* Vbi Salomon Iarchi pro voce illa (Legis) intelligit totam Sacram Scripturam, & pro (accentus) punctationem, & cantum. Ibi enim ita ait:

טעמי תורה נגינות טעמי מקרא של תורה נביאים וכתובים בין בניקוד של ספר בין בהגבהת קול וכו׳:

Hoc argumento certè conuinceretur Elias Leuita, & ij, qui cum eo sentiunt de nouitate punctorum vocalium, si de antiquitate huius Libri Zohàr in dubium non vocaretur; at quia probabile est, hunc Librum, non à Simeone Ben Iochai, sed ab alio iuniore Rabbino compositum fuisse, vt in R. Simeon Ben Iochai videbimus, idcircò, quæ de antiquitate punctorum ex auctoritate huius Libri allata sunt, suspecta redduntur; sed non ob id vndiquaque argumentum elumbatur, sed ad summum ea auctoritate nō probatur, puncta vocalia, & accentus tum temporis, ea nomina habuisse, quæ hodie etiam habent. Secundùm tamen opinionem eorum, qui dicunt, Verba, quæ in Zòhar Ierosolymitana dialectu leguntur, esse R. Simeonis Ben Iochai, vt in *Scialscèleth hakab.* pag. 31. b. in fin. cùm supradicta verba citata, sint eiusdem dialectus, sequitur, argumentum allatum adhuc infirmatum non esse, sed persistere in sua vi, & virtute.

Aliud argumentum de antiquitate punctorum, & accentuum afferri potest ex auctoritate Nechuniæ Ben Hakanà Auctoris Libri בחיר *Bahir*, quam refert R. Azaria de Haadumìm in אימרה בינה *Imrè binà* cap. 59. pag. 179. b. ex R. בחיי *Bechai* פרשה *Parascià* בשלח *Bescialàch*, Exod. 13. 17. his verbis:

דמין נקודתא באתותא דאוריתא דמשה כנשמתא דחיי בנופא דאניש ׃

Damìn nekudathà baathothà deoraithà de Mosce, chenismathà dechaijè beghu-

ne punctis & accentibus, vt in II. Conclusione dictum est.

R. etiam Simeon ben Iochai, qui discipulus fuit R. Akibæ circa annum Domini 110. in suo libro זוהר *Zohàr*, non tantùm punctorum vocalium meminit, sed iisdem prorsùs nominibus vocat, ac hodie nominantur. Sectione בראשית *Berescit*, cap. 4. 1. והאדם ידע את חוה אשתו *VehaAdàm iadàh eth Chauà iscthò, Adam verò cognouit Vxorem suam Heuam.* pag. 38. col 4. num. 40. & 50. impressionis Cremonensis an. ש"יט 319. Christi 1549. in fol. de Sephiris Cabalisticis loquens, puncta vocalia illis attribuit his verbis:

דא אשתמודע בנקודין דאוריתא בההוא זמנא דדפיק בנקודות הרא ׃ אי איהי לתתא איהו חי"רק ואי איהי לעילא איהי חל"ם קוצא דאת י' כד איהי באמצעיתא איהי שו"רק כד אינון תלת כחדא אינון סגו"לתא ואינון שלשלת ואינו שורק ואינו סג"ול ׃

Da esctèmodàa benekudìn deoraithà behahaù zimnà dedapèk benekudòth chadà. I ij lethethà. ihù CHI'RIK; Vei ihì leelà ihù CHO'LEM kotzè deàth Iod. Chàd ihì beemtzaithà ihù SCIV'REK; Chàd inùn telàd chechadà inùn SEGOLTHA'; veinùn SCIALSCE'LETH, veinà SCIV'REK, veinò SEGO'L. Id est

Hæc est notitia punctorum Legis ex illo tempore, quòd si educatur vnico puncto, & sit infernè, erit CHI'RIK: si supernè, erit CHO'LEM, apex literæ י Iod: si in medio, erit SCIV'REK: ista tria puncta si fuerint vnita, erunt SEGOLTHA': erunt SCIALSCE'LETH, erunt SCIV'REK, & erunt SEGO'L.

במקרא זה פיסוק טעמים ואמרי לה אלו המסורות׃

A'mar Ràu Chananèl, àmar Ràu maè dictìu: Vaikreù basèpher beThoràth haElohìm mephoràsc: Vesòm sèchel. Vaijauìnu bemikrà. Vaikreù basèpher Thoràth Elohìm, ze Mikrà: Mephoràsc, ze Targùm: Vesòm sèchel, ellu happassukìm: Vaijauìnu bemikrà, ze Pissùk Taamìm: veamrè làa, èllu ham Massoròth. Id est

Dixit Ràu Chananèl, dixit Ràu, Cur scriptum est: Nehem. cap. 8. 8. *ET LEGERVNT IN LIBRO IN LEGE DEI EXPOSITI, ET PONENDO INTELLECTVM, ET INTELLEXERVNT IN LECTIONE? Resp. ET LEGERVNT IN LIBRO, IN LEGE DEI, id est in libro Scripturæ Sacræ: EXPOSITI, intelligit Targum. ET PONENDO INTELLECTVM. Isti sunt Versus* (Scripturæ) *ET INTELLEXERVNT IN LECTIONE. Istæ sunt pausæ accentuum; & alij dicunt: Hæ sunt Massoræ.* Ex hoc loco colligitur, quòd dum Ezra super suggestum Volumen Legis Sacrum scriptum sine vlla interpunctione, versuum, & accentuum distinctione, legerat coram populo, nihilominùs omnes perceperunt, & intellexerunt verba Legis Hebraicè scripta; quia Leuitæ, Iosuè, & Bani cum reliquis vers. 7. eiusdem cap. 8. Nehemiæ nominatis, vulgari lingua, Chaldaica scilicet, interpretabantur ex Libro peculiari, quem vnusquisque versiculis distinctum, & punctis vocalibus, ac accentibus exornatum, apud *ghuphà deanìsc*. Id est

Similia sunt puncta in literis Legis Mosis, vti est anima vita in corpore hominis. Nechunia Ben Hakanà antiquissimus est Auctor inter Iudæos, & aliqui existimant præcessisse Natiuitatem Domini. Ergo cùm huiusmodi Auctores, Talmud scilicet, R. Akibà, & Nechunia ben Hakanà (relinquo enim Simeonem ben Iochai discipulum R. Akibæ) tot seculis Tiberienses Massoretas præcesserint, & punctorum, atque accentuum meminerint; restat, vt puncta prędicta ante Tiberienses extiterint, ac proinde à Tiberiensibus Massoretis non fuerint inuenta.

Conclusio IV. Cùm puncta vocalia, & accentus literarum Hebraicarum ante aduentum Domini scripta extiterint, & consonantibus intermixta etiam in omnibus libris Canonicis Hebræorum (excepto Volumine Sacro in Arca sancta seruato) hanc consuetudinem punctandi libros sacros, præcipuè Pentateuchum Mosis priuatim legendum, ab Ezra Protoscriba originem habuisse asserimus, & ab אנשי כנסת הגדולה *Anscè chènèseth hagghedolà, à Viris Synagogæ magnæ*, per continuatam traditionem vsque ad nostra tempora peruenisse. Probatur

I. Auctoritate Talmudis Codice נדרים *Nedarim, De Votis*, cap. 4. pagina 37. b.

אמר רב חננאל אמר רב מאי דכתיב ויקראו בספר בתורת האלהים מפורש ושום שכל ויבינו במקרא ויקראו בספר תורת אלהים זה מקרא מפורש זה תרגום ושום שכל אלו הפסוקים ויבינו

Vesòm sèchel, èllu hapassukìm nekudòth hammepassikòth ben pasśùk lepasśùk. Id est

Et ponendo intellectum, isti sunt versus punctati, distinguentes inter versum & versum. Ita vt huiusmodi puncta duo munia obirent, vt & consonantibus atque mutis elementis vocem darent, & versiculorum indicarent distinctionem, quod neutiquam præstare potuissent, nisi aliqua nota, figura, vel lineolæ, vel puncti insignita forent. Quod idem intelligendum est de טעמים *taamìm, Accentibus*, pausam distinguentibus, qui itidem etiam in cantu adhiberi potuissent si prisci Iudęorum Magistri illis vti voluissent, vti notauit Rasci suprà ad II. Arg. III. Conclusionis. Vnde necessariò sequitur, quòd etiam accentus aliqua figura, seù lineola, aut puncto pingi tunc temporis necesse erat. Ergo puncta, & accentus tempore Ezræ, vel ab ipsomet, vel à quocunque alio primò delineari cœptum est. Idem habetur in Talmud Ierosolymitano Cod. מגלה *Meghilà* cap. 4. pag. 74. col. 4. paulò post medium.

Quæres I. Quibus figuris, & nominibus fuerint insignita vocalia puncta, & accentus tempore Ezræ? Resp. Si traditioni, continuata, & nunquam interrupta serie à maioribus ad posteros transmissæ standum sit, vtique vltrò fatendum, easdem prorsùs habuisse figuras, & nomina tunc temporis, ac hodie habent. Certè quoad figuras, si prospiciantur antiquissimi Codices punctati, quibus

apud se habebat. Hoc, non segniter innuitur etiam à Vulgata ibidem, vbi ijdem *Leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam Legem: & legerunt in libro Legis Dei distinctè*, id est in Scriptura Sacra priuata, in libro distincto & speciali. *Et apertè*, id est in *Targum* Paraphrasi Chaldaica plebi magis aperta, & vulgari, *ad intelligendum*, id est omnes versiculos Scripturę distinctos; *& intellexerunt cùm legeretur*, ob distinctam punctorum vocalium, & accentuum, consonantibus additionem, atque notitiam, qua media, idiotæ omnes, & linguæ Hebraicæ ignari (vti erat promiscua vulgi multitudo) benè intellexerunt cùm Legis Dei Volumen legeretur. Ergo ab Ezra Protoscriba, & Viris Synagogæ magnæ punctatio Librorum Sacrorum, & pręcipuè Pentateuchi Mosis priuatim legendi, originem habuit. Hinc habes etiam veram originem Paraphrasis Chaldaicæ.

Dices, Verba Ghemaræ

ושום שכל אלו הפסוקים ויבינו במקרא זה פיסוק טעמים׃

non intelligi de punctis, & accentibus, sed de distinctione versiculorum, & pausis. Resp. Verum esse ita intelligi, sed sub פסוקים *Pesśukìm Versiculis*, etiam puncta, & sub פיסוק טעמים *Pisśùk taamìm, Pausis accentuum*, etiam cœtera accentuum genera intelligimus cum R. נסים Nisśìm ad hunc locum:

ושם שכל אלו הפסוקים נקודות המפסיקות בין פסוק לפסוק׃

ni, rebus Iudaicis ad interitum ruentibus. Vnde parum soliciti fuerunt prisci illi Rabbini post desolationem Sacræ Ædis de punctis vocalibus, & accentibus, vtpotè magis ad vulgum quàm ad Sapientes pertinentibus; totis viribus sartam tectam oralem Legis Diuinę interpretationem, & Textum sacrum consonantibus tantùm expressum, & in Arca Sacra asseruatum, illibatum ab omni mutatione conseruare insudarunt. Hinc ortæ sunt controuersiæ in Babylonia inter Ben Asser, & Ben Nephtali circa Textum Sacrum, nempè circa literas, & dictiones plenas, vel vacuas קרי כתיב *Keri chetiu*, & huiusmodi. Post quos sequuti sunt Doctores Tiberienses, qui itidem circa Massoram, id est criticam Sacri Textus animaduersionem, tùm quoad voces, quàm quoad puncta, & accentus diligentissimè versati sunt; itaut nonnulli doctiores Rabbini, vti Abraham Aben Ezræ scriptum reliquerit in ספר צחות *lib. Tzachùth* pag. 138.b.

כן מנהג חכמי טבריא כי מהם היו אנשי המסורת ואנחנו מהם קבלנו כל הניקוד.

Chèn minhàg chachmè Teuarià, chi mehèm haijù Anscè hamMassòreth, veanàchnu mehèm kibbàlnu col hannekùd. Id est

Ista est consuetudo Sapientum Tiberiadis; ex ipsis enim fuerunt Viri Massorethæ, & nos ab eis omnem punctationem accepimus. Non quòd Massorethæ isti fuerint Auctores Massorę, & punctationis, sed quòd, cùm fuissent versatissimi circa Massoram, & punctabus satis abundat Bibliotheca Vaticana, in ijs nulla, aut ferè nulla apparebit diuersitas in punctatione. Quoad nomina, præter traditionis argumentum, facit etiam satis ipsa nomina punctis, & accentibus indita, quæ omnia cùm Chaldaica sint, vel Syriaca, vulgo admodum apta fuerunt (vtpotè illorum significatum à figura, aut à valore petitum, tunc temporis in populo, & plebe notissimum) vt ab omnibus intelligerentur, in quorum gratiam huiusmodi puncta, & accentus ab Ezra instituta sunt.

Quæres II. Quam auctoritatem habeant huiusmodi puncta vocalia, & accentus, quibus insigniti sunt Sacri Codices, an Diuinam, vel humanam? Resp. Cùm huiusmodi puncta instituta fuerint ad commodum, & vtilitatem vulgi, ne in difficultatibus, quæ crebrò occurrebant in lectione Sacrorum Codicum, sine vocalibus ancipites hærerent, quæque adeò genuino sensui Sacræ Scripturæ correspondebant in principio punctationis ab Ezra, & Concilio Synagogæ magnę factæ; Autographum illud, vtpotè à Spiritu Sancto inspiratum, & quotquot exemplaria ab eo exscripta diligenter fuerant sine vllo errore in dogmatibus Fidei, Fidem Diuinam habuisse credendum est. At postea, cùm huiusmodi puncta ex incuria Librariorum ita deturpata fuerint, vt vix priorem faciem quis in eis agnosceret, Fidem Diuinam amisisse existimamus, præsertim post mortem Domi-

tem homines profani quamuis docti, extra Ecclesiam existentes auctoritatem Diuinam punctis attribuere, quæ pro ipsorum libidine mutata, aut innouata fuere, quamuis nihil in ijs contra fidem, reperiatur. Adde, quòd etiam ipsi Iudæi diuinam auctoritatem non attribuunt punctis vocalibus, & accentibus, quia ad rem sacram non pertinere existimant: cùm enim mercedem pro docenda Sacra Scriptura recipere prohibeant (rem enim sacram apud ipsos quoque temporali pretio commutari nefas omninò est) permittunt tamen mercedem recipere pro docendis punctis, & accentibus, vt suprà visum est in II. Argumento III. Conclusionis. Ergo puncta, & accentus non æquiparantur Sacræ Scripturæ, sed inferioris sunt ordinis, humanæ videlicet non Diuinę auctoritatis. At

Dices, Si puncta vocalia Sacræ Scripturæ Hebraicæ auctoritatem diuinam non habent, cùm tota Scripturæ intelligentia his punctis vocalibus innitatur, nam sine illis tanquam truncus sine motu, & cadauer sine anima Scriptura existimetur; literę enim corpori, puncta verò animæ comparantur, vt refert Bechai פרשה *Parascià* וירא *Vaierà* pag. 26. col. 4. circa medium, vbi ait:

נמשלו האותיות לגוף והנקודה לנשמה כי
הנקודות מניעות האותיות כמו שהנשמה מניעה
את הגוף כמו שפרשו רבותינו ז״ל בספר הבהיר
רמין נקודתא באתוותא דאורייתא דמשה כנשמתא
דחיי בגופא דאניש וכן אמרו במסכת מגילה ושום
שכל זה הנקוד׃

Nim-

ctationem, vtramque restituerunt, & posteris consignarunt, quæ hodie vtcunque apud Iudæos conseruatur, sed propemodum infinitis scatens mendis. In corrigendis etiam Sacris Voluminibus Legis tam in Armario Synagogæ asseruandis, quàm priuatim legendis cum punctis omnem industriam, & diligentiam adhibuerunt, vndè secundùm aliquod istorum exemplar, cœtera ad limam reuocare consueuerunt Scribæ, & Librarij Synagogarum. Hinc idem Aben Ezræ testatur, se vidisse aliquot ex his exẽplaribus diligentissimè correctis, & emendatis. Verba illius פרשה תרומה *Parascià Therumà* cap. 25. Exodi ver. 31. ad explicationem vocis תיעשה sunt:

ראיתי ספרים שבדקום חכמי טבריא ונשבעו
חמשה עשר מזקניהם ששלש פעמים הסתכלו כל
מלה וכל נקודה וכל מלא וכל חסר ומצא כתוב
יו״ד במלה תיעשה ולא מצאתי ככה בספרי ספרד
וצרפת ומעבר לים׃

Raithi sepharim scebedakùm chachmè Teuarià, venischbàau chamiscià assàr mezìknehèm scescelòsc peamim histachelù col millà, vecòl nekudà, vecòl malè, vecòl chaser. vecullè. Id est

Vidi libros, quos perscrutati sunt Sapientes Tiberiadis, & iurarunt quindecim ex senioribus eorum, quòd tribus vicibus considerarint omnem dictionem, & vnumquodque punctum, & singulas voces plenas, & defectiuas. &c. Itaque illorum industria fuit circa correctionem vocum, & punctorum, quæ iam extabant, non poterant au-

signatis vocalibus punctis, vel lineis legere nesciunt; at respectu Doctorum, & Magistrorum, qui naturas consonantium, vocum, & sensus cohærentiam benè intelligunt, ipsæ consonantes, & voces, sibi ipsis sunt anima, & corpus, respectu diuersorum; quando enim sine vlla motione intelliguntur, sunt tamquam corpus inanimatum, quando verò cum motione, quæ oritur ex naturali connexione consonantium inter se, docti Magistri ore prolata intelliguntur, reuera sunt tamquam corpus animatum: vndè hoc modo Sacra Scripturas sine punctis intelligitur esse perfecta, & non mutila, alioquin Sacra Volumina Legis in Synagogis asseruata tanto honore & reuerentia à Iudæis essent Volumina imperfecta, truncata, mutila, cadauera putrida, vno verbo, nullius valoris: quod idem dicendum esset de Archetypo Legis Volumine à Mose sine punctis exarato, quod nil aliud esset, quàm Pentateuchum Mosis de medio tollere, ac proinde totam Sacram Scripturam negare.

Instabis iterum, Si puncta vocalia, & accentus Sacræ Scripturę intermixta, nullam auctoritatem Diuinam habent, ergo pro lubitu cuiusque mutari poterunt, vel etiam omninò tolli.

Resp. Cùm huiusmodi puncta ab Ezra, & viris Synagogæ magnæ habuerint initium, qui totam Ecclesiam in Synagoga repręsentabant, quamuis tractu temporis ob varia accidentia, calamitates, deportationes, &

V mi-

Nimsciàlu haothiòth leguph, vehaunekudàh lenescemà, chi hannekudòth menioòth haothiòth chemò scehannesciamà meniàa eth hagghuph, chemò scedaresciù Rabbothènu zichronàm liurachà besepher Habbahir, damian nekudathà beathùuathà deoraithà deMoscè, chenismethà dechaijè beguphà deenisc. Vechèn amerù bemassècheth Meghillà, vesum sechel, ze hannekùd. Id est

Comparantur literæ corpori, & puncta animæ: quoniam puncta mouent literas non minùs ac anima corpus, sicut explicarunt Magistri nostri b. m. in libro Bahir. Talia sunt puncta cum literis Legis Mosis, qualis est anima vitæ in corpore humano: sic quoque dixerunt in Tractatu Meghillà; & ponendo intellectum, (Nehem. cap. 8. 8.) *ista sunt puncta.* Ergo si puncta diuinam auctoritatem non habent, multò minùs, & literæ illam habebunt.

Respondeo negando consequentiam. Quia puncta non sunt partes essentiales totius Sacræ Scripturæ, sed tantùm accidentales, quibus sublatis, integer remanet Textus Scripturę.

Sed regeres, Scriptura sine punctis assimilatur corpori sine anima, ex Bechai loco citato. Sed anima est pars essentialis totius compositi, ergo & puncta erunt pars essentialis totius Sacræ Scripturæ. Resp. Similitudines varias exceptiones recipere, vndè vulgò dicuntur, claudicare centum pedibus. A Rabbinis autem puncta assimilantur animę in ordine, seù respectu Idiotarum, qui sine de-

à Masforethis annotatæ fuerint, neque in illis aliqua diuersitas in sensu appareat, vt indè oriatur aliquod dogma falsum, aut perniciosum in fide; imò sensus, vel ad idem recurrit, vel nouum aliquod mysterium ex illa lectione elici potest; cuius rei sit exemplum in Psal. 22. ver. 17. Nos legimus, *Foderunt manus meas, & pedes meos*. pro (*foderunt*) in Hebræo est כארי *Caari*, *sicut Leo*, hunc locum deprauatum fuisse in odium Christi Domini crediderunt nonnulli, quod mihi persuasum esse non potest; quia si maligno animo hæc mutatio facta fuisset, occultassent vtique illam Iudæi, sed cùm ipsimet fateantur in aliquibus Codicibus probè emendatis inueniri כארו *Caarù*, *foderunt*, non est sinistrè suspicandum de fide Librariorum, sed potiùs de illorum incuria in exscribendis Libris Sacris. Rabbi enim Iacob ben Chaijm, qui Massoram in fine quarti Tomi magnorum Bibliorum ordinauit, super vocem אר hanc Massoram affert:

כארי ד׳ ב׳ קמצין וב׳ פתחין וסי׳ כרע שכב כארי: שויתי עד בקר: קשר נביאיה כתוכה: כארי ידי ורגלי:

CAARI', Arbaà. Scenàim KAMETZI'N. Vscnàim PETACHI'N; vesimànam. Caràa sciachàu CAARI'. Sciuìthi ad bòker CAARI': Kèscer Neuièah betochà CAARI' iadài, veraglài. Id est

Hæc dictio כארי *CAARI', QVASI LEO, quatuor* (in locis Sacræ Scripturæ reperitur) *bis cum* ֶ *Kamètz, totidemque cum* ַ Patàch. *Primò cum* Pa-

miserias, quas passi sunt Iudæi, maximè Synagoga sepulta, incuria etiam Librariorum, & eorum, qui scire aliquid putabant, puncta immutata, & variata extiterint, ita vt à viris doctissimis Tiberiensibus in ea manū apponere, necessum fore existimarint, deformatam faciem exornare, nitoremq; quamuis non pristinum restituere Sacris Codicibus attentarint; non ideò licitum esset hodie temerario ausu, aliquid in punctis innouare, aut tantillum attingere, sed religiosè conseruare, quæ ab antiqua & veneranda senectute accepimus fide humana. Tolli autem omninò à Sacris Codicibus puncta nullum piaculum committi, etiam ipsi Iudæi fatentur, cùm passim Sacra Scriptura, & scriptis exarata, & typis excusa sæpissimè sine punctis cernatur, reseruata semper in eadem auctoritate Diuina, & honore; ita vt, non minùs sit Sacra Scriptura sine punctis, quàm cum punctis.

Subiunges. Si ob deturpationem punctorum, quæ tractu temporis in Sacris Codicibus irrepsit, Diuina auctoritas à punctis sublata est. Ergo idem dicendum de consonantibus, quia & ipsæ eadem naui, & eundem pelagum transfretarunt.

Resp. Negando suppositum: Nam eandem fortunam & infortunium passæ non sunt consonanres Sacræ: si enim vna aut altera à Librarijs mutata, aut alterata in quibusdam vocibus appareat; hoc non officit, cur Sacer Textus illibatus non sit; cùm potissimùm hę variæ lectiones omnes

CAARI' scenàim, vesimanàm Caràa sciachàu CAARI' : CAARI' ïadài veraglài, כארו *CAARV' chethìu.* כארי *CAARI', SICVT LEO duobus in locis notatum est. Hic, Incuruauit se, accubuit SICVT LEO; &* Psal. 22. 17. *SICVT LEO manus meas, & pedes meos.* כארו *CAARV' scriptum est*, id est *FODERVNT*.

Neque obstat dicere, quòd כארו *Caarù* non significet *Foderunt*, imò nihil prorsùs significet; כאר *Caàr* enim, radix Hebraica non est, neque in hoc idiomate reperitur, ac proinde nullius est significati; nam verbum, quod *fodere* significat, est כרה *Charà*, ex quo כרו *Carù foderunt*, & non כארו *Caàru* deducitur.

Resp. Cùm enim illi Codices correcti, & à Massorethis benè explorati, non continerent vocem כארי *Caari, Sicut Leo*, fatendum est, aliam vocem significatiuam in illis scriptam fuisse; & cùm ipsi affirment in ijsdem Codicibus legisse כארו *Caarù* cum א *Aleph*, dicendum est, elementum istud א *Aleph* redundare, sed non carere mysterio, eo modo, quo sæpè in Sacris Codicibus literas redundantes obseruamus, vt Gen. 2. 7. וייצר *Viìtzer*, *& formauit*, vbi alter י *Iod* redundat, ex quo Doctores varia mysteria, ex ea redundantia, colligere existimant, Videsis Ialkut *Parascià Berescìth* num. 20. Berescith Rabbà *Parascià* 14. Sic in hoc loco, otiosum non censetur esse huiusmodi א *Aleph*, sed, *fossuram*, & modum, quo manus, pedesque Messiæ confossi sunt, egregiè explicat.

- *Patàch*, Num. 24. 9. *Incuruauit se, accubuit SICVT LEO. Secundò cum* - *Kamètz*, Isaiæ 38. 13. *Posui vsque mane SICVT LEO. Tertiò cum* - *Patàch*, Ezech. 22. 23. *Coniuratio Prophetarum in medio eius SICVT LEO. Quartò denique cum* - *Kamètz*, Psal. 22. 17. *SICVT LEO manus meas, & pedes meos*. Deindè subiungit ex suo:

בקצת ספרי מרוייקים מצאתי כתוב כארו וקרי כארי אמנם בקשתי באינון מלין רכתיב ו׳ בסוף תיבות וקרי י׳ ולא מצאתיו נמנה בחשבונם וגם בחלוף המקרא ריש בין מדינחאי ומערבאי ולא נמנה שם: עד כן:

Bekètzàth Siphrè meduiakìm matzàthi catùu CAARV', vkrì CAARI', omnàm bikàscthi beinùn milìn dictiù VAV besoph theuòth vkrì IOD, velò matzàthiu nimnà becheschonàm, vegàm bachalùph Hammikrà deiesc ben madinchà vmaaruà, velò nimnà scià, ad can. Id est

In aliquibus Codicibus benè correctis scriptum inueni כארו *CAARV', FODERVNT, quamuis legatur* כארי *CAARI', SICVT LEO. Quæsiui tamen in ijs dictionibus, quarum in fine scribuntur per* ו *VAV, & leguntur per* י *IOD, & hanc inter illas non inueni annotatam, sicut nec inueni inter varias lectiones notatas ab Orientalibus; & Occidentalibus.* Vide etiam Massoram magnam ad calcem cap. 24. 9. libri Numerorum ad כרע שכב *Caràa sciachàu*, vbi etiam notatur -

כארי ב׳ וסי׳ כרע שכב כארי: כארי ידי ורגלי כארו כתיב:

cogeretur fateri Dominum regnauisse à ligno Crucis. Hodie tamen in editione vulgata, non reperitur particula (*à ligno*) sic nec in versione D. Hieronymi, nec in ipso textu Hebræo; ibi enim' legitur, אמרו בגוים יהוה מלך *Imrù bagoìm, Adonài malàch*, *Dicite in gentibus, Dominus regnauit*. Septuaginta autem duo Seniores, Paraphrastis personam agentes, ad sensum potissimùm respexerunt, legeruntque: *Dominus regnauit à ligno*, quam lectionem constanter, & deuotè retinet SS. Basilica Vaticana, secundùm quam Ecclesia cantat:

Impleta sunt quæ concinit
Dauid fideli carmine,
Dicens, in nationibus
Regnauit à ligno DEVS.

Quando verò Iudocus Clichtoueus affirmat, secundùm Romanam Psalmodiam nunc legi: *Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno*. De Psalmodia Romana, quæ in eadem Basilica Vaticana etiam hodie religiosè seruatur, intelligendum est. Hanc eandem lectionem vidi in Cod. peruetusto Bibl. Vaticanæ in folio Pergam. signato num 84. vbi legitur: *Dicite in nationibus, Dominus regnauit à ligno*. Retinendæ igitur variæ istæ lectiones, & quas religiosa antiquitas sacrauit, pari religiosa deuotione conseruandæ.

Ex his, quæ dicta sunt, clarè patet, non esse verum id quod Elias Leuita primò affert pro sententia sua confirmanda de nouitate punctorum, & eat. Vtrumque enim in hac voce כארי *Caari, Sicut Leo*, lepidè includitur, ablato enim א *Alèph* formatiuo vocis ארי *Leonis*, & mutato י *Iod* in ו *Vau* vti permittit cognatio literarum אחוי, consurgit כרו *Carù, foderunt*, vt legit vulgata. Rursus, intercluso א vt priùs, legetur כארו, sed eadem permissione, iterum mutata litera ו *Vau* in י *Iod* denuò habebimus כארי *Caari Sicut Leo*, vnde in hac voce duplex mysterium includitur, & *foderunt*, & *sicut Lèo*, vt indicetur quòd Iudæi tanquam Leones foderunt manus, & pedes Christi Domini, seù in causa fuerunt, vt milites Præsidis, tanquam ferocissimi Leones Iesum in Crucem agerent. Cùm enim hic locus crucifixionem Christi explicans, malitia Iudaica, deprauatus non fuerit; ita vix mihi persuasum est, alium locum ex Psalmo 96. 10. *Dominus regnauit à ligno*, vt legit S. Augustinus enarratione in Ps. 93 & ante ipsum Septuaginta Interpretes, vt testatur S. Iustinus in Dialogo cum Triphone, ex malitia Iudæorum (*à ligno*) fuisse abrasum, vt asserit idem Iustinus ibidem: nam si alia loca, quę propemodum infinita mysteria nostræ Fidei pandunt, illibata relicta sunt; non est quòd dubitare debeamus, si in Psal. 95. vox (*à ligno*) extitisset, quin intactam reliquissent Iudæi; cùm ex ea, non ita manifestè mysteriū victoriæ Crucis ostendatur, quàm in superiori (*foderunt*) Christi passio ostenditur: posset enim infidelis, aliam interpretationem formare, vt eluderet verum sensum Psalmi, ne

bitantibus aliquibus, de explicatione Doctorum, interrogauerunt: Vndè ex textu colligi posset, quòd fuerint duo genera animalium? Respondet Mar Zutträ: Ex pausa accentus id dicitur; nam si de vno tantum genere sacrificij esset intelligendum, non fuisset notata pausa אתנח *Athnàch*, in medio versus ad vocem עֹלֹת *Olòth*, *Sacrificia*, qua distinguitur primum membrum versus à secundo, vt primum ad vnam speciem sacrificij referendum esset, puta ad holocausti, & secundum membrum, ad speciem pacificorum; cùm enim duo essent species sacrificiorum, duo quoque genera animalium esse debebant, Ouium scilicet, & Vitulorum. Igitur hæc pausa ^ *Athnàch*, quæ etiam hodie apparet in eadem voce עלת *Olòth*, etiam tempore Talmudistarum, Auctorum scilicet Talmudis, existebat, ergo accentus, & puncta erant tempore Talmudis, cùm de ipsis multis in locis fiat mentio.

Secundò arguit Elias ex Cod. סוטה *Sotà*, *De muliere declinante*, cap. 1. pag. 5. col. 2. circa medium, vbi R. Ieosciuàh Ben Leui citans illud Psal. 50. ver. 23. ait:

ושם דרך אראנו בישע אלהים אל תיקרי ושם אלא ושם דרך׃

Vesam dèrech arènnu beièsciaah Elohìm; al tikrè vesam, ellà vesciàm dèrech. Id est

Et ponenti viam, ostendam ei salutem Dei; Ne legas וְשָׂם *Vesàm, Et ponenti, sed* וְשָׂם דֶּרֶךְ *Vesciàm dè-*

& accentuum, nempè, nullam apud Talmudē fieri mentionē de punctis, & accentibus; nam prȩter loca quæ ex vtroque Talmude allata sunt, addi etiam potest locus ex Cod. חגיגה *Chaghigà*, *De festo*, cap. 1. pag. 6. col. 2. circa finem:

וישלח את נערי בנישראל ויעלו עלות ויזבחו זבחים שלמים ליהוה פרים׃

Vaisclàch eth naarè benè Israël vaiahalù olòth, Vaizbechù zeuachìm scelamìm laAdonài Parim. Id est

Misitque iuuenes de filijs Israël, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Domino, Vitulos. Ghemarà explicat:

או דלמא אידי ואידי פרים הוו למאי נפקא מינה מר זוטרא אמר לפיסוק טעמים׃

O dilmà idè veidè Parim hauù lemà naphkà minnàah, Mar Zutträ àmar lepissùk taamìm. Id est

Aut fortè illud, & illud fuerunt Vituli, Vnde mihi illud inde prouenit? Mar Zutträ respondit, ex pausa accentuum. Agitur hic de oblatione Agnorum, & cùm ex versiculo allato duplex sacrificij species exprimatur, holocausti scilicet, & sacrificiorum pacificorum, & vna tantùm species animalium nominetur, nempè Vitulorum, posset dubitari, pro vtraque sacrificij specie assumendos fuisse Vitulos: at Doctores Ghemaræ ibidem explicant duo diuersa genera animalium, secundùm diuersam speciem sacrificiorum fuisse sacrificata, puta Oues pro holocausto, & Vitulos pro sacrificijs pacificis. Sed du-

vnicæ literæ additionem (sibi licitum esse existimant vnicam tantùm literam vel addere, vel demere, ex dictione Biblica posse, ad eliciendum aliquod mysterium, vel peregrinam expositionem) habetur Codice ברכות *Berachòth*, cap. 9. in fine, ad illud Isaiæ 54. 13.

וכל־בניך למודי יהוה ורב שלום בניך ׃

Vecòl banàich limmudè Adonài, veràu scelòm banàich. Id est

Et omnes filij tui docti à Domino, & multa pax (erit) *filijs tuis*. R. Eleazar ex hoc loco, & hac industria, intendit probare Viros doctos pacem in hoc seculo augere, & quodammodo ædificare. Illius verba sunt:

אמר ר׳ אלעזר אמר רבי חנינא תלמידי חכמים מרבים שלום בעולם שנאמר וכל בניך למודי יהוה ורב שלום בניך אל תקרי בניך אלא בוניך׃

A'mar Rabbì Elazàr, àmar Rabbì Chaninà: Talmidè chachamìm merabbìm scialòm beolàm, sceneemàr; vecòl banàich limmudè Adonài, veràu scialòm banàich, al tikrè banàich, ella bonàich. Id est

Dixit Rabbi Eleazar, dixit Rabbi Chaninà: Discipuli docti (ita vocantur Præceptores puerorum) *multiplicant pacem in mundo*; S. D. Isaiæ 54. 13. *Et omnes filij tui docti à Domino, & multa pax* (erit) *filijs tuis, Ne legas* בניך *Banàich, filijs tuis, sed* בוניך *Bonàich, ædificatoribus tuis*.

Tertiò arguit Elias. Punctorum, & accentuum nomina sunt ferè omnia Chaldaica, & Syriaca, vt (‥) צרי *Tzère*, (ֶ) סגול *Segòl*, (ֹ) חולם *Chòlem*, *dèrech*, *& ibi est via*. Ergo lectio tempore Talmudistarum erat anceps & dubia, talis autem non fuisset si puncta extitissent, per quæ lectio redditur fixa, & certa.

Resp. Immò ex hoc loco probatur existentia punctorũ ex Talmude, quia R. Ieosciuah non dubitat de veritate lectionis ושם *Vesàm* secundùm quòd Codex vulgaris punctatus fuerat, sed præter sensum hunc literalem, aliam allegoricam explicationem, loco ex Scriptura allegato, eruere ex proprio cerebro voluerit. Eodem modo, alium locum Deuteronomij 10. 12.

ועתה ישראל מָה יהוה אלהיך שאל מעמך כי אם־ליראה את יהוה אלהיך וגו׳׃

Veattà Israèl Mà Adonài Elohècha scioèl meimmàch, chi im-lеiràh eth Adonài Elohècha, vegomèr. Id est

Et nunc Israël מָה *MA' quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum*, &c. præter literam explicant allegoricè, vt ex eo probent, debere Hebræos centum benedictiones quotidie recitare, vndè dicunt ne legas מָה *MA' Quid*, sed מֵאָה *MEA'H, CENTVM*, vt sensus sit, ex conceptu Rabbinico, Deum postulare ab Israële centum benedictiones quotidianas. Adducit etiam hunc locum pro se Elias, sed reuera pugnat contra ipsum; reperitur in Cod. מנחות *Menachòth, De oblationibus*, cap. 4. pagina 43. col. 2. circa fin.

Similis allegorica expositio per

per se facilem obscuram reddere, & exosam. Et hæc est ratio, cur puncta, & accentus, potiùs lingua Chaldaica, vel etiam Syriaca, quàm Hebraica fuerint appellata.

Præter hæc argumenta ab Elia proposita in fauorem suæ sententiæ: Nonnulla alia à nobis proponentur contra ea, quæ à nobis de punctis, & accentibus stabilita sunt.

Obijcies primò contra Primam Conclusionem. Non possunt assignari, quæ vocalia fuerint ea, quæ Deus linguę Hebraicæ ab exordio rerum indiderat, ergo lingua Hebraica à primo suę natiuitatis initio vocales non habuit.

Respondeo Negando antecedens: Nam cùm vocales omnes ad sonum ferè vocalium Latinorum reducantur, quia vt consonans moueri possit, necesse est, vt illi applicetur vna ex his vocalibus *a, e, i, o, u*. Ita, si istæ, consonantibus Hebraicis applicentur, reddetur lectio Hebraica facilis, & plana. Similes itaque istis, saltem quoad sonum, fuerunt illæ vocales ab Adamo adinuentæ, quibus nominibus proprijs cuncta nominauerat, & deinde à Mose in traditione Legis scriptæ adhibitæ, dum oretenùs eam legere docuit, Aaronem fratrem Sacerdotem, Iosuè Ministrum suum, & reliquos septuaginta duos Viros magni Synedrij, & alios Viros pios, qui omnes postea inferiorem plebem docuerunt, à quibus ad posteros hęc legendi regula propagata est. Sed

Dices, Cur tempore Mosis, & durante primo Templo, nullus Sacer Codex

lem, תביר *Theuir*; אזלא *Azlà*, קדמא *Kadmà*, & similia. Vndè concludit puncta, & accentus non esse data à Mose in Monte Sina, cùm ibi tantùm lingua pura puta Hebraica locutus fuerit: neque à Viris Synagogæ magnæ, quia eis non indiguerunt, cùm optimè legere scirent absque punctis, & sententias distinguere sine accentibus.

Respondeo. Vltrò fatemur, hæc hodierna puncta, & nomina punctorum à Mose non esse tradita in Monte Sinai, neque vlli Codici Sacro adscripta fuisse, vt supra in II. Conclusione diximus. Ad secundam partem argumenti respondetur etiam, Viros Synagogę magnæ non indiguisse punctis, & accentibus cùm doctissimi essent, sed plebs, & vulgus eis indigebat, in quorum gratiam, Ezra & Consocij sui Viri magni Concilij, inter quos aliquot Prophetę connumerantur, vt Aggæus, Zacharias, Malachias, & alij doctissimi Viri, qui, vt ignari vulgi vtilitati consulerent, & vt Codices Sacros priuatim sine errore legerentur, artem interpungendi Libros Sacros adinuenerunt, intermixtis quibusdam punctis, & lineolis, quæ inter consonantes, vocalium officio fungerentur, & quę pro vocalibus imposterum habita sunt. Et quia reduces Iudæi recenter ex Babylonia, linguam Babylonicam, seù Chaldæam, vel etiam Syriacam naturaliter callebant, eis magis prouisum fuit, prædicta puncta, & accentus nominibus vulgò notis, appellare, quàm ignotis vocabulis, rem

brum Legis fuiſſe putaret, cum ſcilicet, quem Moſes Iſraëlitico populo tradiderat? Reſpondet, Procul dubio שהיה ספר פשוט מאין נקוד וטעמים: *Scehaiàh ſèpher peſciùtt, meèn nekùd vetaamìm. Fuiſſe librum planum, ſimplicem, abſque punctis, & accentibus.* Et addit החבר *Hachauèr* Magiſter:

מבלי ספק שהיה שמור בלבבות בפתחא והקמץ והשבר והנטייה והשבח והטעמים בלב הכהנים מפני צרכם לעבודה ולהורות את בני ישראל ובלב המלכים מפני שנצטוו והיתה עמו וקרא בו כל ימי חייו: ובלב השופטים מפני צרכם אליהם בדינים: ובלב הסנהדרים מפני צרכם אליהם במה שכתוב ושמרתם ועשיתם כי היא חכמתכם ובינתכם: ובלב החסידים כדי לקבל שכר: ובלב אנשי החונף להתגדר בהם וכו׳:

Mibelì ſephek ſcehaiàh ſcemòr biluauòth biphtachà, vehakamètz, vehaſcèuer, vehannettiàh, vehaſceuà, vehattaamìm; Belèu hacCohanìm, mippenè tzorchàm laauodà, vlhoròth eth benè Iſraèl: Vbelèu hamMelachìm, mippenè ſcenitztauù, vehaiethà immò vekarauò col iemè chaijàu: Vulèu haſciophettìm, mippenè tzorchàm alehèm badinìm. Vulèu haſſanhedrìm, mippenè tzorchàm alehèm bamè ſcecatuu; vſcmarthèm vahaſſithèm chi hi chochmathchèm vbintachèm. Vuleu hachaſſidìm chedè lekibbèl ſechàr. Vulèu anſcè hachenèph leithgadèr bahèm, vecullè. Id eſt

Non eſt dubium, quin mente cuſtodita fuerint puncta Patach, ſcilicet; Kamètz, Tzère, Kibbùtz, Sceua, & accentus, mente inquam, Sacerdotum, quia illis opus erant pro functionibus; & pro inſtruenda plebe Iſraëlitica. Se-

dex cum vocalibus ſcriptus fuit? Nonne meliùs, & vtiliùs plebi conſultum, ſi Sacri Codices cum vocalibus eſſent euulgati inter plebem? nam hoc pacto facilior reddita fuiſſet lectio ſacra.

Reſpondeo, Non erat conueniens vt Sacra Dei Lex communis, & vulgaris efficeretur, ne Sacra Legis myſteria ab imperito vulgo contaminarentur ſiniſtra, & falſa interpretatione; quia vnicuique ſibi licere crediſſet Legem interpretandi, & quo magis vulgus imperitus eſt, & ignarus, eò ampliùs procliuis imbui falſa doctrina, tùm circa fidem, tùm in præceptis vitæ, ac morum. Vnde benè prouiſum fuit Legem, quæ lingua Hebraica communi toti populo Iudaico à Moſe ſcripta fuerat, velamine aliquo operire, vtpotè ſanctiori cultu à populo veneraretur, at nullo alio conuenientiùs fuit, quàm vocales à Lege auferre, vt pro Legis intelligentia ad Sacerdotes recurrerent, quorum labia cuſtodiunt ſcientiam, ex Malachia 1 2. 7.

כי־שפתי כהן ישמרו־דעת ותורה יבקשו מפיהם כי מלאך יהוה צבאו הוא:

Chi ſiphtè Cohèn iſcmerù-dàath, vethorà ieuakeſciù mippìu, chi Malàch Adonài tzcuaòth hù. Id eſt

Quoniam labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & Legem requirent ex ore eius. Iſta omnia non incongruè explicantur ab Auctore Libri כוזרי *Cuzarì*, מאמר *Maamàr, Tractatu* 3. pagina 26. Interrogauerat enim *Cheuer Magiſter, Cuzarem*, Qualem li-

tenta; non permittit autem vt publicè, & communi vsu Ecclesiæ legantur, aut canantur vulgari lingua, ne contra antiquissimum Ecclesiæ vsum fiat; contra docent Nouatores, qui omnia susque deque confundunt profana Sacris miscendo. De hac re videsis Hosium Cardinalem Varmiensem in Dialogo de Sacro vernaculè legendo, Iacobum Ledesmam, & Bellarminum lib. 2. *De Verbo Dei*, cap. 15.

Obijcies Primò contra IV. Conclusionem. Tempore Christi Domini Sacrum Volumen Legis in Arca sancta asseruatum punctis vocalibus ornatum erat, ergo falsum est quod dicitur, Ezram non punctasse Volumen Legis in Arca seruandum. Probatur antecedens. Nam Christus Dominus contestans Discipulis suis, se in hunc mundum venisse, non vt Legem solueret, sed adimpleret, subiungit, secundùm Hebræam Ionę versionem Matth. 5. 18.

אמן אני אומר לכם עד־שיעברו שמים וארץ יוד אחת או עוקץ אחד לא יעבר מהתורה עד־שיעשו כלם:

Amèn anì omèr láchèm ad-sceiaaurù sciamàim vaàretz: Iod achàth ò okètz echàd lo iaauòr mehattorà ad-sceiaasù cullàm. Id est

Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant. Ergo sicut י *Iod*, quod inter Hebraica elementa minimum est, in Volumine Legis Sacro in Arca seruato scriptum reperiebatur, ita & api-

Secundò, in mente Regum, quoniam præceptum est eis Deuter. 17. 19. *Et erit cum eo* (secum) *& leget in eo, omnibus diebus vitæ suæ*.

Tertiò, in mente Iudicum, quia eis indigebant pro causis, & litibus.

Quartò, in mente Senatorum magni Concilij, quia his opus habebant, sicut scriptum est, Deuter. 7. 12. *Et custodietis & facietis ea, quoniam ipse est sapientia, & intelligentia vestra*.

Quintò, in mente piorum, vt per ea mercedem reciperent.

Sextò, in mente Hypocritarum, ex his enim fit sepimentum (Legi). Patet igitur euidenter, Scripturæ Sacræ mysteria, plebi propalata non fuerunt in Veteri Lege, neque authenticus Sacer Scripturæ Codex vulgari lingua in manus vulgi traditus est antiquitùs. Hinc vsus in Ecclesia Catholica semper fuit, vt nulla alia lingua authentica essent Sacra Volumina, nisi linguis illis, quæ à Summis Pontificibus, Concilijs, vniuersa Catholica Ecclesia, *imò ab ipso Deo* approbatę fuerunt: eæ sunt Hebręa, Græca, & Latina, quas Dominus titulo Crucis suæ honorauit, Ioan. 19. & quæ omnium consensu antiquitate, amplitudine, & grauitate omnibus alijs præstant; ac demùm quibus ipsi libri ab Auctoribus suis initiò scripti fuerunt; vulgares autem editiones, & translationes, quamuis non prohibeat absolutè Ecclesia, non tamen illarum lectio passim, & omnibus permittitur, sed tantùm ijs, qui vtiliter, & cum fructu eis vti possint, facultate tamen priùs à Superiorib⁹ ob-

veim beVau iasciùu Zàin, *veim beCàph Iasciùu Bèth*, *veim beNun*, *iasciùu Ghimel*, *veim beResc*, *iasciùu Dàleth*. Id est

Ampliùs, in literis ipsis, si posueris punctum in litera ה *HE* (si videlicet puncto coniunxeris lineolam infernè apertam lineæ superiori) *efficies* ח *CHETH*; *si literæ* ו *VAV* (retrorsum) *addideris, formabis* ז *ZAIN*, *si literæ* כ *CAPH, habebis* ב *BETH*; *si literæ* נ *NVN habebis* ג *GHIMEL*; *& si literæ* ר *RESC efformabis* ד *DALETH*. Puncta ista seù apices, cùm sint de essentia literarum in Textu Sacro reperiebantur, & de quibus intellexit Christus in Euangelio citato loco. Quando etiam D. Hieronymus in Prologo Galeato ait *Samaritanos etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitare, figuris tantùm, & apicibus discrepantes*, de huiusmodi apicibus diuersimodè positis in literis Samaritanis, ac in Hebræis intelligendus est. Tales itaque apices in Sacro Legis Volumine, cùm sint partes essentiales literarum Hebraicarum, vt diximus, proculdubio non solùm tempore Christi, sed perpetuò exstiterunt. Pro apicibus, nonnulli intelligunt quædam cornicula, quibus aliquot literæ Sacri Voluminis scripti coronantur. Hæ literæ sunt שעטנזגץ cornicula verò ita supra has literas hoc modo disponuntur, vt semper triplicati sursum efferantur, vt in his literis

ג ז ט נ ן ע צ ץ ש

siuè

ces, quæ inter puncta minima sunt in eodem Legis Volumine Sacro, tempore Domini reperiebantur; sed apices sunt puncta vocalia, ergo puncta vocalia tempore Christi in Sacro Legis Volumine reperiebantur.

Respondeo, Planè concedendo, quòd tempore Christi י *Iod*, & apices in Sacro Legis Volumine reperirentur; sed omninò negamus apices esse puncta vocalia. Apices enim sunt summę literarum partes acuminatæ instar spinarum, per quas vna ab altera secernitur, & distermina tur, vti litera ד *Dàleth* per acumen in parte dextera sursum erectum à litera ר *Resc*, quæ in semicirculum efformatur, distinguitur. Acumen igitur literæ ד *Daleth* est illius apex, Hebraicè עוקץ *Okètz*, à עקץ *Akàtz*, quæ pungere significat, acumina enim spinarum, quarum similitudinem præseferunt apices, pungunt. Ita & litera ב *Beth* per suum עוקץ *Okètz*, *apicem* infernè protuberantem à litera כ *Caph* in semiorbem ducta secernitur, & sic de alijs. Hæc autem acumina nihil aliud sunt quàm puncta, sed non puncta vocalia; Puncta quidem, sed per quæ vna litera ab altera distinguitur; vndè perpulchrè Rab. Bechai Parasciá וירא *Vaierà* pag. 26. col. 4. in principio ait:

ועוד באותיות עצמן אם תתן הנקודה באות הׄ ישוב חׄיתׄ ׃ ואם בוׄו ישוב זׄין ׃ ואם בכׄף ישוב ביׄת ׃ ואם בנׄון ישוב גׄימל ׃ ואם בריׄש ישוב דלׄת ׃

Veod beothiòth etzmàn, im tittèn hannekudà beòth HE Iasciùn Cheth,

Sacræ Scripturæ vocales habebant, non poterant autem habere alias vocales quàm puncta, vel lineolas, quia literæ Hebræorum omnes sunt consonantes, ergo tempore D. Hieronymi puncta extabant, quæ sub nomine vocalium de eis ipse loquitur.

Item, Quæst. Hebr. in Genesim explicans etymologiá mulieris, quia de viro sumpta sit, ait: *Non videtur in Græco, & in Latino sonare, cur mulier appelletur, quia ex viro sumpta sit: sed etymologia in Hebræo sermone seruatur: Vir quippè vocatur* איש *IS, & mulier* אשה *ISSA. Rectè igitur ab* איש *IS est appellata mulier* אשה *ISSÀ. Vnde & Symmachus pulchrè etymologiam etiam in Græco voluit custodire dicens:* Αὕτη κληθήσεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὐτή; *quod nos Latinè possumus dicere: Hæc vocabitur virago, quia ex viro sumpta est. Porrò Theodotion aliam etymologiam suspicatus est, dicens: Hæc vocabitur Assumptio, quia ex viro sumpta est. Potest quippè* אשה *Issa secundùm varietatẽ accentus, & assumptio intelligi.* Accentus autem in nomine אשה *Isciá*, vt *Assumptio* significetur alia via variari non potest, quàm mutando ש *Scin*, in ש *Sin*, vt radix sit נשה *Nassà*, quæ *Sumpsit*, & *Assumpsit*, præter alia significat. Sed iste accentus indicatur per punctum, vel in sinistro, vel in dextro cornu literæ ש *Scin* posito, ergo puncta, & accentus tempore D. Hieronymi extabant. At

Regeres: Imò ex loco adducto conuincitur tempore D. Hieronymi, tem-

siuè igitur de his corniculis, seù apicibus, vel de alijs literas distinguentibus intelligatur textus Euangelicus, semper de partibus literas Voluminis Legis Sacri integrantibus intelligetur, & non de punctis vocalibus, quæ neque ad essentiam, neque ad integritatem consonantium spectare cernuntur.

Obijcies Secundò contra IV. Conclusionem. D. Hieronymus nullam prorsùs punctorum vocalium, aut accentuum mentionem facit; ergo suo tempore non extabant puncta vocalia in Libris Canonicis: At D. Hieronym⁹ vixit plusquàm annis centum ante Tiberienses, ergo ante hos, nullo modo extabant puncta vocalia.

Respondeo primò, Argumentum negatiuum nihil probare; potuerunt enim esse puncta vocalia, & accentus, quamuis de eis nulla mentio facta fuerit à D. Hieronymo.

Secundò respondeo, falsum esse de punctis, & accentibus nullam fieri mentionem à D. Hieronymo, nam in pluribus locis loquitur de vocalibus, & accentibus dictionum Hebraicarum. In Habacuc cap. 3. expendens illud ver. 3. לפניו ילך דבר *Lephanàu ièlech DÀVER. Ante faciem eius ibit mors*, ait: *Pro eo quod nos transtulimus mortem, in Hebræo tres literæ positæ sunt,* דבר, *absque vlla vocali: quæ si legantur* דָּבָר *VERBVM significat: si* דֶּבֶר *PESTEM.* Si igitur istæ tres literæ דבר tempore D. Hieronymi absque vlla vocali positæ erant, ergo aliæ literæ

potuisset illam interpretari, nisi audita interpretatione à Legis Doctoribus; nam prima fronte videtur deduci à radice יָשַׁב, quod est *sedere*, *habitare*, vel à שׁוּב, quod est *reuerti*, cùm reuera eius radix sit נָשַׁב *perflauit*. Verosimillimum igitur est, D. Hieronymum à Magistris suis Rabbinis (habuit enim plurimos Præceptores Hebræos, quorum vnus Tiberiensis erat) ex Codice non punctato primò edoctum esse in lectione Sacræ Scripturæ secundùm communem traditionem legendi, & interpretandi Scripturas; deinde ex Codice punctato, & quàm maximè correcto à se conquisito, & selecto, suam deinde translationem adornasse, credibile est.

Ex his, quæ de punctorum vocalium origine, propagatione, corruptione, & restauratione dicta sunt, colligere fas erit. Puncta primò fuisse adinuenta ab Ezra Protoscriba cum suis assеclis Synagogæ magnæ centum viginti virorum; & probabile quoque est, eadem nomina, & figuras, quas modo obtinent, pariformiter ab ijsdem adinuentas fuisse, & Sacris Codicibus appositas, sed tractu temporis ex ignauia, vel inscitia Librariorum, interpunctione Sacrorum Codicum deprauata, à Tiberiensibus Doctoribus, vltimò in meliorem formam restituta, quam hodie habemus, & ea vtimur in lectione Sacrorum Codicum lingua Hebraica; & quamuis pro authentica huiusmodi interpunctio non habea- & etiam multò ante ipsum, nempè tempore Theodotionis nullum punctum, quod vocalem, aut accentum exprimeret, fuerat inscriptum Sacro Codici, etiam vulgari. Quia si in litera שׁ vocis אשׁה extitisset punctum in dextro cornu, necessariò legendum esset per שׁ *Scin* crassum, seù per שׁבולת *Scibbòleth*, vt vocant, ergo nullo modo etymologiam à radice נשׁה *Nassa* deducere potuisset, quia iam fixum fuisset sub forma *Scibbòleth*. Ergo signum est שׁ nullum punctum habuisse, & proinde voluntariè attribuere potuisse Theodotionem, accentum, prout meliùs, & congruentiùs ipsi visum fuerat.

Resp. Negando antecedens. Extabant enim puncta in Codicibus Sacris, sed adeò mendosè, vt pleriq; ex doctioribus dubitarent de vero sensu, & interpretatione propemodum infinitarum vocum; Hinc ortæ sunt tot discrepantes, & quandoque inter se pugnantes interpretationes, vt Symmachi editio, Theodotionis, & Aquilæ: vndè mirum non est, si quandoque etiam D. Hieronymus recedat à lectione, quam hodie punctati Codices exprimunt; quamuis rarissimè, hoc accidat, vnde vix assignari potest vnus aut alter locus; ideò quia S. Doctor correctissimos, quos potuerat Codices habere punctatos, selegit; quod patet in voce וַיַּשֵּׁב *Vaiasceu*, *& abigebat* eas Abram, Genes. 15. 11. quæ nisi punctata fuisset difficillimè, in hunc sensum

siasticæ antiquitatis studiosissimum, & cui forsan in his studijs simile nihil ætas nostra tulerit, veneramur, & colimus.

Præterea de Punctis vocalibus, & accentibus (nam pro accentibus intelliguntur etiam puncta vocalia, vt supra vidimus, & notauit Buxtorfius in *Tiberia* cap. 9. de notatione accentuum) egerunt illi Auctores, quos in hac Dissertatione recensuimus. Sed vt in ictu oculi vnà simul omnes prospiciantur, libet hic eadem loca enumerare, additis etiam quibusdam alijs Auctoribus, qui prætermissi fuerant superiùs.

De Accentibus, & consequenter de Punctis vocalibus Hebræorum fit mentio apud Hebræos.

In Talmude Ierosolymitano, Massecheth, seù Cod. מגלה *Meghillà* cap. 4. pag. 74. col. 4. paulò post med.

In Talmude Babylonico Cod. ברכות *Berachòth*, cap. 9. pag. 61. paulò ante med. Ibid. pag. 64. in fine.

Item עירובין *Iruuin* cap. 5. fol. 54. b. circa finem.

חגיגה *Chaghighà* cap. 1. fol. 6. b. circa finem.

מועד קטן *Moèd katàn* cap. 1. fol. 5. in fine.

נדרים *Nedarim*, cap. 4. fol. 37. lin. 8.

סוטה *Sottà*, cap. 1. fol. 5. b. circa medium.

בבא בתרא *Bauà Bathrà*, cap. 2. fol. 21. circa finem.

מנחות

beatur, temeraria tamen manus in eam non est amouenda, aut spongia ei applicanda, sed illibata conseruanda, & retinenda in antiquitatis veneratione, & honore.

Cæterum, animaduertendum est, quòd sicut inter Heterodoxos vnus est Ludouicus Capellus Linguæ Hebraicæ Salmurij Professor, qui pro nouitate Punctorū acerrimè pugnat, eorumque originem, cum Elia Leuita Germano in Massoretas Tiberienses reijcit; ita inter Viros Catholicos vnus est Ioannes Morinus Blesensis, qui pro eadem punctorum nouitate in Castra Eliæ Leuitæ descendit, & in *Exercitationibus Biblicis* lib. 11. Exercit. 14. cap. 3. & alibi passim ita differit, vt quandoque solidis rationibus pro nostra sententia militantibus ab eo non æqua lance libratis, ad verba & Rhetoricos flosculos, sermonisque elegantiam insensibiliter se conuertens, risum tamen se continere non posse fateatur, cap. 5. num. 8. Nimis longum esset omnia eius commenta referre, & singillatim refutare, cùm otium, & locus longiùs de hac quæstione tempus terere non patiatur. Attentè igitur consideranda sunt à benigno Lectore, quę nos in Conclusionibus nostris determinauimus, quibus rationibus, & auctoritatibus confirmauimus, & contraria argumenta diluimus; & sic facili negotio ex se, sine maiori verborum circuitu, omnibus argumentis à Morino propositis, facillimè occurrere poterit; quem tamen vt virum doctissimum, & Eccle-

Ex Latinis, de Punctis agunt-

Ioannes Morinus in מסורת הברית *Massòreth habberith*, lib. 11. *Exercitationum Biblicarum*.

Ioseph de Voisin in *Obseruation. ad Pugionem fidei* Raymundi Martini pag. 91.

Marius Calasius in *Canon. Gener. Linguæ Sanctæ* cap. 4. *De punctis vocalibus*.

Ioannes Buxtorfius in *Tiberia*, seù *Commentario Massorethico*. Et contra Cappellum.

Ludouicus Capellus in *Arcano punctationis reuelato*.

Ioannes Leusden in *Philologo Hebræo* Dissertat. 13. 14. 15. & 16.

Et hæc de Punctis vocalibus Hebræorum dicta sufficiant.

Notandum est, quòd Marius Calasius loco citato pag. 10. paulò acerbiùs quàm par est, de hac materia tractat, & mirificè vellicat hunc Eliam Leuitam, illique nimis oscitanter attribuit quendam librum, cui titulus est צח שפתים *Tzàch sephataim*, *Nitor labiorum*. Eius verba sunt hæc: *Idem etiam asserit Elias in libro* צח שפתים *dum dicit, quòd puncta data sunt in monte Synai.* (vult dicere Sinai) *Quo in loco apertè sibi contradicit, cùm dixerit in Præfatione libri Massòreth hammassòreth, quòd Viri Tiberitæ punctatam dederunt Legem.: quod certè falsum est.* Quibus verbis certè credit Calasius, eiusdem Eliæ esse vnum, & alterum librum, cùm illius verba (*in libro, in Præfatione*) idem importent; nam sicut, *in Præfatione libri* in-

מנחות *Menachòth* cap. 4. fol. 43. circa finem.

Rau Alphes Tract. מגילה *Meghillà* cap. 4.

R. Salomon Iarchi ibidem. Et in Cod. *Nedarim* cit.

R. Nissim ad Cod. *Meghillà* Rau Alphes cit. Et ad Cod. *Bauà Bathrà* citatum.

Nechunià Ben Hakanà in libro הבהיר *Habbahir*.

Simeon Ben Iochài in lib. זהר *Zòhar* editionis Cremonensis fol. 14. col. 4. n. 30.

R. Moses Kordouero in פרדס רמונים *Pardès rimmonim*, *Paradiso malorum punicorum*, ferè per totum, *Cabalisticè*.

R. Salomon Ben Addèreth in *Bauà Bathrà citato*.

R. Iom Tou Bar Abraham, ibid.

Liber כוזרי *Cuzari*, Tract. 3. pag. 25. & 26.

R. Pèretz in מערכת אלהות *Maarècheth Elahùth* Tract. 4. מערכת השמות *Maarècheth hascemòth*, *De ordinatione nominum*.

R. Iudas חיית Chaijàtt in eundem librum *Maarècheth &c.*

R. Bechài *in Parasciá* וירא *Vaierà*, ad cap. 18. 3. Genes. pag. 26. col. 3. & 4. edit. Ven. an. לפ 306. m. sup.

R. Azarias de Hadumìm, siuè de Rubeis, aut Rufis in מאור עינים *Meòr enàim*. Par. 3. אמרי בינה *Imrè binà*, cap. 59. vbi contra Eliam Leuitam disputat.

R. Samuel Arkiuolt in ערוגת הבשם *Arugàth habbòsem*, cap. 26. vbi etiam sententiam Eliæ impugnat.

liber (vt ipse ait) in duas partes, quarum altera dicitur -

סדר אליהו רבא *Sèder Eliàu Rabbà, Ordo Eliæ magnus*. Altera

ספר אליהו זוטא *Sèder Eliàu Zuttà, Ordo Eliæ minimus. Vtraque autem multiplicis est doctrinæ. Continet enim plerasque Scripturæ historias, & præclariora Patrum, aliorumque virorum, & fœminarum illustrium facinora, quibus multa Philosophica, Ethica, & Physica adiunguntur lectu iucundissima. Excusus Venetijs in 4. apud Danielem Zaneti an.* 355. Ita Plantau. Quòd si pro Elia Leuita hunc nostrum intelligat, certo certiùs fallitur. Nunquam enim hic Elia Leuita Germanus in aliud occupatus fuit, quàm in rebus Grammaticalibus, erat quidem purus Grammaticus, in qua tamen arte exercitatissimus fuit, & non in alijs facultatibus. Scio quidem Hottingerum Classe 11. suæ Bibl. Orien. mentionem facere cuiusdam libri, cui titulus est סדר אליהו *Sèder Eliàu, Ordo Eliæ*, affirmatque esse historiam vniuersalem sui temporis, sed Auctorem facit non Eliam Leuitam, sed Eliam Kapsali, de quo vide infra suo loco. Scio etiam in Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrìn*, reperiri famosam sententiam pronunciatam in Schola Eliæ, cuius titulus non multum discrepat ab eo, quem attulimus ex Plantauitio. Titulus Elianæ Scholæ est: תנא דבי אליהו *Tàna de Be Eliàu, Lectio*, seù *Traditio Domus*, siuè *Scholæ Eliæ*. Hic Elias Scholæ Præfectus apud Talmudistas adhuc exploratum non est, an fuerit Elias Propheta, aut ali-

intelligitur suum esse librum *Massòreth*, ita *in libro Tzàch sephatàim* intelligitur etiam hunc esse suum, alioquin non sibi contradiceret Elias, vt dicit Calasius; itaque credidit ipse, hunc librum צח שפתים *Tzàch sephatàim* fuisse huius Auctoris Eliæ. Sed si diligentiùs attendisset ad tertiam Præfationem libri *Massòreth hammassòreth*, quam ipse non semel citat aduersus Eliam, vtique vidisset citatum hunc librum צח שפתים *Tzàch saphatàim* ab Elia, non vt suum, sed alterius. Ait enim Elias:

והנה כן מוכן מדבריו (ר״ל ן׳ עזרא) שאין דעתו שהטעמים נתנו מסיני ׃ וכן מצאתי בספר אחד הנקרא **צח שפתים** וכו׳ ׃

Vehinnè chàn muuàn middeuaràu sceèn daathò (rotzè lomàr Aben Ezra) scehattaamìm nittenù miSinài; Vechèn matzàthi besèpher echàd hannikrà TZA'CH SEPHATA'IM; vècullè, Id est

Et ecce hinc intelligitur ex eius verbis (Aben Ezræ) quòd illius opinio non est, accentus traditos esse in Sinai; & ita inueni in quodam libro vocato **צח שפתים** *TZA'CH SEPHATA'IM, Nitor labiorum*. Quid clariùs? Non igitur Elias Leuita est Auctor huius libri vt putat Calasius.

Plantauitius verò non minùs crediderim aberrasse, quando in sua Biblioth. Rabbinica num. 753. exhibet librum quendam, & Eliæ Leuitæ attribuit cum hoc titulo:

תנא לר׳ אליהו הלוי *Tàna leRabbì Eliàu haLevì*. Liber, qui sæpiùs legi debeat *R. Elia Leuitæ*. Diuiditur hic

niſi ſolus Pater, Matth. 24. 36. Itaque huius Eliæ ſententia frequenter in illius Schola repetita, & extra illam inter Iudæos promulgata, tandem poſt ſeptingentos, & ampliùs annos, ne inter Iudæos illius memoria deperderetur, in Corpore Iuris Talmudici à Talmudiſtis compilatoribus in Codice סנהדרין *Sanhedrin*, cap. חלק *Chèlek* 11, relata fuit. Inuenitur itaque pag. 97. linea vltima editionis Cracouienſis his verbis:

תנא דבי אליהו ששת אלפים שנה הוי עלמא ב' אלפים תוהו ב' אלפי' תורה ב' אלפי' ימות המשיח׃

Tàna de Be Eliàu: ſcèſceth elaphìm ſcianà hauè almà: ſcenàim alaphìm Thòhu; ſcenàim alaphim Thorà; ſcenàim alaphìm iemòth hamMaſciach.

Eſt Traditio Domus Eliæ: ſex millibus annorum duraturus eſt Mundus: duobus mille תוהו *THO'HV, SOLITVDO, INANITAS*, (hoc eſt ſine Lege ſcripta). *Duobus mille* תורה *THORA' LEX. Duobus mille* ימות המשיח *IEMO'TH HAMMASCI'ACH, DIES MESSIAE*, id eſt durabit Lex Meſſiæ, Lex Chriſti. Fundatur hæc traditio ſuper ſex diebus בראשית *Bereſcith*: quia ſicut Mundus ſex diebus completus eſt, ita ſex millia annorum duraturus erit, affirmant. Nam vt dicit R. Salomon ſuper hunc locum:

יומו של הקב״ה אלף שנה שנ׳ כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול כי יעבור׃

Iomò ſcel Hakadòſc Barùch hù èleph ſcianà; ſceneemàr. Chi èleph ſcianim beenècha cheiòm ethmòl chi iaauòr.

Dies

aliquis ex doctis Viris veteris Synagogæ.

Ghedalia Aben Iachia in *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 24. b. aſſeueranter affirmat hunc Eliam, non eſſe Eliam Prophetam, ſed alium quendam, qui tempore Iudæ Ben Tabbai & Nittai Harbelitæ vixerat ducentis circiter annis ante Chriſti Natiuitatem; ait enim:

יהודה בן טבאי ונתאי הארבלי קבלו מן השני יוסי הנ״ל שנת ג׳ אלפים תק״ס לבריאת היא שנת קנ״ב לבנין בית שני וכמו ס׳ שנה קודם מלחמות יון׃ ראיתי בקונטרים ישן בדור הזה היה אליהו הנזכר במשניות וגמרא בלשון תנא דבי אליהו שרומז אל בית מדרשו ואינו אליהו הנביא בשום פנים׃

Iehudà Ben Tabbai & Nittai Harbelità receperunt traditionem à duobus Iosì, quorum ſupra mentionem fecimus, anno mundi 3560. (200. annis ante Chriſti Natiuitatem, nam Chriſtus naſcitur anno mundi 3760.) *iſte eſt annus* 152. *ab ædificatione Ædis ſecundæ, & circiter* 60. *annis ante bella Græcorum. Vidi in quinternione vetuſto, quòd hac ætate fuerat Elias, cuius mentio fit in Miſcnaiòth, & Ghemarà his verbis, THA'NA DEBE ELIAHV, TRADITIO DOMVS ELIAE, hoc eſt SCHOLAE ELIAE. Non autem eſt Elias Propheta vllo modo.* Certum igitur eſt fuiſſe quendam doctum virum, qui cùm & ipſe expectaſſet redemptionem Iſraël, hanc ſententiam de tempore Aduentus Meſſiæ expreſſit, quamuis nimis audacter de duratione mundi protulerit, quia de die illa, & hora nemo ſcit,

אל

Dies Dei benedicti mille annorum est, S. D. Pf. 90. 4. *Quoniam mille anni in oculis tuis, ficut dies hesterna cùm transierit*. Hinc Cabalistæ in primo verficulo Gen. notarunt fex א *Aleph* contineri, per quæ fex millia annorum mundi indicaretur duratio. א *Aleph* enim pro אֶלֶף *E'leph, mille* accipiunt. Et cùm in hoc primo verficulo Sacræ Scripturæ -

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ:

Berefcith barà Elohim eth hafciamàim, veèth haàretz.

In principio creauit Deus cælos, & terram, totius mundi creatio contineatur, ita & in eodem, tempus quo duraturus fit, continere exiftimarunt; ex fenario igitur numero אלפין *Alèphin*, fex אלפין *Alaphin millia* annorum tandiu permanfurum effe pronunciarunt, ex quibus duo annorum millia Naturæ Legi dederunt, duo millia Legi Mofaicæ, & duo millia Meffiæ Regi. Gloffa R. Salomonis loc. cit. vbi numerum annorum in qualibet parte ita fubducit. Eius verba, vt breuitati confulamus, Hebràico & Latino tantùm fermone referemus, relicta Hebraica lectione. Ait enim:

שני אלפים היו **תהו** שלא ניתנה עדין תורה וחית העולם כתהו ומאדם הראשון ועד שהיה אברהם בן נ״ב שנת איכא אלפים שנה דמוכחי קרא דכשנשלמו אלפים שנה עסק אברהם בתורת שנ׳ ואת הנפש אשר עשו בחרן ומתרגמינן דשעבידו באורייתא בחרן ואמרינן בע״ז גמירי דההוא שעתא הוה אברהם בר חמשין ותרתין שנין: ושני אלפים **תורה** מן הנפש אשר עשו בחרן עד שנת

המשיח מ״ח שנה עד שנולד יצחק וששים שנה משנולד יצחק עד שנולד יעקב הרי ק״ח וק״ל שהיו ליעקוב כשבא למצרים הרי רל״ח ורדו שעמדו במצרים הרי תמ״ח ומשיצאו ממצרים עד שנבנה בית ראשון תפ׳ דכתיב ויהי בפ׳ וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים ויבן הבית וגו׳ הרי תתקכ״ח ות״י שעמד בית ראשון כדמוכח קראי עפ״ה השבון שנות המלכים וע׳ דגלות בבל ות״כ שעמד בית שני הרי תת״ק ותתקכת הרי אלפים פחות קע״ב ועק״ב קודם השלמת ד׳ אלפים נחרב הבית ולכסיף אותן קע״ב נשלמו שני אלפים תורה ואיידי דאמר שני אלפים תוהו קאמר שני אלפים תורה ולא שתכלת תורת לשני אלפים ע״ב: ושני אלפים שנות

המשיח שלאחר שני אלפים של תורה הוה דינו שיבא משיח ותכלה הגלות ויבטל שיעבוד מישראל.

Duobus mille תהו *THO'V, VANITATIS, VASTITATIS, SOLITVDINIS, quia adhuc data non fuerat Lex, & erat mundus folitarius fine Lege. Ab Adamo enim vfquequo Abraham effet annorum 52. fluxerunt duo millia anni quemadmodum colligitur ex Scriptura: quandoquidem quando completi fuerunt duo millia anni, tunc Abraham operam dedit Legi*, S.D. Gen. 12 5. *& animas quas fecerant in Charan*, (Paraphrafis Chaldæa legit, *& animas quas fubiecerant Legi in Charan.*) *Dicunt itaque, quòd quando Abraham reliquit idololatriam erat ætatis quinquaginta duorum annorum. Et duobus mille LEGIS, fcilicet ab eo tempore, quo Abraham animas conuerterat in Charan vfque ad aduentum Meffia.* (quorum talis eft fumma) 48. *anni vfque ad natiuitatem Ifaaci*, 60. *anni à natiuitate Ifaaci vfque ad na-*

ex mente R. Salomonis:

Ab initio rerum vſque ad initium fidei Abrahæ annis	2000. *Thòu*
Ab initio verò fidei Abrahæ vſque ad aduentum Meſſiæ annis	2000.
qui ita enumerantur	
Ab initio fidei Abrahæ vſque ad natiuitatem Iſaaci anni	48.
A natiuitate Iſaaci vſque ad natiuitatem Iacobi anni	60.
Iacob quando ingreditur in Ægyptum erat annorum	130.
In Ægypto ſteterunt filij Iſraël annis	210.
Ab exitu de Ægypto vſque ad ædificationem primi Templi, anni	480.
Primum Templum ſtetit annis	410.
Exilium Babylonicũ, diruta Æde, perdurauit annos	70.
Secundum Templum ſtetit annis	420.

Summa annorum 1828.

Ad complendum ſummam 2000. annorum, quibus debebat durare Lex Moſaica, deſunt anni 172., igitur poſt deſolationem Templi, ſecundùm hunc computum, Lex Moſaica vtcumque adhuc perdurauit annis ſcilicet 172. poſt quos Diuinum decretum, de Meſſia Iudæis mittendo ad-

natiuitatem Iacobi, en ſummam 108. *annorum.*

130. *annorum erat Iacob quando ingreſſus eſt in Aegyptum, en ſummam* 238. *annorum.*

210. *ſteterunt filij Iſraël in Aegypto, ecce ſummam* 448. *annorum.*

480. *ab exitu de Aegypto vſque ad ædificationem primi Templi*, S. D. 1. Reg. cap. 6. 1. *Factum eſt ergo quadringenteſimo, & octuageſimo anno egreſſionis filiorum Iſraël de terra Aegypti, ædificari cœpit Domus Domino &c. en* 928. *annos, &* 410. *annis ſtetit Domus prima ſicut probatur ex numero annorum Regum. Septuaginta quoque annis perdurauit exilium Babylonicum, &* 420. *annis ſtetit Domus ſecunda. Vnde* 900. *&* 928. *fit ſumma* 1828. *deficiunt anni* 172. *à ſumma* 2000. *annorum.* 170. *annis ante completum quartum millenarium exciſum eſt Templum, & in fine iſtorum* 172. *annorum completi ſunt duo millia anni* תורה *THORA', LEGIS. Et ſecundùm quòd dixerat duo millia annorum* תוהו *THO'V, VASTITATIS, ſic dictum eſt duo millia* תורה *THORA', LEGIS, quandoquidem dixerat duo millia anni THO'V, SOLITVDINIS, duo millia annorum THORA', LEGIS; non ob id* (eſt intelligendum) *quod Lex finienda eſſet duobus millibus annis*, hactenus &c. *Et duo millia annorum MESSIAE, quòd poſt duo millia annorum Legis veniet MESSIAS, & complebitur captiuitas, & ceſſabit tyrannica ſeruitus ab Iſraële.*

Cuius computi talis eſt ſumma

nù othàm, arbaà meòth sciana. *Et affligent eos quadringentis annis*, & nihilominùs in Ægypto non steterunt filij Israël, vt diximus, nisi 210. annis, vt dicit R. Salomon, & probat Nicolaus de Lyra ad cap. 15. 13. Gen. cit. ad complendum num. 400. annorum desunt 190. anni, quos Deus anticipauerat. In malorum enim comminationibus solet aliquãdo Deus sententiam mutare, potissimùm quando quis ad pœnitentiam se conuertit, secundùm illud vulgatum: *Scit Deus mutare sententiam, si sciat homo corrigere delictum*. Si igitur Deus anticipauit liberationẽ filiorum Israël de Ægypto, quia viderat afflictionem populi sui in Ægypto, & clamorem eius audierat propter duritiem eorum, qui præerant operibus, quantò magis anticipare debebat tempus redemptionis non tantùm filiorum Israël, sed & totius mundi, illumque à Diabolica seruitute liberare? *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus*. Psal. 12. 6. Scio quidem communiter Hebręos hos quadringentos annos inchoare à natiuitate Isaac vsque ad exitum ex Ægypto, & rotundè numerare 400. annos. quam sententiam etiam sequuntur nonnulli ex nostris. Sed verosimile est, hos annos referri ad seruitutem & afflictionem, quam passi sunt filij Israël in Ægypto, quia τῷ *subijcient eos seruituti*, coniungitur cum, *& affligent quadringentis annis*. At quia in Ægypto filij Israël fuerunt tantùm ducentis decem annis, ex רד״ו Iudæorum; dicendum igitur adimpleri debuerat; ergo dicendum est, secundùm hanc Iudaicam traditionem olim ab hinc annis 1432. iam venisse Messiam. Sed reuera 240. annis priùs iam venerat verus Hebræorum Messias IESVS Dominus.

Dices. Quomodo id probari poterit?

Resp. Probatur venisse Christum 240. annis priùs hoc computo, quia Christus nascitur in carne anno mundi 3760. vt in Tabula Epocharum supra pag. 81. notauimus: at secundùm computum Hebræorum Messias venire debebat anno mundi 5000; subductis itaque 3760. à 5000. supererunt anni 240. quos Christus anticipauerat aduentu suo. Sed

Regeres. Cùm in aduentu Domini non fuerit pręcisè obseruatũ tempus indicatum, sed 240. annis citiùs aduenerit, colligitur inde, Christum nostrum non esse verum Messiam tempore suo promissum.

Resp. Per anticipationem gratiæ non tollitur veritas gratiæ, imò augetur gratia; hinc Iudæi libenter concedunt liberationem filiorum Israël ex Ægyptiaca seruitute Deum illam anticipasse centum nonaginta annis. Nam secundùm computum R. Salomonis supra notati filij Israël steterunt in Ægypto 210. annis iuxta numerum dictionis רדו *Redù, descendite*, nempè in Ægyptum, Gen. 42. 2. At Deus supra cap. 15. 13. dixerat Abrahamo: *Cognoscendo cognosces, quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua*. ועגו אתם ארבע מאות שנה: *V ein-*

nepos Iacobi, & auus Mosis, ingressus est Ægyptum vnà cum auo suo Iacob, vt patet ex Genes. 46. hic verò vixit centum triginta tribus annis, vt legitur Exod: 6. & genuit filium Amram, qui vixit centum triginta septem annis, vt ibidem proditum est, cuius filius fuit Moses, qui octoginta natus annos eduxit Hebræos ex Ægypto, vt habetur Exod: 7. Ex his autem annis conficitur summa annorum 350. è quibus etiam plurimi, ne bis numerentur, sunt detrahendi. Quare, vt optimè nosti, vltrò fatentur Hebræi, suos patres moratos esse in Ægypto annos 210. iuxta verba superiùs relata: *Generatione autem quarta reuertentur huc*: nam דו״ר *Generatio* conficit numerum 210. Est igitur dicendum, Hebræorum liberationem præuenisse annos 190. Hoc sanè apud ipsos fatetur Iosephus Cæcus, qui Chaldaicè explicans illud Canticorum cap. 2. vers. 8. *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, inquit:

אמר שלמה מלכא בעדן דהוו יתבין עמא בית
ישראל במצרים סלקת קבלתהון לשמי מרומא הא
בכן אתגלי יקרא דייי למשה על טורא דחורב ושדר
יתה במצרים למפרק ותהון ולמפק יתהון מגו דחוק
מרות מצרים וטפו על קצא בגין זכותה דאבהתהון
דמתילין לטוריא ושור על זמן שעבודא מאה ותשעין
שנין על צדקתא דאמהתן דמתילן לגלמתא׃

Dixit Salomon Rex. In tempore, quo habitabat Domus Israël in Ægypto, ascendit clamor eorum ad cælos excelsos. Tunc reuelata est gloria Domini Mosi super montem Horeb, & misit eum in Aegyptum, vt redimeret eos, & educeret

ret

igitur est, anticipatam fuisse liberationem filiorum Israël ex Ægypto 190. annos, vt eruditè probat Cl. V. Franciscus Grisendus Hebraicę linguę peritissimus in Epistola, quam, dum hæc scriberem, ad me misit, cuius exemplar est:

D. IVLIO BARTOLOCCIO ABBATI

Franciscus Grisendus S. P. D.

Hebræorum pertinacia, Charissime mi Iuli, vt audaciùs perfracta fronte perneget, quòd Iesus Dominus noster non fuerit Messias, eo potissimè vtitur argumento, quòd nimirùm ipsius aduentus, iuxta eorumdem computum, pręcesserit quartum millenarium à mundi creatione, in quo Messias iuxta Elianam traditionem erat aduenturus. Sed ad eludendum huiusmodi argumentum non incongrua sanè videntur ea Sacri Codicis verba, relata Gen. 15. & habita à Deo Patriarchæ Abrahamo, videlicet; *Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia, &c. Generatione autē quarta reuertentur huc.* Ex his verbis Hebræorum nonnulli eliciunt, à Deo prædictam fuisse Iudæorum habitationem in Ægypto per annos 400. Totidem autem annis ibidem non permanserunt Hebræi: nam Caath,

sionis speciem exhibere, possimus eius reuocare sententias: & è diuerso si pollicetur aliquid suaue se nobis daturum, nos autem non attulerimus, quod ex nobis est, neque ipse promissum adimplet, ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atque hæc inuenire poterunt studiosi sacrarum literarum omnes. Si igitur Deus præfinitum tempus præuenit pro corporali hominum liberatione, potuit vtique præuenire præfinitum itidem tempus pro spirituali totius mundi salute, quam Iesus Dominus noster attulit; ideòque hac de causa pro vero Messia ab Hebræis non est denegandus. Hæc igitur, Doctissime mi Iuli, quæ studiorum causa occurrerunt, si lubent, humaniter accipe, & me, vti soles, ama. Hæc ille.

Dices II. Messias quidem natus est anno 172. ante completum quartum millenarium, hoc est, eodem die, quo Templum exustum est, vt dicit Aben Ezræ ad versiculum 5. cap. 7. Cantici Canticorum . מלך אסור ברהטים *Mèlech hassùr barchattìm, Rex ligatus in canalibus.*

הוא המשיח שהוא אסור כאשר העתיקו קדמונינו כי ביום שחרבה ירושלם נולד:

Hu ham Masciàch, scehù assùr, caascèr haethikù kadmonènu, chi bijòm scecharebà Ierusciàlaim nolàd.

Iste est Messias, qui ligatus est, quemadmodum transtulerunt nostri antiqui: quoniam in die, qua destructa est Ierusalem, natus est. Accepit Aben Ezræ à Talmude Ierosolymitano Cod. *Berachòth*, cap. 2. היה קורא *Haiàh korè*, *Qui legit*, pag. 5. col. 1. paulò ante me-

ret de oppressione subiectionis Aegyptiorum, & abbreuiatum est tempus præfinitum propter meritum patrum, qui comparati sunt montibus, & diminuit de tempore seruitutis 190. annos propter iustitiam matrum, quæ comparata sunt collibus. Quin præfato, & antiquo Iosepho antiquior hæc fuit apud Hebræos opinio: legitur enim in פרקי ר׳ אליעזר cap. 49.

רבי חכינאי אומר לא נתן הקב״ה קצבה למלכיות אלא לשעבוד מצרים שנאמר ועבדום וענו אותם ארבע מאות שנה ועשה עמהם הקב״ה כרוב רחמיו וכרוב חסדיו וקצר הצי שנים כמנין רד״ו שנים:

Inquit R. Chachinai: Non dedit Deus terminum Regnis, nisi seruituti Aegyptiacæ, iuxta illud: In seruitutem illos redigent, & affligent eos quadringentis annis. *Verùmtamen Deus egit cum illis secundùm multitudinem misericordiæ, & benignitatis suæ, atque abbreuiauit medietatem annorum iuxta numerum* רד״ו *210. annorum.*

Et huiusmodi expositio de prædictis annis quadringentis eò magis arridet, quò D. Ioannes Chrysostomus hom. 37. in Gen: eam non respuit, dicens iuxta editionem Frontonis Ducæi. *Dici potest etiam aliter, quòd eùm Dominus sit misericors, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pœnas, quia vidit eos* (nempè Hebræos) *ita labore pressos, & Aegyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus vltionem fecit, & ad libertatem eos reduxit. Dei enim mos est, quoniam in omnibus salutem nostram operatur, vt etiamsi minetur se puniturum, si nos voluerimus conuer-*

à se prædictum nondum aduenerat, sed ducentis circiter annis distabat, vt vidimus. Addita igitur fuerunt à Rabbinis illis, qui compilauerunt Talmudem, & vt aduentum veri Messiæ negare aliqua apparenti ratione possent, hanc friuolam excusationem iniquitatum populi Iudaici adinuenerunt; immò quando populus Iudaicus in profundum omnium ferè iniquitatum descenderat, neque de eo vlla salutis spes relicta erat, tunc aduenit Saluator, vt quò maior ægroti populi infirmitas fuerat, eò magis Medici præstantia, & virtus dignosceretur. Et hæc est vna ex notis traditis ad cognoscendum tempus aduentus Messiæ in eodem Cod. *Sanhedrin*, cap. *Chèlek*, pag. 97. vbi legitur:

ו תניא ר׳ יהודה אומר דור שבן דוד בא בו בית חועד היה לזנות:

Tània, R. Iehudà omèr, dor scebèn Dauid ba bò, beth Hauuàd haiàh lezanùth.

Lectio, seù est Traditio. R. Iudas dicit, Generatione illa, qua filius Dauid (Messias) *venit, Beth Hauuàd Domus Conuentus erit in scortationem.* Glossa Rascì:

בית חועד מקום שתלמידי חכמים מתועדין שם ללמוד תורה:

Beth Hauuàd, est locus, quo discipuli sapientes conueniunt ad discendam legem. En Gymnasia Hebræorum tempore aduentus Christi in lupanaria conuersa. Et paulò infra:

וחכמת הסופרים תסרח ויראי חטא ימאסו ופני הדור

medium. Sed propter peccata Iudæorum Deus illum ligatum tenet capillo, neque ad liberandum Iudæos mittet quousque ad pœnitentiam conuertantur.

Resp. Velint nolint Iudæi, coguntur tandem fateri veritatem, quamuis mendacijs & fabulis inuolutam; dicunt quidem benè, Christum natum, non die desolationis Templi, sed annis 68. ante Templi exustionem. Fabulantur autem quando dicunt, detineri ligatum cincinno quodam imaginario, neque ad Iudæos venturum, nisi ipsi ad pœnitentiam conuertantur. Iniquitates quippè Iudæorum retardare non possunt Dei decretum de Messia mittendo tempore quinti millenarij secundùm Elianam sententiam, quia cum ipso decreto diuino præuisæ etiam fuerunt iniquitates Iudæorum. Sed

Regeres ex Talmude Cod. *Sanhedrin*, cap. *Chèlek* cit. post Traditionem Domus Eliæ de mundi duratione, & Messiæ aduentu, subiunguntur hæc verba ad pag. 97. b. in principio columnæ: ובעונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו *Vuauonothènu scerabbù ietzeù mehèm, ma sceiatzeù, Et propter iniquitates nostras, quæ multiplicatæ sunt, transierunt ex ijs* (annis) *quot transierunt.* Ergo scelera Iudæorum sunt in causa, vt retardetur aduentus Messię.

Resp. Illa particula non est ex textu sententię, seù Traditionis Eliæ, quia Elias, qui hanc Traditionem promulgauit, extitit ante aduentum Christi, nec poterat talia verba proferre, cùm tempus aduentus Christi

ideò mala comminata non euenerũt. Non autem ſic de bonis promiſſis dicendum, quia bona à Deo promiſſa, etiam ſecundùm opinionem Doctorum Synagogæ non retardantur, ſed potiùs anticipantur. Legitur enim in ילקוט *Ialkut* ad cap. 60. Iſaiæ, ſuper verſ. 22. אני יהוה בעתה אחישנה *Anì Adonài beittàh achiſcènna*, *Ego Dominus, in tempore ſuo, accelerare faciam illud.*

אמר רבי אלכסנדר אמר רבי יהושע בן לוי דמו כתיב בעתה וכתיב אחישנה זכו אחישנה לא זכו בעתה׃

A'mar Ràbbi Alſcander, A'mar Ribbi Ieoſciùah ben Leuì, damì chetiù beittàh Vchtiù, achiſcènna? Zaccù, Achiſcènna; lo zaccù, beittàh.

Dixit Rabbi Alexander, dixit R. Ioſue Ben Leui. Cùm ſcriptum ſit IN TEMPORE ſuo? cur ſcribitur ACCELERARE FACIAM ILLVD? Merentur, accelerare faciam illud (tempus redemptionis, aduentus Meſſiæ) *non merentur, In tempore ſuo* (veniet Meſſias.) Ergo iniquitates Iudæorum non poſſunt retardare aduentum Meſſiæ. Ex hac falſa opinione Hebræorum, quòd eorum peccata ſint in cauſa cur Meſſias non veniat, ſequitur, quòd nunquam illorum fictitius Meſſias veniet, quia Iudæi nunquam ceſſant peccare, & non ceſſabunt. Ergo. Non ceſſabunt peccare, quia de ipſis ſcriptum eſt:

היתהפך כושי עורו ונמר חברברתיו גם־אתם תוכלו להיטיב למדי הרע׃

Ha-

תרזר כפני כלב והאמת נעדרת שנאמר ותהי האמת נעדרת וסר מרע משתולל׃

Vechochmàth haſſopherim tiſràch, vijraè chètt immaeſu, vpenè haddòr chepenè Chalèu, vehaemèth nijdèreth, ſceneemàr: vathehì haemèth needèreth vesàr meraàh miſctolèl.

Et ſapientia Scribarum corrumpetur; & timentes peccatũ reprobi erunt; & facies illius aui (erunt) *ſicut facies Canis, & veritas deficiet, ſicut ſcriptum eſt* Iſai. 59. 15. *Et erit veritas deficiens, & recedens à malo direptus.* Ad ſummam igitur iniquitatem tempore aduentus Meſſiæ deſcenderant Iudæi; *Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia*, ſicut ait Apoſtolus ad Rom. 5. 20. Adde, quòd Dei promiſſa bonorum anticipari ſoleant, raró autem retardari; quia cùm Deus ſit ipſamet bonitatis eſſentia, ad ipſum pertinet promiſſa bonorum exequi ſine dilatione; è contra, promiſſa comminatoria, etſi abſolutè prolata in Scripturis inueniantur, ſub tacita tamen conditione intelligi debent, hinc paſſim vaticinia Prophetarum videmus, quibus mala abſolutè ex parte Dei populis comminantur, & tamen nihil mali illis acciderunt, vt Ionas: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, cap. 3. 4. & tamen Niniue ſubuerſa non eſt, quia comminatio prophetica, etſi abſolutè videbatur, tamen ſub conditione intelligenda erat, videlicet, niſi Niniue conuerſa fuiſſet; at quia Viri Niniuitæ prędicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis, vno verbo, pœnitentiam egerunt,

ut bis mille, vnicuique parti contingerent. Hæc enim diuisio firma esse debet & stabilis, neque vltima pars primę, includi debet in secunda, neque secunda in tertia, quia sicut dies בראשית *Berescith* vnus non includebatur in alio, ita ista sex millia annorum in tres partes distincta, vnaquæque pars duorum millium annorum suo toti correspondere debet, neque vna cum alia confundi; sic duo millia annorum primæ partis, correspondere debent תהו *Thòu*, *Vastitati*; duo millia secundæ partis, correspondere debent תורה *Thorà*, *Legi Mosaicæ*; & duo millia tertię partis, correspondere debent משיח *Mesciàch*, *Messiæ*, seù *Legi gratiæ*. Sed

Instabis, Si istarum partium nullo modo vna includi debeat in altera, cùm Christus natus sit anno mundi 3760. apparet, aut non esse verus Messias, aut traditio Eliæ nulla esse, cùm non sit natus in quinto millenario, sed in quarto.

Resp. Negando consequentiam; quia iam probauimus beneficia à Deo promissa anticipari solere. Cùm enim istud beneficium redemptionis sit adeò magnum, quo maiore nullum aliud excogitari potest; hinc est, quòd Dei misericordia, & bonitate, illud anticipare voluerit annis 240. ante quintum millenarium, secundùm calculum prędictum Hebræorum. Quamuis non desint, qui Natiuitatem Messiæ Domini, propinquiorem constituant, ad finem scilicet quarti millenarij, vt patet in catalogo Auctorum sequentium, quem ex

Haiaaphech Cusci orò, veNamèr chacharburothàu, gham-attèm tuchelù leettiu limudè haraah.

Nunquid vertet Aethiops pellem suam, & Pardus maculas suas? etiam vos poteritis benefacere docti (assueti) *malefacere*. Ierem. 13. 23. Non est igitur expectandus ampliùs Messias, quia hodie sumus in sexto millenario, ex quo transacti sunt 1432. anni, quo tempore, secundùm Traditionem Elię venturus erat Messias.

Dices III. cum R. Salomone in Glossa supra allata. Sufficit ad veritatem traditionis, quòd Messias veniat post duo millia annorum Legis; parum enim refert, si Messias veniat in principio duorum millium annorum suorum, an in medio, vel in fine: sic hodie cùm iam ex istis duobus millibus annis Messiæ, prætererint anni 1432. supersunt adhuc anni 568. in quibus venire poterit Messias.

Resp. Malè ratiocinatur R. Salomon, & alij Hebræi cum ipso. Duo millia annorum assignantur pro Lege, & duo millia pro Messia. Si hodie sumus sub Lege Mosaica, ergo Lex Mosaica non duo millia annorum perdurauit, sed ad 3432. annos protrahitur: nam si isti numero addantur 2000. anni תהו *Thòu*, *Vanitatis*, fiet summa annorum 5432. quæ vsque hodie à creatione mundi effluxit. Si igitur anni 2000. Legis finiti sunt, ergo sumus in bimillenario Messiæ, ergo Messias iam venit, alioquin nihil dixit Elias in distribuẽdo sex mille annos in tres partes, ita-

Cæterùm de hac Eliana traditione circa mundi durationem, & Messiæ aduentum, agunt, ex Hebræis Talmud Babylonicum, Cod. *Sanhedrin*, cap. *Chèlech* cit.

Item Cod. עבודה זרה *Auodà zarà*, *De Idololatria*, cap. לפני אידיהן *Liphnè Edehèn*, *Ante festiuitates ipsorum*, pag. 9. circa medium.

R. Salomon in *Comment.* ibid.

Scialscèleth hakabb. pag. 24. b.

Ex Latinis.

Hieronymus à S. Fide lib. 1. *Contra Iudæos* cap. 2.

Raymundus Martini in *Pugione Fidei*, par. 2. cap. 10.

Ioseph de Voisin *Obseruat. ad Pugionem eiusdem Martini* ad cap. 10, cit. pag. 322.

Petrus Galatinus lib. 4. *Arcan. Cathol. Eccl.* cap. 20.

Qui sequuntur crediderunt hunc Eliam fuisse Eliam Prophetam.

Franciscus Georgius in *Harm. mundi Cantico* 3. Tom. 7. cap. 7.

Hieronymus Vielmius lect. 6. *De sex diebus conditi Orbis*. pag. 77. sed pag. 85. se retractat.

Ioannes Picus lib. 7. *Heptapli* c. 4.

Ludouicus Viues lib. 20. *De Ciuitate Dei* cap. 7.

Xystus Senensis lib. 2. *Bibl. San. in Helia*.

Stratonicus Cumarum Episcopus in *Collectaneis*.

ex Maluenda de Antichristo excerpsimus. Itaque Natiuitatem Christi

Iosephus Scaliger, & Vbbo Emmius ad annum mundi 3949. referunt.

Henricus Samerius, & Cornelius à Lapide, ad annum 3950.

Alexander Sculte-tus 3959.

Ioannes Lucidus, & Christianus Adrichomius 3960.

Antonius Beuter, & Ioannes Tilius 3961.

Xystus Senensis, Christianus Massæus, & Dauid Chythræus 3962.

Ioannes Azorius 3963.

Petrus Galli Sardus 3964.

Ioannes Functius 3966.

Henricus Buntingus 3967.

Cornelius Iansenius, & Ioachimus Bucholzerus 3970.

Leonardus Krentzheim 3971.

Petrus Galatinus 3982.

Robertus Bellarminus 3984.

Carolus Bouillus 3989.

Iodocus Coccius 3998.

Paulus Palatius, Franciscus Suarez, & Garsias Galarza plùs minùsue 4000.

Igitur secundùm hanc traditionem Iudæorum, iam longè ante hac, Messias venit.

Sareptanæ Eliç Prophetæ discipulum, qui & Ionas Propheta fuerit putant Hebræi, vt refert D. Hieronymus *Præfat. in Ionam*.

Et hæc circa sententiam תנא דבי אליהו *Tanà de Be Eliàu* dicta sint.

Sed vt reuertamur ad סדר אליהו רבא *Sèder Eliàu Rabbà*, de quo Plantauit. supra citatus. Indubitatum mendum ipsius esse existimo, dum id, quòd Eliæ Ben Mosis de Vidis est, Eliç Leuitæ huic nostro attribuat. Elias enim de Vidis in suo libro ראשית חכמה *Resceìth Chochmà*, de quo paulò infra num. 211. Tractatum quendam inseruit cum hoc titulo סדר אליהו רבה *Sèder Eliàu Rabbà*. Mirum autem non est, si ita facilè deceptus sit, quia, vel omnes libros Hebraicos non vidit, vel nimiam fidem præstitit Catalogo Pragensi à Iudæis Pragensibus sibi transmisso.

רמ׳ רבי אליהו מזרחי ראש ישיבה בקוסטנטינא חבר

א׳: פירוש על פירוש רש״י על התורה שנת ר״ל לפ״ק ונדפס בויניציאה שנת רפ״ו לפ״ק: וגם פה שנת של״ד: וחבר

ב׳: שו״ת בלשון יונית:

ג׳: ומלאכת המספר:

ד׳: ומלאכת גימטריא כ״י וספר

ה׳: צורת הארץ נדפס בקוסטנטינא שנת ש׳ לפ״ק:

209 R. ELIA'V MIZRACHI, ELIAS ORIENTALIS Rector Synagogæ Constantinopolitanæ, à Iudæis Doctor eximius, & excellens sapiens vocitatur. Claruit anno mundi ל״ל 250. min. supput. Chr. 1490. vt

Ioannes Carion in *Præfat. Chronici*, pagina 9. & libro 3. *Chron.* pagina 210.

Hi verò qui sequuntur, hunc Eliam Rabbinum Talmudicum esse dixerunt.

Dominicus Sotus 4. *Sent.* dist. 43. quæst. 2. art. 2.

G. Genebrardus lib. 1. *Cosmograph.* initio.

Guilielmus Fornerius in *Notis ad Epist.* 10. *lib.* 1. *Cassiodori*.

Leonardus Coquæus in lib. 18. *de Ciuitate Dei*, cap. 53.

Hieronymus Magius lib. 3. *De exustione mundi*, cap. 16.

Ioannes Bodinus in *Historica Methodo*, cap. 8.

Martinus Delrius *Commentarijs in Senecæ Octauiam*, num. 386.

Matthæus Beroaldus lib. 2. *Chronici*, cap. 3.

Pererius lib. 1. in *Genesim* ferè extremo.

Suarez tomo 2. in 3. *part.* disput. 53. sect. 4.

Viegas in 1. *Cap. Apocalyp. Comment.* 1. *sect.* 2.

Reinerius Reineccius in *Methodo Historica*.

Adrianus verò Finus lib. 5. *Flagell. Iudæor.* & Petrus Costus in *Typo Missæ*, credunt fuisse filium Viduæ

Sebastiani Munsteri anno Domini 1546.

ELIÆ LEVANTINI, qui, vt puto, est hic noster Orientalis, *Commentarij in Biblia*, reperiuntur notati in Catalogo mmssc. Biblioth. Sereniss. Magni Ducis Etruriæ an. 1641. edito; sed tam ineptè in eo, tituli librorum Latinè redduntur, & ita confusè, vt vix intelligi possit quid in eis tractetur, & qui sint illorum Auctores. Vnde suspicor, pro eo quod dicitur *Eliæ Leuantini Commentarij in Biblia*, legendum esse, *Eliæ Orientalis Supercommentarij in Pentateuchum Mosis*, nempè *Super Commentarios Rabbi Salomonis*, de quibus in hoc loco agimus.

רל׳ **ר׳ אליהו ממנטובה** חבר דרשות על כל פרשיות חמשה חומשי התורה : וקרא שמם אור עינים :

210 R. ELIA'V MIMA'NTOVA, ELIAS MANTVANVS scripsit - דרשות *Derasciòth*, *Conciones*, seù *Sermones super omnes* פרשיות *Prasciòth*, *Sectiones Pentateuchi*, quas vocauit אור עינים, *Or enàim*, *Lumen oculorum*. Excusi Cremonæ in 8. anno non notato.

רמ׳ **ר׳ אליהו בן משה די וידיס די וידאש** תלמיד רבי משה קורדואירו חבר ספר

ראשית חכמה על מדות הכבוד ונחלק לחמשה שערים :

ספר ס״ב קיום שער היראה ובפרקיו פס פ״ו :

vt ex David Ganz in צמח דוד *Tzèmach David* pag. 60. ex translatione Gentij, scripsit -

I. פירוש על פירוש רשי על התורה : *Pirùsc al Pirùsc Rasci al hattorà*. *Supercommentarium in Commentarium Rasci*, seù *Rabbi Salomonis Iarchi in Pentateuchum*. Est Opus magnum, & valdè commendatum à Iudæis, quo loca obscura Ghemaræ à R. Salomone in suis Commentarijs indicata, per extensum, & prolixè adducuntur, & dilucidè explanantur; annotatis locis vbi desumpta sunt. Excusum Venetijs anno mundi רפ״ז לפ׳ 287. Christi 1527. in fol. Et ibidem של״ד 334. etiam min. supput. Chr. 1574. in fol. apud Aloysium Bragadinum. Scripsit Constantinopoli lingua vulgari Græca -

II. שו״ת : *Sceelòth Vtsciuuòth*, *Quæsita*, *& Responsa legalia*. Item

III. מלאכת המספר, *Melèchetb hammisppàr*, *Opus*, seù *Artem numerandi*. Est absolutus Tractatus *De Arithmetica*; cuius compendium Osualdus Schreckensuxius vulgauit Basileæ apud Henricum Petri, in 4. Itemque scripsit -

IV. מלאכת גימטריא: *Melèchetb Ghemattrià*, *Opus Geometricum*, *Tractatum de Geometria*, qui vt ait Gesnerus nondum est impressus. Scripsit -

V. צורת הארץ : *Tzuràth haàretz*, *Figuram terræ*. Et est Tractatus *De Sphæra*: Excusus Constantinopoli anno mundi ש׳ 300. min. supputat. Christi 1540. in 4. Basileæ apud Henricum Petri cum Latina versione Osualdi Schreckenfuchsij, & notis

ראשית חכמה *Refcith Chochmà*, *Initium Sapientiæ*. Tit. ex Pfal. 111. 10. Eft liber totus fpiritualis, & valdè commendatus à Iudæis, tractat enim de vita moraliter componenda, & diuiditur in quinque שערים *Sciaharim*, *Portas*, feù *Tractatus*. Prima Porta, dicitur

I. שער היראה: *Saàr Hairàh*, *Porta Timoris*, agit de Timore Dei. Habet capitula 15.

II. שער האהבה: *Saàr Haauàh*, *Porta Amoris*, de Amore erga Deum, & proximum. Habet capitula 12.

III. שער התשובה: *Saàr Hatteſciuuàh*, *Porta Pœnitentiæ*, tractat de Refipifcentia, vt titulus indicat. Habet capitula 7.

IV. שער הקדושה: *Saàr hakeduſcià*, *Porta ſanctitatis*, de puritate vitæ, & confcientiæ. Habet capitula 17.

V. שער הענוה: *Saàr haanauàh*, *Porta humilitatis*, de humilitate. Habet capitula 7. Poft hunc Tractatum fequitur alius fub nomine -

פרק המצות *Pèrek hammitzuòth*, *Capitulum Præceptorum*. De fanctificatione, feù obferuatione Præceptorum. Diuiditur in decem *Portas*. Poft hunc Tractatum fequuntur nonnulli alij, omnes ad mores pertinentes, quorum hæc eft nomenclatura;

פרק גדול בנים. *Pèrek ghadùl banim*, *Capitulum de inſtitutione puerorum*.

פרק משא ומתן: *Pèrek Maſſà vmathàn*, *Capitulum de accepto*, *& dato*, feù *credito*, *& debito*.

פרק הדינין: *Pèrek Haddinin*, *Iudiciorum*.

פרק דרך ארץ: *Pèrek Dèrech èretz*, *Vr-*

שער ב׳: הוא שער האהבה ופרקיו הם י״ב:
ג׳: שער התשובה ופרקיו ז׳:
ד׳: שער הקדושה ופרקיו י״ז:
ה׳: שער הענוה ופרקיו הם ז׳ ואחר כך מתחיל
פרק המצות על קדושת המצות ושעריו הם עשרה.
ואחר כמנהג פרק גדול בנים:
ופרק משא ומתן:
פרק הדינין:
פרק דרך ארץ ונחלק לג׳ שערים ותליהם
מוסף
תוספת אליהו רבה על כמה דברים שנראין שאלה
לסתרים ומתחיל בשלש מדות שונות בדרך הקבלה
בעולם על ידי שלשה צדיקים ואלו הן סיבה
הקבה ומולי: ושעריו הם חמשה עשר: ואחר
כך מתחיל
סדר אליהו רבה ומדבר על הצדקה: הקבלה:
התשובה: הענוה: ת״ת: כענין המצות: גמ׳:
בכבוד שבתות וי״ט: כענין כבוד אב ואם:
בגלוי לשם: משא ומתן: הדין: השמח בחלקו:
הכעס והשמחה: החנופה והליצנות: לשכנת
השכנים: לשון הרע: גלוי הסוד: וכענין
דרך ארץ: ופרקיו הם כ׳: ואחר כך מתחיל
אור עולם על הגדולה של עניינים הנ״ל: ופרקיו
גם כן הם כ׳: ובסוף הספר נדפסו המעתקות
לענין כל המאמרים וכל הפסוקים הנמצאים
בזה הספר מפורש׳ לשם ולשם: ונדפס בויניציאה
שנת הש״לם בבית זואן די גארה השונה ובשנת
טריווס:

211 R. ELIA'V BEN MOSCE' DE VIDIS, ELIAS FILIVS MOSIS DE VIDIS, feù DE VIDASC, fiuè vt Plantau. placet VIRAS, aut VERASII, R. Mofis Kordoueri difcipulus, infignis fuit Cabalifta, & vitæ contemplatiuæ addictus, clatuit fuperiori feculo; nam eius Magifter Mofes Kordouero in viuis erat 1550. in Vrbe Sapheth fuperioris Galileç. Ibidem igitur fcripfit -

Pis euulgata Venetijs an. mun. שס״ט 360. min. sup. Chr. 1600. apud Danielem Zanetum, in 8. Cura & diligentia R. Salomonis ben Dauid, reuisa & correcta per Isaacum Gersonem.

ריב׳ ר׳ אליהו בן משה קראי ספר כריתות׃

212 R. ELIA'V, ELIAS BEN MOSIS HÆRETICVS KARRÆVS, scripsit quendam Tractatum כריתות *Cheritòth*, *De excisionibus*, huius testimonium perhibet Heideggerus in Hist. Sac. Exercit. 2. pagina 62. ex Seldeno, qui ex eius msc. locum de eadem materia allegat.

ריג׳ ר׳ אליהו הפשלי בן אלקנה ספר פירוש המלות זרות שבכתובים ובנביאים עד סוף הספר ונמצא כ״י בותיקנו. וחבר גם כן ל׳. אגרת או מכתב על התכונה׃

213 R. ELIA'V, ELIAS HAPPESCIALI', seù HAPPASLI' BEN ELKANA', quem Hottingerus Class. XI. suæ Biblioth. Orient. vocat *Alphegum*, scripsit -

I. פירוש המלות זרות *Pirùsc hammilòth zaròth*, *Dictionarium extranearum vocum*, quæ reperiuntur in libris Prophetarum, & Hagiographorum. Reperitur msc. in Bibliot. Vaticana, nunquam excusum fuit, & est optimum inter Dictionaria Hebraica, quamuis desiderentur voces ex Pentateucho. Scripsit etiam -

II. אגרת *Epistolam*, siuè מכתב על התכונה׃

Vrbanitate, & subdiuiditur in quatuor *Sciaarìm*, *Portas*, quibus additur -

חופת אליהו רבה. *Chuppàth Eliàu Rabbà*, *Thalamus Eliæ magnus*, & incipit: *Per manum trium Iustorum Deus creauit tres optimas proprietates in mundo, quæ sunt canities, senectus, & infirmitas, &c.* & diuiditur in quindecim *Portas*: subinde sequitur

סדר אליהו רבה. *Sèder Eliàu Rabbà*, *Ordo Eliæ magnus*, tractat *De eleemosyna, precibus, pœnitentia, humilitate, studio Legis, de praeceptis, operibus misericordiæ, honore Sabbathi, & cæterarum festiuitatum, Patris, ac Matris, de Vxoratu, Iudicio, quiete animi in statu suo, de excandescentia, & ira, hypocrisi, irrisione, dilectione proximi, lingua maledica, absconsione secreti, & urbanitate*. Complectitur capit. 20. Postea sequitur alius Tractatus inscriptus -

אור עולם. *Or olàm*, *Lux mundi*, breuiter agitur de præstantia rerum narratarum in superiori Tractatu. Habet capitula 20.

In fine autem Libri extat Tabula copiosa omnium locorum Talmudis, cuius auctoritates & doctrinæ referuntur, versiculorum quoque Sacræ Scripturæ, qui sparsim in Libro citantur & explicantur. Excusus Venetijs in domo Ioannis de Gara anno של״ט 5339. Christi 1579. in 4. Correctus diligenter per Isaacum טרויש *Treues*, seù *Treuisanum*.

Huius Libri ראשית חכמה *Initij Sapientiæ Epitome* composita fuit à quodam פויטו *Poëta* Pedemontano, & ty-

ריד רבי אליהו מקנדיא הפילוסוף ורופא חבר שלשה מאמרים

א׳ ; על מניע הראשון ;

ב׳ ; על עשית העולם :

ג׳ : ועל הוות והויה ואחד :

ד׳ ; והגהות על ן׳ רשד נדפסו כלן בלשון לעז בויניציאה שנת רסו ועמו מלות נסף ;

214 R. ELIA'V, ELIAS DE CA'NDIA, seù CRETENSIS, Philosophus, & Medicus non vulgaris, scripsit Tres Quæstiones,

I. ; על מניע הראשון *Al Menia harriscion, De primo Motore.*

II. : על עשית העולם *Al assiàth haolàm, De efficientia mundi.*

III. ; על הוות והויה ואחד *Al Houèh, Vahauaiàh, veEchàd, De Esse, Essentia, & Vno.* Scripsit & -

IV. ; הגהות על ן׳ רשד *Haghaòth al Aben Rasciàd, Annotationes in plurima dicta Commentatoris.* Omnia excusa sunt Venetijs sermone barbaro, vnà cum Ioannis de Ianduno Gandauensis Quæstionibus in libros Physicorum Aristotelis, anno Dom. 1506. & ab eodem Elia castigatis.

רטו ר׳ אליהו קפסאלי חבר סדר אליהו והוא סיפור הכלל מכל המעשיות אשר אירעו בזמנו ונמצא כ״י ;

215 R. ELIA'V, ELIAS KAPSALI scripsit -

סדר אליהו *Sèder Eliàu, Ordinem Eliæ*, & est Historia vniuersalis sui temporis, si Hottingero credimus in sua Bibl. Orient. Class. XI. msc. tantùm reperitur eodem teste.

ריו ר׳ אליהו רבא זה ספור על כמה סגולות ומראות שנראו מאליהו הנביא ונמצא כ״י בואטיקאנו על קלף שנת ד׳ אלפים תתל״ג לבריאת עולם ;

216 R. ELIA'V RABBA', ELIAS MAGNVS, Tit. Libri, quo agitur de aliquot visionibus & apparitionibus factis ab Elia Propheta (vt venditant Iudæi) reperitur msc. in Bibl. Vatic. anno mundi 4833. Christi 1073. in fol. Pergam. Alius consimilis liber in eadem Bibliotheca reperitur sub nomine ELIÆ זוטא ZVTTA', PARVI. Videsis supra ad num. 201.

ריז ר׳ אליהו בן שמואל ן׳ תבון הספרדי חבר מאמר על אדם ומדבר כי אדם הוא עולם קטן ; ונמצא כ״י בואטיקאנו ; וזה שמואל ן׳ תבון הוא מעתיק הגדול מהרבה ספרים מלשון הגרי אל לשון עברי והיה בזמן הרמב״ם בר מיימון בערך שנת ד׳ אלפים תתקנ״ו ;

217 R. ELIA'V, ELIAS BEN SCEMVEL ABEN TIBBO'N, seù TABBV'N HISPANVS, scripsit Tractatum -

על אדם שהוא עולם קטן *Al Adàm scehù olàm kattòn, De Microcosmo*, nempe *de homine, vt est paruus mundus*. Inuenitur msc. in Bibliot. Vaticana Papyr. in 4.

Iste *R. Samuël Aben Tibbòn*, est ille insignis interpres librorum Hebraicorum ex lingua Agarenica seù Arabica in linguam Hebraicam, vixit tempore R. Mosis Ægyptij cui admodum charus erat, qui & librum suum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim, Directorem perplexorum* Hebræum fecit,

cit, viuebat an. mundi 4950. Christi 1190.

רי״ח **אלים** או **ספר אילים** שם הספר

כמו ראיתי כתיב בלוח ספרים שלמלכת שוועציאה ולא בא בידי :

218 ELI'M, seù SE'PHER ELI'M, *Liber planitiei*, Tit. Libri desumptus ex cap. 15 27. Exodi, quem annotatum vidi in Indice librorum Hebraicorum Reginæ Sueciæ in 4. At in illius Bibliotheca illum reperire nequiui.

רי״ט **אלימלך** שם ספר והוא לא בא בידי :

219 ELIME'LECH, DEVS MEVS REX, Tit. Libri, cuius meminit G. Genebrardus in suo paruo Catalogo Librorum Rabbinicorum. Vide pag. 145. ipsius Isagog. ad legenda scripta Hebraica sine punctis.

ר״כ **ר׳ אליעזר בר אברהם בר מתתיה** חבר

ספר מגן דוד על מדות טובות ונדפס בקושטנטינה תחת סולטן סלים שנת ר״עו לפ״ק :

220 R. ELIE'ZER BAR ABRAHAM, BAR MATHATHIÆ, scripsit librum, cui titulus - מגן דוד *Maghèn Dauìd*, *Clypeus Dauid*. Liber moralis est, quo varia Scripturæ loca secundùm subiectam materiam explicantur. Excusus est Constantinopoli sub dominatu *Sultani Selimi* anno mundi ר״עו 276. minor. supp. Christi 1516. in 4. Vidi illum Romæ in insigni, & peruetusta Bibl. Excellentiss. Ducis ab Altemps.

רכ״א **ר׳ אליעזר אחיו של רבי אביגאדור כהן** חבר

אגרת מוסר כתובה בי׳ בוואטיקאנו בתוך ספרי של דוכוס אורבינו : ונכתבה שנת קנ״ג לפ״ק :

221 R. ELIE'ZER FRATER RABBI AVIGADORIS SACERDOS scripsit - אגרת המוסר *Ighèreth hammussàr*, *Epistolam Didascalicam & Ethicam*. Extat msc. in Bibliotheca Vrbinatensi apud Vaticanum. Papyr. in fol. Scriptis exaratur anno mundi 5193. Christi 1433.

רכ״ב **ר׳ אליעזר בן אליה אשכנזי**

הרופא היה ראש ישיבה בקרימונה בימי פיליפוס השני מלך ספרד ונגרש מלפניו מהעיר והלך לו בקוסטאנטינה וחבר ספר יוסף לקח והוא פירוש על מגילת אסתר ונדפס בקרימונה שנת של״ו :

222 R. ELIE'ZER BEN ELIÆ ASCHENAZI' GERMANVS MEDICVS; qui dum esset Archisynanagogus Cremonæ in Italia, regnante Philippo II. Hispaniarum Rege Ciuitate coactus est excedere, Constantinopolim adijt, vbi à Turcarum Imperatore Amurathe Naxiæ Insulæ Archipelagi Dux constituitur, vbi *Commentarium in Librum Esther* scripsit cum hac inscriptione - יוסף לקח *Ioseph lèkach*, *Augens doctrinam*, Tit. ex Prouerb. 1. 5. Excusus Cremonæ anno של״ו 336. min. supput. Christi 1576. apud Christophorum Draconem, in 4. cum textu, charactere quadrato, punctisque vocalibus ornato. Nonnulli hunc Librum alteri Eliezaro Germano attribuunt,

Eleazarum, sed perperam; nam in libro Venetijs impresso, & mox recensito legitur אליעזר *Eliezer*, & non אלעזר *Eleazar*.

In Indice Librorum Hebraicorum Reginæ Suetiæ sub nomine *R. Eliezer Aschenazi* notantur ש״ות *Sceelòth Vtsciuuòth*, *Quæsita*, *& Responsa*, in 4. Sed cùm omnes ferè libri Hebraici Suæ Maiestatis, nescio quo casu, in partibus Vltramontanis remanserint, ideò hunc in eius selectissima & numerosissima Bibliotheca hic in Vrbe apud amplissimas Ædes suas Transtyberinas asseruata, adinuenire non potui.

רכ״ה **ר׳ אליעזר בן הורקנוס** הנקרא הג׳

רבי יהושע בן חנניה היה כמו רבן יוחנן בן זכאי ורבן גמליאל בן רשב״ג בזמן החרבן בית שני בירושלם ואשתו היתה נקראת אימא שלום אחות רבן גמליאל בן רשב״ג ולא אחות רשב״ג כמו אמר בעל שלשלת הקבלה דף כ״ו ע״ב: ואומר בפי׳ פרשת יתרו ושם האחד אליעזר: כי זה הורקנוס היה מזרע משה רבינו: ועיין בהקדמת פרקיו ובראש אופן לעולם הבולם והוא היה רבו של ר׳ עקיבא: ואביו היה עשיר גדול, וזה הורקנוס מת בערב שבת עם חשיכה שנת שלש אלפים תתל״ב ליצירה משם שנים אחר החרבן הבית: ויש אומרים שנים עשר שנים אחר החרבן: ובמוצאי שבת הוליכוהו מקסרי ללוד לקבורה ואז ר׳ עקיבא דרש עליו אבי אבי רכב ישראל ופרשיו: והוא הידוע בספרי ישראל מחבר פרקי רבי אליעזר:

225 R. ELIE'ZER Magnus HIRCANI FILIVS, non alicuius illorum, qui de gente Hasmonæorum fuerant, sed alterius familiæ Ierosolymitanæ ditissimæ, de semine Mosis Prophetæ, vt scribit R. Bechaij ad v. 4. cap. 18. Exodi. Vxor eius nomine אימה שלום *Emà scialòm*, etiam præclabuunt, de quo mox.

רכ״ג **ר׳ אליעזר ן׳ ארחא** הסכים הסכמה על פירוש ר׳ אברהם גדליה בנו כלאה בתחלת הילקוט נדפס בליוורנו שנת ת״י לפ״ק:

223 R. ELIE'ZER ABEN ARCHA præclaro elogio approbauit Commentarios R. Abrahami Ghedaliæ in Ialkùt, vt apparet in principio Secundi Tomi libri istius impressi Liburni anno 410. min. supput. Christi 1650. Vide *Abraham Ghedaliæ*.

רכ״ד **ר׳ אליעזר אשכנזי** ראש ישיבה ואב בית דין בעיר פוזנא חבר

א׳: ספר יוסף לקח והוא פירוש על מגילת אסתר:
ויש אומרים כי המחבר פירוש זה היה ר׳ אליעזר בן אליה הנזכר למעלה: וחבר גם כן
ב׳: ספר מעשה השם ונדפס בויניציאה שנת השמ״ג לפ״ק בבית יואן די גאר״ה:

224 R. ELIE'ZER ASCHENAZI GERMANVS, Rector Academiæ, Iudex, & Præses Synagogæ in Vrbe Posna. Scripsit -

I. יוסף לקח *Ioseph lèkach*, *Augens doctrinam*, ex Prou. 1. 5. Est expositio *in Librum Esther*, teste R. Dauid Ganz in suo צמח דוד *Tzèmach Dauid*. Eodem teste scripsit quoque -

II. מעשה השם *Maasse hascèm*, *Opus Domini*. Tractat *De Vniuersis Dei operibus*. Excusi Venetijs anno mundi שמ״ג 343. min. supput. Christi 1583. apud Ioan. de Gara, cum Præfationibus, & Indicibus locupletissimis, in 4. Hunc aliqui confundunt cum Eliezaro Ben Eliæ Germano, de quo paulò ante. Alij vocant אלעזר

bilancium vola positi fuissent, & R. Eliezer filius Hircani in altera; iste præponderaret omnibus illis. Papæ! Excelluit itaque adeò (aiunt Iudæi) & in Mosaicis ceremonijs, Iuribusque Iudaicis, & in Chronologicis, Astronomicisque disciplinis, vt cæteris illius tempestatis Doctoribus facilè doctrinæ palmam eripuerit. Vnde nimis iactanter de eo scriptum reperitur in libro *Iuchassin* p. 32. b.

אם חיו חשמים גוילים וכל עצי חלבנון קולמוסין
ומי חים דיו לא יספיקו לחכמתו וכו׳ ׃

Si fuissent cæli membranacei; & omnia ligna Libani essent calami scriptorij, & aquæ maris atramentum, non sufficerent pro sapientia illius, describenda.

Scripsit itaque פרקי *Pirkè, Capitula*, quæ a suo nomine

פרקי אליעזר *Pirkè Elièzer, Capitula Eliezaris* dicta fuere. Sunt numero 54. Argumenti varij: quibus certè non solùm, de rebus ad creationem, & ad Iudæorum Theologiam pertinentibus, luculenter pertractat, sed & in primis, Historiam sacram 3400. circiter annorum, à creatione mundi, vsque ad Mardochæi tempora, persequitur, Itemque multa Astronomica, de signis Zodiaci, de Cyclis, de תקופות *Tekuphijs* Solstitijs, Æquinoctijs, Nouilunio, atque Embolismis, & si rerum Astronomicarum reliqua sint nomina, non oscitanter expendit, rebus plusquàm verbis, grauidum Opus. Axiomatibus, atque sententijs, quibus Iudæi passim vtuntur, ita refertum, vt Latinè trans-

A a la-

claræ stirpis fuit, quippè quæ Soror Rabban Gamalielis iunioris, siuè Iabnæi erat; non illius, sub cuius Magisterio D. Paulus in Pharisæismo edoctus fuerat, vt aliqui arbitrantur. Eliezer igitur non Gener, aut Nepos Rabban Gamalielis, vt alij putant, sed eius Cognatus extitit, vt testatur הרא׳ב׳ד *Harraàd* in lib. Cabalæ pag. *mihi.* 58. b. & *Iuchassin* pag. 31. circa fin. Hinc sequitur, Vxorem eius, non fuisse Sororem Simeonis Prophetæ, qui in vlnis suscipere Christum meruerat; cùm hic Simeon senex & sanctus, non frater huius Gamalielis, sed Proauus illius extiterit, vt ex eodem *Harrauàd* clarè colligitur. Vide infra in *Hillèl Hannassì*, & in *R. Iuda Ben Rabban Simeon.* Quidquid sit, duobus sanctissimis viris, & Simeoni seni, & Gamalieli Gentium Doctoris Magistro affinitate coniunctus certè fuit. In studijs Mosaicę Legis Rabban Iochannan filium Zachæi Magistrum habuit, sub cuius disciplina adeò profecit, vt de eo passim dictitare solebat:

ר׳ אליעזר בן הורקנוס בור סיד שאינו מאבד
טפח׃

R. Eliezer filius Hircani est tamquam puteus calce firmiter incrustatus, à quo aquæ guttu'a non diffluit. In פרקי אבות *Pirkè A'uoth* cap. 2. & ibid. paulò post, idem R. Iochannan de eodem dicere solebat -

אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר
בן הורקנוס בכף שנייה מכריע הוא את כלם׃

Si omnes Sapientes Israëlitæ in vna

tiam alterius Cæſareæ ad radicem Libani montis non longè à fontibus Iordanis à Philippo Ituræ & Traconitidis regionis Tetrarcha in honorem Tiberij Cæſaris ædificatę, vocitata fuit; Lyddæ igitur ſepultum fuit iuſta faciente R. Akibà eius diſcipulo, qui & orationem funebrem habuit, pro Themate vſurpans illud Eliſęi dictum 2. Regum 2. 12. אבי אבי רכב ישראל ופרשיו. *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga eius.* *Iuchaſsin* pag. 32. b.

Hinc ad exceſſum R. Akibæ, & Bitheram expunctam anni 67.

קכ"ו **ר׳ אליעזר מגרמיזה** מקובל היה

בשנת כמו חמשת אלפים ליצירה וחבר כמה חבורים

א׳: אדרת השם על הסוד ומדות טובות של האדם:

ב׳: מורה חטאים בדרך: וזהו ספר רוקח:

ג׳: ספר על הנפש:

ד׳: פירוש על ספר יצירה:

ה׳ ופירוש על מזמור קמ״ח תהלה לדוד ארוממך וגו׳:

ויש אומרים כי חבר ספר רוקח ועל זה עיין רבי אלעזר בן יהודה מגרמיזא:

126 R. ELIE'ZER DE GARMIZA, alijs GERMAZIENSIS, vel GARNOCENSIS, vel etiam GERMERSHEIM, magni nominis Cabaliſta. Scripſit *Explicationem Cabaliſticam ſuper* -

I. אדרת השם *Haadèreth haſcèm*, id eſt *Pallium Domini*. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Scripſit librum cum titulo -

II. מורה חטאים בדרך *Morè chattaìm baderech*, id eſt *Ducens peccatores in viam*. Tit. ex Pſal. 25. 8. Hortatur latum, dignum inter Latinos Codices locum tenere meruerit. Primùm id factum eſt à Conrado Pellicano, cuius mſc. verſio adhuc aſſeruari in Bibliotheca Tigurina teſtatur Gulielmus Henricus Vorſtius, qui & ipſe iterum Latinè vertit, & Animaduerſiones adiecit. Excuſa Latinè Lugduni Batauorum in Officina Io: Maire 1644 in 4. Hebraicè prodijt Venetijs anno ש״ד 304. min. ſupputat. Chriſti 1544. & iterum ibidem anno שמ״ד 344. Chriſti 1584. in 4. Scripſit ספר ארחות חיים *Sèpher orchòth chaiim*, *Librum ſemitarum Vitæ*. Tit. ex Prouerb. 2. 19. Continet documenta, quæ filio ſuo, dum morti proximus eſſet, tradidit obſeruanda. Coniunctim excuſus eſt cum libro *Ben Sirà* Venetijs anno ש״ד 304. Chriſti 1544. in 8. & idem Pellicanus Latinitate donauit.

Claruit poſt Templi Ieroſolymitani caſum, ætatę prima Tannæorum. Et fatis ceſſit Cęſareæ veſpera Sabbathi nocte ſuperueniente, anno mundi 3833. Chriſti 73. tribus annis poſt mortem R. Iochannan Ben Zachai, à Templi euerſione anno 6. vel ſecundùm alios anno 12. Eius corpus poſt Sabbathi feſtum expletum, tranſlatum fuit ad Vrbem לוד *Lud*, *Lyddàm* in littore Maris Mediterranei ſitam, non longè à Cæſarea, quæ & ipſa ad Mare firmiſſimum munimentum erat totius Palæſtinæ regionis, olim Metropolis ab Herode Magno in honorem Octauiani Cæſaris ædificata, quę priùs Turris Stratonis dicebatur, poſtea Cæſarea Palæſtinæ, ad differen-

tatur ad pœnitentiam, & vitæ emendationem. Quo etiam agitur *De Festiuitatibus, Matrimonio, Idololatria, & Contractibus*. Excusus Venetijs anno mundi 5303. Christi 1543. apud Marcum Antonium Iustinianum, in 4. & Pragæ in 8. ait Buxtorf. pag. 366. Bibl. Rabb. Scripsit ספר רוקח *Sèpher ròkach*, id est *Librum vnguenti*, vel *Pigmenti aromatum*. Vide infra אלעזר *Eleazar*. Scripsit -

III. על הנפש: *Al hannèphesc*, id est *De Anima* librum vnum, quem citat Io: Picus Mirandulanus in libro *contra Astrologos*, sub nomine Heliazer Garnocensis. Scripsit *Commentarium in* ... -

IV. ספר יצירה, *Sèpher Ietzirà*, id est *Librum de formatione* merè Cabalisticum. Scripsit -

V. פירוש על מזמור קמ״ה: *Pirùsc*, *Explanationem super Psalm. 145. Laus Dauid. Exaltabo te Deus meus; &c.* Item *Expositionem Precum Iudæorum*. Vtraque Cabalistica est, & msc. habeo inter alios Codices Hebræos nostri Musæoli, in 4. partim Papyr. & partim Pergam.

Claruit circa 5000. annum à creatione mundi, nempè Domini 1240. Videsis in אלעזר *Eleazaro*. De eo fit mentio in libro *Iuchasìn* p. 132. b. sub nomine אליעזר *Eliezaris* Authoris libri רוקח.

רכז רבי אליעזר בן גרשום שונצינו

היה בעל הדפוס של ספרים העברים בעיר קושטנטינה שנת ש״א עיין יצחק כהן:

227 R. ELIE'ZER BEN GERSOM SONCINVS, Artem Typographicam librorum Hebraicorum exercebat Constantinopoli an. mundi 301. min. supput. Christi 1541. Vide *R. Isaac Cohèn*.

רכח רבי אליעזר דוד מהטוב

מפירארה חבר ספר עיר דוד והוא ספר ש״ת כתוב בעתקי:

228 R. ELIE'ZER DAVID MEATTO'V, id est DEL BENE ITALVS. Scripsit -

ספר עיר דוד *Sèpher Ir Dauid*, id est *Librum Vrbis Dauidis*. Tit. ex 2. Samuel 5. 7. secundùm quod audiui, sunt *Quæsita & Responsa legalia*, quæ hactenùs in lucem non prodiere. Huius filius R. Iudas Asaël vulgò dictus *Leo del Bene* Rau, & Artium Doctor Ferrariensis, hodie Ferrariæ viuit ferè sexagenarius, de quo suo loco agemus. Eius verò pater Eliezer fatis cessit Ferrariæ anno mundi 5395. Christi 1635.

רכט ר׳ אליעזר החוזה כתב תפלה לשפיל

גורלות על סדר המזלות נמצא בי״ בוטיקאנו:

229 R. ELIE'ZER HACHOZE' scripsit *Precem pro mittendis sortibus*, eamque ordinauit secundùm ordinem XII. Signorum Zodiaci. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana, Papyr. in 4.

רל ר׳ אליעזר חסמה עיין רבי אלעזר

חסמה:

Quinti Ordinis *Kodaſcim*, & V. Capit. abſoluitur: & hinc eſt, quòd à nonnullis, alioquin doctis viris, eidem R. Hakkadòſc attribuitur, vti à Conſtantino L'Empereur, qui illum Latinum fecit, ac Commentarijs illuſtrauit. Editus eſt Lugduni Batauorum ex Officina Bonauenturæ, & Abrahami Elzeuir Academiæ Typograph. 1630. in 4.

In Bibliotheca Vaticana extat mſc. Tractatus -

על עניני התשובה *Al Inianè batteſciuuà*, id eſt *De Pœnitentia*, qui tribuitur R. Eliezaro ben Iacobi, ſed non ſatis liquet, an ſit huius, de quo modo agimus.

Hottingerus Claſſ. IX. ſuæ Bibl. recenſet librum cum hoc titulo אבי אסף *Aui Aſaph*, i. e. *Pater meus collegit*, & cuidam *R. Eliezaro ben Iacobi* attribuit, ſitque liber *Ritualis*, & *Iuridicus* dicit. Illum nos non vidimus, ac proinde de eo iudicium ferre non poſſumus. In *Maſſechethאבות* *Auòth*, *Capitulis Patrum* extat præclara ſententia huius *R. Eliezer ben Iacob* ꝟ. 11. cap. 4. quæ his verbis concepta eſt:

רבי אליעזר בן יעקב אומר העשה מצוה אחת קונה לו פרקליט אחד והעובר עבירה אחת קונה לו קטיגור אחד. תשובה ומעשים טובים כתריס בפני הפורענות:

R. Eliezer Ben Iacob dicit: Qui adimplet Vnum præceptum acquirit ſibi Paraclytum (Aduocatum) *Vnum: & qui tranſgreditur Vnum præceptum, acquirit ſibi Accuſatorem Vnum. Reſipiſcentia, & opera bona ſunt tanquam*

230 R. ELIE'ZER CHISMA'. Vide *R. Eleazar Chiſmà*.

רלא ר׳ אליעזר טירנא תלמיד ר׳ אליעזר קלויזנר אשכנזי חבר המנהגים לאשכנזים:

231 R. ELIE'ZER TERNA' GERMANVS diſcipulus *R. Eliezaris* קלויזנר *Kaluizanàr*, Scripſit - המנהגים *Hamminhaghim*, id eſt *Conſuetudines Synagogarum Germaniæ*. Huius meminit *Iuchaſin* p. 144. b.

רלב ר׳ אליעזר בן יעקב הנקרא קב ונקי חבר

מסכת מדות אשר נשנה במשניות והיא אחרון שבמסכתות שבספר ה׳ קדשים: זה המחבר היה בזמן אשר קיים בית המקדש השני והוא היה רואה כל מדותיו והאריך ימים אחר עד זמן רבי אלעאי ועל דבריו נכתבה מסכת מדות ושמו אותו בספר המשניות: חבר גם כן ספר על עניני התשובה ונמצא כי״ בואטיקאנו:

232 R. ELIE'ZER BEN IACOBI cognomento קב ונקי *Kàu venakì*, *Cabus purus*, vixit tempore Titi Veſpaſiani, vaſtationem Templi ſuis quidem oculis vidit, ſed fuga elapſus, longiùs vitam protraxit, itaut ad tempora vſque R. Bar Elai perueniret. Exactiorem notitiam ipſe habuit menſurarum Templi, quàm cæteri Sapientes, vnde ad eius relationem compoſitum fuit -

מסכת מדות *Maſſecheth Middòth*, id eſt *Codex menſurarum*, ſcil. Templi Ieroſolymitani; retulitque illum Rabbenu Hakkadòſc inter alios ſuæ Miſcnæ Tractatus, eſtque vltimus

De quo fit mentio in libro *Scèuet Iuda* num. 32.

רבי אליעזר מודי׳ חבר ספר על סנהדרין ׃ רלה׳

235 R. ELIE'ZER MODEVS, scripsit *De Septuagenario Seniorum numero à Mose adlecto in partem laboris iuris dicundi Israëlitico populo*, cuius meminit Heideggerus in Hist. Sacra Patriarcharum Exercit. 2. p. 54.

ר׳ אליעזר ממילי חבר ספר לכל־חפץ על ענין האגרות ׃ רלו

236 R. ELIE'ZER MIME'LI, scripsit librum - לכל־חפץ *Lecòl-chèphets*, *Vniuscuiusque desiderio*, seù *Voluntati* adaptatum. Ostendit hic liber *Modum conscribendi quascunque Epistolas*, *& in quauis materia*. Ex Plantauitio numero 284.

ר׳ אליעזר ממנץ ס״א ממונצה רלז

עיר אחת בלומברדיה הנקרא ר״אם , חבר ספר יראים על הדינים ועליו רבי שמואל אלגזי עשה פירוש ׃ ונראה לי שזהו בשלשלת הקבלה רק לא קרא אותו ממיץ אשכנזי הנקרא ראם , והוא לא היה אשכנזי כי עיר מיץ היא בארץ לורינא ואלו הרבנים כל ראבן ׃ ריב״א ׃ ורשם , היו יחד בדור הר״בם ור״שי כמו שנראה במרדכי בסוף ב״ב ׃ והיה חכם גדול בחכמת הקבלה ורשיו בחכמת ר״תם פרק ד׳ דאיסורי ביאה הביא תלמיד ר״ת ׃ ורשיו בספר שלשלת הקבלה דף כ׳ ; הוא ר״אם בעל ספר היראים :

237 R. ELIE'ZER MIMANTZ, seù DE MODICIA, vulgò MONZA,

quam clypeus aduersus supplicium.

Patri etiam suo Iacobo tribuitur aliud Apophtegma quod ibidem legitur §. 16.

העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין ׃

Præsens seculum, respectu futuri, simile est Vestibulo: igitur præpara teipsum in Vestibulo, vt possis ingredi in Triclinium.

Annus, quo iste Auctor perierit, ignoratur. Locus sepulturæ est in בפר ענן *Chephàr enàn*, secundùm Auth. Epistolę *Iachùs hatzadikìm*.

Huius meminit Ghedalia in *scialscèleth hakabbalà* pag. 27.

ר׳ אליעזר בן ר׳ יצחק זוסמן רלג׳

כתב הסכמה על ספר נחלת צבי ונדפסה בתחילת אותו הספר עיין שם ; והוא היה בעיר פולא או פולדא בפולין ׃

233 R. ELIE'ZER BEN ISAACI ZVSMAN scripsit *Elogium in librum* inscriptum - נחלת צבי *Nachalàth Tzeuì*, *Hereditas Cerui*, seù *Capreoli*, illumque approbat. Habetur in principio prędicti libri. Vide *Rabbi Tzeuì Ben Ioseph Cohèn*.

ר׳ אליעזר לוי חבר ספר צורת הארץ עיין ספר שבט יהודה סימן ל״ג ׃ רלד׳

234 R. ELIE'ZER LEVITA scripsit *Librum* - צורת הארץ *Tzuràth haàretz*, id est *Forma terræ*; quo potissimùm agit *De terreo globo: Vtrum ille moueatur, & cur in medio aëre circumfuso pendeat*.

ZA in Italia, in Gallia Cisalpina illustre Oppidum, seù veriùs Ciuitas, in qua Imperatores Romani Coronam ferream suscipere consueuerunt. Scripsit librum -

יראים *Ieràim*, *Timentium Deum*. Tractat *De rebus ceremonialibus*, & *Iudicialibus* ab eis דינים *Dinim* vocatis; hunc *Samuel Algazi* Commentarijs illustrauit. R. Ghedalia in *Scialscèleth hakabb.* p. 50. illum vocat ממין *Mimèts*, scilicet Metensem Germanum, Metensem Vrbem Lotharingiæ in Germania collocat. Contemporaneus fuit alijs duobus Sapientibus Rabbinis illius seculi, videlicet ראב״ן & ריב״א id est R. Ioël ben Elièzer, & R. Elièzer ben Nathan, cùm ipse cognominaretur ר״אם, id est R. Elièzer Mimets. Magnus Cabalista est habitus, & vt legitur in Annotation. R. Mosis Bar Maimonis Tract. אסורי ביאה cap. 7. fuit discipulus Rabbi Tham.

Cæterùm, malè hic liber, R. Beniamino, à Buxtorfio tribuitur, adducto teste R. Ghedalia in *Catena Cabalæ*, vbi nihil de tali re videre potui. Pagina tamen cit. 50. de hoc Eliezere ex professo tractat, quem libri *Ieraim* Authorem facit, & eius obitum an. 4998. assignat, qui Christi Domini anno 1238. respondet. De eo fit mentio in libro *Iuchasin* pag. 164. circa finem, illumque ממין Metensem facit.

רלח ר׳ אליעזר בן נפתלי חבר ספר
תפוחי זהב׳ והוא קיצור לספר הכנס ׃

238 R. ELIE'ZER BEN NEPHTALI', scripsit - .

תפוחי זהב *Tepuchè zahàu*, *Poma aurea*. Plantauitius in sua Biblioth. n. 761. dicit tractare *De Regno Dauidis*, *de eius origine & occasione*, *de præstantia & duratione illius* stylo valdè obscuro & difficili, vt à paucis intelligi possit. Excusus Tissumani anno 320. Christi 1560. Vbi autem sit Tissumanum prorsùs ignoramus, inquit Plantauitius. De quo nil aliud nos dicere possumus, cùm illum non viderimus. Alius libellus cum titulo תפוחי זהב *Tepuchè zahàu*, circumfertur, & est Epitome libri ראשית חכמה *Rescìth Chochmà*. Vide *Eliàu Ben Mosis* num. 211.

רלט ר׳ אליעזר בן נתן הנקרא ראב״ן
ממגונצה באשכנז חבר

ספר אבן העזר והוא שו״ת סימן פ״ב׳ ופירושים במגלות
שו״ת ואמרות על סדרים ושבת ועירובין יום טוב תעניות מועד
קטן וכו׳ ׃ ונמצא בגנזכנו שנת דתתקי״ב ונמצא בבית ר׳ אליעזר
מריווש בעיר ורקנורם על יד רבי יצחק בן אהרן סגול
ומכנו ונדפס על ידי משה בן יוסף בצלאל בעיר פראגי שנת
שלם לפ״ק ׃ חבר גם כן

ספר צפנת פענח ונראה שהוא ביאור ודרשים על
פיוטים ׃

239 R. ELIEZER BAR NATHA'N MOGVNTINVS, abbreuiatè dictus ראב״ן *Raauàn*, scripsit librum, quem appellauit -

אבן העזר *E'uen haèzer*, *Lapidem adiutorij*. Complectitur diuersas quæstiones Legales sibi propositas, & à se secundùm Ghemaræ doctrinam, & Canones solutas, nullo tamen doctrinæ ordine seruato. Incipiunt à

num.

ר׳ ר׳ אליעזר הקליר חבר פיוטים לאשכנזים שאומרים ביום הבכורים: ונדפס בקצת על ארוממך וגם בקצת דפוסים מהלכי מעלה וקורים אותם על סדר אלפא ביתא בזה

אכתריאל השר:
ברכיאל השר:
גבריאל השר:
דרשיאל השר:
הדרניאל השר:
ותקיאל השר:
זכריאל השר:
חסדיאל השר:
טוביאל השר:
יוהאל השר:
כבריאל השר:
לראל השר:
מלכיאל השר:
סמכיאל השר:
עתריאל השר:
פתחיאל השר:
צדקיאל השר:
קדושיאל השר:
רזיאל השר:
שמריאל השר:
תמימיאל השר:
מיכאל השר:

התפלל בעד ישראל

ובסוף אחר מיכאל השר אל שמים התפלל בעד ישראל לכל בצרותיהם בלוד פני מלך יושב במס רחמים: כמו כאשר לעסס ונכתב על הנקפס בארץ:

num. 1. vſque 303. Poſt ſequuntur aliæ, *De muliere menſtruata, de Sabbatho, permixtionibus domorum, ſolemnitatibus, ieiunijs, interfeſtis diebus, de contractibus*, ſubinde deciduntur varij caſus, *de Matrimonio, repudijs, Votis*. Poſtremò ſequitur quædam Deciſio R. Samuelis הרמתי *Haramathi* præfato Authori miſſa, de qua priùs fuerat interpellatus. Cōpoſitus Moguntiæ an. mun. 4912. Chriſti 1152. vt apparet num. 26. & inuentus fuit in Bibliotheca *R. Eliezaris* טריויש *Treuis* in Vrbe ורנקבורט Franckforti, cura R. Iſaaci Ben Aaronis Samuelis Germani. Fuit excuſus per manum Moſis Ben Ioſephi Betzalel, Pragæ anno mundi ש״ס 370. min. ſupput. Chriſti 1610. regnante Rodulpho Imperatore; cui præfixa eſt duplex Præfatio, vna R. Ioſephi Halleui, quà huius libri notitiam affert. Dat. Poſnæ Poloniæ an. mun. 5369. Chriſti 1609. & altera Impreſſoris. In fol.

R. Ghedalia in *Scialſcèlet hak abb.* pag. 49. b. huius Authoris meminit, de eoque teſtatur multa Opera ſcripſiſſe, ſed illa non recenſet. Dicit tamen fuiſſe Authorem libri -

צפנת פענח *Tzaphnàth paanèach*, id eſt *Abſconditi reuelatoris*. Tit. ex Gen. 41. 45. ſed de eius argumenro altum ſilentium agit, vt & ſemper. Hottingerus Claſſ. 2. Biblioth. bis hunc titulum exhibet, ſemel in *Biurim* Rabbinorum, eique aſſignat pro Authore R. Scem Tou Sprat (pro Sciprut) & iterum ibidem, ſine alia Authoris nominis aſſignatione.

כלרוך · וקרא שנם היסודים המקדמים פיו
הנקטים מעלכים סוכים וקדמים מסקבלו בפרס ·
סגר גם כן
ספר ערוגת הבושם ופול פיוטים לספכנים מלוחרי'
ככל מני הסנה

240 R. ELIE'ZER HAKALIR Poëta insignis, scripsit multa Opera poëtica, quibus olim vtebatur Synagoga Germanica, & quædam alia stylo soluto, seù prosa.

Composuit item quandam *Precem in die expiationum* recitandam, quæ incipit ארוממך *Aromemchà*, *Exaltabo te* &c. cum *Litaniuticis supplicationibus, & Angelorum inuocationibus* ordine Alphabetico dispositis hoc modo:

LITANIÆ IVDÆORVM.

א *O Actariel princeps*, ora
ב *Barachiel princeps* ora
ג *Gabriel princeps* ora
ד *Darasciel princeps* ora
ה *Hadraniel princeps* ora
ו *Vuatachiel princeps* ora
ז *Zachariel princeps* ora
ח *Chasdiel princeps* ora
ט *Tubiel princeps* ora
י *Ieoel princeps* ora
כ *Canadiel princeps* ora
ל *Larael princeps* ora
מ *Malchiel princeps* ora
ס *Samachiel princeps* ora
ע *Attariel princeps* ora
פ *Patachiel princeps* ora
צ *Tzadachiel princeps* ora
ק *Kedusciel princeps* ora
ר *Raziel princeps* ora
ש *Sciamariel princeps* ora
ת *Themimiel princeps* ora
מ *Michael princeps* ora

} *pro Israele*.

Addidimus *pro Israele*, quia in ea *Prece* Angeli inuocantur, vt præstò sint apud Deum, & pro Israele in angustijs posito intercedant, & concluditur cum inuocatione Michaëlis Archangeli, quem Synagogæ tutelarem credunt *Michaël princeps ora pro Israele*, vt videre est in hac supplicatione Litaniutica huius Auctoris, quæ in Codice *Precum* Hebræorum antiquo Hebraicè manuscripto in Bibliotheca Vaticana asseruato in membranaceo folio sub num. 315. pag, 255. reperitur, & est:

ארוממך שם הנכבד והנורא יהוה אלהותך
נערץ ונקדש עמך שרי נהורא ·

א׳ · **אכתריאל השר** הלץ ישראל מכל
צוקה וצרה מהר ישועתך תחיש גאולה מהרה :
בכל יום משכרים לישועתך ולך קוינו ברוך
ומבורך שמך · מלכינו ואלהינו ·

ב׳ · **ברכיאל השר** אמץ זרועינו כי תש
כחינו חסדך ואמתך אל תסור ממנו · גדול
ונכור ומהולל ואין חקר לגדולתך נַהֵל זרוע
לבקרים כי אין סוף לתבונתך :

ג׳ · **גבריאל השר** נחץ יום לקרב ישועתך :
יום נקם תמהר שנת גאולתך : דור לדור שבחו
גבורות מעשיך אשר עשיתה לעם עמוסיך :

ד׳ · **דרשיאל השר** דרוש טובה לעם חוסיך
קבץ פזורינו מבין הגוים ברוב נסיך · הדר
כבוד הודיך אשיחה כל נפלאותיך כי אין כמוך
ואין כמעשיך וחגבורתך ·

ה׳ · **הדרניאל השר** תהרר עמך ונחלתך כי
נכלמנו מאד לצפות לישועתך : ועזוז נראתיך
יאמרו ומשלשים בכל יום · לך אלהי הצבאות
נורא ואיום ·

ו׳ · **וותקיאל השר** תבקש גאולתינו בצבין
מאלהים

אל

מאלהים ישלח נצח ישע ופדיום : זכר רב טובך
מביעים וצדקתך מרננים קדוש וברוך ומברוך
שמך מפי עליונים ותחתונים .

ז׳ **זכריאל השר** זכור ברית אבות לשומרי
יהוה אדונינו מה אדיר שמך ובקדש נאדר ,

ח׳ **חסדיאל השר** תרחם עם המקדישין
בהדר יהוה עז לעמו יתן , ובכודו במעון דר ,
טוב יהוה לכל ורחם עמוסים מִבֶּטֶן לך
מהדרים ומקלסים ;

ט׳ **טוביאל השר** טייב לעם קדושים כי הוא
אל ארון ; על כל המעשים ירון יהוה צדיקים
וחסידך מברכים את שמך הגדול והגבור
בקדשה עורכים :

י׳ **יהואל השר** אמרי נעמך תיישר לפני מלך
מלכי המלכים השקיפה ממעון קדשך לעם אשר
לך פודים וכודבים , כבוד מלכותך מאמירי
ואתה מאמירנו גדולתך ונכורתך מהללים
אדידנו ;

כ׳ **כבריאל השר** תן כבוד לאל עבודינו
גדול אדונינו מרשיענו והוא יעורינו לתודיע
לבני האדם וכבוד מלכותו ברוך וכרו לדור
דורים קדשתו ;

ל׳ **לראל השר** בקש חן מפי המבורך
לעדתו שומר הברית והחסד לשומרי אמונתו
מלכותך קיים לעולמי עולמים וממשלתך בכל
דור ודור לעדי עד מקוימים ;

מ׳ **מלכיאל השר** מלוך מלכנו מפי חי
עולמים משית צדקנו שלח בנות שלומים :
סומך יהוה לנפלים וזוקף כפופים זקוף או הבין
טהורי לב בנקיון נופים ;

ס׳ **סמכיאל השר** סמוך הנכשלי׳ ובתפילתם
רצופים עשה למען הרוגים על שם קדשו
ונשרפים .. עיני כל משברים אליך לבקש
מזונות תטריף לחם חקם בכל עונות ;

ע׳ **עתריאל השר** תְּעָתֵר לפני שוכן
מעונות שמעה תפילתנו יהוה והאזינה סליחות
בתונות : פותח יד : ומשביע לכל חי ברצון
ואתה קדוש יושב תהלות , קבץ נרוחי צאן ;

פ׳ **פתחיאל השר** פתח ספרך וקרא בו
בפנימי וחיצון לזכות את ישראל להושיעם
מלחצון צדיק וחסיד וכל דרכיו חנונים ותיק
על כל מעשיו מהללים ונאמנים ;

צ׳ **צדקיאל השר** צדק לעם דרבונים אמץ
כנינודים וחַלָּיש קטינורים שנונים קרוב יהוה
לנשברי לב בכל קדאי שמו באמת ייחוד תורו
ואלהותו המתקיימת ,

ק׳ **קדושיאל השר** קדש ישראל בטהרת
לעבדו באמת באמת ברא עולמו וְקִיְּמוֹ באסת
רצון יריאיך תעשה ותשמע שוועתם תושיעם
ושמרם האל תנאמן מכל צרותם ,

ר׳ **רזיאל השר** ראשית חכמתך ויראתך
בתורתם דאי לי יהוה את כל אוהביו **אום
משולשם** שומר יהוה את כל אוהביו
אום משולשה והרשעים ישמיד כי
ממך נפדשה :

ש׳ **שמריאל השר** שמור צאן הַמְקֻדֶּשֶׁת
שומרי אמונך שמור בשלושי קדשתך בשלשה
תהלתך יקדשתך פינו ידבר שם עלינו שלומך
ותצילנו מִדֶּבֶר :

ת׳ **תמימיאל השר** תמיד יהיה רצונו
להצילנו משבר ואנחנו נברך יה מעתה ועד
עולם ולעולמי עולמים ודין עלינו לברך ולשבח
כי בשמך אנחנו רשומים ,

פ׳ **מיכאל השר** של רחמים **התפלל
בעד ישראל** לרד במרומים באור פני
מלך יושב על כסא רחמים ; אל מֶלֶךְ ;

lia tua, quoniam non est similis tui, & non est qui faciat opera tua, ac fortitudinem tuam.

ה 5. *HADARNIEL PRINCEPS, honorifica populum tuum, & hereditatem tuam, quoniam ignominia affecti sumus valdè, dum respicimus ad salutare tuum, & fortitudinem mirabilium tuorum, ter quotidie dicent tibi, Deus exercituum terribilis, & formidabilis.*

ו 6. *VVATHKIEL PRINCEPS. inquire redemptionem nostram libenter à Deo, mitte victoriam, salutem, & redemptionem. Memoriam multitudinis bonitatis tuæ petimus, & iustitiam tuam exclamamus, sanctum & benedictum, & benedicendum sit nomen tuum ex ore superiorum, & inferiorum.*

ז 7. *ZACHARIEL PRINCEPS, memento fœderis Patriarcharum custodientium Dominum Deum nostrum. Quàm magnificum est nomen tuum! & in sanctitate magnificatum est.*

ח 8. *CHASDIEL PRINCEPS, miserere populi sanctitatem facientis cum decore; Dominus fortitudinem populo tuo dabit, & gloriam suam in habitaculo sparget. Bonus es cunctis Domine, & misereris eorum, qui portantur ab Vtero, ac te honorant, & laudant.*

ט 9. *TOBIEL PRINCEPS, benefac populo sanctorum, quoniam ipse est Deus Dominus super omnes populos; iusti confitebuntur tibi Domine, & sancti tui benedicent nomini tuo magno, & forti, in sanctitate præparantes.*

י 10. *IEOEL PRINCEPS, eloquia*

Precum Litaniuticarum Iudæorum, quas olim in publicis supplicationibus Synagoga solebat recitare, ex notato Codice Vaticano Hebraico num 315. pag. 255. Pergam. in fol. Latina Interpretatio.

EXaltabo te nomen gloriosum & terribile: Domine diuinitatem tuam timebimus; tecumuè Principes splendoris sanctificabimus.

א 1. *ACTARIEL PRINCEPS* (Angele) *libera Israëlem ab omni afflictione & angustia, accelera salutare tuum, solicita redemptionem citò. Quotidie mercenarij sumus, salutare tuum, ac te expectamus. Benedictum, & benedicendum nomen tuum Rex noster, & Deus noster.*

ב 2. *BARACHIEL PRINCEPS, fortifica brachia nostra, quoniam infirmata est virtus nostra; Misericordiam tuam, & veritatem tuam ne remoueas à nobis: magne & potens, & laudabilis, cuius magnificentia est inuestigabilis, magnifica brachium diluculò, quoniam infinita est intelligentia tua.*

ג 3. *GABRIEL PRINCEPS, accelera diem, vt appropinquet salutare tuum, diem vltionis acceleres annum redemptionis tuæ, generatione in generationem obliti sunt fortitudinum operum tuorum, quæ fecisti populo, quem tu baiulas.*

ד 4. *DARSCIEL PRINCEPS, inquire bona populo, qui sperat in te; congrega dispersiones nostras ex gentibus, in multitudine miraculorum tuorum, redde gloriam; eloquar omnia mirabi-*

ע 15. *ATRIEL PRINCEPS, ora coram Habitatore tabernaculorum* (ita Deum vocant). *Audi orationem nostram Domine, & auribus percipe deprecationes cum gratia. Aperi manum, & satia omnes viuentes in beneplacito. Et tu sancte qui habitas laudes, oues dispersas congrega.*

פ 16. *PATCHIEL PRINCEPS, aperi librum tuum, & lege in eo intus & foris meritum Israëlis, ad saluandum eos ab oppressione, iustum & sanctum, & omnes vias eius conuenientes, & dirige omnia opera eius laudabilia & fidelia.*

צ 17. *TZADKIEL PRINCEPS, iustifica populum, robora Aduocatos, & debilita Accusatores acutos. Propinquus est Dominus contritis corde omnibus inuocantibus nomen eius in veritate. Vniatur decor eius, & diuinitas eius surgat.*

ק 18. *KEDOSCIEL PRINCEPS, sanctifica Israëlem in puritate adseruiendum ei in veritate. In veritate creauit Mundum suum, & in Veritate firmauit illum. Voluntatem timentium te facias, & audias eorum clamorem, liberes eos & custodias, Deus fidelis, ab omnibus eorum afflictionibus.*

ר 19. *RAZIEL PRINCEPS, initium sapientiæ tuæ & timoris tui est in lege eorum. Arcanum meum mihi Deus cum omnibus diligentibus illum, qui sunt gens triplex. Custodit Dominus omnes diligentes eum, qui sunt gens triplex. Et impios disperget, quoniam à te diuisa est.*

ש 20. *SCEMARIEL PRINCEPS, custodi oues sanctificatas custo-*

quia tua iucunda diriges coram Rege Regum super Reges. Respice de habitaculo sanctitatis tuæ populum, qui tibi fructificat, & benedicit, & gloriam Regni tui exaltat; & tu exalta nos magnificentia tua, & laudabimus fortitudinem tuam, qui es fortis noster.

כ 11. *CHAVRIEL PRINCEPS, da gloriam Deo propter nos.* (Contra) *magnum Dominum impiè egimus, & ipse auxiliatus est nostri. Vt notam faceret filijs hominum gloriam Regni sui; Benedicta sit memoria eius in generationem generationum sanctitatis eius.*

ל 12. *LERAEL PRINCEPS, require gratiam ab ore* (eius) *qui benedicitur à cœtu suo, qui custodit pactum & misericordiam custodientibus fidem eius; Regnum tuum firmum sit in secula seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione, & in secula æternitatis confirmetur.*

מ 13. *MALCHIEL PRINCEPS, regna Rex noster ex ore viuentis in secula; Messiam iustitiam nostram mitte societatem retributionum. Domine, qui cadentes sustentas, & incuruatos eleuas, erige diligentes te, qui in corporali munditia sunt mundi corde.*

ס 14. *SAMCHIEL PRINCEPS, sustenta qui sunt debiles, & in eorum oratione prostrati; effice propter interfectos & combustos ob nomen sanctum eius* (hoc est ob merita Martyrum, quos Hebræi falsò iactitant.) *Oculi omnium mercenariorum ad te* (respiciunt) *ad quærendum alimenta, ciba* (eos) *pane qui illis congruit in omnibus iniquitatibus* (id est quamuis peccent).

circò eo ex loco frustra eruitur argumentum pro Christiana fide.

Resp. Scio quidem Iudæos infensissimos hostes esse Sanctissimę Trinitatis, ac proinde ipsiusmet Dei; & quamuis percussi sint spiritu vertiginis, & amentiæ, nihilominus, (& si nolentes) in ipso Trisagio, quod non modica superstitione cantillant, Sanctissimam Trinitatem honorant, & confitentur. Intendunt enim Propheticos illos Sanctos Spiritus imitari, & quia de illis apud Ezechielem 1.7. legitur, ורגליהם רגל ישרה *Veraglehèm reghel iesciarà, & pedes eorum pes* (pedes) *recti*. Idcirco stantes, & æqualiter extensis pedibus, ex eorum Ritualium decreto, recitare tenentur; & dum *Sanctus, Sanctus, Sanctus* pronunciant, ambobus calcaneis simul eleuatis, erecto corpore ter in altum subsiliunt. Quid igitur sibi vult trina repetitio *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, quàm vt significetur Sanctissima Trinitas in vnitate Essentiæ? Tres enim hypostases vna tantùm gloria afficiuntur, cùm dicitur, *Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius*. Et quid aliud significat pedibus vnitis, & æqualibus ter in altum toto corpore erecto subsilire, nisi in laudem Trinitatis, & vnius Diuinæ Essentię honorem, Deo mentem, & corpus offerre, & iubilo hoc externo demonstrare? Negent omnia hęc Iudæi; negare certè non possunt Scripturas de Sanctissima Trinitate loquentes, & ceremonias ferè omnes à priscis Rabbinis sub Trino numero constitutas, quæ omnia clarè osten-

stodientes fidem tuam. Custodi in Trinitate sanctitatis tuæ in trina laude tua; & sanctitatem tuam os nostrum loquetur. Pone super nos pacem tuam, & libera nos à morte.

ת 21 *TAMIMIEL PRINCEPS, iugiter sit beneplacitum eius ad liberandum nos à contritione, & nos benedicemus Deo ex nunc & vsque in seculum, in secula seculorum. Exultamus benedicentes, quoniam in nomine tuo signamur.*

מ' 22 *MICHAEL PRINCEPS MISERICORDIARVM ORA PRO ISRAELE, vt dominetur in excelsis in luce vultus Regis sedentis super solium miserationum.*

In hac Litaniutica supplicatione, non solùm digito ostenditur, & manu palpatur Inuocatio Sanctorum Angelorum sub nomine Sanctorum Spirituum (quamuis non omnes habendi sint pro Sanctis Spiritibus) verùm & Martyrum memoria commendatur, & quod maiùs est, in nomine Sanctissimæ Trinitatis ostenditur custodia Angelorum, quibus preces effunduntur sub formula, *Ora pro Israele*, quod idem est ac, *Ora pro nobis*.

Opponet Iudæus. Pro שלוש *Scillùsc Trinitate* in litera ש, non intelligi Trinitatem Christianorum, sed laudem illam, quam Iudæi inter orandum ad exemplum שרפי קדש *Sarphè kòdesc, Seraphim sanctitatis* Isai 6. 3. קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות וגומ׳ : Τερσαγιον *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum &c.* deuotè recitant: id-

in precibus suis: nomina enim Angelorum conueniunt illis propter propriam eorum virtutem, Atque hoc ipsum prohibetur dicto. Non habebis Deos &c. Cui respondetur, quòd antiqua Synagoga, sicut & Ecclesia Catholica, orationem non dirigebat ad Angelos, vel Sanctos, sed ad Deum. Neque virtutem per Angelorum nomina vetus Synagoga respiciebat, sicut nec Ecclesia Catholica, sed eos orabat tanquam Dei dilectos, & administratorios Spiritus, in ministerium missos propter eos qui hereditatem capiunt salutis, vt Apostolus docet Hebræos cap. 1. 14. suæ Epistolæ. Non desunt testimonia Scripturæ, quibus probari potest Sanctorum Angelorum inuocatio Gen. 48. 16.

המלאך הגאל אתי מכל־רע יברך את־הנערים ונו׳:

Angelus qui eruit me ab omni malo, benedicat pueris &c. Et sicut Ecclesia Dei semper consueuit Sanctos Angelos inuocare, ita & ipsi beati Spiritus, pro Ecclesia coram Deo preces effundunt, vt patet ex Zach. 1. 12.

ויען מלאך־יהוה ויאמר יהוה צבאות עד־מתי אתה לא־תרחם את־ירושלם ואת ערי יהודה אשר זעמתה זה שבעים שנה:

Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum Vsquequo tu non misereris Ierusalem, & Vrbium Iudæ, quibus iratus es iam septuaginta annos.

Ampliùs, non solùm custodiunt quoque nos, & à malignis spiritibus nos defendunt, ita vt vnus Angelus Cu-

ostendunt antiquos Sapientes, lumen quoddam de Sanctissima Trinitate habuisse, sicut (à vero enim aberrare non existimo) & habuit hic noster Eliezer Hakalir. De hoc Sanctissimæ Trinitatis mysterio prolixiùs alibi, Deo dante, dicemus.

Cæterùm ista supplicatio est composita super Psal. 145. Alphabeticum *Exaltabo te* &c. cuius versiculi singuli à singulis literis Alphabeti incipiunt. Omittitur litera נ *Nun*, vt Israëli ominosa; dicente Scriptura Amos 5. 1.

נפלה לא־תוסף קום בתולת ישראל וגו׳:

Cecidit non addet surgere, Virgo Israël &c. Idcircò nomen Angeli, quod ab hac litera incipere debebat, consultò relinquitur. Hinc liquidò patet olim consueuisse Synagogam beatos Spiritus inuocare, vti Ecclesia Catholica fecit semper, & facit, non vanos, & superstitiosos, vt plerique sunt ex recensitis; sed sanctos Angelos, Michaëlem potissimùm, Gabriëlem, & Raphaëlem, aliosque Dei amicos inuocat, vt orent pro nobis. Hanc Angelorum inuocationem contra antiquissimum Iudæorum placitum, & vniuersæ Synagogæ dogma respuit Ioseph Albo in עקרים *Ikarim* lib. 2. cap. 28. his verbis

מכאן התבאר טעות המזכרים בתפלתם שמות המלכים כי שמות המלכים אמנם הם להם מצד הכח אשר להם בעצמם וזהו שהזהיר עליו כדבור לא יהיה לך וכו׳:

Hinc etiam illorum declaratur error, qui meminerunt nominum Angelorum

מזה הפסוק תלמוד כי המלאכים הממיתים המבקשים נפש האדם רבים ומלאך אחד הוא מפקד עליו לשמורו

Ex hoc versiculo disces, quòd Angeli mali, qui quærunt animam hominis, sunt multi, sed vnus Angelus præficitur ad custodiendum illum.

Non solùm Sancti in cœlo intelligunt preces nostras, illasque Deo offerunt, & pro nobis orant; verùm ipse Deus ob merita Sanctorum suorum bona largitur nobis, & iustitiam ipsorum in bonum nostrum cedere iubet. Fuit hæc perpetua Synagogæ sententia, quam vsque ad hodiernum diem retinet, quamuis indoctiores Iudæi, vt aliquid semper contra Ecclesiam Catholicam dicere videantur, illam negent. Probatur tamen ex ipsorum documentis.

In יחוס אבות *Iachùs Auòth, Genealogia patrum*, & in ipso præliminari ita exordiuntur:

יחוס אבות והנביאים והצדיקים תנאים ואמוראי עליהם השלום בארץ ישראל ובחוצה לארץ השם יעמיד לנו זכותם אמן:

Genealogia Patriarcharum, Prophetarum, & Iustorum, Tannæorum, Amorreorum, super quibus sit pax, in terra Israëlis, & extra eam: Deus iustitiam eorum in bonum nostrum cedere iubeat, Amen. Ergo ex sententia Synagogæ iustitiam Sanctorum, hoc est, ob merita, & preces Sanctorum perducit nos Deus ad regna cœlorum. Ergo illos inuocare debemus, &c.

Respondent Iudæi, Possumus quidem nos alium iustum viuentem, vt pro nobis Deum oret, deprecari, vt fecit Custos contra infinitas ferè furias Infernales causam nostram coram Deo patrocinari non timeat, vt exponunt Paraphrasis Chaldæa, & Abraham Aben Ezræ illud Iob cap. 33. 23. 24. 26.

אם־יש עליו מלאך מליץ אחד מני־אלף להגיד לאדם ישרו: ויחננו ויאמר פדעהו מרדת שחת מצאתי כפר: יעתר אל אלוהי וירצהו וירא פניו בתרועה וישב לאנוש צדקתו:

Si fuerit pro eo (homine) *Angelus Orator vnus ex mille, vt annunciet hominis rectitudinem eius* (coram Domino) *&* (Angelus Orator) *misertus fuerit eius, & dixerit* (Deo), *Redime eum, ne descendat in infernum, inueni propitiationem. Orabit ad Deum, & propitiabitur ei, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiā eius.*

Paraphrasis Chaldaica:

אין אית עליו מזדמן זכותא מלאכא חדא פרקליטא מן ביני אלף קטיגוריא להואה לבני נש תריצותיה: והם עלוי ואמר פרוק יתיה מלמיחת בשוחתא אשכחית פורקנא: יצלי קדם אלהא ורעיניה והמא אפוי ברעוא ויתיב לאנש כצדקתיה:

Si paratus fuerit vnus Angelus bonus Procurator inter mille Aduersarios (Dæmones) *vt annunciet hominum rectitudinem. Et misertus fuerit eius, & dixerit, Libera eum ne cadat in foueam, inueniam salutem. Orabit coram Deo, & acquiescet ei, & aspiciet faciem eius in beneuolentia, & restituet homini secundùm iustitiam suam.*

Iste Angelus, qui orat Deum pro nobis, R. Abraham Aben Ezræ clarè dicit esse Angelum Custodem nostrum. In hunc locum hæc sunt illius verba:

ſecit Pharao quando precatus eſt Moſen, & Aaronem, vt orarent Dominum pro ſe, & populo ſuo, vt abigerentur ranæ, Exod. 7. 8. Aaron, item Leuit. 9. 7. Num. 31. 50. & alibi ſæpè; ſed homines mortui, qui ampliùs bene facere non poſſunt, non ſunt inuocandi, quia orationes noſtras non audiunt, multò minùs eas offerre, Deumque laudare valent, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum*, hoc eſt *in ſepulchrum*. Ergo.

Reſp. Animæ Beatorum non ſunt inferioris conditionis, ac ſint homines viatores. Si igitur homines, qui in via ſunt ſubiecti peccatis, per quæ gratiam Dei amittere poſſunt, mediatores inter Deum,& hominem eſſe, illumque ad miſericordiam erga homines flectere, Scriptura demonſtrat; cur non etiam illi Beati, qui in patria ſunt, & Deo facie ad faciem inceſſabiliter fruuntur perpetua vnione? Cur, inquam, preces noſtras Deo offerre non poterunt, cùm in Diuina eſſentia eas perfectè cognoſcant? Non ſic autem de viatoribus dicendum, vt dicitur in מדרש תהלים *Midràſc Theillim* ad illud Pſal. 16. 2.

אמרת ליהוה ארני אתה טובתי בל עליך:

Dixiſti Domino; Dominus meus es tu; bonum meum non ſuper te. Vbi, nullus in hac vita dici ſanctus verè poteſt oſtenditur his verbis:

אמר דוד לפני הקב״ה רבונו של עולם אף על פי שהייתי מלך המלכתיך עלי: אמר לו הקב״ה איני

מחזיק לך טובה טובתי בל עליך ולמי אני מחזיק לקדושים אשר בארץ שאין הקב״ה קורא לצדיקים עד שינתנו בארץ עד יום מותו:

Dixit Dauid coram Deo ſancto benedicto: Domine mundi, Quamuis ego ſim Rex, nihilominus regna tu ſuper me. Dixit ei Deus benedictus. Non ego confirmo tibi bonitatem, nam bonum meum non (erit) ſuper te. Et cui ego confirmo (bonitatem) Sanctis qui in terra ſunt, &c. ver. 3. hoc eſt ijs qui mortui ſunt. *Quia Deus ſanctus benedictus non vocat iuſtos ſanctos vſque dum traditi ſint in terram*, id eſt *vſque ad diem mortis eius*. Cuius rei redditur ratio, למה *Làmma*? quare?

שיצר הרע מיצר את הארם בעולם הזה ואינו מאמין בהן עד יום מותו ובן שלמה אומר כי ארם אין צריק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא: לפיכך אינו נקרא קרוש עד שינתן בארץ:

Quia Genius malus (fomes peccati) *arctat hominem in hoc ſeculo, & ei fidere non poteſt vſque ad diem mortis ſuæ; & propterea Salomon dicit; quòd homo non eſt iuſtus ſuper terram, quòd faciat bonum, & non peccet; idcircò vocari non poteſt ſanctus donec traditus fuerit terræ.* Vnde addit, quòd neque ipſi Sancti Patriarchæ quouſque in terra fuerunt, digni habiti ſunt vocari Sancti.

ואפילו אבות לא נקראו קרושים עד שנתנו בארץ שנאמר הן בקרושיו לא יאמין:

Etiam Patriarchæ non ſunt vocati ſancti, donec in terram traditi ſunt (poſt mortem) S. D. *Ecce in Sanctis ſuis non credet*, Iob 15. 15. id videlicet, qui adhuc viuunt.

Ma-

Respondet Moses, & numerat septem Iustos viuentes, nempè seipsum, Aaronem, Eleazarum, Ithamar, Phinees, Iosuè, & Caleb, deerant adhuc tres Iusti, ideòq; Moses rogat Deum, vt loco illorum trium deficientium, assumat merita Sanctorum trium Patriarcharum Abrahami videlicet, Isaaci, & Iacobi, vt numerus decem virorum iustorum compleatur. Hinc est illud, quod dicitur; *Recordare* (meritorum) *Abraham, Isaac, & Israël &c.* Verba autem istius Rabbini, quæ habentur in *Vcelle scemòth Rabbà* loco citato פרשה *Parascià* 44. pag. 159. col. 1. paulò ante medium editionis Amsterlodamensis, sunt -

זכור לאברהם למה הזכיר כאן משה ג׳ אבות א״ר אבין אמר הקב״ה למשה אני מבקש מידך כשם שבקשתי מסדום עשרה : העמד לי מהן י׳ צדיקים ואיני מכלה אותם אמר רבון העולם אני מעמיד לך : הרי אני ואהרן ואלעזר ואיתמר ופנחס ויהושע וכלב : אמר לו האלהים הרי ז׳ היכן הג׳ לא היה יודע מה לעשות משה אמר לו רבון העולם חיים הם המתים אמר לו הן : אמר אם חיים הם המתים זכור לאברהם ליצחק ולישראל הרי י׳ לכך הזכיר ג׳ אבות :

Recordare Abraham. Cur in hoc loco Moses meminit trium Patriarcharum? Dixit Rabbi Auin, dixit Deus sanctus benedictus Mosi; ego quæro à te sicut quæsiui de Sodomitis decem (Viros iustos). Assigna mihi ex eis decem iustos, & ego non consumam eos. Dixit (Moses) *Domine mundi, ego meipsum tibi assigno. Sic ego, & Aaron, Eleazar, & Ithamar, Phinees, Iosuè, & Caleb. Dixit ei Deus, en septem tantùm, tres alij vbi sunt? Nesciebat Mo-*

Maximè ex hoc loco (dices) probari, eos qui viuunt, vocari posse Sanctos.

Resp. Ratione dignitatis, non autem personæ posse vocari Sanctos, eos, qui adhuc in carne mortali sunt, concedimus. Sancti itaque, qui in puluere requiescunt, & eorum animę essentia Diuina per visionem fruuntur, mortui dici non debent, sed verè viuentes; hinc Iudæi, qui dicunt כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא omnes Iudęos saluari, ipsorum Cœmeteria vocant בתי חיים *Bathè chaiim, Domus Viuentium.* Viuunt igitur Sancti vita immortali, & prærogatiuas, quas in terris habebant non amittunt in cælis; si itaque in terris orabant pro nobis, orabunt & in cælis; si mediatores erant inter Deum, & peccatores, eosque reconciliabant dum versarentur in terris, mediatores etiam apud Deum erunt in cælis, mundusque ob illorum merita Deo reconciliabitur. Dogma est hoc antiquorum Rabbinorum, ita vt Hebræis illud negare sine piaculo non liceat. Legitur .n. in ואלה שמות רבה *Veèlle scemòth, Rabbà* סדר *Sèder*, כי תשא *Chi thissa, Cùm leuaueris &c.* ad vers. 13. cap. 32. Exodi, *Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum &c.* Orauerat enim Moses Dominum pro populo, qui vitulum aureum adorauerat in deserto, ne illum deleret sicut comminatus fuerat. Ex sententia Rabbi אבין *Auin*, Deus quærebat decem iustos inter populum Israëliticum, sicut antea quæsierat ab Abrahamo in Sodomis. Genes. 18. 32.

igitur patet, quòd Catholica Ecclesia non fatetur nominibus Angelòrum propriam eorumdem virtutem, sed Dei potentiam, quam per illos exercet: ideòque nominatim Angelos inuocans non respicit ad virtutem, quam illorum nomen præsefert, sed tantummodo contemplatur, quòd sint Angeli, habentes eiuscemodi nomen in sacris paginis reuelatum. Tandem si respectu Angelicæ potentiæ deprecaretur Michaëlem, Gabriëlem, & Raphaëlem (horum enim dumtaxat Angelorum nomina leguntur in sacris litteris) oraret vtique, vt ab ipsisinet nostra expleantur desideria, non autem vt pro nobis orent apud Deum, prout in publicis dicimus Litanijs. In quibus est etiam obseruandum, quod priùs Deum ipsum oramus, vt misereatur, ac deinceps deprecemur Angelos, vt proprijs precibus auxilium præstent. Nec errat Ecclesia in hac orationis formula, cùm exemplum sequatur Iacobi Patriarchæ, qui benedicturus Ephraim, & Manasse filijs Ioseph priùs Deum, deinde Angelum inuocauit, inquiens (Gen. 48.) *Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus, qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, &c.* In quibus verbis hæc adnotauit R. Bachie in Pent. fol. 58. col. 2.

צריך אתה לרעת כי אלו התחיל יעקב תפלתו מן המלאך היה בזה קצץ נטיעות אבל התחיל במלת האלהים שהם המדות המקובלות מן העליון;

וסיים

mo exeuntes hanc effundunt orationem:

מימיני אל ומשמאלי מיכאל ומלפני נמואל ומאחרי שעשיאל שכינת אל על ראשי וכו׳.

A dextris meis sit Deus, à sinistris Michael, ante me sit Nemuël, post me sit Sahasiël, diuinitas Dei sit super caput meum &c.

Et sanè Angelorum nomina non significant propriam earumdem virtutem, sed Dei potentiam: hinc ait D. Hieronymus in Daniel. cap. 10. *Quoniam de prælijs, Regumque certaminibus, & regnorum successionibus hæc erat visio, Gabriël, qui præpositus est prælijs, officio interpretandi visionem destinatur: Gabriël enim in linguâ nostram vertitur* Fortitudo, *vel* Robust⁹ Dei. *Vnde, quo tempore nasciturus erat Dominus, & indicturus bellum dæmonibus, ac de mundo triumphaturus, mittitur Gabriël ad Zachariam, & Mariam. Vbicumque verò medicina, & sanatio necessaria est, Raphaël mittitur, qui interpretatur* Curatio, *vel* Medicina Dei, *hoc videlicet nominis interpretatione significante, quòd in Deo vera sit medicina. Porrò vbi populo prospera promittuntur, & propitiatio, & expiatio necessaria est, Michaël dirigitur, qui interpretatur,* Quis sicut Deus? *vt scilicet intelligatur, quia propitiationem, vel expiationem nullus possit afferre nisi Deus.* Itidem dixit S. Gregorius loc. cit. *Quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michaël mitti perhibetur, vt ex ipso actu, & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere præualet Deus.* Hinc

וסיים במלאך הגואל לחתום תפלתו כו ואז יחד את הכל יחוד שלם:

Necesse est, vt sciat, quòd si Iacob suam ab Angelo orationem inchoasset, in hoc excisum esset, quid plantatum fuisset: sed inchoauit dictione אלהים (Dei) *quæ significat Virtutes susceptas ab Altissimo, ac terminauit in Angelo Redemptore, vt in eo suam clauderet orationem, & tunc omnia vnione perfecta vniuit.* Quamobrem falsa est assertio Abrauanellis loc. cit. quòd scilicet Iacob non direxerit orationem ad Angelum, sed tantùm ad Deum eo modo, quo dixit Abraham Gen. 24. *Deus cœli, qui sumpsit me è domo patris mei &c. ipse mittet Angelum suum coram te.* Nam in oratione Abrahami Angelus non mittebat, sed mittebatur: sed in oratione Iacobi Angelus largiturus erat benedictionem: illud enim verbum *Benedicat* refertur ad Deum, & ad Angelum. Neque obijci potest, quòd Iacob dixerit *Benedicat*, non autem *Benedicant*: ideòque verbum illud singulare referendum sit ad Deum, principalem, & nobiliorem causam benedictionis. Nam haud est insuetum in Hebraico codice Sacræ Scripturæ, quandoque verbum singulare apponi duobus, vel pluribus substantiuis, quam locutionem vulgò *Zeugma* vocant. Hinc e. g. in Hosea cap. 4. v. 11. dicitur: זנות ויין ותירוש יקח לב *Fornicatio, & vinum, & mustum aufert mentem*: illudq; verbum, quamuis singulare, pluraliter transfertur in Vulgata: *fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Item

אל

Num. 12. v. 1. ותדבר מרים ואהרן *Et locuta est Maria, & Aaron.* Item Num. 20. v. 11. ותשת עדה ובעירם *Et bibet multitudo, & iumentum eorum.* Itidem Esth. 9. v. 29. ותכתב אסתר המלכה ומרדכי היהודי *Et scripsit Esther Regina, & Mardochæus Iudæus.* Itidem ibidem v. 31. כאשר קים עליהם מרדכי היהודי ואסתר המלכה *Quemadmodum stabilinerat super eos Mardochæus Iudæus, & Esther Regina.* Et hæc satis sint exemplorum. Dilucidè tamen discitur ex Abrahamo Hispano in צרור המור fol. 58. 3. verbum illud *Benedicat* ad Angelum etiam referri, dum ait:

ובזוהר אמרו כי בברכת הבנים כלולה ברכת האב ונרצה אצלי לפי שיעקב רמז ליוסף בדבריו שלא היו ראוים לברכה ובן שינה הסדר לשים ימינו על ראש הצעיר להורות לו שהבכור נמצא בו שמץ דבר וכן לקרר רעתו אמר לו לא תחשוב שזה הסרון אצלך כי כבר ידעת כי אחרים גדולים ממך קרה להם בזה ובזה והיה בזרעם זרע בשר ופסול כי אברהם הוליד לישמעאל ויצחק הוליד לעשו ולזה הזכיר בכאן ברמז האלהי אשר התהלכו אבותי לפניו אברהם ויצחק ולא בעבור פיסול בניהם הניחו הם לעבוד את ה׳ להתהלך בארצות החיים והוא האלהים הרועה אותי מעודי עד היום הזה בלי הפסק באופן שמטתי היתה שלימה ולכן לא תחשוב בי זרעך הוא בזרעם כי המלאך הגואל אותי מכל רע יברך את הנערים כמו שבירך לנערי ולבני ויקרא בהם שמי בראשונה ואחר כך שם אבותי ואחר שבמטתי אין פיסול והם חשובים כבני ממש איך איפשר שהיה בהם פיסול והרמז בזה שהפיסול יהיה מעט והכשרות מרובה וזהו וידגו לרוב בקרב הארץ ואולי רמז כי סבת שלימותו היה היסורין שעבר מנעוריו וזהו האלהים הרועה אותי ורודה אותי במדת הדין מנעורי עד היום הזה ולכן המלאך הגואל אותי מכל רע ויברך את הנערים ויגאלם מכל רע כמו שגאל אותי:

Et

Et inquiunt in libro Zohar, in filiorum benedictione comprehendi benedictionem patris. Et mihi arridet, quia Iacob suis verbis significauit Ioseph, quòd non erant digni (Manasses, & Ephraim) *benedictione, idèoque immutauit ordinem imponens dexteram super caput minoris, vt illi ostenderet, aliquid minùs in primogenito inuentum fuisse. Itaque, vt eius mentem refrigeraret, dixit: ne putes hunc defectum apud te esse, etenim iam cognouisti, quòd non dissimiliter acciderit alijs te maioribus, in quorum semine extitit semen aequum, & prophanum, vt in Abrahamo generante Ismaëlem, & Isaaco generante Esau; idque hic innuit dicens:* Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac. *Neque ob prophanos filios dereliquerunt Dei seruitutem, quin ambularent in terris viuentium: & hoc significat,* Deus, qui pascit me à iuuentute mea vsque in praesentem diem *indesinenter, adeò vt lectulus meus fuerit perfectus. Quamobrem ne putes, semen tuum fore sicut semen eorum, quoniam* Angelus, qui eruit me ex cunctis malis, benedicet pueris, *non secùs quàm benedixit pueris, & filijs meis: & in illis priùs inuocabitur nomen meum, postmodum verò nomen patrum meorum. Cùm igitur lectulus meus non fuerit prophanus, ijque propriè reputentur tamquam filij mei, quomodo fieri potest, vt in eis fuerit prophanitas? & in hoc innuit, prophanitatem paruam; plurimam verò aequitatem futuram: hinc ait:* Crescant in multitudinem in medio terrae.

Et fortassis innuit, quòd causa suae perfectionis fuerint castigationes, quas praeterierat ab eius iuuentute: idque denotatur ijs verbis, Deus, qui pascit me, *videlicet, qui me corripit in mensura iudicij à iuuentute mea* vsque in praesentem diem. *Et propterea* Angelus, qui eruit me ex cunctis malis, *& benedicat pueris, & eos eruat ex cunctis malis, quemadmodum me eruit.* Itaque non obscurè constat, quòd Iacob Angelum inuocauerit ad impertiendam benedictionem super filijs Ioseph, prout etiã clarè liquet ex interpretatione R. Isaac Ben Aramà in עקידת יצחק pag. 87. col. 1. vbi dicitur:

למה שהמבורך באלהי אמן יתברך בג' ענינים ראשונים לכל ברכות הגדול שבכלן ההולכת למול הצלחה האלהית הדבקה בנפש והשנית הצלחת בעניינים הזמנים הצריכים לפי דרכו שלא יטרד משלמותו לבקשתם והשלישי ההצלה והחנגה מכל הפגעים והמקרים המתרגשים מחוץ וכאשר נשלמו ג' אלה לא ימצא עמו חסרון דבר והנה על הראשון אמר האלהים אשר התהלכו אבותי לפניו ועל הב' אמר האלהים הרועה אותי מעודי ועל הג' אמר המלאך הגואל אותי מכל רע וכאמרו יברך את הנערים יכוין כל אחר מהתוארים האלו איש איש לפי עניינו.

Qui benedicendus est in Deo vero, benedicitur tribus respectibus, qui sunt primarij in omnibus benedictionibus. Omnibus maior est aequitas progrediens ad diuinam felicitatem, animae inhaerentem. Alter fortunat temporalia, iuxta propriã conditionem necessaria, ne illa inquirens retrahatur à perfectione. Tertius est liberatio, & protectio à cunctis infortunijs, & euentibus, qui exteriùs sentiuntur. Et cùm haec tria completa

Ducxi. *Grata anima, ac pia, & benè memoris beneficiorum Dei verba: ille, inquit, cui patres mei beneplacuerunt, qui me à iuuentute mea vsque in præsentem diem educauit, qui me ab initio ab omnibus malis liberauit, qui tantam erga me declarauit prouidentiam, ipse benedicat hos pueros.* Verumtamen Iacob explicitè deprecatus est, & ipsum Deum, & Angelum non vti causam primariam benedictionis, sed vti ipsius Dei ministrum. Neque incongruum erit, explicitè sub nomine Angeli intelligere secundam ex diuinis personis in Trinitate; quare scripsit S. Cyrillus lib. 6. in Genes. iuxta editionem Io. Auberti: *Iacob benedixit adolescentulis, Deum appellans, qui enutriat, & Angelum, qui liberet, Deo ac Patri in vniuersum coniungens Filium, qui & per voces Prophetarum* Magni Consilij Angelus *appellatur. Omnis igitur gratia animæ erga nos benedictionis, & auxilij modus, nullo alio pacto nobis obueniat, quàm per Filium à Patre.* Et addam cum Lippomano in Catena in Genes. cap. 48. *Considerandum, quòd dictio* הגאל *Hagoel, vel* Redimens, *vel* Qui redimit *propriè reddi potest: quo modo loquendi clarissimè Filius Dei, mundi generalis Redemptor, denotatur. Et si diligenter aduerteris, tacitè Propheta Domini Sanctissimam inuocat Trinitatem, Patrem scilicet, & Spiritum Sanctum sub nomine Dei bis repetiti; vnigenitum verò Dei Filium sub nomine Angeli. Angelum ergo intelligit Redemptorem, Verbum diuinum, Saluatorem nostrum, vel auxilij fuerint, nil ei deficiet. Et ecce quoad primum ait:* Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei &c. *Quoad secundum ait:* Deus, qui pascit me ab adolescentia mea &c. *Quoad tertium ait:* Angelus, qui eruit me de cunctis malis &c *Ac dicens*, Benedicat pueris, *considerauit quodlibet ex his significatis vnumquodque iuxta suum respectum.* Cùm igitur ad Deum spectet diuinæ felicitatis, ac temporalium bonorum impertitio; ad Angelum verò liberatio ab infortunijs; & cùm etiam verbum *Benedicat* referatur iuxta singulos respectus, euidenter sequitur, quòd Angelus erat benedicturus, & etiam ad eum Iacob suam direxerit orationem. Nec à superiori dispar videtur expositio Philonis, dum scribit in lib. De confus. lingu. *Decet autem suæ naturæ propria operari optimum optima: improborum autem pœnas per eius ministros sanciri. Attestantur meis dictis illa verba perfecti meditatoris:* Deus, qui nutrit me à iuuentute mea: Angelus, qui eripit me ex malis omnibus. *Hic quoque nunc fatetur, germana bona, quæ studiosas virtutis animas nutriunt, ad solum Deum Authorem referenda: malorum autem portionem commissam Angelis.*

Fateor quidem, quòd, si consideretur Deus, vti causa principalis, & primaria quarumcumque benedictionum, inficias non iuerim, ad illum implicitè totam à Iacobo directam orationem: ideoq; non indoctè scripsit S. Ioan. Chrysostomus hom. 66. in Genes. iuxta editionem Frontonis

alijs. Hactenus benè, at quæ sequuntur, qualia? *Sic Adam*, inquit, *familiarem consuetudinem habuit cum Angelo Raziele: Sem filius Noe cum Iophiele: Abraham cum Sadkiele: Isaac, & Iacob cum Peliele: Ioseph, Iosue, & Daniel cum Gabriele: Moses cum Metraton: Helias cum Mathiele: Tobias iunior cum Raphaele: Dauid cum Cerniele: Manue cum Phadaele: Cenez cum Cernele: Ezechiel cum Hasmaele: Esdras cum Vriele: Salomon cum Michaele*. Et hæc eadem Angelorum nomina ex Cabalisticis Magistris referunt Reuclinus de Art. Cabalist. libro 1. & Kircher loc. cit. pag. 221. pręter ea, quæ sortiuntur Angeli pręfecti, vel duodecim anni mensibus, vel septem planetis, quorum priora leguntur apud Hebræos in lib. *Col Bo* fol. 144. posteriora verò ex eisdem describunt Feuardentius in Comm. ad S. Irenæum lib. 1. fol. 73. & Kircher in Oed. To. 2. par. 2. pag. 234. De quibus planè ignotis prorsùs nominibus liceat dicere vnà cum Cornelio à Lapide in Ezech. cap. 1. *Ita isti* (Hebræi) *aut Magi, aut nominum, aut portentorum figuli, quos non Vriel, sed Magiel, aut Vaniel, aut Stulteiel nescio quis exagitat*.

Nunc autem, Optime Iuli, addam nonnulla à me adnotata in præfata deprecatione R. Eliezer. Et primò quidē Angeli appellantur שרי נהורא *Principes splendoris*. Hoc sanè dictum à Catholica veritate dissonum non videtur. Quoad primam enim partem quisquis è Catholicis, Angelos vltrò *lij, dispensationisque diuinæ ministrum*. Et hæc dicta sufficiant pro Angelorum inuocatione, qua de re plura congerit ex SS. Patribus Vossius l. 1. Idolol. c. 9. Cur autem in Synodo Laodicena can. 35. seù iuxta collectionem, & interpretationem Dionysij Exigui can. 138. prohibitum fuerit Angelos nominare, præter adducta à Baronio To. 1. Annal. pag. 606. & Binio To. 1. Concil. pag. 308. col. 1. sequor Synodalis prohibitionis explicationem, habitam anno 789. in Capitulari Aquisgrani l. 2. cap. 16. apud Sirmondum Tom. 2. Concil. pag. 137. & Labbæum Tomo 7. Concil. col. 973. videlicet, quòd Laodicenus Canon intelligendus sit de ignotis Angelorum nominibus, quæ nec fingenda, nec nominanda sunt; sed tantùm nomina Angelorum, quos habemus in auctoritate, & hi sunt Michaël, Gabriël, & Raphaël. Ac iterum anno 858. in Capitulis Herardi Archiepiscopi Turonensis apud eumdem Sirmondum To. 3. Concil. pag. 111. & Labbæum To. 8. Concil. col. 629. decretum fuit, ne recitentur ignota Angelorum nomina. Et sanè huiusmodi sunt, quæ in Talmudicis, & Rabbinicis libris inueniuntur, è quibus procul dubio accepit, quæ scribit Agrippa l. 3. de vanit. scient. c. 47. *Fatidici spiritus solent benè expurgatis animis etiam sese visibiles exhibere, & comites, cuius exempla multa sunt in sacris literis, vt in Abrahamo, & ancilla eius Agar, in Iacob, in Gedeone, Helia, Tobia, Daniele, & multis*

pressiùs igne, quàm alia quauis re corporea nobis ipsorum incorporalis substantia innotescit, Hinc frequenter in specie ignis apparuisse dicuntur in sacris literis, vt Exodi 3. Mosi in rubo ardenti: 4. Regum 2. Ignei equi, & currus Helisæi in Cœlum sustollendo: & 4. Reg. 6. Milites, & currus ignei visi in circuitu Helisæi ad eius tutamen, vt latiùs hęc pertractat S. Dionysius Areopagita de Cœlesti Hierar. c. 15.

Quoad nomina verò descripta in eadem deprecatione adnotabã etiam mentionem fieri אכתריאל *Acthariel* in formula anathematis, quam ex antiquo, & Hebraico volumine depromit Buxtorphius in Lex. Rab. colum. 828. vbi dicitur contra anathematizatum:

יהיה מקולל מפי אדירירון ואכתריאל ומפי סנדלפון והדרניאל מפי אנסיסיאל ופתחיאל ומפי סרפיאל וזגנזאל ומפי מיכאל וגבריאל ומפי רפאל ומשרתיאל וכו׳

Sit maledictus ex ore Adiriron, & Acthariel; ex ore Sandalphon, & Hadraniel; ex ore Ansisiel, & Pathchiel; ex ore Seraphiel, & Zaganzael; ex ore Michael, & Gabriel; ex ore Raphael, & Mesarthiel, &c. Ex quo apertè liquet, quòd inter alia, prorsùs ignota, Angelorum nomina recenseatur etiam אכתריאל *Acthariel*. Hoc tamen nomen iuxta Cabalisticam scientiam denotat etiam Dei nomen pro primario, & principali nomine in Cabalistica numeratione decem ספירות *Sephiroth*, quod vocatur כתר *Chether* (*Corona*) vnde fit אכתריאל *Ac-*

trò fatetur *Cœli Principes*, quemaddum septem Angeli, diuino throno astantes, dicuntur à S. Clemente Alexandrino lib. 6. Strom. *Primogeniti Angelorum Principes*. Quoad secundam crediderim non incongrua verba S. Gregorij Nazianzeni orat. 40. iuxta Billij Prunæi editionem. *Secundum lumen est Angelus primi illius luminis velut riuulus quidam, aut participatio per propensionem ad illud, ac ministerium illuminationem habens: de quo statuere nequeo, vtrum pro classis sua, ordinisque ratione splendor ei impertiatur, an potiùs pro diuino illuminationis modo hanc, & illam sedem accipiat*. Item oratione 43. ait de Angelis. *Secunda autem lumina, primique luminis radij Virtutes ipsum circumstantes, atque administratorij Spiritus*. S. Gregorium imitatus S. Ioan. Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. ait: *Enimuerò secundaria spiritualia lumina sunt Angeli ex primario, ac sempiterno lumine splendorem haurientes*. Qua de re longè pleniùs, atque magnificentiùs disserit S. Dionysius Areopagita De diu. nom. cap. 4. vbi eosdem nuncupat *Clara, & illustria lumina*. Et eadem de causa apud Iobum cap. 38. dicuntur *Astra matutina*, & in Apocalypsi cap. 4. *Lampades ardentes*. Huc etiam facit, quod Dauid in Ps. 103. appellet Angelicos Spiritus *Flammam ignis*, siuè *Ignem vrentem*, quia spiritualis eorum natura, atque conditio corporalis ignis proprietatem propemodum seruet, vt agilitatem, leuitatem, feruorem, lucem, motum ad superna: & ex-

בשם מיכאל שר חנדול בשם מטטרון ששמו כשם רבו וכו׳ ארור הוא מפי מיכאל השר חנרול ארור הוא מפי מטטרון ששמו כשם רבו ארור חוא מפי אכתריאל יה ה׳ צבאות וכו׳ ׃

Nos anathematizamus &c. in nomine Acthariel Domini, Domini exercituum, in nomine Michael Principis magni, in nomine Mitatron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui &c. sit maledictus ex ore Michael Principis magni; sit maledictus ex ore Mitatron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui; sit maledictus ex ore Acthariel Domini, Domini exercituum &c. Hinc primò patet, quòd אכתריאל *Acthariel* inter Angelos adnumeretur. Secundò, vt efficaciùs operetur, innuitur, quòd sit nomen Dei, non secùs quàm sit quoad nomen Mitatron; quod sanè est nomen Angeli. Dicitur enim Exod. 23. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te &c, & est nomen meum in illo:* quo in loco explicat R. Salomon:

רבותינו אמרו וה מטטרון ששמו כשם רבו מטטרון בגימטריא שדי ׃

Doctores nostri dixerunt, hunc esse Mitatron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui: nam Mitatron Arithmeticè est idem ac Omnipotens. Siquidem Hebraica verba מטטרון *Mitatron*, ac שדי *Omnipotens* iuxta Cabalam numericam, à Rabbinis passim vsurpatam, si in numeros resoluentur, eosdem omninò numeros exhibebunt, videlicet 314., quemadmodum te, Optime Iuli, nequaquam latet.

Acthariel (Corona Dei) idque etiam notarunt Buxtorphius in Lex. Rab. col.   . & Vorstius in Obseru. ad פרקי ר׳ אליעזר pag. 230. Quare habetur in Talmude tract. ברכות fol. 7. 1.

וראיתי אכתריאל יה ה׳ צבאות יושב על כסא רם ונשא ׃

Et vidi Acthariel em Dominum, Dominum exercituum sedentem super solio excelso, & eleuato. Et in lib. כפתור ופרח fol. 13. 2. & in lib. בעל עקרה cap. 74. scribitur:

כראה שכנה זה חשם המעולה אכתריאל על פי הקבלה שאומרים אל הספירה הראשונה ראש כל הספירות כתר עליון ׃

Videtur, quòd nominauerit hoc nomen mirabile Acthariel *iuxta Cabalam, qua dicunt, priorem Sephiram, quae est caput omnium Sephirarum,* כתר עליון *Coronam supremam.* Ratio verò ob quam Angelorum nomina ab Hebraeis applicantur Sephiris, ea est: quia, cùm Deus iuxta illos omnia per Angelos administret, hinc putant, eadem efficacia, qua Deus virtute orationum mouetur, ea & Angelos, qui Sephiris applicantur, ad succurrendum in necessitate constitutis motos iri: & ita etiam testatur Kircher in Oedipo To. 2. par. 2. fol. 342. Hinc videmus, nomen אכתריאל *Acthariel*, vnà cum supradictis attributis, recenseri in anathemate Hebraico apud dictum librum *Col Bo* loc. cit. vbi dicitur contra anathematizatum:

אנו מחרימין וכו׳ בשם אכתריאל יה ה׳ צבאות

Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, Vrielem, Iehudielem, Barachielem, & *Sealthielem*. Ita Serarius in Tob. c. 12. Salmeron. To. 3. c. 3. Maseilius l. 3. de B. Virg. c. 5. & alij. Penultimum igitur horum nominum cum supradicto ברכיאל conuenire nemo non videt. At reliquis nominibus prætermissis, quæ describit R. Kalir, ne prolixior fiam, hæc satis sit de Angelis dixisse.

Tandem ea etiam verba obseruaui אום משלש, & אום משלשת *Gens trina*, & *populus triplex*. Hanc explicationem sortiri videntur ex Talmude in Tract. שבת cap. ר׳ עקיבה, vbi dicitur:

דרש ההוא גלילא רחמנא דיהב לן אוריתא תליתי על יד תליתי לעמא תליתי בירחא תליתי ביומא תליתי:

Prædicauit ille Galilæus. Benedictus Deus, qui dedit nobis legem trinam, per trinam manum, triplici populo, in tertio mense, die tertio. Trinam profectò legem iuxta Hebræorum sententiam dedit Deus, quia tria præceptorum genera in Mosaica Lege contineantur, nimirùm מצות חקים משפטים, & iuxta Christianos præcepta moralia, cæremonialia, & iudicialia. Additur per *Trinam manum*, videlicet mediantibus Mose, Aaron, & Maria. Porrò illud *Triplici populo* intelligitur pro Gente Hebraica, quæ coalescebat ex Sacerdotibus, Leuitis, & Israëlitis. Tandem cùm Lex data fuerit tertio mense ab exitu Ægyptiaco, & tertio die post populi aduentum ad montem Sinai, vt habetur in Exodo cap. 19. idcircò dicitur *In tertio mense*, ac *Die tertio*. Nunc autem, nisi fictitios in Hebraico populo admit-

Eadem affert Elias Leuita in Thisbi. Et hac de re agunt etiam Kircher in Arithmologia pagina 183. Voisin de Theol. Iud. pag. 42. Buxtorphius in Lex. Rab. col. 1193. Et Author libri נוה שלום l. x. c. 3. explicans præfata verba; *Et est nomen meum in illo*, ait;

אמרו ז״ל זה מטטרון ששמו כשם רבו והוא מיכאל

Dixerunt Doctores nostri, hunc esse Mitatron, cuius nomen est, sicut nomen Domini sui; & ipse est Michaël. Et confirmari potest ex voce מלאכי *Angelum meum*, quæ ex Cabala, quam vocant חילוף *Variationem*, efficitur מיכאל *Michaël*, perinde idem esset dicere, *Mittam Angelum meum*, ac *Mittam Michaëlem*. Verumtamen ex superiùs adductis liquidò constat, diuersos Angelos esse Mitatron, & Michaëlem. Vltimò ex hactenus allatis euidentiùs elicitur, quòd Hebræi nominatim Angelos inuocent.

Insuper adnotabam etiam secundum nomen appositum in deprecatione R. Kalir. Quamuis enim tria Angelorum nomina (nempè Michaëlis, Gabriëlis, & Raphaëlis) agnoscat tantùm, & colat Ecclesia, vt affirmauit Concilium Romanum, cui præfuit Zacharias Pontifex, quod citatur in vita S. Bonifacij apud Surium in Iunio fol. 598. & à Baronio anno Christi 745. fol. 179. nihilominùs è Catholicis plurimi plurima etiam Angelorum nomina expromunt. Itaq; afferunt septem Angelos, diuino throno astantes, nuncupari

mittimus Sacerdotes, & Leuitas, nequit ſanè cum præfato Kalir *Gentem Trinam* appellari. Hæc igitur, Optime Iuli, mihi ſtudium, vt ad te ſcriberem, ſuppeditauit in teſſeram mei erga te amoris.

רמ"א ר' אליקים בן הרא"ש ר"ל בן ר' אשר אשכנזי חתנו של הרב אברהם בר נתן הירחי וזקנו של מרדכי היה בטוליטולא שנת תתקצ"ו ושמע במסרת שלא במקום העיר הרבה אנשים יותר משנים עשר אלף יהודים כמו שכתב בעל ס' יוחסין דף קל"ב עמוד ב' : וחבר ס' המנהיג על מנהגים המפורסמים בכל העולם וכן יש שקורין אותו מנהיג עולם : וחבר גם כן ס' המחזיק הבדק.

241 R. ELIAKI'M BEN HARO'SC ideſt, *filius* R. ASSER GERMANI, fuit gener R. Abrahami Bar Nathan Iarchitæ, aui Mardochæi claruit anno mundi 4996. Chriſti 1236. quo anno, vt refert Author *Iuchaſsin* p. 132. b. vidit Toleti in Hiſpania pluſquàm duodecim millia Iudæorum, & teſtatur in ſuo libro quem ſcripſit -

על המנהג *Al haminhàigh*, *Super conſuetudinem*, hoc eſt *Rituale ceremoniarum* ſecundùm conſuetudinem omnium Nationum; idcircò à quibuſdam vocatur מנהיג עולם *Manhìgh olàm*, *Vſus*, ſeù *conſuetudo Mundi*, vel *Vniuerſi*. Scripſit etiam -

ס' מחזיק הבדק *Sèpher mechazik habbèdek*. *Librum reſtaurantem fracturam*, ſcilicet *Legis*. De eo fit mentio præter *Iuchaſsin* loc. cit. etiam in *Scialſcel. hakab.* pag. 52. b.

רמ"ב ר' אליקים בר נפתלי חבר ספר טוב שם והוא ספר הנהגה ונדפס בויניציאה שנת שס"ו לפ"ק.

242 R. ELIAKI'M BAR NEPHTALI' ſcripſit -

ס' טוב שם *Sèpher Tou Scem*, *Librum boni nominis*. Tit. ex Iſai. 56. 5. eſt liber compoſitus ad dirigendum hominem in viam bonam, ac proindè eſt totus Aſceticus. Excuſus eſt Venetijs anno mundi ש"ס 366. minoris ſupput. Chriſti 1606. cura, & diligentia Io. Gerſonis. In 4.

Non igitur continet ſelectiores veterum Rabbinorum deciſiones iuxta Talmudicos canones, vt credit Plantauitius in Biblioth. Rabbin. n. 213.

רמ"ג ר' אליקים בן שלמה השלים פירוש על שיר השירים אשר התחיל ר' יוסף בן שלמה ולא השלימו מפני קוצר ימיו.

243 R. ELIAKI'M BEN SALOMONIS abſoluit *Commentarios in Canticum Canticorum*, quos R. Ioſeph Ben Salomonis incœperat neque perficere potuerat, fortaſſis, quia morte præuentus. Completi ſunt anno mundi קמ"ח לפ"ק 5148. Chriſti 1388.

רמ"ד ר' אלישע ארומים ממאנטובה מגיה של משנה המסכתות ובימינו היה עמו באמביום ראנוצו והיה מוסר ברומא בוולטיקלנו בזמן פאולו פאפא השלישי. שנת ש"ז ליצירה וכתב שערי אורה של ר' יוסף גיקטילא ונדפס בוולטיקלנו ש"ל.

244 R. ELISCIA'A, ELISÆVS DE ארומים ADOMI'M, DE RVBEIS

di ש״ח 5308. Christi 1548, viuente te ipso Auctore, & anno של״ח 5338. Christi 1578. apud Ioannem de Gara, studio, & cura R. Samuelis ארקוולטי *Archiuolt* Auctoris Grammaticæ ערוגת הבשם *Arughàth habbòsem*, de quo suo loco. In 4.

In Esther. Excus. ibidem anno mundi שמ״ג 5343. Christi 1583. apud Ioannem Bragadinum filium Aloysij Bragadini. In 4.

רמו　רבי אלישע מרומי יהודי

חזר לדת הנוצרים ונקרא בימינו אלכסנדרו די פראנציסקי ואמר כך שמעך בסנגוג של עיר פורלי אחר הכנסו אל בוספא ספר בראשית וואלה שמות של השאלות בלשון לטין ועל בוספא ספרי הנ״ל לעברים והקריבו יחד והדפס בקירבת יר בוולטוקלאנו ׃ ולזה זה״ מתחבר בשנת ׃ ש׳ שנ״ו לנוצרים ושם ברומא עמות אחר לשון הזה ׃

246 ALEXANDER DE FRANCISCIS ROMANVS olim Iudęus, relicta Iudaica Secta, Christi Religionem suscepit adultus. Post regenerationis lauacrum Christianam perfectionem exoptans, Sacri Ordinis Prædicatorum habitum induit Romę, vbi in omni virtutum genere, maximè in Scholasticis disciplinis, & Verbo Dei populo annunciando ita profecit, vt cæteris sui temporis Ecclesiastis in dicendo, & suadendo facilè palmam eripuisse videretur. Cùm enim in Vrbe tunc temporis tres, Verbū Dei egregij Concionatores, dissemi narent, Hebræus videlicet noster (tali quippè pronomine communiter appellabatur Pater Alexander de Franciscis) P. Lupus ex Capuccinorum Ordine apud Summum Pontificem, & P.

Mantuanus, postquam (relicto Iudaismo) Christianæ Religioni nomen dederat, vocatus fuit *Fabius Ranutius de Ranutijs*. Hic in Scriptorem librorum Hebraicorum Bibliothecæ Vaticanæ vocatus, transcripsit librum שערי אורה *Saarè orà*, *Portarum lucis* R. Iosephi Gigatellæ Cabalisticum *De nominibus, & prænominibus Dei*, asseruatur Hebraicè inter Codices Hebraicos eiusdem Bibliothecæ Papyr. in 4. Reperitur etiam impressus, vt in Ioseph גיגאטילא dicemus.

Viuebat anno Domini 1547. tempore Pontificatus Pauli Papæ III.

רמה　ר׳ אלישע גאליקו ה״ה בעיר צפת

בגליל העליון חבר פירוש על חמש מגילות ונדפס בויניציאה שנת ש״מז׃ ועל שיר השירים לבדו נדפס בעיר הנז׳ שנת הנז׳׃ ועל קהלת נדפס לבדו בעיר הנ״ל ׃ שנת ש״מ לפ״ק כמו כמקובל ׃ ועוד שם בשנת של״ח לפ״ק בבית יואני די גארה על עיון ר׳ שמואל ארקוולטי בעל ערוגת הבשם׃ ועל אסתר נדפס בוויניציאה שנת ש׳ שמ״ג בבית יואן בראגאדינו ׃

245 R. ELISCIA'A ELISÆVS GALI'KO Synagogarcha in Vrbe Sapheth superioris Galilææ. Scripsit פירוש על חמש מגילות *Pirùsc al chamèsc meghillòth Explanationem in quinque Volumina*, videlicet Cantic. Canticorum, *Ruth*, *Threnos Ieremiæ*, *Ecclesiasten*, *& Esther*. Excus. Venetijs anno mundi שמ״ז 5347. Christi 1587. In 4.

Commentarij in Cantic. Canticorum seorsim excusi sunt ibidem anno eodem, eadem forma.

In Ecclesiasten ibidem anno mun-

suscipientes in Domo Dei tanquam oliuæ fructiferæ vberrimos reddunt fructus, sparguntque virtutum, & sanctimoniæ suauitatis odorem. Cognitis igitur ab eodem Summo Pontifice eius præclaris facinoribus, ad Episcopalis dignitatis apicem pro Ecclesia Foroliuiensi sublimatur, anno Domini 1594. die 4. Maij. At cùm animæ suæ tantummodo coram Deo rationem reddere exoptaret, absoluto vix Ecclesiæ regiminis triennio, in manus Summi Pontificis spontè, & liberè Episcopatum resignauit; totus sibi deinceps Romæ viuens, vbi & mortales artus pacificè reliquit, circa finem præteriti, aut initium præsentis seculi.

Scripsit Hebraica lingua quasdam *Notulas super Primum, & Secundum Librum Pentateuchi*, quibus aliquot loca Vulgatæ editionis, quæ à litera Hebræa dissona esse videntur, cum eadem doctè, & eruditè conciliat. Vtilis quidem, & commendabilis labor, sed valdè dolendum, quòd vltrà XX. Capit. Exodi non extendatur. Asseruatur Codex Hebraicus Auctoris manu (vt creditur) exaratus in Bibliotheca Vaticana sub num. 268. In fol. Papyrac. Ex quo, quamuis non appareat quisnam sit illius Auctor, attamen in antiquo Indice librorum Hebraicorum eiusdem Bibliothecæ tribuitur huic nostro Alexandro Foroliuiensium Episcopo. De quo videndus est noster Vghellus in Italia Sacra inter illius Ecclesiæ Antistites.

& P. Panicarola ex Ordine Minorum de Obseruantia, euulgatum fuit, diùque per ora singulorum viguit Prouerbium, quod vsque hodie apud viros eruditos memoria retinetur, quo singulorum proprietas, in qua potissimùm eminebant, explicatur. Dicitur enim

Helræus docet, Lupus monet, Panicarola delectat.

Eius virtute, doctrina, morum integritate, & in rerum agendarum prudentia cognitis, ad Procuratoris Generalis in Curia Romana officium, & simul in Vicarium Generalem assumitur. In ijs tanquam cœleste sydus effulsit, cuius virtutum radij, & si in vastissimi sui Ordinis remotissimas oras diffunderentur, in Vrbe tamen maiori splendore præfulsere. A Clemente Octauo Summo Pontifice audita fama Fr. Alexandri Vicarij Generalis, in suum Theologum, & familiarem adlegitur. Cuius doctrinæ, & prudentiæ tantum deferebat, vt nil, præcipuè in arduis negotijs, sine illius consilio, & voto fieri, aut determinari fineret. Hinc quæstiones ad statum Regularium potissimùm pertinentes, & pro reformandis Ordinibus Cõstitutiones sine illius sententia latæ non sunt: quinimmo quibusdam pro Ordinum reformatione nascentibus Congregationibus in fidum Directorem, & Promotorem à S. Sede Apostolica datus est. Has, Constitutionibus ad normam regulæ suorum Ordinum muniuit sanctissimis, ex quarum obseruantia robur firmissimum in omni regulari disciplina illæ

רנו' **אלכסנדר ערבי** חבר פירוש על מה שאחר הטבע לארסטו והעתיקו מלשון הערבי ללשון העברי ר' משה בר שלמה ונמצא כ״י בוואטיקאנו בבית ספרי דוכס די ורבינו ונכתב בבולוניאה שנת ה' ק״נ ליצירה.

247 ALEXANDER ARABS Arabicè ſcripſit *Commentarios in Metaphyſicam Ariſtotelis*, quos ex Arabico in Hebraicum vertit R. Moſes Bar Salomonis Extant mmſcc. in Biblioth. Vrbin. apud Vatic. in 4. magno Papyr. Script. Bononiæ anno mundi 5150. Chriſti 1390.

רנח' **אלמושנינו** חבר שלשים דרשות יפות מאד

248 ALMOSENINVS ſcripſit 30. *Sermones* elegantes.

רנט' **אלמנצורי ערבי** חבר ספר על הרפואה בלשונו והעתיקו אל לשון עברי הרבי שם טוב בר יצחק המכונה בבי הטרעישי וחלקו בעשרה מאמרים

מאמר הראשון מדבר על תכונת האברים והרכבתם ונחלק כ״ו שערים:

המאמר ב' בידיעת מזג הגופות והחליים הנוכרים עליהם והוראות כללות ופרטיות מסבות הפנים : ונחלק בשערים נ״ט:

המאמר ג' בסגולות המזונות והסמים הנפרדים ושעריו הם כ״ה:

המאמר ד' בשמירת הבריאות : ושערים הם ל״ב :

המאמר ה' בבקשות מעדנים הגוף ושעריו ט״ו :

מאמר ו' בהנהגת הולכי דרכים ושערי' ז' :

המאמר ז' בזכרון כללים וחבורים במלאכת הכנוס והרפואות והשמן ושערי' כ״ג :

מאמר ח' בתקינות הרעלים והשרצים ורפואת הארסי' : ושערים כ״ו.

המאמר ט' ברפואות החליים המתחדשים מן הקדקד ועד הרגל : ושערי' הם ל״ו

המאמר העשירי בקדחות ומה שקבל אחריהן במה שיצטרך

אליו ושל ידיעתן בסבת סבבים : וזה הספר הוא טוב מאד ולא נעתק בלשון לשון עד הנה ונמצא בוואטיקאנו בתוך ספרי דוכס אורבינו כתב קלף :

249 ALMANSORIS ARABIS *Opera Medica* ex Arabico in Hebraicum vertit R. Scem Tou Bar Iſaaci Hiſpanus, cognomento הטרעישי *Hattariſci*, diuiduntur in X. libros hoc ordine.

I. Tractat *de forma membrorum*, nempè *de re Anatomica*.

II. *De temperamento humani corporis, deque illius infirmitatibus*.

III. *De Virtutibus, & facultatibus ciborum, & aromatum*.

IV. *De tuenda ſanitate*.

V. *De ſeruanda pulchritudine corporis, tollendiſque maculis, & alijs vitijs à facie*.

VI. *Pro itinerantibus, ne à Sole lædantur, remedia*.

VII. *De vnguentorum compoſitione*.

VIII. *De morſibus ſerpentum; & de remedijs contra omnia venenorum genera*.

IX. *De omnibus infirmitatibus, quæ naſci poſſunt à planta pedis* (vt ibi dicitur) *vſque ad Verticem capitis*.

X. *De febribus*. Quibus additur *Lexicon Anatomicum, Aromaticum, Bothanicum*, itemque *omnium animalium, auium, & piſcium*, quæ Hebraice non inueniuntur, & quæ in verſione Hebraica relicta ſunt ijſdem vocabulis, quibus in textu Arabico, & Originali, deſcribebantur. Hæc tranſlatio abſoluta fuit menſe ניסן *Niſan Martio* anno mundi ה׳ כ״ד 5024. Chriſti 1264. Reperitur mſc. in fol. membr. & papyr. ſimul in Bibliothe-

ca

dum, quo *De motibus Planetarum* fusè pertractat.

Alterius R. ELEAZARIS meminit Rittangelius in notis ad librum יצירה *Ietzira* pag. 28. eumque fuisse Cabalistam, & scripsisse super librum Ietzirà, & specialiter de 242. partibus צירופים *Tziruphim* coniugationum literarum Alphabeti, affirmat.

רנב׳ ר׳ אלעזר אזכרי חבר ספר חרדים והוא בנוי על פסוק כל עצמותי תאמרנה יהוה מי כמוך: ומפרש ואומר כיצד כל המצות הם תלויות בכל אבר ואבר כגון בלב בעינים בפה בידים ובכל הגוף וגם כן התלויות בארץ ישראל עם הרבה דרושים המתגלים בתוכו: ומחלקו שלשה א׳ בידיעת השם. שנית בשמירת המצות הנוהגות בזמן הזה: שלישי בענין התשובה: והביאו אל הדפוס לרבי יעקב לוריא אשכנזי והגה בעיון נמרץ ע״י ר׳ יצחק גרשון: נדפס במצות דניאל זניטי ובביתו בויניציאה שנת השס״א לפ״ק:

252 R. ELEAZAR AZAKARI ZACHARÆVS, scripsit librum, cui nomen imposuit -

ספר חרדים *Liber trepidantium*, Titulus desumptus ex cap. 10. 3. Ezræ והחרדים במצות אלהינו *Et contrementium in præcepto Dei nostri*. Tractat *De Præceptis Mosaicis*, eaque omnibus membris corporis, adaptat: ita vt quædam dicantur, & sint, præcepta cordis; alia oculorum; alia oris; alia manuum; & sic de singulis alijs principalibus membris corporis. Vnde, fundatur hic liber super versiculum decimum Psalmi 35.

כל עצמותי תאמרנה יהוה מי כמוך:

Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? Diuiditur in tres partes. In -

ca Vrbinatensi apud Vaticanum.

רנ׳ ר׳ אלנתן בר משה חבר ספר אבן ספיר על חג הסוכות ונשלם אותו שנת ה׳ אלפים פ״ג ליצירה

250 R. ELNATHA'N BAR MOSIS scripsit -

ספר אבן ספיר *Sepher èuen Sappir* *Librum lapidis pretiosi*. Tractat *De festiuitate* סוכות *Succòth Tabernaculorum*. Compositus fuit anno mundi פ״ג 5083. Chr. 1323. anno VII. Pontificatus Ioannis XXI.

רנא׳ אלעזר שם הספר והוא על מהלך שבעה הכוכבים והשמש ככבי לכת והקליפות העולם וההתחברות בעצם כו׳ כוספיקלבו: וגם יש עוד ספר אחר וחבר אותו רבי אלעזר בלי שם אביו ומפרש כל המקומות אשר עשה ר׳ אברהם ן׳ עזרא על התכונה בפירושו על התורה: ויש גם כן ר׳ אלעזר אחר המקובל וחבר פירוש על ספר יצירה ובפרט הצירוף הלוקות כמו שכתב בספר ריטאנגל על ספר יצירה דף כ״ח: ולא בא בידי:

251 ELEAZAR, Titulus est Libri, quo agitur *De rebus Astronomicis, & Geometricis*, potissimùm, *De motu septem Planetarum, de Climatibus mundi*, & cæteris talibus. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana papyr. in 4.

Ibidem alius Codex msc. cuius Auctor est Rabbi quidam nomine ELLAZAR, absque alia notitia cognominis, vel patriæ: valdè peritus, & doctus in Astronomia ostenditur, dum in hoc suo libro, ea quæ Rabbi Abraham Aben Ezræ in suis Commentarijs super Pentateuchum de rebus Astronomicis succinctè, & valdè obscurè tetigerat, ipse prolixiùs, & clarè explicat, præsertim super Exo-

nomiæ, & Arithmetices:

תקיפות וגמטריאות פרפראות לחכמה:

Astronomiam, & Geometriam, seù etiam Arithmeticam esse condimentum scientiarum.

Nugantur tamen Iudæi quando huius Arithmetici peritiam iactant, quòd numerum inire potuerit guttarum maris, vt idem Auctor Iuchass. pag. 39. testatur, & pag. 52. agens de eodem, quasi se retractans, nominat אלעזר *Eleazarum*, facitque בעל ספר התשבורת *Baàl Sèpher Hattisbòret Auctorem libri Arithmetices*, hodie tamen ampliùs non reperitur, quod sciam huiusmodi liber.

Idem Auctor pag. 39. supra cit. ex Cod. ראש השנה *Rosc hasciana* capite vltimo de eo dici שירד לפני התיבה *Quòd descenderat coram Arca*, Glossa R. Salomon לפי שמצוה להתפלל במקום נמוך *Quia preceptum est orare in profundo loco.* Hinc præcentores Synagogę, ij scilicet, qui sanctiores cæteris videri volunt, in quibusdam precibus potissimùm ad pœnitentiam spectantibus, ante Arcam, siuè Armarium Synagogę in profundiori loco, vel si minimè adsit, in ipso plano pauimento, inflexis genubus procumbentes, & alta fractaque voce cantillantes, vel memoriter, vel etiam de libro in eminentiori pulpiti loco collocato, nisi literæ visum fallant, anxio quidem admodum animo, legere solent, Dauidis vestigia sequi putantes, qui in Psal. 130. 1. dicit:

ממעמקים קראתיך יהוה,

De

Prima agitur *De Dei cognitione*, seù *De præceptis, quæ ad Dei notitiam pertinent.*

In II. *De memoria præceptorum*, hoc est *De ijs præceptis, quorum obseruatio in alterius præcepti memoriam inducitur Iudæus*; & *De præceptis, quæ respiciunt Terram Israelis.*

In III. *De Pœnitentiæ præcepto, Contritionis, & Humilitatis.* Impressus Venetijs opera, & industria R. Iechielis לוריא *Luria* Germani anno שס"א 361. minoris supputationis, Christi 1601. Correctus per R. Isaacum גרשון Gersonem, in ædibus Danielis Zaneti, in 4. Est liber rarus, curiosus, & spiritualis ab Hebræis existimatur.

רנג' ר' אלעזר חסמא תלמיד ר' עקיבא
וחבירו של ר' יוחנן בן ברוקה היה תוכן ומספרי גדול
והמשנה מעידה על זה שאמר תקופות וגימטריאות פרפראות
לחכמה: ועשה בעל ס' התשבורת ולא נמצא עוד ואמרו עליו
כי היה יודע לשער כמה טיפין בים ולא היה לו פת לאכול
ולא בגד ללבוש: ונזכר בפרק אחרון דר"ה הגמרא כי ירד לפני
התיבה ופירש רש"י לפי שמצוה להתפלל במקום נמוך קתני
ירד: עיין ספר יוחסין דף ל"ט עמוד א' ודף נ"ב עמוד א':

253 R. ELEAZAR CHISMA', discipulus R. Akibæ, & socius R. Ionathanis Ben Berukà, fuit Astronomus, & Arithmeticus insignis, claruit Adriano Imperatore circa annum mundi 3985. Christi 125. Et quamuis Auctor Iuchasìn pag. 39. ר' אליעזר R. Eliezerem illum vocet, attamen cum *Misnà* Cod. פרקי אבות *Pirkè Auòth* cap. 3. in fine ר' אלעזר R. Eleazar est nominandus. Ibi ei attribuitur effatum illud in laudem Astro-

ר׳ אליעזר *R. Eliezer de Garmiza* num. 227. satis superque egimus. In hoc loco, hæc quę sequuntur, adijcienda censemus.

I. Quòd hic Author fuerit discipulus duorum insignium Rabbinorum videlicet הריב״ק *Hariuàk*, id est R. Iudæ Ben קלונימוס Kolonimòs, & הר״מה *Haramà*, id est R. Mosis Halleuì; ita habetur in מרדכי *Mordachì* Cod. חולין cap. כל בשר *Col Basàr* in fine.

II. Quòd ex familia וידרון *Vidronæa* satis nota in Germania fuerit, vt notat Auctor כל־בו *Col-bò*.

III. Quòd eius Pater vocaretur R. Iudas, non admodum certum est, cùm in הגהה *Hagahà Annotatione* ad cap. 3. מילה *Milà De Circumcisione* R. Mosis Ægyptij pagina 72. editionis Venetæ apud Aloysium Bragadinum an. 5310. Chr. 1550. R. Eliezer Ben Ioel Halleuì nominetur.

IV. Quòd inter Auctores sæpè confundantur ista duo nomina אלעזר *Eleàzar*, & אליעזר *Eliezer*. Et hinc, Auctorem libri רקח *Rokach*, alij faciunt אליעזר *Eliezerem*, vt in *Scialscel. hakab.* pag. 51, & *Iuchasin* pagina 132.b. Alij אלעזר *Eleàzarem*, vtrumque de Garmiza: Ego autem indubitanter existimo, verum nomen huius Auctoris esse אלעזר *Eleazarem*, quòd euidenter patet ex Auctore ipsius *Scialscèleth hakab.* loc. cit. vbi ait, hunc Auctorem ideò librum suum רקח nuncupasse, vt sui nominis numericum symbolum haberet. Ibi enim loquens de Auctore huius libri רקח dicit -

וחבר

De profundis clamaui ad te Domine, non intelligentes, quod oratio sine operibus bonis Deo grata non est, neque corporis depressio sine cordis vera humilitate illi placere potest; ipse enim dicit per Isaiam capite 1. 15.

ובפרשכם כפיכם אעלים עיני מכם: גם כי־תרבו תפלת אינני שמע ידיכם דמים מלאו.

Et in expandendo Vos Volas vestras, occultabo oculos meos à Vobis: etiam quando multiplicaueritis orationem, non ego exaudiam; manus Vestræ sanguinibus plenæ sunt. Hic ritus descendendi in inferiori, & profundiori loco, si adsit, coram Arca Synagogæ, & ibi orandi, habetur in Talmude Codice תענית *Taaniòth De ieiunijs, seù afflictionibus*, cap. 3. refertur ab Auctore ספר חרדים in principio פרק ה׳דברי כבושין pag. 66. b.

רמ״ ר׳ אלעזר בן יהודה מגרמיזא

כבר ערכנו בו למעלה בשם אליעזר ובמקום הזה נוסף עליו לומר כי היה תלמיד הריב״ק והרמ״ה ר״ל של ר׳ יהודה בן קלונימוס ורבי משה הלוי כמו שנראה במרדכי חולין פרק כל בשר: ועוד נוסף כי הוא היה ממשפחת וידרון כמו שאמר בעל ספר כל בו: ולא זה מתברר כי אביו נקרא רבי יהודה כי בהגהת הרמב״ם הלכה מילה פ׳ ג׳ נקרא שמו ר׳ אליעזר בן יואל הלוי והרבנים מתבלבלים בשם זה המחבר כי פעמים קורין אותו אליעזר ופעמים אלעזר ובאמת שמו הוא אלעזר כי הוא המחבר של ספר הרוקח וכן קרא שם הספר רק״ח שעולה ש״ח כמנין אלעזר ושם אליעזר לא עולה ש״ח אבל רי״ח: וזה המחבר כתב בהלכו שנת רמ״ה לפ״ק וזה המחבר תיקן שאנו שלקחו בפה תפלות שאומרים בכל יום וכתבתו בספר תפוחי זהב על ימין מעולי כתב ק״ו כרכם בתכמונה שנת ה׳ תמב׳:

254 R, ELEAZAR BEN IVDÆ DE GARMIZA, de quo supra in

והחבר ס' הרוקח שלכן קרא שם הספר רקׄחׄ שעולה שח״ כמנין אלעזר :

Compoſuit autem librum הרוקח *Harròkach, quem ideò ita vocauit, quia* ר׳קׄח *Ròkach numerat* 308, *vti numerat nomen* אלעזר *Eleàzar*, At nomen אליעזר *Elièzer* non numerat 308, ſed 318. ideò corrigendus eſt locus iſte, & pro אליעזר *Elièzer* reponendum eſt אלעזר *Eleàzar*, quod 308. numerat, vt vult nomen ſymbolicum & Ghematricum רקׄח *Ròkach*. Euidenter itaque colligitur; nomen huius Auctoris eſſe אלעזר *Eleàzar*, & non אליעזר *Elièzer*.

Cæterum in hoc libro agitur de Iudicialibus, & ceremonialibus ritibus, qui hodie apud Iudæos ſunt in vſu. Vidi illum excuſum in Fano Fortunæ anno mundi 265. min. ſupput. Chriſti 1505. In fol.

Ex hoc libro num. 362. excerptæ ſunt quædam precatiunculæ ſingulis diebus recitandæ, & excuſæ reperiuntur in תפוחי זהב *Tepuchè Zahàu* R. Iechielis Meli pagina 110. editionis Mantuanæ an. Domini 1623. In 12,

רנה ר׳ אלעזר בן נתן אשכנזי

היה אחד מחמשה בעלי המרדכי :

255 R. ELEA'ZAR BEN NATHA'N GERMANVS, fuit vnus ex IX. Auctoribus, qui compoſuerunt מרדכי *Mordachi*.

רנו ר׳ אלעזר בן ערך היה תלמיד רבו

עקרית ספר וקראו רבי בהורלי כי אמרו שהיה עליו תיבי

תבעים בהלכה ובאמת רבי בהורלי הוא רבי בתוים ואומרים

כי זה רבי אלעזר היה שהוכרח הקלירי הפייט שאומר בתפלת עליו הוא קרא הוא תנא הוא פייטן ובימיו היו אקריסין על פי הרצים . ורבי שאול אולם בסנסה על ספר יוחסין דף ל״ג עמוד ב' אמר כי זה הי' לאמר שלפני תנאי בעמוד והסכים קרובות יום ד' של פסח כראשי תיבות אני אלעזר ברבי יעקב הקלירי עקרית ספר וסכן ע״כ : וזה ר' אלעזר בן ערך היה בקרית הקליר שבכל עוגה שהיה כותב בה קמיע לפתחה . ע״כ לכמינ שם הוכרח . ויש אומרים שרבי אלעזר בן שמעון בן יוחאי הוא רבי אלעזר הקליר כמו באמר לעמה . ובאלפות בן ערך אמר המשנה בפרקי אבות ע״כ ר אלעזר בן ערך כמעיין המתגבר : ושם אבא שאול אומר : אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס אף עמהם ואלעזר בן ערך בכף שנייה מכריע תוא את כולם : ורבי יוחנן בן זכאי רבו משבחו ל' אלעזר עליהם על כולם תלמידיו כי חמשה תלמידים היו לו לרבן יוחנן בן זכאי ואלו הן : א' ר' אליעזר בן הורקנוס : ב' רבי יהושע בן חנניה : ג' ורבי יוסי הכהן : ד' ור' שמעון בן נתנאל : ה' ורבי אלעזר בן ערך : ורבי יוחנן בן זכאי היה אומר לתלמידיו צאו וראו איזו היא דרך טובה שידבק בה האדם , רבי אליעזר אומר עין טוב : רבי יהושע אומר חבר טוב : רבי יוסי אומר שכן טוב , רבי שמעון אומר הרואה את הנולד : רבי אלעזר אומר לב טוב אמר להם רבי יוחנן רבו , רואה אני את דברי רבי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם אמר להם (ר' יוחנן בן זכאי) צאו וראו איזו היא דרך רעה שיתרחק ממנה האדם , רבי אליעזר אומר עין רע , רבי יהושע אומר חבר רע : רבי יוסי אומר שכן רע , רבי שמעון אומר הלוה ואינו משלם : אחד לוה מן האדם כאלו לוה מן המקום שנאמר לוה רשע ולא ישלם וצדיק חונן ונותן : רבי אלעזר אומר לב רע : אמר להם (רבי יוחנן בן זכאי) רואה אני את דברי רבי אלעזר בן ערך מדבריכם שבכלל דבריו דבריכם :

256 R. ELEA'ZAR BEN ARA'CH diſcipulus R. Iochannan Ben Zachài, qui claruit anno Domini 30. vir celebris, ac Poëta inſignis. A pleriſque vocabatur נהוראי *Neuràì*, quia

& *Eleàzar* sæpè confundi. Non subscriptio cum pronomine אני *Anì Ego*, quia formula ista potuit scribi ab alio quàm ab Auctore, sub nomine Auctoris; cæteræ notæ, potissimùm illa *Poetæ* vtrique conuenit, cùm de hoc R. Eliezer Hakalir dicatur in מ"דרש *Medràsc* היא קרוי חנוי חוא פייט; *Ipse est Lector, Doctor, & Poëta*, teste eodem *Iuchasìn* loco citato. Non igitur absque ratione credendum putant aliqui, quòd non duo, sed vnus, & idem sit Auctor, ac precatio illa Litaniarum in R. Eliezare allata esse antiquissima, propè scilicet tempora Apostolorum. Sunt etiam aliqui, qui hoc nomen הקליר *Hakalir* R. Eleazaro filio R. Simeonis Ben Iochài attribuunt, de quo statim dicemus. De hoc autem R. Eleazaro Ben Aràch fit mentio in *Miscnà*, Cod. *Pirkè Aòth* cap. 2. vbi de eo Magister suus R. Iochànnan Ben Zaccài dicit.

ר' אלעזר בן ערך כמעין המתגבר׃

R. Eleàzar Ben Aràch est tamquam fons, qui (semper) *validior fit*. Et ibidem R. Saul hiperbolicè quidem subiungit.

אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס אף עמהם. ואלעזר בן ערך בכף שניה מכריע הוא את כולם׃

Id est *Si omnes sapientes Israëlitæ, etiam cum Eliezare Hircani filio in altera bilancium vola iniecti fuerint; in alia verò Eleazar filius Aràch, ille preponderabit præ illis omnibus*. Vide etiam supra num. 240.

חיה מאיר עיני חכמים בהלכה *Sapientum oculos lectionibus suis illuminabat*, inquit Auctor *Iuchasìn* pag. 34. Ab alijs קליר *Kalir*, seù קלירי *Kaliri*, quasi *Cellerarius* à Cella, in ויקרא רבה *Vaijkrà Rabbà* פרשה ה' sect. 5. vel *Placentarius*, quia vesci placentis delectabatur; vel potiùs, vt ait Auctor *Iuchasìn* pag. 34. b. quia placentam cum קמיעא *Kamiàh* amuleto Cabalistico comederit, vt sapiens, & prudens euaderet; in quo scripta erant nomina sanctitatis, addit Auctor *Scialscel. hakab.* pag. 31. b. Sapientes enim Iudæorum superstitionibus, & figmentis Cabalisticis omnes ferè addicti sunt. Nascitur in Terra Israëlis, in Vrbe קרית ספר *Kiriàth Sèpher* in Tribu Iudæ Iosue 15. 15. In diebus eius adhuc perseuerabat vsus Calendarum, & Neomeniarum per Lunæ Phasim à nuncijs relatam sanctificationis, de qua suo loco. Hunc quidam confundunt cum R. אליעזר הקליר *Eliezer Hakalir*, de quo supra ad numerum 240. R. autem Samuel שולם *Sciullàm* in annotationibus ad librum *Iuchasìn* pag. 34. b. distinguit vnum ab altero, & ait se vidisse in מחזור *Machazòr* libro Precū Germanorum nomen ipsius abbreuiatum per initia dictionum hoc modo א'ב'י חקמ'ק'ס i. e.

אני אלעזר ברבי יעקב הקלירי מקרית ספר׃

Ego Eleàzar Berabbi Iacob Hakaliri de Kiriàth sepher. Sed non ob id conuincitur esse diuersum Auctorem illum ab isto. Non diuersitas nominis, quia iam vidimus supra numero 254. nomina אלעשר & אליעזר *Elièzer*,

ר׳ אלעזר בן רבי שמעון בן יוחאי היה חכם גדול ואמו היתה בת רבי פנחס בן יאיר כמו גרסינן בספר זהר פרשת פנחס : ובמסכת שבת פרק במה מדליקין בדל״ג כי הוא עם אביו למדו במערה י״ג שנים · ובפרק השוכר את הפועל אומר רבי אלעזר ברש״י ורבי ישמעאל בן ר׳ יוסי ורבי שמעון בן חלפתא היו בעלי בשר מאד מאד וכן נשיהם גם כן באופן שכשהיו מקריבים איש ואשתו כרם זה כנגד זה היה יכול לעבור תחתיהם אז שורי׳ · ויש מחלוקת בין המחברים אם היה רבי אלעזר בנו של רשב״י או אחר שחבר הפיוטין שהיו נוהגים האשכנזים והאיטלקי ובעל ערוך אומר בערך קליר שנקרא קליר לפי שכתב שמות הקדש בעוגה א׳ ואכלה להטיב בה זכרון והמחבר אומר שהיה בן רשב״י אם כן הוא היה אלעזר הקליר : ואמר אותו בקם רבינו הקדוש לקחת אלמנתו לאשה והיא לא רצתה במערה היותה בלי של קדושה גדול ממנו כמו שנמצא כתוב בס׳ שלשלת הקבלה דף ל״ב עמוד ב׳ :

257 R. ELEA'ZAR FILIVS R. SIMEONIS BEN IOCHAI, eius mater R. Pinchàs Phinees Ben Iaìr filia fuit, vt legitur in libro זהר *Zòhar* sect. פנחס *Pinchàs*. In Codice שבת *Sciabbàth* capite במה מדליקין *Bammè madlikin* dicitur, quòd simul cum patre suo per tredecim annos in spelunca latuerit, vbi secretiora Legis didicerit, Magistro Elia Propheta: Hanc Pseudohistoriam Talmudicam in R. Simeone Ben Iochai in longum referemus, & refellemus. Aliud quidpiam minùs honestum de eo legitur in Talmude, quòd vt detegantur quantum nitidæ sint Talmudistarum doctrinæ, nos hoc loco adducemus. Aiunt enim in Cod. ע״ז *Auodà Zarà*, cap. השוכר את הפועל *Hasochèr eth hapoèl*, vt refert Auctor *Scialscel. hakab.* pag. 32. Quod tres Rabbini, & tres illorum vxores adeò obesi, & corpulenti erant, inter quos etiam R. Eleazar

filius R. Simeonis Ben Iochai, vt quotiescunque cum vxoribus suis corpore ad corpus iungerentur, sub vacua, & arcuata corporum ipsorum parte, facilè par Boum pertransire potuisse, dicerent. Verba libri citati sunt -

ר׳ אלעזר ברש״י ורבי ישמעאל ברבי יוסי ור׳ שמעון בן חלפתא היו בעלי בשר מאד מאד וכן נשיהם גם כן באופן שכשהיו מקריבים איש ואשתו כרם זה כנגד זה היה יכול לעבור תחתיהם אז״ג שוורים ;

Id est -

R. Eleàzar Berabbi Simeonis Ben Iochai, R. Ismaël Berabbi Iosè, & Rabbi Simeon Ben Chalpathà, fuerunt admodum corpulenti; similiter erant illorum vxores, & taliter, vt quando Vir & Vxor simul iungebantur, & corpus Vnius alterum tangebat, par Boum subter vtrumque transire potuerat. Vah, subtilis, & spiritualis doctrina Talmudica!

Controuertitur inter Auctores, an Poëticæ compositiones, quibus vtuntur Synagogæ Germaniæ, & Italiæ, & in eorum libris precum reperiuntur sint huius R. Eleazaris, vel alterius, vt benè notat idem Auctor *Scialscel. hakab.* loc. cit. Et insuper, ea quæ de nomine הקליר *Hakalir placentario* supra notauimùs numero 256. mox absoluto, de hoc Auctore intelligenda credunt. Et quia memoriæ iuuandæ gratia superstitiosa credulitate, כתב שמות הקדש בעוגה אחת ואכלה; *scripserat nomina sanctitatis in placenta. & illam comederat*, ea de causa vocatus fuit הקליר *Hakalir Placentarius*,

ninò vsum diuersū, & quandoq; contrarium, & diametricè oppositum ipsi S. Scripturæ, ausu prorsum temerario, & omninò damnando, eandem Sac. paginam, deturpare conati sunt. Hinc quotquot in sacris literis voces ferè occurrunt, cum additione monosyllabi אל *El*, quod *Deum* significat, nomen Intelligentiæ adinuenisse se credunt, & pro vero, & sancto Anlo eum nominare, & colere sibi licere putant. Vnde apud Cabalistas, infinita propemodum Pseudoangelorum nomina reperiri nemo inficiari potest; & pro huius rei veritate firmāda, testes adduci possunt tùm omnes illi, qui penitiùs Iudęorum arcana intueri Hebraicè delectantur, tùm pleriq; ex ipsis Cabalisticæ artis professoribus, inter quos R. Simeon Ben Iochai ipsorum Coryphæus, qui in librò זהר *Zohàr Parascià* בראשית pag. 39. b. in fin. edit. Mantuanæ, hunc vniuersum terrestrem globum, sicut septem vocabulis appellatum inueni- ארץ: אדמה: גיא: נשיה: ציה, ארקא: תבל: tur, ita septem mansionibus dispertitum esse credit, cuique ex his mansionibus Angelo præfecto assignato. Primæ assignat טהריאל *Tahariël*. Secundæ קדומיאל *Kadumiël*. Tertiæ סמאל *Samaël*. Quartę פדאל *Pedaël*. Quintæ קדשיאל *Kadsciël*. Sextæ אוריאל *Vriël*. Et ad quàtuor illius plagas secundùm diuersam mansionis habitunem præficit Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem, qui & septimæ mansioni pręsides esse docet.

Septem etiam רקיעין *Rekiin* expansiones, seù firmamenta ibidem consti-

rius, id enim hoc nomen קליר *Kalir* significat. Ita *Scialscèl. hakab.* loco cit. ex פסכתה *Pessictha*. Si hęc vera sunt, sequitur Precationem illam Litaniarum supra in R. Eliezer num. 240. allatam antiquam admodum esse; nam hic R. Eleazar tempore Adriani Imperatoris cum patre suo R. Simeone Ben Iochai fugerat in speluncam circa ann. Domini 125. & obijt circa annum Christi 140. Imperatore Antonino Pio, cùm adhuc Rabbenu Hakadosc esset iuuenis, quæsiuit enim Rab. Hak. sibi desponsare Viduam R. Eleazaris, & illa renuit, in maiori existimationis loco Eleazarum ponens, quàm Rabbenu Hakadosc, vt legitur capite השוכר *Hassochèr* de ע״ז *Idololatria*.

Cæterùm, animaduertendum est, circa eandem deprecationem Hakaliris, ne ob pietatis, & religionis speciositatem prima facie ostendentem, & nouorum Angelorum insolentem nomenclaturam, ad quorum opem implorandam se conuertunt Iudæi, quis incautè decipiatur, credens vera, & legitima Angelorum nomina esse, cùm in ea pręter Michaelis, & Gabrielis nomina, nullum sanè aliud reperitur, cui verus, ac bonus Spiritus attribui possit. Auctores siquidem infamis illius artis, quā Cabalisticam appellant, & per quam prophani homines, quí Cabalistę inter Iudæos dici voluere, totam Sacram Scripturam literarum permùtationibus, valoribus numericis, pro elementis Alphabetarijs acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, & in alium om-

ſtituit, quibus ſingula Palatia, & vnicuique Palatio propemodum Spiritus infinitos, cum ſuis pręſidentibus attribuit.

Primi Palatij præſidem vocat רחמיאל *Rachamiël*. Secundi אחינאל *Ahinaël*. Tertij אדרהינאל *Adarhenaël*. Quarti גדריהאל *Gedrehaël*. Quinti אדיריאל *Adiriël*. Et *Michaël* ſuper reliquis, vt nonnulli volunt, conſtituitur.

Ibid. pag. 149. in כתרי תורה In viſione Scalę Iacobi hæc Angelorũ nomina referuntur, מיכאל *Michaelis*, קדמיאל *Kadmielis*, פדאל *Pedaelis*, גבריאל *Gabrielis*, צדקיאל *Tzadkielis*, חסדיאל *Chaſdielis*, רפאל *Rephaelis*, רזיאל *Razielis*, סטוריה *Satturià*, נוריאל *Nurielis*, יופיאל *Iophielis*, ענאל *Anaelis*, שנ״א *Scenàn* omnium principis, quòd per ראשי תיבות dicunt ſignificare ש׳ שור *Bouem*, נ׳ נשר *Aquilam*, א׳ אריה *Leonem*, ו׳ אדם *Filium hominis*.

Ibid. fol. 108. alios Cabaliſticos Angelos mundi gubernio præficit, & his nominibus recenſet.

Kadmiel	קדמיאל	1
Michael	מיכאל	2
Gabriel	גבריאל	3
Raphael	רפאל	4
Nuriel	נוריאל	5
Kedumiel	קרומיאל	6
Malchiel	מלכיאל	7
Tzadkiel	צרקיאל	8
Pedael	פראל	9
Tumiel	תומיאל	10

אל

Chaſdiel	חסדיאל	11
Tzuriel	צוריאל	12
Raziel	רזיאל	13
Iophiel	יופיאל	14
Saturià	סטוריה	15
Gazriel	גזריאל	16
Vathriel	ותריאל	17
Lemael	למאל	18
Chizkiel	חזקיאל	19
Raattiel	רהטיאל	20
Kadſciel	קדשיאל	21
Scemaael	שמעאל	22
Barchiel	ברכיאל	23
Aaiel	אהיאל	24
Chaniel	חניאל	25
Laadiel	להדיאל	26
Machaniel	מחניאל	27
Aniel	עניאל	28
Anael	ענאל	29
Achaniel	אחניאל	30
Rachamiel	רחמיאל	31
Hazriel	עזריאל	32
Suſnaia	סוסניה	33
Vadargazià	ודרנזית	34
Reſiſiel	רסיסיאל	35
Dumiel	דומיאל	36
Sania	סניה	37

38

Tahariel	טהריאל	38
Azariel	עזריאל	39
Nerià	נריה	40
Samchiel	סמכיאל	41
Ramiel	רמיאל	42
Barakiel	ברקיאל	43
Taſurià	טסוריה	44
Rabiel	רביאל	45
Sciabniel	שבניאל	46
Kanunià	קנוניה	47
Tzuriàh	צוריה	48
Peſiſthà	פסיסתה	49
Adiel	עדיאל	50
Tzurtàk	צורטק	51
Samchiel	סמכיאל	52
Neriel	נריאל	53
Maroniàh	מרוניה	54
Laſnì	לסני	55
Chamuſiàh	כמוסיה	56
Iediel	ידיאל	57
Tatruſiah	טטרוסיה	58
Chuniel	חוניאל	59
Dabriel	דבריאל	60
Vaariel	ואריאל	61
Hinnael	הינאל	62
Danadel	דנדאל	63
Ghadiel	גדיאל	64
Badel	בדאל	65
Anphiel	ענפיאל	66
Vaadiel	ועדיאל	67

Quibus additis

Vriel	אוריאל	68
& Scenàn שנאן hoc eſt		
Sciòr	שור	69
Nèſcer	נשר	70
Ariè, &	אריה	71
Ben Adam	ן׳אדם	72

Filius hominis.

Conficiunt ſummam 72. nominum Cabaliſtarum Angelorum.

Quin ex libro חרזים *Harazìm* à ſuperſtitioſiſſimis Artificibus Cabaliſtis Angelo רזיאל *Razieli* attributo, hæc eadem Cælorum diuiſio in ſeptem רקיעים *expanſiones* habetur, vnicuique expanſioni aliquot Pſeudoangelorum turmæ collocantur cum ſuis Principibus, & Præfectis, quos hic Auctor bonos Angelos eſſe dicit, cùm potiùs Cacodæmones dicere debuiſſet. Itaque

In prima expanſione, ſeù firmamento, peculiari vocabulo שמים *Sciamàim* nuncupato, inibi ſeptem Pſeudoarchãgelos reſidere autumat, quorum nomina eſſe dicit.

Orphaniël	אורפניאל	1
Thagrà	תגרה	2
Dandaël	דנדאל	3

4 Ga-

iectos septem Principibus Pseudoangelos numerat 360. Quorum nomina vt execranda omittimus, eaque in Lethes Castellum relegamus.

In secunda expansione ab eo nuncupata שמי שמים *Scemè Sciamàim Cæli Calorum*, adeò Pseudoangelorum excrescit numerus, vt illum recensere, neque otium habemus, neque emolumenti esse existimamus. Quotos illos constituant Magici Cabalistæ, ex eo colligere poterit prudens Lector, quòd in decem gradus, hanc secundam Cæli mansionem, subdiuidant, & in eis pluribus Principibus assignatis, sub quibus spurios illos Angelos turmatim militare, doceant.

In primo siquidem gradu, pro Principibus constituunt גבריאל *Gabrielem*, רנזיאל *Ranzielem*, נטבראל *Nattbaraelem*, cum alijs tribus.

In 2. gradu דלקיאל *Dalkielem*, אנפראל *Anphraelem*, פיפים *Pipis*, & alios septem, omnes sunt decem.

In 3. gradu אליאבו *Eliabò*. ברכיאל *Barachielem*, עזראל *Azraelem*, & alios octo, omnes sunt 11.

In 4. gradu כלוזיבא *Chaluzibà*, אלפיאל *Alphielem*, ופרוביאל *Vaphrubielem*, & alios tredecim, omnes sunt sexdecim.

In 5. gradu בנסבאו *Bansabaò*, בטומכוס

Gadalmijàh	גדלמייה	4
Assimùr	אסימור	5
Paschàr	פסכר	6
Boel	בואל	7

Septem istis Pseudoarchangelis מחנה *Machanè Turmam* Spirituum assignat. Ita vt

1 *Orphaniel* sub se LXXI. Pseudoangelos habeat, אלפז *Alphàz*, גמתין *Ghamthin*, אידנה *Ednà*, &c.

2 *Thagrà* habeat 74. נמשי *Namsci*, גבא *Ghabbà*, אנסתר *Ansether* &c.

3 *Dandael* 36. ברתנוביאל *Barthanubièl*, כרברון *Charbaròn*, &c.

4 *Ghadalmijàh* 46. דמנאר *Damnaàr*, אנפירי *Anpiri* &c.

5 *Assimùr*, 58. תדר *Thadàr*, עלי *Alì*, בבש *Bauàsc* &c.

6 *Paschàr* 35. פסתמא *Pasthamà*, סלדירם *Saldirā*, תרמאל *Tharmaèl* &c.

7 *Boèl* 40. סרבאל *Sarbaèl*, נבותאל *Neuuthèl*, נבוסיאל *Neuusièl* &c.

In prima igitur expansione, sub-

ritibus ab aliquibus attribuuntur, qui in conspectu throni Dei sunt, ex Apocal. cap. 1. non omnia videntur approbata. Volunt enim eos vocari

Michael	מיכאל	1
Gabriel	גבריאל	2
Raphael	רפאל	3
Vriel	אוריאל	4
Iehudiel	יהודיאל	5
Barachiel	ברכיאל	6
Scealtiel	שאלתיאל	7

De tribus primis nominibus non dubitamus; de reliquis valdè dubitandum est, an sint recipienda pro legitimis Angelorum nominibus. De ipsis enim nullum legitimum ex Sac. Scriptura, aut ab Ecclesia testimonium habere possumus. Nam quod in quarto Esdræ cap. 4. ver. 1. fiat mentio de Angelo Vriel, nullius est valoris, cùm Tertius, & Quartus Esdræ, à librorum Canonicorum canone, omninò proscripti & reiecti sint. Neque nomina, vt refert Cornelius à Lapide in cap. 1. Apocal. Imaginibus adscripta, & inuenta in Templo Panormi anno Domini 1516. cum proprio cuiusque Epitheto: *Michael victoriosus, Gabriel Nuncius; Raphael Medicus, Vriel fortis socius, Iehudiel remunerator, Barachiel adiutor, Scealtiel orator*; quibus & emblemata cuique propria appicta visebantur: Michael pedibus Luciferum calcans cum palma in læua, in sinistra cum lancea, in cuius summitate candidum ve-

סבתבאל *Battumcòs*, בטומכוס *Sacthabaelem*, & alios decem, omnes sunt tredecim.

Et ne Magicam hanc Cabalisticam artem docere videamur, consultò, reliquos quinque gradus relinquimus, & aliarum quinque, quæ supersunt, expansionum in ignem æternum proijcimus; contenti, hanc vanam Angelorum nominum adinuentionem indicasse, vt omnes cognoscant, quàm meritò fuerint omnia Angelorum nomina damnata ab Ecclesia, præter Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis. Zacharias autem Papa in Concilio Romano an. 745. Aldeberti Heretici precationem damnauit, quæ talis erat: *Precor Vos, & coniuro Vos, & supplico me ad Vos, Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simihel*; & Concilij decreto cremata, & auctores anathematis vinculo perculsi sunt. *Octo enim nomina Angelorum* (ait Concil. Rom.) *quæ in sua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, sed magis Dæmonum nomina sunt, quos ad præstandum sibi auxilium inuocauit. Nos autem, vt à Vestro sancto Apostolatu* (alloquitur Pontificem) *edocemur, & diuina tradit auctoritas, non plùs quàm trium Angelorum nomina agnoscimus, id est Michael, Gabriel, Raphael.* De quo videndus Baronius To. 9. pag. 179.

Nomina autem, quæ septem Spi-

ſtros, vel etiam ſeptem Angelos, quos ex ſententia Doctoris illuminati Franciſci ſcilicet Mayronis in ſerm. de creat. animæ B. Virg. ante thronum B. Mariæ Virginis aſtare dicuntur, intellexerit, attamen nunquam illos Spiritus, & Beatos Angelos, vti diximus, nominauit, aut illorum nomina (præter trium priorum) approbauit.

Sed ſi mihi dixeris, in Maiori Ara eiuſdem Eccleſiæ B. Mariæ Angelorum, vbi viſitur Imago B. V. Mariæ ſeptem Angelis conſtipatæ, atque circumdatæ, eoſdem Angelos, etſi emblemata à Cornelio à Lapide deſcripta in eis non appareant, attamen quædam epigrapha præ manibus tenere certum eſt, quibus illorum miniſterium declaratur, & nomina ſeptem Angelis ſupra attributa clarè indicantur hoc ordine.

In parte dextera B. Virginis Mariæ primus Angelus manu tenet ſchedam cum hac inſcriptione:

Paratus ad animas ſuſcipiendas.

Quis non videt, hoc attributum eſſe Angelo *Michaeli*, cuius miniſterium eſt, Vniuerſam Eccleſiam, aduerſus Diabolicas inſidias patrocinari, & fidelium animas, ad Cælos deducere? Vnde bene ei tribuitur epithetum, *Michael victorioſus.*

Secundus Angelus in eadem parte ſequitur, qui chartam ita inſcriptam tenet.

Viatores comitor; infirmos medico.

Proprium miniſterium Angeli *Raphaelis* exprimitur, cuius pronomen eſt *Medicus.*

Ter-

vexillum rubra cruce ornatum, & haſta ex parte inuolutum cernebatur. Gabriel facula laterna incluſam dextera geſtabat, ſiniſtra ſpeculum ex viridi Iaſpide maculis immixtis rubris. Raphael Tobiam puerum piſcem geſtantem manu dextera ducebat, ſiniſtra eleuata cum vaſculo. Vriel dextera eductum gladium ſtringebat ante pectus, ad cuius pedes in ſiniſtra, flamma collucebat. Iehudiel dextera auream coronam geſtabat, ſiniſtra flagellum tribus nigris funiculis compactum. Barachiel albas roſas in ſinu tunicæ ante pectus vtraque manu eleuatę oſtendebat. Sealtiel vultu demiſſo, oculiſque in terram defixis, manibus ante pectus implexis orantis ſpeciem præſeferebat. Iſtæ itaque & aliæ conſimiles iſtorum Angelorum picturæ, & epitheta, (non enim intelligimus de Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis) nullum validum teſtimonium faciunt, quia deſtitutę ſunt auctoritate Eccleſię, neque à particularibus Eccleſijs, aut perſonis approbari poſſunt. Et quamuis Eccleſia B. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis Romæ in honorem Beatę Mariæ, & ſeptem Angelorum anno Domini 1561 die 5. Auguſti à Pio IV. Pontifice ſit dicata, attamen Pontifex Angelis iſtis nullum nomen indidit, aut aliquibus nominibus nominauit, neque aliud nomen Angeli ab eo approbatum eſſe, quàm olim approbauit Eccleſia. Siuè igitur Summus Pontifex pro ſeptem Angelis ſeptem Spiritus cap. 1. Apocalyp. aut alios ſeptem Angelos Dei Admini-

tum est *Orator*, à שאל *Sciaal petere*.

Ergo cùm septem isti Angeli inscriptiones teneant, quibus illorum ministerium declaratur, poterunt quidem & benè, huiusmodi ministeria propriis nominibus Hebraicis declarari, quę sunt *Michael*, *Gabriel*, *Raphael*, *Vriel*, *Iehudiel*, *Barachiel*, & *Scealtiel*.

Resp. Nos non negare istorum Angelorum ministeria, sed dicimus, nos non debere sine auctoritate Ecclesiæ, nominibus non approbatis ab Ecclesia illos nominare, quamuis fortassis vocabula Hebraica illorum ministerium explicent; & ratio est, quia auctoritate priuata, non sunt inuocandi Angeli aliis nominibus, quàm approbatis ab Ecclesia. Alioquin de facili aliquis decipi posset, credens se inuocare bonum Angelum, cùm reuera malum Angelum, & Dæmonem inuocasset: nam nomina ista Cabalistica Angelis attributa, pleraque æquiuoca sunt, & bono, & Cacodæmoni communia esse possunt, vt Vrielis nomen, quod *Ignis Dei* dicitur, & Seraphinis, qui Dei amore inflammati, & Dæmonibus, qui ignibus Infernalibus destinati sunt, applicari potest. Ex his quæ de inscriptionibus vidimus in Imaginibus septem Angelorum in Ara maiori Ecclesiæ apud Thermas Diocletianas Romæ, vbi resident Monachi Chartusiani, patet euidenter deceptum fuisse Granado p. p. Tomo 3. *de Angelis* tract. 16. disput. 2. n. 3. relat. à Carena *de Offic. S. Inquisit.* p. 2. *de sortileg.* tit. 12. §. 9. quando

Tertius Angelus infra Raphaelem, tenet & ipse chartulam in qua hæc verba leguntur

Deum laudantibus præmia retribuo.

Per quæ ministerium Angeli *Iehudielis* indicatur, ei enim attribuunt, præmia animabus iustorum in Cælis distribuere, pœnas item pro merito reati in Purgatorio assignare, quę & innuere voluere corona aurea, & flagello in manibus; vnde illius epithetum est, *Remunerator*.

Quartus Angelus ad læuam Beatæ Virginis visitur cum hac inscriptione

Spiritus sanctus superueniet in te.

Verba prolata ab Angelo *Gabriele* vt omnes sciunt, quando verbi æterni incarnationem Virgini annunciauit, ideò per excellentiam *Nuncius* nuncupatur.

Quintus Angelus sub Gabriele cernitur cum epigraphe

Flammescat igne charitas.

Proprium emblema Angelo *Vrieli* attributum, אוריאל *Vriel* enim *ignis Dei*, seù *lumen Dei* interpretatur, ab אור quod est *ignis*, aut *lumen*, & אל *El Deus*.

Sextus Angelus ad læuam ipsius B. Virginis sub Vriele, habet schedulam, in qua hæc verba leguntur

Adiutor ne derelinquas nos.

Adiutor, in Imaginibus Panormitanis tribuitur Barachieli.

Septimus Angelus sub pedibus Beatissimæ Virginis pictus cernitur, cui inscriptio additur

Oro supplex, & acclinis.

Per quam intelligitur, nomen Angeli huius esse *Scealtiel*, cuius epithe-

do, & Genesi citantur, nulla in eis Angeli Iehudielis, aut Barachielis, aut Scealtielis vola, aut vestigium reperitur. Locus enim ex Exodo capite 23. 20. adductus ita se habet. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui pracedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paraui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo.* Hic Angelus est Angelus Custos totius Ecclesiæ Iudæorum, cuius quoque officia hic recensentur. Primum est, *Pracedet te*. Secundum, *Custodiet in via*. Tertium, *Introducet in locum quem praparaui*. Quartum, *Non dimittet cùm peccaueris*. Quintum, *Est nomen meum in illo*. Hæc sunt officia propria Angeli Custodis. Scimus autem, quòd Angelus Custos, & præfectus totius Synagogæ Iudaicæ erat Michaël, vt patet ex Daniele 10. v.vlt. vbi Michael vocatur Princeps populi Israël. Et R. Salomon super hæc verba השמר מפניו *Obserua eum*, ait, כי שמי משותף בו *Quoniam nomen meum communicatum est ei*. Nomen Dei huic Angelo custodi communicatum volunt esse nomen שדי *Sciaddài Omnipotentiam Dei* significantis, Omnipotentiæ enim attributo, Deus miris portentis in Ægypto patratis, in mari, & in deserto, populum eduxit de Ægypto, duxit per desertum, & introduxit in terram Chanaan, manu valida, & brachio extento, h. e. omnipotenti; hęc omnia operatus est Deus per ministrum suum principem Michaelem, cui omnipotentiam suam

do dicit Romæ huiusmodi septem Angelos, cum ijsdem nominibus pictos reperiri in Altari S. Marię Angelorum. Ibi enim, vt vidimus, nihil de nominibus Angelorum illorum mentio fit. Et sicut nobis non licet Angelos nominibus peregrinis nominare, multò minùs licebit sub talibus nominibus illis supplicationes fundere, & eos orare, vt superstitiosè quidem, ordine Alphabetico videmus fieri ab Hebræis in supplicatione supra allata. Vnde benè idem Iacobus Granado loc. cit. n. 6. ait: *Oportere in publicis orationibus abstinere ab omnibus alijs Angelorum nominibus, prater tria illa recepta, imò fortasse consultiùs esse nullum aliud illorum nomen, etiam priuatis deprecationibus vsurpare, id enim erit magis conforme consuetudini Ecclesia, & decreto Concilij iam citati*, id est Romani anno 745. sub Zacharia Papa.

Et quòd aliqui putent licere saltem priuatim quatuor illos Angelos nominibus suis inuocare, Vrielem scilicet, Iehudielem, Barachielem, & Scealtielem, quia dicunt illorum nomina ex Sacris literis colligi, & in illis contineri: nam Vrielis nomen habetur 4. Esdræ cap. 4. 1. Iehudielis, colligitur ex cap. 23. Exodi v. 20, Barachielis ex Genes. 18. & Scealtielis ex Genes. 16. dicimus eos grauiter errare, nunquam enim in Sacris literis de his nominibus fit specialis mentio; nam liber quartus Esdræ qui citatur, nullius auctoritatis est, cùm authenticus non sit sed apocryphus. Cœtera loca, quæ ex Exo-

ista Cabalistica scientia adeò à Iudæis commendata, ex qua quidlibet ex quolibet fieri potest. Voluerunt tamen Cabalistæ hoc symbolico nomine, exprimere omnipotentiam (si ita fas sit loqui) Michaelis Archangeli, seù veriùs Dei omnipotentiam Michaeli communicatam ex parte, hinc est, Angelus (de quo fit mentio Exod. 23. & ex quo loco putant colligi posse nomen *Iehudiels*) R. Abraham Aben Ezræ ait, quod fuerit Michael, זה המלאך הוא מיכאל *Iste Angelus est Michaël*; quæ sententia est Catholicorum ferè omnium Sacræ Scripturæ Interpretum, asserentium, hunc Angelum Custodem Israëlitici populi fuisse Michaelem, sicut hodie est Custos, & Rector, atque Protector populi Christiani. Non igitur ex hoc loco colligi potest fictitium istud nomen *Iehudiel*, neque quinto Spiritui Throno Dei astanti, attribui debere.

Barachielis autem sexto Angelo ex septem Spiritibus nomen attributum, colligere credunt ex Genes. 18. 2. vbi legitur, quod Abrahamo apparuerint tres viri stantes prope eum, id est tres Angeli, quorum alter fuisse dicunt *Barachiel*, qui nunciauit Abrahamo Saram filium parituram. Secundus *Raphael*, missus ad medendum Circumcisionis vulneri in preputio Abrahami. Tertius *Vriel*, ad subuertendam Sodomam, & finitimas Ciuitates, tanquam *ignis Dei*. Hæc videtur fuisse opinio R. Salomonis explicantis illa verba והנה שלשה אנשים *Et ecce tres Viri*. Genes. 18. cit-

[illegible] fuerat [illegible] populi [illegible] commodius [illegible] u-[illegible]. [illegible] Michael [illegible] שדי hoc est *Omnipotens*, erat [illegible]. Sed [illegible] Dei nomini Angeli [illegible] attribuere videntur, pro [illegible] שדי substituerunt [illegible] *Mattatron* quod per גמטריא numerum [illegible]cit 314. [illegible] non [illegible] fuit pag. 73. [illegible] tur volunt esse Angelum [illegible] populi, & directorem Mosis, vt legitur in Cod. [illegible]. Bibliothecæ Vaticanæ num. 56. pag. 110.

אמר לו מטטרון ששמו כשם רבו דכתיב כי שמי בקרבו:

Dixit ei (Mosi) *Mattatron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui, sicut scriptum est* (Exod. 23.) *quoniam nomen meum* (est) *in medio eius*. Idem repetit R. Salomon hic. Ex his igitur patet quod *Mattatròn* est nomen fictitium Cabalisticum ad hoc tantum [illegible]tum, vt ex eo, numerus 314. [illegible] p[illegible]it, [illegible]licitur a nomine שדי *Sciaddai* si in numerum resoluatur. Et sicut Cabalistæ ad conficiendum numerum 314. correspondentem [illegible] nominis Dei שדי *Omnipotentis* [illegible] nomen מטטרן *Mattatròn* assumpserunt, ita etiam poterant assumere [illegible] *Mattharàn*, טמריהן *Tamar[illegible]n* מטטריהאל *Mattatriiael*, aut [illegible]רוטיאל *Mattatrutiel*, & [illegible] alia similia, & sic ad lubitum [illegible] possent effingere alia, quæ numerum 314. componant, [illegible]modum illa a nobis efficta componunt. Et in hoc apparet, quam sublimis sit

dicti, videlicet Michael, Gabriel, & Raphael cui opinioni etiam calculum suum adijcit R. Iacob בעל טורים *Baal Turrìm*, qui in hunc locum per גימטריא numericum valorē literarum. colligit tres istos Angelos, Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem fuisse. Verba illius sunt -

והנה שלשה בגימטריא אלו מיכאל גבריאל ורפאל

Et ecce tres Viri per Numericam (Cabalam) *isti* (sunt *Michael, Gabriel, & Raphael*. Patet hoc euidentissimè, nam והנה שלשה conficiunt summam 701. quemadmodum eandem summam אלו מיכאל גבריאל ורפאל *isti sunt Michael, Gabriel, & Raphael* exhibent, quod clarè apparet ex valore numerico literarum, vt hic cernitur.

שלשה		והנה	
ש	300	ו	6
ל	30	ה	5
ש	300	נ	50
ה	5	ה	5
	635		66
	66		
Summa	701		

אלו

cit. vbi sic ait -

אחר לבשר את שרה ואחד להפוך את סדום ואחד לרפאת את אברהם

Vnus (venit) *ad annunciandum Saræ* (fœcunditatem) *Alter, ad euertendam Sodomam. Tertius ad medendum Abrahamo* (recenter circumciso.) Et sequitur -

שאין מלאך אחד עושה שתי שליחות

Quia vnus Angelus non exequitur duo munia. Ex hac R. Salomonis opinione, quamuis vndequaq; vera non sit, quia non vnus, sed duo Angeli missi sunt simul, tàm ad euertendum Sodomam, quàm ad liberandum Loth, vt patet ex cap. 19. v. 10. & 16. Genes. videtur concludi posse, tria ista nomina clarè colligi ex hoc loco, *Barachielis*, quo indicatur benedictio seminis Abrahæ per propagationem, & *Vrielis* per incendium Sodomæ nam de *Raphaele* non oritur dubietas. Fateor quidem ista nomina, ex ministerijs illorum Angelorum vtcunque Cabalisticè efformari posse, sed Ecclesia respuit omnia nomina Angelorum, præter illa tria iam sæpiùs repetita, nempè Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis. Imò & tres isti Angeli, qui Abrahamo apparuerunt, volunt aliqui Auctores Hebræi apud Lyranum, Tostatum, & Cornelium à Lapide, quod fuerint ipsimet tres Archangeli præ-

אל ורפאל		גבריאל		אל מיכאל		אלו	
ו	6	ג	3	מ	40	א	1
ר	200	ב	2	י	10	ל	30
פ	80	ר	200	כ	20	ו	6
א	1	י	10	א	1		
ל	30	א	1	ל	30		
		ל	30				
	317		246		101		37

317
246
101
37

Summa 701

lum in vtero Ancillæ necauerit, matremque in vitę discrimen adduxerit; qua de re eam solatur Angelus, medetur, & nouum conceptum repromittit. Hæc sunt Iudæorum fabulosa commenta, quòd si ita res se habuisset, munia ista propriora Angelo Raphaeli, qui *Dei medicina*, & *Medicus* interpretatur, quàm *Scealtieli*, cuius etymon *Dei petitio*, aut *postulatio* esse cernitur, extitissent. Istud veneficum commentum inniti volunt punctulo scripturæ י *Iod* in trissyllaba dictione בינך *inter te* redundanti. כל בינך שבמקרא חסרות מלא *Omnia* (enim) בינך *Benècha, quæ in Scripturis reperiuntur* (inquit R. Salomon) *omnia sunt defectiua, istud autem est plenum*, hoc est י *Iod* litera repletum. Hine vult, vt legi debeat ובניך *& filios*

Non itaque benè colligunt ex hoc loco *Barachiel*, & *Vriel* via Cabalica, cùm potiùs ex ea Michael, Gabriel, & Raphael eruantur.

Non minùs ineptè credunt isti Cabalici, *Scealtielem* venari posse ex cap. 16. Genes. & hocce nomine, Angelum, qui Agari Ancillæ Saræ apparuit, vocatum putant; sed si standum esset Cabalistarum ineptijs, non *Scealtielem*, sed ipsum *Raphaelem*, Abrahami Medicum, Medicum quoque Agari se exhibuisse dicendum. Nam eo loci, impium, & blasphemum in Matrem nostram pijssimam Saram proferunt commentum, aiunt, quòd toruis oculis, ac veneficis Ancillam suam Agarem prægnantem inuida vetula, ac sterilis Domina respexerit, & venefica qua [illegible] vi, infantu

Ego audacter tibi respondeo, iisdem Cabalicis delir. menti protect us, quòd non vnus Angelus [illegible] aliud, sed quatuor, imo [illegible] Scealtiels Angeli fuerint illi, qui Agari An[illegible] læ Saræ in deserto apparuerunt. Men[illegible] non fuerunt Doctores illi [illegible] me[illegible], [illegible] ac subtiles, & p[illegible] [illegible] fimi Cabalistæ. Considerat [illegible] in Textu sacro Gen. 21. plurie[illegible] dic[illegible] ויאמר לה מלאך *Et dixit ei Angelus*, vnde ait R. Salomon.

על כל אמירה [illegible] לה מלאך אחר מלאך [illegible] [illegible] בכל אמירה ואמירה

Super quacunque אמירה *Amira dictione*, & dixit *missus fuit illi Angelus post Angelum*, *ideirco replicatur Angelus in quacunque dictione* (& dixit). Et quia quater replicatur ויאמר לה מלאך. Primò, ver. 8. Secundo, ver. 9. Tertiò, ver. 10. Quarto, ver. 11. Ideo quatuor d[illegible] Angelos apparuisse Agari e[illegible] ant antiquiores Rabbini apud *Rabbo[illegible]* פרשה *Parascià* 45. סדר לך לך vbi legitur.

כמה מלאכים נזדווגו לה: רבנן אמרי ארבעה בכל מקום שנאמר מלאך

Quot Angeli associati sunt ei (cum Agar)? *Doctores nostri dicunt quatuor* [illegible] *secundum loca quibus Angelu[illegible]* [illegible]. At ר' יוסי בר חנינא *R. Iose* [illegible] a[illegible]dem ait fuisse

חמשה בכל מקום [illegible] אמר אמירה מלאך הוא

Quinque; Vbi in quo enim d[illegible]ur [illegible] vocabulum אמירה *Amira* [illegible], (sed [illegible] dixit, *semper est* [illegible] *Angelus*. O egregium doctrinam, & acu-

lio tuos, quasi diceret, *Iudicet Dominus* non inter me, & te, sed inter me, [illegible] filios tuos, qui ex Agar nasciturì [illegible], qua despe[illegible] me habet. Atque hæc est ratio [illegible] subdit R. Salom.)

שתכנס בה עין הרע בעיבורה של ריר והפילה עוברת הוא שהמלאך אומר להגר הנך הרה הלא כבר הרתה והוא מבשר לה שהחר [illegible] שהפילה הריון הראשון.

Cur intrauerit oculus (veneficus) *in impr[illegible] natum*) vterum) *Agaris*, *&* *abortierit*. *Istud est*, *quòd Angelus dixit Agari*, *Ecce tu* (es) *prægnans*. *Et* [illegible] *iam c[illegible]perat*, *&* *quod concepisset*, *ei annunciauerat*? *Hinc tamen docuris*; *quòd denuo cerat conceptum primum*; hoc est abortum fecerat prioris fœtus. [illegible]sumpsit stultitiam hanc R. Salomon ex *Bereschith Rabbà* hic, & illam sequitur R. Bechai ad hunc locum pag. 25. col. 1. & plerique alij S[illegible] Scripturæ Interpretes Iudæi; ex qua euidenter sequitur, Angelum hunc non *Sce[illegible]ielem*, [illegible] *Raphaelem*, qui Agari medelam attulerat, fuisse.

Sed si pertinaciter contendere velis, insistendo Cabalicis figmentis, *Scealtielem* Angelum Agarem allocutum, cùm ei dictũ fuerat כי שמע יהוה אל עניך *Quoniam audiuit Dominus afflictionem tuam*, & inde colligi forsitan putaueris, quòd Agar petierit a Domino ab hac tribulatione liberari, ac proinde ab Angelo Scealtiele visitata, [illegible]tamen ab eo accepisse, secundum ministerium ipsius, quod est, præsto esse exorantibus Deũ, vt innuitur ab [illegible] nomine שאלתיאל *Scealtiel*.

uiathan. Et quòd ipsi Henoch (Hebręis *Behemòth*) data sit vna pars terræ, quæ, vt illic affirmatur, siccata fuerat tertia die, vt habitet in ea vbi sunt montes mille, & Leuiathan data sit septima pars humida, & quòd seruetur, vt fiat in deuorationem quibus vis, & quando vis. Ista Rabbinica commenta prolixè explicantur in Talmude Babylonico Cod. *Bauà Batrà*, cap. 8. relata in בית ישראל *Beth Israel* num. 64. pag. 84. col. 3. vbi de Leuiathan parando in conuiuio tempore Messiæ. Et de Behemoth pascente mille montes fit mentio multis in locis apud Auctores Hebræos, de quo videndus est Rasci super Psal. 50. v. 10. ad quæ alludunt verba loci allegati ex quarto Esdræ. Capitulo etiam 13. eiusdem libri innuitur illa fabula de decem tribubus Israeliticis vltra flumina Euphratis habitantibus, vt ibi dicitur, in regione, vbi nunquam inhabitauit genus humanum, & per eam regionem sit via multa itineris, anni vnius & dimidij, quę omnia sunt fabulosa, & à nobis explosa in tractatu de fluuio Sambatione supra ad num. 192. pag. 100. Igitur isti Esdrę libri extra ordinem sacrorum librorum sepositi sunt, ne prorsùs interirent, & id, ob reuerentiam nonnullorum SS. Patrum, qui aliquando illos citant, factum est. Quòd verò ad illorum auctoritatem spectat, nulla maior in eis haberi videtur, quàm in alijs priuatis libris reperiatur. Vnde si S. Ambros. nunc extitisset, certè nullam maiorem auctoritatem his libris tradidisset, quàm acutissimam speculationem! Concludimus igitur, vanissimum esse commentum eorum, qui existimant, ex hoc loco Genesis nomen *Scealtielis* erui posse.

Dices, Vrielis nomen admittitur à S. Ambrosio libro 3. de Fide ad Gratianum Augustum cap. 2. vbi de immortalitate Angelorum ita loquitur: *Nec Angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in Voluntate est Creatoris. Neque ad praeiudicium trahas, quòd non moritur Gabriel, non moritur Raphael, non moritur Vriel*. Ergo nomen Vrielis admitti debet. Idem habetur in Missa Mozarabum, & apud Isidorum lib. 7. cap. 5. Albertum Magnum, Bonauenturam, & alios, quos citat Cornelius à Lapide in Apocalyp. cap. 1.

Resp. S. Ambrosij tempore circumferebatur liber quartus Esdræ, vbi de Angelo Vriele fit mentio, neque ea ætate ab aliquo Generali Concilio III. & IV. Esdræ libri inter Apocryphos reiecti fuerant, ideò non mirum, si aliquando ab aliquibus Sanctis Patribus ijdem citentur, & ex eis aliqua depromantur; At modò quia ex Concilio Tridentino sess. quarta, sacrorum librorum, qui pro Canonicis habendi sint, describitur Index, neque in eo III. & IV. Esdræ fiat mentio, ideò extra Canonem cùm sint, auctoritates ab eis petitæ nullius sunt roboris. Alioquin si valeret auctoritas librorum tertij, & quarti Esdræ, multa admittenda essent pro veris, quæ Rabbinorum fabulas sapiunt, vt est illud libri quarti cap. 6. de Henoch, & Le-

paruisse ignem in rubo. Ecce Vrielem Angelum bonum. *Legimus etiam ignem missum desuper, & implesse quod praeceptum est*. Ecce Vrielem Dæmonem. Non negamus autem hoc fieri potuisse ab Vriele bono Angelo, sed ex Dei permissu, etiam à malo Dæmone fieri potuerit, ideò *ignis inferni* dici non potest quòd sit Angelus Dei, & tamen dici potest *Ignis Dei*.

De loco autem citato ex Missa Mozarabum, dicimus cum Eminentissimo nostro Cardinali Bona lib. 1. *Rerum Liturgicarum* cap. 11. n. 11. *Quamuis autem hoc Officium à Viris sanctis, & orthodoxis compositum fuerit, Hispania tamen ab Infidelibus deuastata ita erroribus refertum est, vt Elipandus Toletanus Episcopus ex ipsis Officijs deprauatis plura acceperit testimonia ad suam hæresim astruendam, vt constat ex Albino Flacco libro aduersus eumdem Elipandum*. Ergo Officium Missæ Mozarabum cùm deprauatum extiterit, non mirum si etiam in illud nomen Angeli Vrielis inuexum fuerit. Auctoritas igitur allata ex ea Missa, nihil nostræ Conclusioni officit.

Ad auctoritatem verò allegatam ex Alberto Magno, & Bonauentura eodem modo dicendum est, ac diximus de S. Ambrosio. Et circa S. Bonauenturam hoc quoque notandum, quòd in Biblia Pauperum cap. 31. tractat ex professo de Sanctis Angelis, & omnia loca Sacræ Scripturæ, vbi mentio SS. Angelorum fit, adducit; neque tamen aliquid de Vriele, aut de

quàm Ecclesia tradat: Ecclesia autem nullam penitùs diuinam auctoritatem his libris attribuit. Ergo.

Respondeo secundò, ex auctoritate allata S. Ambrosij colligi non potest, an isteSanctus, pro *Vriele*, intelligere voluerit Vrielem, de quo in quarto Esdræ, aut Dæmonem hoc nomine item vocatum; nam אוריאל *Vriel*, cùm significet *Ignis Dei*, & Sanctis Spiritibus igne diuino incensis, & Dæmonibus igne infernali exustis attribui potest, æquiuocum enim est nomen, vt supra notauimus, & ex verbis S. Ambrosij appositè pro Dæmone videri posset, acceptum: cùm ipse de natura Angelorum in communi tractet, & asserat Angelum, id est Naturam Angelicam, non esse immortalem naturaliter, quòd si immortalis appareat quia non moriuntur, id prouenit ex volunrate Dei. Hoc autem, naturæ Angelicę vniuersaliter conuenit; ideòque commune tam bonis, quàm malis Angelis est, Gabrieli, & Vrieli, Angelo scilicet sancto, & Dæmoni. Vriel igitur à S. Ambrosio nominatus pro nomine Dæmonis accipi debet, qui est *Ignis Dei*. Dæmones etiam in sublimiori aëris spatio peruagantur, de quibus Crinitus lib. 21. cap. 1. *de honesta disciplina*, ex Michaele Psello: *Primum*, inquit, *Dæmonum genus igneum censetur, quòd in sublimiori aëre peruagari solitum est*. Ex quibus forsan ignis Pentapoli elapsus est, vindice Deo, vt indicat Isidorus lib. 7. *Originum* cap. 5. cit. vbi ait: *Vriel interpretatur Ignis Dei, sicut legimus ap-*

omninò indignas esse; nam in eis multa expressè contra Sacram Scripturam inueniuntur, multa contra Catholicæ Fidei dogmata asseruntur, alia contra bonam Philosophiam, alia denique non pauca inepta, scandalosa, & piorum aurium offensiua passim interseruntur, quorum non omnia, sed tantùm nonnulla hic adducemus, vt ex his, de reliquis, prudens Lector iudicium ferat.

In Primo Raptu.

Asserit Cælum empyreum, & materiam primam creatam fuisse ante omnem diem.

Censura.

Huic sententiæ repugnat illud Exodi cap. 20. v. 11. *Sex diebus fecit Dominus cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt.*

II. Asserit, Prima die creatum fuisse Solem cum suo orbe; & simul quatuor elementa, & omnes alios cælestes orbes, firmamento excepto; porrò firmamentum secunda die creatum.

Censura.

Videtur hæc sententia manifestè falsa, aut enim erat locus firmamenti plenus (ait Bellarminus) aut vacuus antequam firmamentum crearetur; si plenus, quid de illo corpore factum est, quod ibi erat? Si vacuus, quomodo in sermone ad Pharisæos idem Auctor dicit, Vacuum non posse per vllam potentiam dari?

In Secundo Raptu

Asserit, Corpus primi hominis ab Angelis, iussu Dei formatum fuisse, animam verò à Deo inspiratam.

Hh *Cen-*

de libris tertij, & quarti Esdræ fit ibi mentio: vndè si alicubi Vrielis meminerit, non ex sua, sed ex aliorum sententia locutus est.

Dices secundò, non solùm nominis Vrielis meminerunt SS. Patres, sed etiam aliorum trium, nempè Iehudielis, Barachielis, & Scealtielis, imò omnia septem nomina istorum Angelorum, Michaelis scilicet, Gabrielis, Raphaelis, Vrielis, Iehudielis, Barachielis, & Scealtielis diuinitùs fuerunt reuelata B. Amadæo viro sanctitate, miraculis, & prophetijs illustri, ergo pro legitimis Angelorum nominibus habenda sunt.

Resp. negando, SS. Patres meminisse aliquando nominum Iehudielis, Barachielis, & Scealtielis, & si meminerunt, pro Sanctis Angelis eos non habuerunt.

Ad reuelationes Amadæi quod attinet, dico illas esse suspectas; nam in Chronica Ord. S. Francisci par. 3. lib. 6. cap. 30. cuius Instituti fuerat Amadæus, multa de illius sanctitate, & reuelationibus habentur, sed circa illius reuelationes ibidem dicitur, eas non extare puras, sed varia à varijs in ijs fuisse addita. In eas Eminentissimus Bellarminus, LVII. doctissimas censuras edidit, quas mmssce. Illustriss. & Reuerendiss. D. F. Hyacinthus Libellus Archiepiscopus Auenionen. iàm S. Pal. Apost. Magister, in sua selectissima, ac numerosa Bibliotheca asseruat, has pro innata sua benignitate dudum mihi communicauerat, quas cùm legissem, adinueni illas nomine Reuelationum

Censura.

Inuertitur naturæ ordo sine necessitate.

III. Asserit, Corpus eiusdem B. Virginis meliùs temperatum, & constitutum fuisse, quàm corpus Adami, aut esse, & omninò æquale fuisse in perfectione Corpori Domini Nostri Iesu Christi.

Censura.

At quis credat, opus, quòd ipse Deus immediatè fecit, non fecisse præstantiùs eò, quod opera creaturarum factum esse concedimus?

In Quinto Raptu

Dicit, Nomen Angeli Vriel, significare *bonum consilium*.

Censura.

Si ita est, nouerat linguam Hebraicam Angelus Gabriel, qui ista dictauit.

II. Dicit, Corpus Christi formatum opera Angelorum.

Censura.

Longè aliter docet S. Lucas, & S. Matthæus, imò etiam verus Angelus Gabriel, qui Christi Conceptionem Spiritui S. tribuit.

III. Addit, Corpus Christi formatum ex tribus guttulis sanguinis de corde B. Mariæ acceptis.

Censura.

Non igitur B. Virgo Christum generauit, sicut nec Adam genuit Euam, quamuis de costa ipsius facta fuerit.

IV. Dicit, à Pastore electo (de quo supra) multa addenda esse Euangelio S. Lucæ de Conceptione, Præsentatione, & Assumptione Beatæ Mariæ.

Censura.

At Gen. 2. 7. dicitur; *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.*

In Tertio Raptu

Asserit Euam creatam fuisse die octauo.

Censura.

At Gen. 1. *Creauit Deus hominem &c. masculum, & fœminam creauit eos &c. & factum est vespere, & mane dies sextus.* Præterea, si mulier facta est die octauo, non ergo species humana facta est cum omnibus principijs necessarijs ad propagationem suam die sexto. Quomodo ergo quieuit Deus ab omni opere suo die Sabbathi? Et quomodo verum erit illud Exodi 20. 11. *Sex diebus fecit Deus cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt?*

In Quarto Raptu.

Asserit, Pastorem quendam à Deo electum, quem pollicetur Angelus in Primo ipsius Raptu, iam suo tempore natum, imò adultum fuisse; & satis apertè indicat, futurum Pontificem Maximum post Leonem Decimum immediatè, & addit hunc Pastorem anathema dicturum omnibus, qui non credunt B. Virginem conceptam sine peccato originali.

Censura.

Ex quo euidenter colligitur falsitas Prophetiæ.

II. Asserit, Corpus B. Virginis Mariæ formatum fuisse in vtero B. Annæ ex semine Ioachim opera Angelorum, idque in spatio sex horarum.

fuisse, & Diuinitatem humanitati copulatam.

Censura.

Disiuncta igitur fuit Diuinitas ab humanitate, contra omnium Doctorum sententiam.

In Septimo Raptu.

Dicit, Personas Diuinas constitui per absoluta, non per relationes.

II. Dicit, In Deo non esse generationem, nec spirationem, nec relationes paternitatis, filiationis, & spirationis, sed essentiam vt æquiualet istis omnibus.

III. Dicit, Notionalia esse multò plura, quàm quinque.

IV. Dicit, Tres Personas non esse tres res, sed vnam æquiualentem tribus.

Censura.

Quomodo ergo distinguuntur realiter tres Personæ?

In Octauo Raptu.

Dicit, Multos conceptos Dei amicos, paucos autem vt Io. Baptistam, etiam ante conceptionem purgatos.

Censura.

Num igitur animæ ante conceptionem peccatrices erant? At iste error Origenis est.

II. Dicit, Salome fuisse Patrem vxoris Zebedæi.

Censura.

At Salome fœmina fuit, sic enim Græcè scribitur Σαλώμη. Itaque iste Angelus Gabriel iam neque Græcam linguam tenebat.

III. Dicit, Sanctum Paulum post conuersionem suam antequam iret in Arabiam, venisse ad B. Virginem Ma-

Censura.

Itaque hactenus imperfectum habemus Euangelium.

V. Asserit, B. Virginem vna die perfecisse totum iter, quod est à Nazareth ad domum Elisabeth, quod sex diebus fieri solet.

VI. Dicit, In salutatione B. Mariæ, & Elisabeth, tam ipsius Matres inter se, quàm Infantes in vteris existentes colloquutos familiariter linguam Angelorum, & Infantes præterea ambos ab vtraque Matre conspectos.

VII. Asserit, Christum primo ętatis anno loqui solitum cum Matre, & in infantia multos curasse à languoribus.

VIII. Addit, Christum anno 12. prolixè disputasse cum Doctoribus, ac docuisse Messiam iam venisse, esse Filium Virginis Deum, & hominem, & alia id genus mysteria, ac multos Sacerdotum propterea credidisse in eum.

Censura.

Hæc sunt contra Euangelia, & omnes SS. Patres.

In Sexto Raptu.

Dicit, Non sufficere ad consecrationem Corporis Domini illa verba, *Hoc est Corpus meum*, nisi addantur etiam illa, *Dominus noster, Pridie quàm pateretur &c.*

II. Dicit, Christum consecrasse his verbis: *Vertatur panis terrestris in panem cælestem, & cibus corporis in cibum spiritus.*

III. Dicit, In die Resurrectionis Domini animam reunitam corpori

Ex Serm. 2. S. Ioannis Baptistæ

Censura.

I. Dicit, Christum, & Mariam venisse ad Ioannem in Carcerem ianuis clausis, & astitisse inuisibiliter dum ei caput amputaretur.

II. Addit, Caput Ioannis præcisum à collo in manibus Christi remansisse, à quo sustentabatur ante decollationem.

III. Addit, Etiam Ioannis animam deductam à Christo vsque ad locum, vnde Sancti Patres conspici poterant, & indè ad eos dimissam.

IV. Dicit, Christum cùm adoraretur à Magis singulis loquutum esse lingua ipsorum.

V. Dicit, Ioannem adhuc viuere in corpore mortali, & tamen videre Deum sicut Angeli vident.

Censura.

At communis sententia est in contrarium, & Polycrates apud Eusebium lib. 5. hist. c. 24. inter Sanctos, qui dormiunt apud Ephesum, numerat Ioannem Euangelistam; & Cælestinus Papa Primus in Epistola ad Concilium Ephesinum, quæ habetur in actis eiusdem Concilij Tom. 2. cap. 14. testatur apud Ephesum haberi S. Ioannis reliquias.

VI. Dicit, B. Virginem mortuam esse cùm Christus moreretur, vt cooperaretur Redemptioni mundi, deinde statim resurrexisse.

Censura.

Quasi non sufficeret Christi mors mundi redemptioni.

VII. Asserit, Non posse plures homines creari, quàm quot de facto creabuntur. *Censura.*

Mariam, vt ab illa instrueretur.

Censura.

Repugnat hoc manifestè ipsius D. Pauli verbis ad Galat. 1.

IV. Dicit, B. Virginem obijsse anno 15. à Passione Domini.

Censura.

Falsum conuincitur ex eo, quòd Dionysius Areopagita interfuit, cùm B. Virgo moreretur, & tamen conuersus fuit anno 18. à Passione Domini, vt colligitur ex Actis Apostolorum cap. 15. & 17. & ex Epistola ad Gal. cap. 1.

V. Dicit, Apostolos non reliquisse Iudæam ante annos quindecim cum dimidio à Passione Domini.

Censura.

Repugnat hoc omnibus historijs.

VI. Dicit, Beatam Virginem etiam ante mortem sciuisse omnia præterita, præsentia, & futura. Vidisse etiam mentium cogitationes præsentes, & futuras.

Censura.

Sciebat ergo diem Iudicij, & fallebatur Christus, cùm diceret, *De die illo nemo scit.*

VII. Dicit, B. Virginem post mortem descendisse ad Purgatorium, & illud spoliasse, liberatis omnibus, quos ibi reperit.

Præter istas Censuras in Raptus B. Amadęi ab Eminentissimo Bellarmino confectas: sequuntur nonnullæ aliæ depromptæ ab eodem ex sermone secundo in S. Ioannem Baptistam eiusdem Amadæi, cuius sententiæ non minùs sunt falsæ, quàm superiores. Eæ autem sunt.

esse certos, an semper erunt beati, nec etiam an semper erunt; & multò minùs, an damnati semper erunt damnati.

Censura.

Poterat etiam dicere, non esse verè beatos, nec verè immortales.

XIII. Dicit, Deum quando promittit aliquid, vel etiam iurat se aliquid facturum, adhuc tamen posse illud non facere, & homines decipere.

XIV. Dicit, Damnatos, post diem Iudicij non habitaturos in centro terræ, sed in superficie terræ opposita ei, quæ nunc habitatur.

Censura.

Itaque ignorabat Angelus, qui ista reuelabat, Terram nunc vbique coli.

XV. Dicit, Vacuum non posse dari, etiam per Diuinam potentiam.

XVI. Dicit, In creatione Euæ pro illa costa, quam Deus ab Adamo accepit, alteram ei datam fuisse.

Censura.

At Scriptura dicit, *Et reposuit carnem pro ea.*

XVII. Dicit, Igne conflagrationis etiam Corpora Sanctorum cremanda, & purganda.

XVIII. Dicit, Tempore Pastoris electi omnes Religiones ad quatuor tantùm esse reuocandas, id est Basilij, Augustini, Benedicti, & Francisci, vel certè abolendas, quæ ad has adiungi noluerint.

Istę sunt Censuræ ab Eminentissimo Bellarmino super reuelationes, & sermones Amadæi exhibitæ, ex quibus manifestè apparet, quænam sit do-

Censura.

Itaque exhaurireтur tandem infinita Dei potentia.

VIII. Asserit, Aristotelem cum suis Magistris, alijsque Græcis, & Latinis Philosophis non perijsse, sed in loco tuto degere.

Censura.

Longè aliter scribit S. Hieronymus in Epistola ad Heliodorum, & Theodoretum lib. *de Legibus.*

IX. Dicit, Christum puerulum, multa miracula fecisse augendo, vel minuendo, vel poliendo repente ligna, quibus Ioseph indigebat; necnon in momento perficiendo opera Matris.

Censura.

Similia habentur in libro prohibito, de Infantia Saluatoris.

X. Dicit, Deum non esse præsentem secundùm essentiam damnatis hominibus, & rebus sordidis.

Censura.

Vbi est igitur illud; *Cælum, & terram ego impleo?*

XI. Dicit, Eos, qui cum solo peccato originali defuncti sunt, habitaturos post diem iudicij in hac nostra Terra, & habituros omne gaudium spirituale circa visionem Dei, itaut licèt damnum aliquod patiantur, non patiantur tamen pœnam damni.

Censura.

Hęc ipsa fuit hæresis Pelagianorum, apud Augustinum lib. *de hæresibus* cap. 88. & damnata in Concilio Palæstino, teste Augustino Epist. 106. & in Concilio Florentino.

XII. Dicit, Angelos beatos non

Est & aliud ignotum nomen in libro זהר *Zohar* Mantuanæ editionis sect. בראשית *Berescith* pag. 20. his quatuor characteribus exaratum מצפץ *Matzpàtz*, quod hic explicare lubet.

Solent Cabalistæ Alphabeti Hebraici literas, varijs reuolutionibus, & combinationibus inter se commutare, quas צירוף *Tzirùph* vocant; solemnis tamen est illa, quà א in ת; ב in ש; ג in ר, & cæteræ permutantur hoc modo.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל כ י ט ח ז ו ה ד ג ב א

Idcircò *Ath Basc* communiter nuncupatur.

י ה ו ה

מ צ פ ץ

Modi autem Cabalici, quibus permutari inter se literæ Hebraicæ solent, apparent ex hac Tabella.

doctrina, quæ in illis continetur, & quisnam fuerit Angelus iste Gabriel, qui illas reuelauit, cùm nec linguam Hebraicam sciret, neque Græcam. Fuit tamen totus addictus sententijs, ac doctrinę Scoti, ita vt vir grauis dixerit aliquando (vt refert Cornelius à Lapide in c. 1. Apocal.) *Angelus B. Amadei fuit Scotista*. Non igitur super hisce reuelationibus fundanda est aliqua doctrina, aut sententia, nec illis fidendum.

Igitur hoc nomen מצפץ *Matzpàtz* substituitur loco nominis Dei Tetragrammaton יהוה. Litera quippè י *Iod* in מ *Mem*; ה *He* in צ *Tzade*; ו *Vau* in פ *Pe*; & ה *He* in ץ *Tzade* permutantur.

1. Tabula צירוף Tziruphica *Cabalistica combinationum Alphabeti Hebraici.*

XI	X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I	Nom. Alphab.
כל	ים	טן	חס	זע	וף	הץ	דק	גר	בש	את	1 *Eth Basc*
לם	כן	יס	טע	חף	זץ	וק	הר	דש	גת	אב	2 *Au Ghatb*
מן	לס	כע	יף	טץ	חק	זר	וש	הת	דב	אג	3 *Agh Dàu*
נס	מע	לף	כץ	יק	טר	חש	זת	וב	הג	אד	4 *Ad Hàg*
סע	נף	מץ	לק	כר	יש	טת	חב	זג	וד	אה	5 *Aha Vad*
עף	סץ	נק	מר	לש	כת	יב	טג	חד	זה	או	6 *Au Ze*
פץ	עק	סר	נש	מת	לב	כג	יד	טה	חו	אז	7 *Az Chau*
צק	פר	עש	סת	נב	מג	לד	כה	יו	טז	אח	8 *Ach Ttz*
קר	צש	פת	עב	סג	נד	מה	לו	כז	יח	אט	9 *Att Iach*
רש	קת	צב	פג	עד	סה	נו	מז	לח	כט	אי	10 *Ai Catt*
שת	רב	קג	צד	פה	עו	סז	נח	מט	לי	אך	11 *Ach Li*
תב	שג	רד	קה	צו	פז	עח	סט	ני	מך	אל	12 *Al Mach*
בג	תד	שה	רו	קז	צח	פט	עי	סך	נל	אם	13 *Im Nal*
גד	בה	תו	שז	רח	קט	צי	פך	על	סם	אן	14 *En Sam*
דה	גו	בז	תח	שט	רי	קך	צל	פם	ען	אס	15 *As An*
הו	דז	גח	בט	תי	שך	רל	קם	צן	פס	אע	16 *Aah Pas*
וז	הח	דט	גי	בך	תל	שם	רן	קס	צע	אף	17 *Aph Tzaah*
זח	וט	הי	דך	גל	בם	תן	שס	רע	קף	אץ	18 *Atz Kaph*
חט	זי	וך	הל	דם	גן	בס	תע	שף	רץ	אק	19 *Ak Ratz*
טי	חך	זל	ום	הן	דס	גע	בף	תץ	שק	אר	20 *Ar Sciak*
יך	טל	חם	זן	וס	הע	דף	גץ	בק	תר	אש	21 *Asc Thàr*

alij paulò aliter vt Blasius Vigenerius, & Cl. V. Athanasius Kircherius in Oedipo Ægyptiaco Class. V. Cabal. Hebr. pag. 249. illam hoc modo disponunt.

Vbi in Primo Alphabeto cernitur hoc צירוף *Tzirùph*, seù *Permutatio* literarum אתבש *Eth Basc*. Cæterùm hæc Tabella est composita secundùm naturalem ordinem literarum;

II. Tabula צירוף *TZirùph Cabalistarum.*

XI	X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I	Nom. Alphab.
כמ	ינ	טס	חע	זפ	וצ	הק	דר	גש	בת	אל	1 *Albath*
למ	כנ	יס	טע	חפ	זצ	וק	הר	דש	גת	אב	2 *Abgath*
במ	לנ	כס	יע	טפ	חצ	זק	ור	הש	דת	אג	3 *Agdath*
מנ	לס	כע	יפ	טצ	חק	זר	וש	הת	בג	אד	4 *Adbag*
גנ	מס	לע	כפ	יצ	טק	חר	זש	ות	בד	אה	5 *Ahbad*
נס	מע	לף	כצ	יק	טר	חש	זת	גד	בה	או	6 *Aubah*
רס	נע	מף	לצ	כק	יר	טש	הת	גה	בו	אז	7 *Azbu*
סע	נפ	מצ	לק	כר	יש	טת	דה	גו	בז	אח	8 *Achbaz*
הע	סף	נצ	מק	לר.	כש	ית	דו	גז	בח	אט	9 *Atbach*
עפ	סצ	נק	מר	לש	כת	הו	דז	גח	בט	אי	10 *Aibath*
ופ	עצ	סק	נר	מש	לת	הז	דח	גט	בי	אכ	11 *Achbi*
פצ	עק	סר	נש	מת	וז	הח	דט	גי	בכ	אל	12 *Albach*
זצ	פק	ער	סש	נת	וח	הט	די	גכ	בל	אמ	13 *Ambal*
צק	פר	עש	סת	זח	וט	הי	דכ	גל	במ	אנ	14 *Anbam*
חק	צר	פש	עת	זט	וי	הכ	דל	גמ	בנ	אס	15 *Asban*
קר	צש	פת	חט	זי	וכ	הל	דמ	גנ	בס	אע	16 *Anghbas*
טר	קש	טת	חי	זכ	ול	המ	דנ	גס	בע	אפ	17 *Afbangh*
רש	קת	טי	חכ	זל	ומ	הנ	דס	גע	בפ	אצ	18 *Atsbaph*
יש	רת	טכ	חל	זמ	ונ	הס	דע	גפ	בצ	אק	19 *Aqbats*
שת	יכ	טל	חמ	זנ	וס	הע	דפ	גצ	בק	אר	20 *Arbag*
כת	יל	טמ	חנ	זס	וע	הפ	דצ	גק	בר	אש	21 *Ascbar*
כל	ימ	טנ	חס	זע	ופ	הצ	דק	גר	בש	את.	22 *Athbasc*

Ir-

Alphabeti, vbi pro prima litera ponitur ג *Ghimel*, sicut & ר *Resc*, ה *He*, ו *Vau*, ז *Zain*, ח *Cheth*, ט *Teth*, י *Iod*, & ש *Scin* in sequentibus Alphabetis eiusdem cellulæ. Sed vt vt res sit, attamē hęc Tabula approbatur ab omnibus Cabalistis cum R. Iosepho ג׳נגאטילה Gigatella, vt videre est in Codice msc. Biblioth. Vaticanæ Papyr. in 4. sub num. 219. pag. 15. vbi de צירוף *Tzirùph*, & varijs literarum combinationibus agitur. Raro tamen his *Tzeruphim* vtuntur Cabalici, nisi forsan in occultioribus, & sacratioribus ab eis existimatis mysterijs; communior tamen est vsus vltimi Alphabeti את בש *Eth basc*, quo etiam secundùm Iudæorum mentem vsi sunt Prophetç, & præsertim Ieremias cap. 25. 26. Et Rex ששך *Sesàch* id est בבל *Babel*, de quo videndus est S. Hieronymus in *Comment. super cap.* cit., & nos infra in *Ioseph Gigatella*.

Itaque præter combinationes in I. Tabula annotatas, aliæ fieri possunt coniugationes literarum, quas in supplemento primæ istius Tabulæ exhibemus, vt hic cernitur.

Irregularia sunt ista Alphabeta Cabalica, non enim æquo ordine, ac stabili literarum permutatione procedunt, de quibus vnum aut alterum exemplum assignabimus. Secundum Alphabetum ordinatim procedit, in prima cellula ב *Beth* associatur primæ literæ, nempè א *Aleph*. In secunda cellula, prima litera est ג *Ghimel*, in tertia ד *Daleth* &c. In vndecima est ל *Lamed*, cui additur litera subsequens מ *Mem*, & sic retrocedendo in decima cellula sequitur נ *Nun*, in nona ס *Samech*, & sic procedendo vsque ad secundam cellulam vbi terminatur litera ת *Thàu*. Idem ordo seruatur in tertio Alphabeto, sed in vndecima cellula loco literæ מ *Mem* ponitur ב *Beth*, cui associatur מ *Mem*, & retrorsum procedendo, sequitur per ordinem נ *Nun* &c. Item in quarto Alphabeto, in secunda cellula prima litera secundùm seriem naturalem debebat esse ה *He*, ponitur ב *Beth*, quod continuatur in cæteris Alphabetis vsque in finem. Non minor irregularitas obseruatur in vndecima cellula quinti

Supplementum Primæ Tabulæ combinationum literarum.

X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I	
כם	ין	טס	חע	זף	וץ	הק	דר	גש	בת	2
לן	כס	יע	טף	חץ	זק	ור	הש	דת	גב	3
מס	לע	כף	יץ	טק	חר	זש	ות	הב	דג	4
נע	מף	לץ	כק	יר	טש	חת	זב	וג	הד	5
סף	נץ	מק	לר	כש	ית	טב	חג	זד	וה	6
עץ	סק	נר	מש	לת	כב	יג	טד	חה	זו	7
פק	ער	סש	נת	מב	לג	כד	יה	טו	חז	8
צר	פש	עת	סב	נג	מד	לה	כו	יז	טח	9
קש	צת	פב	עג	סד	נה	מו	לז	כח	יט	10
רת	קב	צג	פד	עה	סו	נז	מח	לט	כי	11
		קד	צה	פו	עז	סח	נט	מי	לך	12
			קו	צז	פח	עט	סי	נך	מל	13
				קח	צט	פי	עך	סל	נם	14
					קי	צך	פל	עם	סן	15
						קל	צם	פן	עס	16
							קן	צס	פע	17
								קע	צף	18
									קץ	19

In Talmude non raro referuntur quædam nomina, quorum etymon, si spectetur, nihil in se mali inuolui existimares, attamen ex eorum vsu, Dæmonum esse nomina. manifestè apparet, & vsus ipse superstitiosus, & Idololatricus esse deprehenditur, ex ijs nonnulla in medium proferemus.

In מסכת עבודה זרה *Massecheth auodà zarà*, Cod. *de Idololatria*, cap. 1. לפני איריהן pag. 12. b. circa medium, legitur:

תנו רבנן לא ישתה אדם מים בלילה ואם שתה דמו בראשו מפני הסכנה מאי סכנה סכנת שברירי ואי צחי מאי תקנתיה אי איכא אחרינא בהדיה ליתרייה ולימא ליה צחינא מיא ואי לא נקרקש בנכתמ׳ אחצבא ונימא איהו לנפשיה פלניא בר פלניתא אמר׳ לך אימי׳ אורהר משברירי שברירי ברירי רירי רי וכו׳.

Docent Magistri nostri; Non bibat homo aquas in nocte, & si biberit, sanguis eius super caput ipsius (reuertetur) *& hoc propter periculum. Quale periculum? Ob periculum* שברירי *SCIAVRIRI. Et si sitierit, quid opus facto? Si ibi alter simul aderit, dicat ei. Sitio aquas. Et si nullus aderit, dicat apud semetipsum. N. fili N. dicit tibi mater mea, Caue à* שברירי *SCIAVRIRI,* שברירי *SCIAVRIRI,* ברירי *BERIRI,* רירי *RIRI,* רי *RI,* י *I. &c.*

SCIAVRIRI est nomen Dæmonis, teste Scoliaste hic -

שברירי שר הממונה על מכת סנוירים:

SCIAVRIRI Dæmon (est) *Præfectus super plaga scotomatum*, seù oculorum fatuitatibus, quas vertigines communiter vocamus; nam vbi He-

bræus legit Gen. 19. 11. בסנורים *Basanuerìm In cæcitatibus*, Chaldæus legit בשברריא *Besciauriraià In scotomatibus*. Existimant enim superstitiosi isti Talmudici, & docent non debere hominem aquas de nocte bibere, quia incidet in scotomatis infirmitatem, capitis vertiginem, & oculorum cæcitatem, cui remediũ adhibere existimant, si recursum ad Dæmonẽ habeant. Scribunt enim Magico quodam modo hoc nomen שברירי & sicut, vt hic cernitur, litera vna gradatim minuitur, ita gradatim singulis diebus infirmitas hæc minui credunt, quousque in nihilum abeat.

ש ב ר י ר י
ב ר י ר י
ר י ר י
י ר י
ר י
י

Huius שברירי *Sciauriri* fit mentio etiam Cod. *Pesachim* cap. 10. pag. 112. circa med. vbi hæc aquæ de nocte potatio restringitur ne fiat -

מן הנהרות ולא מן האגמים.

De aquis fluminum, & stagnorum.

Quid simile Magicum amuletum habetur apud Cornelium Agrippam lib. 3. cap. 11. in nomine *Abracadabra*, refertur, & affertur ab Athanasio Kircherio in Oedipo Ægypt. Class. XI. Magiæ Hieroglyph. cap. 6. cuius elementa in triangulum reducta, & paulatim diminuta, quousque ad vnicum *A* deueniatur, eo-

danda esse Samaeli (Dæmoni) in die expiationum , vt eius oculi hebetes reddantur , ne delicta Israelis videre , ac eos coram Deo accusare possit, כי השחר יעור פקחים *quoniam munus excæcat videntes*, aiunt ex Exod. 23. 8. Legitur hæc stulta doctrina in עקדת יצחק *Akedàth* Isaaci Aramę sect. אחרי מות p. mihi 173. col. 3. paulò ante med. & in libro כפתר ופרח *Caphtòr vpèrach*, מאמר מ״ב *Maàmar* 42. pag. 71. in hunc modum. -

אמר סמאל לפני הקב״ה רבש״ע נתת לי רשות על כל העולם ועל ישראל לא נתת לי רשות אל״ הרי לך רשות עליהם ביום הכפורים אם יש בהם חטא : ואם לא אין לך רשות עליהם : ולפיכך היו כותנין לו שוחר ביה״כ וכו׳ :

Dixit Samael (Dæmon) *coram Deo sancto benedicto , Domine mundi , dedisti mihi potestatem super vniuersum mundum , & super Israelem non dedisti mihi potestatem. Respondit ei , sit tibi potestas in illos in die expiationum , si tamen in illis peccatum inueneris , sin minus , nullam potestatem in illos habebis. Idcircò munera dant* (Samaeli) *in die expiationum &c.* Ex hac doctrina ortum est illud commune effatum תנו שוחר לסמאל *Thenù sciòchad le Samaèl*, *Date munus Samaeli*.

At dicet nonnemo , סמאל Samael non est Dæmon, sed Angelus ; Angelos enim hospitio recipere, mensas illis parare , cibaria , & alia munera exhibere , non videtur illicitum, cùm hæc omnia Abraham fecerit Gen. 18. 4. 5. Ergo.

Resp. *Samaèl* est Spiritus immundus , nequam, imò est ipsemet שטן *Satan* ; dem pacto , sed sine vllo prorsùs rationis munimine , infirmitates diminui docent isti vesani homines.

A B R A C A D A B R A
A B R A C A D A B R
A B R A C A D A B
A B R A C A D A
A B R A C A D
A B R A C A
A B R A C
A B R A
A B R
A B
A

Ex his, quæ de שברירי *Sciauriri* ex Talmude habuimus, euidentissimè patet, Hebręos, Dæmones pro bonis Angelis habere, eosdem expressè inuocare, illis cultus exhibere , ac Idololatriam committere , quæ species superstitionis est , ex S. Thoma 2. 2. q. 92. a. 1.

Dices , Hebræos docere hunc שברירי *Sciauriri* esse שד *Scièd Dæmonem* ; ergo nos eos calumniari , dum illis imponimus malos pro bonis Angelis venerari.

Resp. Ergo malos pro malis venerantur. Et hoc est quod dicimus , eos malos Angelos, seù Dæmones venerari ; siuè enim eos pro bonis , siuè pro malis Angelis venerentur , cùm Dęmones colant , semper Idololatriam committere conuincuntur. Quòd colant , & inuocent , patet ex inuocatione allata in שברירי *Sciauriri* , & clariùs manifestatur in פרקי ר׳ אליעזר *Pirkè R. Eliezer* cap. 46. pag. 42. col. 2. in fin. vbi docetur munera

de ipse Auctor post verba ipsius R. Eliezeris, ex suo subiungit -

יורת בבירור שבבר הוא ראוי שיהיו תחת ממשלת השטן הזה תמיד אם ימצא בהם עון ביום הכפורים וכו׳ :

Manifestè ostendit iam conueniens esse, quòd sint iugiter sub potestate istius Satan, si in eis inuenta fuerit iniquitas in die expiationis. Ergo Satan est idem cum Samaele.

Sed regeres, Nos non benè percepisse sensum sententiæ R. Eliezeris, ipse siquidem vult, vt in die expiationum fiant ea opera bona, quæ à Scriptura, & à Rabbinis eo die fieri iubentur, vt sint Israelitæ puri, & mundi sicut sunt Angeli Dei, & ideò sequitur R. Eliezer loco supra cit.

ולפיכך היו נותנין לו שחר ביום הכפורים שנ׳ גורל אחד לעזאזל גורלו של הקדוש ברוך הוא לקרבן עולה וגורלו של עזאזל לחטאת וכל עונות׳ עליו שנ׳ ונשא השעיר וגו׳ . ראה סמאל שלא נמצא בישראל ביום הכפורים חטא אמר לפניו רבונו של עולם יש לך עם אחד בארץ כמלאכי השרת מה מלאכי השרת יחפי רגל אף ישראל יחפי רגל ביום הכפורים . מה מלאכי השרת נקיים מכל חטא אף ישראל נקיים ביה״כ . מה מלאכי השרת שלום מתווך ביניהם כך ישראל ביה״כ והקב״ה שומע עדותן מן המקטרגין ומכפר עליהם .

Idcircò dant ei (Samaeli) *munus in die expiationum,* S. D. Leuit. c. 16. 8. *Sortem alteram Azazelo. Sors Dei Sancti benedicti in Sacrificium holocausti, & sors Azazeli pro peccato, & omnia peccata eorum super illum,* S. D. ibid. v. 22. *Et portabit hircus super se omnes iniquitates eorum, &c. Vidit Samael quòd in die expiationum non*

in-

tan ; nam Cod. יומא *Iomà* cap. 1. pagina 20. circa princip. in Talmude, probatur Satan habere potestatem in Israelem vnico tantùm die in toto anno, nempè in die expiationum, quod colligere existimant ex nomine ipso השטן *Satàn*, quo in numerum resoluto conficit numerum dierum totius anni (vno excepto) hoc est 364. vt detur intelligi, Dæmonem, seù Satan, siuè Samaelem ex 365. diebus anni solummodo die expiationum in Israelem habere potestatem, reliquis verò 364. diebus in vniuersum Orbem. Sic enim ibi legitur -

אמר רמי בר חמא השטן בגימטריא תלת מאה ושיתין וארבע הוי תלת מאה ויתין וארבע יומי אית ליה רשותא לאסטוני ביומא רכפורי לית ליה רשותא לאסטוני :

Dixit Ramè Bar Chamà ; השטן *Satan numericè* (conficit summam) 364. *istis trecentis sexaginta quatuor diebus habet potestatem obsistendi* : *& in die expiationum habet facultatem accusandi*. Eadem igitur facultas tribuitur Samaeli, ac Satanæ, ergo Samael est Satan; hoc fortassis non benè concluderetur, nisi accederet auctoritas R. Isaaci Aramæ in עקרת *Akedàth* loco supra cit. vbi per extensum refert sententiam R. Eliezer ex suis *Perakim* cap. 46. de quærimonia Samaelis coram Deo, eo quia potestatem non habeat supra Israelem. Qua de re Deus concessit illi facultatem etiam supra Israelem, sed *vnico* tantùm die expiationis, si eo die peccatum in illis inuentum fuerit. Vn-

chad enim est vox, quæ *munus* significat, & in malam partem, semper & vbique sumitur, quia vel datur vt persona corrumpetur, vel vt à recto iudicio, ac iustitia declinet, & peruerso donatori vniatur; quod & ipsa vox videtur indicare, cuius etymon explicatur in Cod. כתובות *Chetubòth De contract. dot.* c. 13. שני דייני pag. 105. b. מאי שוחד *Quid est sciòchad?* שהוא חד *Quod facit* חד *Chàd Vnum*. Si igitur Satan, seù Samael munus recipit ab Hebræis, vnus fit cum eis, ergo Hebræi & Satan vnum sunt, iste per superbiam Diabolus, illi, operationibus, & peruersis doctrinis. Ergo intelligunt Iudæi danda esse munera Samaeli, hoc est, orandum esse Dæmonem, laudandum, & deprecandum, vt opera bona Iudæorum coram Deo referat, & ita יעור עיני השטן *Ieauèr enè hassattàn Excæcantur oculi Satan*, vt dicitur in libro כפתור ופרח *Caphthòr Vpèrach*, *Maàmar* 42. pag. 71. b. Sic cœci isti homines Deum viuentem, & videntem cœcum faciunt, quasi ipse non videat iniquitates ipsorum nisi mediante Dæmone; & Satan ipsum ex Aduersario Procuratorem faciunt contra regulam Iuris Talmudici Codice ר״ה *Rosc hasciana* פרק ראוהו בית דין cap. 3. שאין קטיגור נעשה סניגור *Quia Accusator non fit Procurator*. Sed Angelus Custos Iudaici populi videns peruersitatem ipsorum, & duritiam cordis, eos coram Domino accusabit, & ex Aduocato fiet Accusator. secundùm quòd ipsi Talmudistæ permittunt, Cod. קדושין *Kiddùscin*, cap. inuenitur peccatum in Israele, dicit coram Domino, *Domine Vniuersorum, populum Vnum in terris habes similem Angelis ministerij; nam sicut Angeli ministerij nudatos pedes habent, ita & Israel discalceati* (incedunt) *in die expiationum, & sicut Angeli ministerij puri sunt ab omnibus peccatis, etiam Israeliticus* (populus) *purus est in die expiationum, & quemadmodum Angeli ministerij pacem inter se & concordiam seruant, ita quoque Israel facit in die expiationum. Deus sanctus benedictus has iustificationes ab Aduersario* (Diabolo) *audiens, statim propitiatur iniquitatibus* (Hebræorum).

Resp. Iudæos non intelligere seipsos, quid mirum si non intelligant Scripturam? Hircus עזאזל *Azazel*, seù *emissarius*, in quem peccata populi per Pontificem imponebantur, & quasi piaculum populi in desertum detrudebatur, in signum, quòd Deus iam propitiatus esset peccatis populi, Dæmoni non dabatur in munus; vnde adagium, *Date munera Samaeli*, intelligi non potest de hoc Capro emissario, alioquin Deus iussisset sacrificare Dæmoni, quod blasphemum est dicere; quamuis Talmudistæ forsan hoc admitterent, cùm de Deo multa indigna, & blasphema proferant. Munera igitur, quæ, ex sententia Iudæorum, danda sunt Samaeli, seù Dæmoni, intelligenda sunt ea, de quibus Sapiens cap. 17. 23. Prou. ait, שחד מחיק רשע יקח *Munus è sinu* (id est ex ea regione vbi çor latet) *impius accipiet*. שוחד *Sciò-*

per ſunt Angeli, cùm iſtud non naturæ, ſed officij ſit nomen, vnde Pſal. 104. 4. עשה מלאכיו רוחות *Qui facit Angelos ſuos Spiritus. Ac ſi apertè dicat* (inquit D. Gregorius hom. 34. in Euang.) *Qui eos, quos ſemper habet Spiritus: etiam cùm voluerit Angelos facit.* Ijs ſiquidem datum eſt gloriam Domini reuelata facie ſpeculari, & à claritate in claritatem tranſire. Hos triplici luce fulgere, ternaque pulchritudine decorari; naturę ſcilicet, gratiæ, & gloriæ. Simplices quoque & incorporeos eos eſſe, (vt diximus) quamquam, ſi infinitæ Diuinæ perfectioni illorum perfectio & ſimplicitas, ac Dei ſimpliciſſimæ ſubſtantię conferatur, alicui mixtioni, & materiæi quodammodo obnoxij appareant. Quo in ſenſu accipienda ſunt verba quorundam SS. Patrum, qui materiam quandam Angelis tribuunt, non verò adſtipulari eos erroribus Hebræorum, qui pro veris, & certis dogmatibus ſtatuunt.

Primò, Angelos eſſe corporeos, ac materiales, nam alis eos eſſe inſtructos, ac varijs formis indutos, v. g. Hominum, Boum, Aquilarum, & Leonum.

Secundò, Peccatis carnalibus eos fœdari, de ijs namque intelligi volunt illud Geneſ. 6. 2. *Videntes filij Dei filias hominum* &c. affirmantque è cælo delapſos in terram, cum mulieribus peccaſſe, vt infra dicetur.

Tertiò, ex eiſdem Angelis quoſdam in dies naſci, quoſdam mori, vt oſtendemus.

An-

cap. 1. האשה pag. 5. paulò poſt princip. סניגור יעשה קטיגור *Sanighòr ieaſsè Kattigòr, Aduocatus poteſt fieri Accuſator.* Sed אילו לות שנעשה סניגורו קטיגורו *Væ illi cuius Aduocatus fit Accuſator. Vaijkrà Rabbà* סדר אמור ſect. 30. pag. 200. col. 4. in princ. editionis Amſterlodamenſis cum commento.

Alia, quæ conſequenter deduci poſſent ex allatis ſententijs contra Iudæos, ſapienti Lectori relinquimus deducenda.

Quæres, Cùm promiſcuè Iudæi bonos, & malos Angelos conſueuerint inuocare & munera offerre, quale igitur diſcrimen inter vtrunque conſtituunt? *Suntne ambo eiuſdem* naturæ & originis? Suntne ſimplices Spiritus, aut aliqua materiali entitate permixtæ ſubſtantiæ? In ſumma Quæritur, Quid ſentiant Iudæi de Angelis, & Dæmonibus?

Reſp. Duplex hic proponitur quęſtio, vna de Angelis, altera de Dæmonibus, vtramque *duplici* diſſertatione breuiter abſoluemus.

Breuis diſſertatio de Angelis ſecundùm Hebræos.

Angeli ſecundùm Catholicam veritatem, ſunt beati illi Spiritus, qui incorporeæ ſubſtantiæ, & inuiſibiles cùm ſint, ſimplices item, proprietate tamen naturæ finitæ. Simul omnes initio ex nihilo creati, incorruptibiles, intelligentia verò, & voluntate præditi. Dei Creatoris ſui aſſiſtentes, & adminiſtri. Spiritus itaque ſemper ſunt, non tamen ſem-

Angelos esse corporeos, & materiales colligere credunt Iudæi ex diuersis locis Sacrę Scripturæ, quibus corpora attribui videntur, vt figura humana alata *Cherubinis* Exodi 25. 20. 1. Reg. 6. 23. *Seraphinis* Isai. 6. 2. non intelligentes per huiusmodi figuras humanas alatas significari Angelorum motum velocissimum esse, & perpetuò promptos atque celeres in exequendis Dei mandatis existere. Bouis verò, Leonis, Aquilæ, & Hominis figura pinguntur ab Ezechiele cap. 1. 7. ad notandum præsentem affectum in Boue, fortitudinem in Leone, velocitatem in Aquila, & prudentiam in Homine, quæ omnia metaphoricè Angelis attribuuntur; sicut etiam dicendum est, quando describuntur sub rebus inanimatis, vt sub igne Exod. 3. 2. Curru igneo, equis igneis 2. Reg. 2. 11. vel sub alijs animalibus.

Iudæi verò, quibus ne putrescerent, animam pro sale datam esse videtur, si dicere liceret, vt aliquando fertur dixisse Chrysippus de pecude, quâ nihil genuit natura fœcundiùs, sue inquam. Materiales isti homines materialiter omnia spiritualia intelligunt. In Talmude Codice חגיגה *Chaghighà*, cap. 2. אין דורשין *En Dorescin* pag. 13. b. circa med. materialem quendam Angelum, & immanis magnitudinis nomine *Sandalphon* hoc modo describunt -

אמר רבי אלעזר מלאך אחד שהוא עומד בארץ וראשו מגיע אצל החיות במתניתא תנא סנדלפון שמו הגבוה מחבירו מהלך חמש מאות שנה ועומד אחורי המרכבה וקושר כתרים לקונו וכו׳ ממקומו מכלל דמקומו ליכא דידע ליה דאמר שם אחגא ואזל ויתיב ברישיה ׃

Dixit R. Eleazar, Quidam Angelus manet in terra, & caput eius pertingit iuxta animalia (Currus Dei) *In Baraithà traditur, quòd Vocetur* סנדלפון *Sandalphòn, & est excelsior socio suo itinere quingentorum annorum, stat retrò secus Currum* (Dei) *& ligat Coronulas Creatori suo &c.*

Non materiales tantùm sunt Angeli materialium Hebræorum, sed vt deteriores conditione ipsismet Hebræis sint, ab eis vinci in Canticis recitandis docent, neque ea cantare posse in cælis, donec Iudæi cantauerint in terris. Hæc in Cod. חולין *Chollin* cap. 7. גיד הנשה *Ghid hannèsce* pag. 91. b. post medium, ita leguntur -

שלש כתות של מלאכי השרת אומרות שירה בכל יום אחת אומרת קדוש ואחת אומרת קדוש ואחת אומרת קדוש יהוה צבאות מתיבית חביבין ישראל לפני הקב״ה יותר ממלאכי השרת שישראל אומרים שירה בכל שעה ומלאכי השרת אין אומרי׳ שירה אלא פעם אחת ביום ואמרי לה פעם אחת בשבת ואמרי לה פעם אחת בחדש ואמרי לה פעם אחת בשנה ואמרי לה פעם אחת בשבוע ואמרי לה פעם אחת ביובל ואמרי לה פעם אחת בעולם וישראל מזכירין את השם אחר שתי תבות שנאמר שמע ישראל ה׳ וגומר ומלאכי השרת אין מזכירין את השם אלא לאחר שלש תבות כדכתיב קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות ואין מלאכי השרת אומ׳ שירה למעלה עד שיאמרו ישראל למטה שנאמר ברן יחד כוכבי בקר והדר יריעו כל בני אלהים אלא אחת אומרת קדוש ואחת אומרת קדוש קדוש ואחת אומרת ק׳ק׳ק׳ ה׳ צבאות ׃

Tres Classes Angelorum ministerij distributæ sunt ad recitandum Canti-

cum

Sanctus Dominus Sabaoth. At Iudæi in Synagogis cantillant *Sanctus*. Respondet Chorus, *Sanctus*, *Sanctus*. Respondent alij, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth*. Quo ad *tempus*, quia Iudæi sæpiùs idem Canticum repetunt, & buccis inflatis suauem illam melodiam eructant, quam norunt ij, qui eos sic rudentes aliquando audierunt. At Angeli in cœlo semel tantùm faciunt, idque in vita. Hinc intelliges, cur Angelus, qui cum Iacobo luctabatur, enixè flagitabat vt eum dimitteret, quia iam Aurora ascendebat; iamiam enim instabat hora cantandi Canticum, quod aliàs nunquam toto vitæ suæ tempore decantauerat. Habetur hoc in Cod. *Cholin* cap. 7. eadem pagina 91. b.

ויאמר שלחני כי עלת השחר אמר לו גנב אתת או קוביוסטוס אתה שמתייר' מן השחר אתת אמר לו מלאך אני ומיום שנבראתי. לא הגיע זמני לומר שירה עד עכשיו ׃

Et dixit, Dimitte me quoniam ascendit aurora. Dixit ei (Iacob) Fur, aut latro es tu, qui auroram times? Dixit ei Angelus; Ego à die quo creatus sum vsque modo, nunquam tempus meum aduenit recitandi Canticum (coram Deo.)

Cantant igitur Angeli Canticum, & statim moriuntur, vel abeunt, & in æternum ampliùs non apparent, vt docent Apellæ isti doctissimi in Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין pag. 14. circa principium.

כל יומא ויומא נבראים מלאכי השרת מנהר

cum singulis diebus. Prima dicit קדוש *Kadòsc Sanctus. Secunda dicit* קדוש *Kadòsc Sanctus. Tertia dicit* קדוש יהוה צבאות *Kadòsc Adonài Tzeuaòth Sanctus Dominus Sabaòth exercituum. Respondebant dilecti Israelitæ coram Deo sancto benedicto: Nos præstantiores sumus Angelis ministerij, quia recitamus Canticum qualibet hora, & ipsi non recitant nisi semel in die, aut semel in hebdomada, vel semel in mense, semel in anno, semel in septimana annua, semel in Iubileo, & semel in æternitate. Israelitæ insuper post duas dictiones, Dei nomen memorant, vt Audi Israel* יהוה *Adonài Dominus &c. At Angeli ministerij id non faciunt nisi post tres dictiones, vt* קדוש ק׳ ק׳ *Sanctus, Sanctus, Sanctus* יהוה *Adonài Dominus &c. Itemque Angeli ministerij non dicunt Canticum in cælis, priusquam Israelitæ dixerint illud in terris.* S. D. ברן כוכבי בקר *In cantando pariter Stellæ matutinæ* (Israelitæ scilicet) וירעו כל בני אלהים *& iubilarent omnes filij Dei* (id est Angeli) Iob 38. 7. *sed vna harum Classium* (scilicet Israelitarum) *dicit* קדוש *Kadòsc Sanctus, & altera dicit* קדוש קדוש *Kadòsc Kadòsc Sanctus, Sanctus, alia verò dicit* קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות *Kadòsc Kadòsc Kadòsc Adonài Tzeuaòth, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth exercituum.* Ergo Iudæi superant Angelos in recitatione Cantici, & quo ad modum, & quo ad tempus. Quò ad *modum*, quia Præcentor Synagogæ meliùs distribuit Chorum, quàm faciant Chori Angelorum, isti alternatim dicunt *Sanctus, Sanctus*,

דינור ואמרי שירה ובטלי שנ׳ חדשים לבקרים רבה אמונתיך ׃

Quotidie creantur Angeli ministerij ex fluuio דינור *Dinòr ignis*, Daniel cap. 7. 10. *& dicunt Canticum, & abolentur*. S.D. *Noui* (seù recentes sunt) *quolibet mane, multa est fides tua*. Thren. 3. 23.

Dissentit R. Samuel Bar Nachmani, & ex sententia R. Ionathanis dicit -

כל דיבור ודיבור שיוצא מפי הב״ה נברא ממנו מלאך אחד שנ׳ בדבר ה׳ שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם ׃

Quolibet Verbo, quod ex ore Dei egreditur, creatur vnus Angelus, S.D. Ps. 33. 6. *Verbo Domini cæli facti sunt, & spiritu oris sui omnis exercitus eorũ*. Non mirũ si Angeli materiales sint, cùm secundùm primam opinionem ex ignis materia sint compacti, & in quam resoluuntur. Peccat tamen hæc sententia in defectu negans totalem spiritualitatem Angelis, & dans quod eis non competit corporeitatem. Secunda sententia peccat in excessu, dans Angelis id quod eis conuenire non potest, portionem nempè Diuinæ substantiæ; nam ait R. Samuel נברא ממנו *creatur ex eo*, scilicet Verbo Dei, quasi Angelus fuerit creatus ex aliqua particula Diuinitatis, & Verbum Dei esset causa materialis Angeli: meliùs notat Scholiastes ibidem, & loco מ *Mem* materialem quodammodo causam significantis, ponit ב causam efficientem demonstrantem, aitque.

אמר רבי שמואל בר נחמני שהוא אומר

שמלאכי נבראים בדבור המקום ולא מנהר דנור ׃

Dixit R. Samuel Bar Nachmani, quia ipse (ita) dicit, quòd Angeli creati sint בדבור *Biduùr In verbo Domini, & non* מנהר *de fluuio ignis*. Ita vt Verbum Domini fuerit causa efficiens Angelorum, quod verum est; *Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Ex dictis liquet, Angelos secundùm Iudæorum doctrinam corporeos, & materiales esse, ac quotidie à Deo creari, & dissolui; nam si Angeli moriuntur, vel moriuntur quoad partẽ corpoream, vel quoad partem spiritualem, vel quoad vtramque; si hoc vltimum dicatur, ergo inferioris conditionis sunt Angeli, quàm sint homines, isti enim toti non moriuntur, cùm in eis superuiuat Anima rationalis, ergo Angeli eiusdẽ conditionis sunt ac pecudes, cùm post illorũ mortem nihil de ipsis remaneat, quod absurdũ est dicere. Si verò dicatur mori quoad corpus, rursus quæro, illi Spiritus, qui superuiuunt, suntnè Angeli, vel animæ Angelorum? Si sunt animæ Angelorum, ergo pręstare omnia poterunt, quæ ante separationem à corpore præstabant, ergo superfluum fuit illud corpus. Dicatur igitur cum Catholica Ecclesia Angelos esse incorporeos, cùm ad perfectionem vniuersi necesse sit dari creaturam, quæ perfectè assimiletur Deo in gradu intellectuali, & omnis materiæ sit expers: hæc autem est Angelus, qui ab homine, & à brutis distinguitur. Perfectio itaque vniuersi exigebat, vt alia essent purè materia-

Azacle, & שמחזי *Scemchazài* referunt illorum Doctores. Hos è cælis delapsos ad terras, cum mulieribus concubuisse dicunt, ex quibus Gigantes natos esse existimant. Legitur hæc fabula, quæ à Iudæis pro vera historia habetur, in ילקוט *Ialkùt* sectione בראשית *Berescith*, n. 44. ex *Midràsc* his verbis -

שאלו תלמידיו את רב יוסף מהו עזאל אמר לו כיון שעמדו דור המבול ועברו ע״ז היה הקב״ה מתעצב מיד עמדו שני מלאכים שמחזי ועזאל ואמרו לפניו רבש״ע הלא אמרנו לפניך כשבראת את העולמך מה אנוש כי תזכרנו א״ל העולם מה יהא עליו א״ל רבש״ע היינו מסתפקין בו א״ל גלוי וידוע לפני אם אתם שרויין בארץ היה שולט בכם יצ׳ הר׳ והייתם קשים מבני אדם א״ל תן לנו רשות ונדור עם הבריות ותיראה איך אנו מקדשין שמך א״ל רדו ותדורו עמהם מיד קלקלו עם בנות האדם שהיו יפות ולא יכלו לכבוש את יצרן מיד ראה שמחזי ריבא ושמה איסטהר נתן עיניו בה אמר השמעי לי א״ל איני שומעת לך עד שתלמדני שם המפורש שאתה עולה בו לרקיע בשעה שאתה זוכרהו למדה אותו שם הזכירה אותו ועלתה לרקיע ולאקי לקל׳ אמר הקב״ה הואיל ופירשה עצמה מן העבירה לכו וקבעוה בין ז׳ כוכבים הללו כדי שתזכה בהם לעולם ונקבעה בכימה כיון שראו שמחזי ועזאל כך עמדו נשאו נשים ואולידו בנים היווא והייא ועזאל היה על מיני צבעונין ועל מיני תכשיטין של נשים שמפתים את בני אדם להרהורי עבירה מיד שיגר מטטרון שלי׳ לשמחזי וא״ל עתיד הקב״ה להחריב עולמו ולהביא מבול לעולם מיד עמד בכבי והיה מצטער על העולם ועל בניו מה יעשו בני ממה יאכלו אם העולם חרב שכל אחד ואחד היה אוכל בכל יום אלף גמלים ואלף סוסים ואלף שורים ׃ בלילה ראו היווא והייא שניהם חלומות אחד מהם ראה אבן גדולה פרוסה על הארץ כשולחן והיתה הארץ חרותה וכתיבה שיטות

tialia & corporea, alia purè spiritualia & incorporea; alia partim corporea, & partim spiritualia, & incorporea. Primò, sunt mineralia, lapides, vegetabilia, & bruta. Secundò, sunt Angeli. Tertiò, sunt homines, qui de vtroque participant, secundùm animam sunt rationales, spirituales, & immateriales, secundùm corpus corporei, secundùm illam assimilantur Angelis, secundùm hoc æquiparantur brutis. Angeli itaque sunt incorporei, & spirituales; de quibus dicitur in Psalmo 104. 4. עשה מלאכיו רוחות *Qui facit Angelos suos Spiritus*. Cùm enim Angeli sint incorporei, sequitur nullam in se habere compositionem ex materia & forma, illud autem quod materiam, & formam non habet, incorruptibile est, corruptio enim est separatio formæ à materia, Angeli verò cùm sint formæ subsistentes, & omninò immateriales, erunt etiam incorruptibiles. Diuina tamen virtute annihilari possunt, cùm ab eo dependeant in esse, & conseruari. Vide S. Thom. 1. p. q. 50. a. 2. & q. 51. a. 1.

Ex his, quæ dicta sunt, negare non poterunt Iudęi, illorum Angelos, ex priscorum Rabbinorum placitis, materia, corporeitateque obnoxios, dissolutioni, corruptioni, ac morti subiectos esse. Quòd si ad allegoriam, seù etiam ad improprium loquendi modum dicta priscorum trahere voluerint, nulla quidem tergiuersatione negare poterunt literaliter intelligi, quæ de Angelis עזאל

שיטות והיה מלאך יורד מן הרקיע וכידו כמין סכין והיה גודר ומותק כל אותן השיטות ולא היה משייר בה אלא ד׳ תיבות ותא׳ ראה פרדס גדול משוכח נטוע מכל מיני אילנות והיו כאים מלאכים וכידן קרדומות והיו מקצצין כל האילנות ולא שיידו בו אלא אילן אחת של שלשה ענפין כיון שנגערו עמדו כבהלה וכאו אצל אביהם א״ל עתיד הקב״ה לחביא׳ מבול לעולם ולא ישייר אלא נח וכניו ששמעו כך היו צועקין וכוכין אמר להם אל תצטערו ששמותיכם לא יכלו מן הבריאות שכל זמן שגוזר גורות או מעלי׳ אבני׳ או ספינות שמותיכם הם מוכירין היווא והייא מיד נתקררה דעתן שמחזי חזר בתשובה ותלה עצמו בין שמים ראשו למטה ורגליו למעלה ועדיין הוא תלוי כתשול׳ בין ארץ לשמי׳ עזאל לא חזר בתשובה ועדיין הוא עומד בקילקולו להסית בני אדם לדבר עבירה במיני צבעונין של נשים ולכך היו ישראל מקריבין קרבנות ביום הכפורים איל אחד ליהוה שיכפר על ישראל ואיל אחד לעזאל שיסבול עונותיהם של ישראל והוא עזאזל שבתורה ׃

* *Interrogauerunt Discipuli Magistrum suum Rau Iosephum, Quidnam sit* עזאל *Azael?* (ille scilicet Hircus, seù Caper emissarius, de quo in Leuit cap. 16. 8.) *quibus ipse respondit: Eo tempore quo mortales prioris illius generationis* (quæ ad diluuium vsque peruenerat) *Idola colebant; Deus sanctus & benedictus graui dolore premebatur. Tunc ante Deum steterunt duo Angeli, quorum alter vocabatur* שמחזי *Scemchazài, secundus* עזאל *Azael, qui & dixerunt: Domine vniuersi, An non diximus tibi tempore creationis: Quid est homo quòd memor es eius?* Psal. 8. 5. *Resp. Deus, Sed quid erit de mundo? Inquiunt illi, Domine, nos erimus, qui illum gubernabimus. Resp. Deus. Scio ego, quòd si vos in*

terris versaretis, tentationibus succumberetis, & plusquam homines iniquè ageretis. At illi dixerunt: Concede nobis veniam, vt inter homines habitemus, & tunc videbis, quàm sedulò nomen tuum sanctificabimus. Resp. Deus, Ite, & habitate cum illis. Statim fœdarunt seipsos cum filiabus hominum pulchrioribus, & tentationi resistere non valuerunt. Scemchazài vidit puellam, cui nomen erat איסטהר *Istehàr, seù Astræa, in eam oculos defixit, eamque solicitauit. Illa respondit, Non tibi obsequar, nisi tu me doceas* שם המפורש *Scem Hammephoràs Nomen* (Dei) *explicatum, cuius virtute Cælos conscendis. Docuit puellam, illudque statim nominauit, & confestim Cælos conscendit. Dixitque Deus: Eo quia hæc, seipsam à transgressione separauit, ite, & collocate eam inter septem Stellas* (Pleiadas) *vt illius memoria in æternum conseruetur, & hac ratione inserta fuit in Constellatione illa, quæ vocatur* כימה *Chimà. Cùm hæc vidissent Scemchazài, & Azaèl, vxores duxerunt, susceperuntque duos filios, nomen vnius* היווא *Hiuuà, & nomen alterius* הייא *Hijà, Azaèl autem præerat omnium generum coloribus, ac toti mundo muliebri, vt homines his fucis illectis, procliuiores ad peccandum redderentur. Audiens hæc* מטטרון *Mattatròn, ad Scemchazài nuncium mittit, per quem illi significat, Deum decreuisse mundum diluuio delere. Quo audito, cæpit ille flere, & angi, tùm ob mundi vastationem, tùm quia eius filij, vbi mundus vastaretur, iam quod comederent nihil essent re-*

ignotas erumpunt *Hiuuà*, *Hijà*. Quod idem faciunt ij, qui vel ingentia saxa extollunt, vel Naues trahunt. Optima quidem ratio, & tanto Magistro Rau Iosepho digna datur vocibus naturaliter significantibus, quam nec ipsi Pythagorici meliorem adinuenire potuissent. Ludunt semper Doctores Hebræi. *Scemchazài egit pœnitentiam, seque inter cælum & terram suspendit, capite ad terram, pedibus sursum versus cælum eleuatis; & adhuc remanet ita suspensus in signum resipiscentiæ. Azaèl pœnitentiam non egit, sed adhuc in sua obstinatione persistit, seducendo & alliciendo homines ad peccatum; fucata mulierum pulchritudinis specie. Propterea Hebræi in die* הכפורים *Hacchipurrìm expiationum, in suis sacrificijs Hircum vnum Deo offerebant, vt parceret Iudæis, & alium pro Azazelo, vt in illum Israelitarum præuaricationes & culpas proijcerent. Et hic est* עזאזל *Azazel in Lege nominatus*, Leuit. 16.26.

In hac fabella, à Iudæis tamquam verissima historia existimata, multa falsa, futilia, insulsa, & inuerosimilia continentur, adeoque indigna confutatione existimanda, simplici siquidem inspectione, nullo planè negotio, seipsa confutatur; & proprio mucrone confoditur: attamen ex ea, intentionem nostram eruere poterimus, probari scilicet Angelos nondum materiales esse (secundùm Iudæorum placita) verùm & commisceri mulieribus, cum eis peccare, & post peccatum pœnitentiam agere; quæ omnia Iudæorum dogmata esse

אל

reperiri. Horum namque singuli, singulis diebus אלף גמלים *Eleph Ghamelim, mille Camelos,* אלף סוסים *Eleph Susim, mille Equos,* ואלף שורים *Veèleph Sciorrìm, & mille Boues comedebant. Nocte quadam in somnis Hiuuà, & Hijà somniarunt; Vnus vidit lapidem prægrandem super terram tanquam Tabulam expansum, cui exculptæ, & inscriptæ erant multæ lineæ; & ecce Angelus descendebat è Cælo, in cuius manu erat instrumentum tamquam gladius, quo omnes illas lineas exscindebat, atque delebat, neque in ea relinquebat nisi tantùm quatuor dictiones. Alter verò vidit Hortum magnum delitiosum plantarum omnium generum consitum, in quem introibant Angeli, securim præ manibus gestabant, & succidebant omnes arbores, vnica tantùm relicta cum tribus ramis. Postquam euigilarunt, steterunt coram cœtu, & venerunt apud Patrem suum. Dixit eis* (Pater) *futurum diluuium, quod Dominus immissurus est in mundum, & non relinquentur nisi tantùm Noe, & filij eius. Quando ista audierunt, cœperunt exclamare, & flere. Dixit eis, Nolite* (filij) *angustijs affici, quia nomina vestra non delebuntur à memoria hominum; nam quando aliquid scindetur, aut lapides, vel naues trahentur, vestrorum nominum recordabuntur* חיוא *Hiuuà, &* חייא *Hijà. Quibus auditis quieuerunt.* Et hæc est ratio à priori, cur lignorum scissores, dum securim in lignum lacertorum vi valentiùs impingunt, ex pectore, & præcordijs has voces sibimetipsis

eſt, iuxta illud Iſaiæ 6. 2. *Et duabus* (alis) *volabat*, loquens de Seraphinis.

R. verò לוליאני *Luliani Bar* מברין *Taurini* nomine R. Iſaaci dicit -

בין על דעתיה דרבי הנינא בין על דעתיה דר׳ יוחנן הכל מודים שלא נברא ביום ראשון כלום שלא יאמרו מיכאל היה מותח בדרומו של רקיע וגבריאל בצפון והקב״ה ממדד באמצעיתה אלא אנכי יהוה עושה כל נוטה שמים לבדי וגו׳ :

Tam ij, qui adhærent opinioni R. Chaninà, quàm hi, qui ſequuntur opinionem R. Iochanan, omnes ſimul conueniunt, non fuiſſe creatos primò dierum, ne dici poſſet, Michael extendebat firmamentum in parte Meridionali, Gabriel in Septentrionali, & Deus ſanctus benedictus menſurabat in medio; ſed, EGO SVM DOMINVS, FACIENS OMNIA, EXTENDENS CAELOS SOLVS, STABILIENS TERRAM, ET NVLLVS EST MECVM. Iſai. 44. 24.

Et quamuis hæc R. Luliani ſententia vera non ſit, quòd Angeli primo die, quo creatum eſt Cælum & terra, creati non fuerint; nihilominus ex illo Scripturæ loco, quem affert, vnum rectè colligitur, hoc eſt, in mundi creatione nullum ſocium Deum habuiſſe; vnde tamquam Hæretici ſunt habendi illi Rabbini, qui ne pluralitatem perſonarum in Vnitate Diuinæ eſſentiæ confiteri cogantur ex loco Gen. 1. 26.

נעשה אדם בצלמנו כדמותנו...

Faciamus hominem ad imaginem, & ſi-

eſſe diximus in principio huius diſſertationis de Angelis, de quibus

Quæri etiam poteſt, quo tempore creati ſint ſecundùm Iudæorum opinionem?

Reſp. Rabbinos inter ſe diſſentire circa tempus creationis Angelorum; nam quidam volunt in Cod. חגיגה *Chaghighà De feſtis*, capite 2. אין דורשין *En doreſcìn* eos quotidie creari ex fluuio דינור *Dinòr*, vt ſuprà diximus; alij dicunt eos ſecundo die creatos in principio; alij quinto.

In בראשית רבה *Bereſcìth Rabbà* ſect. 1. pag. 3. colum. 2. Quæritur אימתי נבראו מלאכים *Quando creati ſint Angeli?*

ר׳ יוחנן אמר בב׳ נבראו המלאכים הה״ד המקרה במים עליותיו תל׳ י וכתיב עושה מלאכיו רוחות :

Reſpondet R. Iochanan; Die ſecundo creati fuerunt Angeli, hoc eſt quod ſcriptum eſt, Contignans in aquis cænacula, ſeù ſuperiora eius &c. Pſ. 104. 3. Et iterum, *Faciens Angelos ſuos Spiritus*. Ibid. Die enim ſecundo quo diuiſę ſunt aquæ inferiores à ſuperioribus, & factum firmamentum, ſtatuit hæc ſententia creationem Angelorum; ac ſi ad firmamentum & contignationem Cæli pertinerent Angeli, & tanquam aquæ ſuper firmamentum eſſent collocati.

R. Chaninà eodem in loco ait -

בה׳ נבראו מלאכים הה״ד ועוף יעופף על הארץ וגו׳ : וכתיב ובשתים יעופף :

Quinto die ſunt creati Angeli. Iſtud eſt quod ſcriptum reperitur Gen. 1. 20. *Et volatile volabit ſuper terram &c.* de Angelis quippè intelligendum

bula פמליא: ישיבה: בית דין: של מעלה ושל מטה: *Famlià, Iesciuà, Beth din, scel maàla Vescel mätta, Familia, Schola, Domus Iudicij, Curia superior & inferior*, seù *Cælestis, & Terrestris*; & mores, ac consuetudines, quæ in terris seruantur, credunt seruari & in cælis. Quia verò videmus patresfamilias aliquando à sua familia, & Iudices à suis Consiliarijs, & Consultoribus in sententijs ferendis consilia & vota sumere; eodem modo credunt Deum cum cælesti sua familia agere, & nihil sine Angelorum consilio stabilire, quamuis aliquando eos fallat ac decipiat, resque propositas exequatur, deluso Angelorum consilio & voto: de qua re lepidum quidem habetur exemplum in *Bere-scith Rabbà* sect. 8. pag. 10. col. 1. editionis Amsterlodamensis in fol. Consultauerat (inquiunt) Deus hominis creationem cum Angelis, sed distractis opinionibus, in vnâ inter se conuenire non potuerunt sententiâ; sed dum Angeli altercantur, alijs assentientibus, alijs dissentientibus, & reclamantibus hominem non debere creari, latenter Deus illum creat, postea ad Angelos altercantes ingreditur, eosque his ferè verbis increpat. Quid ampliùs contenditis de creatione hominis? Iam homo creatus est, quiescite: & sic delusis Angelorum consilijs, homo creatur. His verbis hæc Rabbinica fabella refertur.

אמר ר׳ סימון בשעה שבא הקב״ה לבראת את אדם הראשון נעשו מלאכים חשרת כיתים וחבורות חבורות מהם אומרים אל יברא ומהם אומרים יברא הה״ד חסד ואמת נפגשו צדק ושלום נשקו:

אל

similitudinem nostram, Deum hominis creationem cum Angelis consultasse docent, vt facit R. Salomon in hoc loco his verbis.

ענותנותו של הקב״ה למדנו מכאן לפי שהאדם בדמות המלאכים ויתקנאו בו לפיכך נמלך בהם:

Mansuetudinem Dei benedicti hinc discimus; qui cùm Adamum ad similitudinem Angelorum facturus erat, inuideri ei (credebat) *Idcircò consuluit eos*, scilicet Angelos, quid sibi faciendum putarent. At ego dico, Consilium ab alijs capere, arguit imperfectionem scientiæ, quæ in Deo cadere non potest, cùm sit ipsamet Sapientia. Non igitur consilio eget Deus. Hinc Isaias redarguit scelestos istos Rabbinos malè de Deo sentientes, & ab eis dum hominem creauerat, quærit.

את מי נועץ ויבינהו וילמדהו בארח משפט וילמדהו דעת ודרך תבונות יודיענו:

Cum quo consiliatus est, & instruxit eum, & docuit eum in semita iudicium: & erudiuit eum scientia, & viam intelligentiarum ostendit ei? Isai. 40. 14. Respondent maleferiati isti Rabbini: *Cum Angelis, cum Creaturis.* Subministrant igitur prudentiam & consilium creaturæ Creatori, & Angeli Deo? Egregia certè Rabbinorum Theologia! Constituunt itaque Iudæi Deum suum tamquam Patremfamilias, Magistrum, Præceptorem, Iudicem, & Principem terrenum, qui familiam, discipulos, Curiam, & Consiliarios habeat. Hinc frequenter audiuntur inter eos voca-

minabit. R. Hunnà Rabbà de Tzippurin dixit, Dum Angeli ministerij litigabant, & occupati erant, Deus (primum hominem) *creauit. Postea dixit eis, Quid contenditis, & inter vos digladiamini? Iam homo factus est.* Idem habetur in *Ialkut* sect. *Bereschith* num. 12. & 13. & ibid. in Psal. 85. pag. 182. col. 3. circa medium editionis Liburnensis. In ipsa quoque creatione mundi, votum ab Angelis expetijsse legitur in eodem *Ialkut* num. 17. pag. 14. b.

הקב״ה נמלך במלאכים אמר להם עולם אני מבקש לבראות אמרו לו למה אמר להם בשביל עם אחד שנקרא ישראל וכו׳ :

Deus sanctus benedictus consuluit Angelos, dixitque eis: Ego cupio mundum creare. Responderunt (Angeli) *Et cur hoc? Dixit eis: Propter vnum populum, qui vocabitur Israel &c.* Et si ex hac sententia eadem absurda & errores supra explosi contra Dei sapientiam & virtutem sequantur; attamen ex ea sequitur Angelos ante mundi creationem fuisse, igitur creati non fuerunt secundo die, vt voluit R. Iochanan, neque quinto, vt censuit R. Chaninà. Plurimi tamen ex nostris Theologis cum D. Thomà p. p. q. 61. a. 3. tenent Angelos non fuisse creatos ante mundum, quia Angeli sunt pars Vniuersi, at nulla pars est perfecta extra suum totum, ergo Angeli non sunt creati extra Vniuersum; Vniuersum autem creatum fuit quando dictum est: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Ergo. Non tamen est improbabilis sententia

נשקו : חסד אומר יברא שהוא גומל חסדים ואמת אומר אל יברא שכולו שקרים : צדק אומר יברא שהוא עושה צדקות : שלום אומר אל יברא דכולו קטטה : מה עשה הקב״ה נטל אמת והשליכ׳ לארץ : הה״ד ותשלך אמת ארצה : אמרו מלאכי חשרת לפני הקב״ה רבון העולמים מה אתה מבזה טבכים אלטיכסייה שלך תעלה אמת מן הארץ : הה״ד אמת מארץ תצמח : רבנן אמרי לה בשם ר׳ סימון׳ אמר : מאד : הוא אדם הה״ד וירא אלהים את כל אשר עשה והנה טוב מאד : והנה טוב אדם : ר׳ הונא רבה של ציפורין אמר עד שמלאכי השרת מדיינין אלו עם אלו ומתעסקין אלו עם אלו בראו הקב״ה : אמר להם מה אתם מדיינין כבר נעשה אדם :

Dixit R. Simon, Ea hora, qua Deus sanctus benedictus voluit creare hominem primum, diuiserunt se Angeli in sectas, aliqui ex eis dicebant, Non creabitur; alij è contra dicebant, Creabitur. Hoc est illud quod scriptum est: Misericordia & Veritas obuiauerunt sibi, Iustitia & Pax osculatæ sunt. Psal. 85. 11. *Misericordia dicebat, Creetur, quia ipse opera misericordiæ faciet. At Veritas aiebat, Non creetur, quia erit mendacissimus. Iustitia dicebat, Creetur, quia ipse faciet iustitiam. Pax è contra aiebat, Non creetur, quia erit litigiosus. Quid fecit Deus sanctus benedictus, tulit Veritatem, & proiecit eam in terram, secundùm quod scriptum est* Daniel. 8. 12. ותשלך אמת ארצה *Et proijciet veritatem in terram. Dixerunt Angeli ministerij coram Deo sancto benedicto, Domine seculorum, quare ita contemnis puritatem Sigilli tui?* (Veritas enim dicitur חותמו של הקב״ה Sigillum Dei) *reuoca Veritatem è terra. Et hoc est quod legitur* Ps. 85. 12. *Veritas de terra ger-*

tia

dio, simul cum ipso mundo creati sunt. Et confirmari potest ex Eccli. 18. 1. *Qui viuit in aeternum, creauit omnia simul.* Hac argumenti vi conuicti Ferrariensis, Molina, Valentia, & alij, existimarunt, sententiam hanc asserentem cum Patribus Græcis, & S. Hieronymo, Angelos ante mundi corporei creationem conditos, post Concilij Lateranensis definitionem, esse omninò erroneam, imò & hæreticam, quia cum eadem Concilij definitione manifestè pugnare credunt. E contra verò alij docent, cum Petauio lib. 1. *De Angelis*, cap. 15. & Vasquez disp. 224. cap. 2. qui sententiam SS. Patrum Græcorũ damnare non audent etiam post definitionem Concilij Lateranensis, quam definitionis particulam *simul*, asserunt intelligi debere, *simul*, id est *pariter* iuxta illud Psalmi 48. 11. secundùm Vulgatam, *Simul insipiens & stultus peribunt*, id est *pariter* peribunt, quamuis non eodem tempore; vnde de simultate temporis intelligi non debere dicunt. Hæc tamen explicatio videtur friuola, quia ex verbis Concilij clarè colligitur particula illa *simul* intelligi de simultate temporis, quia Concilium non dicit, *Deus simul vtramque creaturam condidit*, sed dicit *simul ab initio temporis &c.* Ergo de simultate temporis est intelligendum. Meliùs igitur dicendum. Quamuis Concilium per particulam *simul* simultatem temporis intellexerit, attamen quia non intendebat damnare opinionem Græcorum Patrum, sed tantùm errorem

tia Gregorij Nazianzeni orat. 38. in Christi Natiuitatem, qua ante huius mundi visibilis creationem, Angelorum creatio statuitur. Et Hieronymi Commem. lib. 1. in Epist. ad Titum, qui existimat ante multa seculorum tempora, si ante mundi creationem tempus fuisset, Angelos creatos esse. *Sex millia (inquit) necdum nostri orbis implentur anni, & quantas priùs aeternitates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est; in quibus Angeli, Throni, Dominationes, cæteræque Virtutes seruierint Deo, & absque temporum vicibus atque mensuris, Deo iubente substiterint.* Ratio huius opinionis videtur esse, quia Mundus Angelicus, cùm sit diuersus à Mundo corporeo, & visibili, est etiam perfectus in se, & non pars integralis huius censetur, maximè cùm ille sit spiritualis, hic corporeus & materialis; at, id quod spirituale est, natura, ordine, & dignitate præcedere debet id quod corporeum est, ergo Angelorum creatio præcessit creationem creaturæ corporeę, seu Mundi huius visibilis.

Dices, hanc sententiam pugnare contra definitionem Concilij Lateranensis sub Innocentio III. an. 1215. celebrati relatam in cap. *Firmiter*; de Summa Trinit. & Fide Catholica, qua definitur *Deum ab initio temporis simul vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutã.* Ergo Angeli incorporei, mundi exor-

do enim Moses dixit, *In principio creauit Deus cœlum & terram*, sub *Cœlum* intelligere voluit etiam Angelos: vnde de *Cœlo* non dixit, Cælum erat inane, & vacuum, sicut dixerat de *Terra*, quia Cælum fuit creatum cum Angelis, & vt dicit Vener. Beda in Hexameron: *Non superius illud cœlum quod mortalium omnium est inaccessibile conspectibus, inane creatum est, & vacuum, vt terra, quæ nil in prima sua creatione virentium germinum, vel viuentium produxit animantium: quia nimirum suis incolis mox creatum, hoc est beatissimis Angelorum agminibus impletum est, quos in principio cum cœlo, & terra conditos esse testatur ipse Conditor &c.* Sub nomine igitur *Cœli* comprehenduntur etiam Angeli, vti *Ciues* sub *Vrbis* nomine.

Resp. secundò. Mosen Angelos comprehendere voluisse etiam quando Gen. 2. 1. dixit: ויכלו השמים והארץ וכל־צבאם *Et perfecti sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum*. Pro *Cœlorum exercitu* intelliguntur non solùm *Stellæ*, vt Deuter. 4. 19. sed etiam *Angeli*, qui milites Dei sunt, & tamquam castrorum acies ordinantur: horum exercitus occurrerunt Iacobo Gen. 32. 1. & 2. & quando eos vidit, dixit מחנה אלהים זה *Castra Dei hæc*. Idem dicunt Rabbini Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. pag. 14. circa principium.

אמר רבי יונתן כל דיבור ודיבור שיוצא מפי הקב״ה נברא ממנו מלאך אחד שנ׳ בדבר יהוה שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם.

Di-

rem Aristotelis asserentis mundum & Angelos esse ab æterno, & Manichæorum, qui ponebant duo principia, rerum visibilium vnum, inuisibilium alterum; ideò dicit, Deum *simul* ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam spiritualem, & corporalem, angelicam & mundanam: per accidens autem Concilium illam particulam *simul ab initio temporis* posuit, quatenus necessaria erat ad explicandum principium vtriusque creaturæ spiritualis & corporeæ, Angeli scilicet & mundi; quæ autem à Concilio incidenter, & per accidens apponuntur, & ad substantiam erroris, quem intendit damnare, non spectanr, non censentur ad fidei dogmata pertinere. Vnde hæc SS. Patrum Græcorum sententia etiam post Concilij Lateranensis definitionem censenda non est hæretica, aut erronea, sicut illam D. Thomas non damnauit p. p. q. 61. a. 3. propter reuerentiam Sanctorum Patrum, & præsertim Gregorij Nazianzeni, & Hieronymi, quos citat. Non tamen hodie sine censura temeritatis esset relinquendus is, qui pertinaciter vellet contendere Angelos ante mundum hunc visibilem, & corporeum creatos fuisse.

Dices secundò. Si Angeli primo die creati fuissent simul cum mundo corporeo, Moses illorum creationis mentionem fecisset, sed non fecit, cùm reliqua à Deo condita diligenter in opere sex dierum descripsisset.

Resp. Angelorum creationem comprehendi nomine *Cœlum*. Quan-

Quintus כרובים *Cheruuim Pueri*, de quibus Gen. 3. 25. Exod. 25. 18. 22. & 37. 7. Num. 7. 89. & sæpè in libris Regum, Paralip. & Ezech.

Sextus שרפים *Seraphim Igniti*, de quibus Isaias cap. 6. 2. 6.

Septimus חשמל *Chasmàl Electrum*, de quo Ezechiel cap. 1. 4. 27. & capite 8. 2.

Octauus אראלים *Arelim Præualidi, & Fortissimi*, de quibus in *Ghemarà* Cod. כתובות *Chetuuòth De Contract. dotalib.* cap. 12. quasi אריאלים *Arielim Leones fortes*.

Nonus בני אלהים *Benè Elohim Filij Dei*, de quibus intelligunt illud Gen. 6. 2. *Videntes filij Dei &c.* sed clariùs in Iob 38. 7. *Vbi eras cùm me laudarent Astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*, id est omnes Angeli.

Decimus שאננים *Sciananim Pacatissimi, Quieti in diuitijs*.

Melius dicimus nos constituentes tres sacros in Angelis Principatus, quos Græcè ἱεραρχίας *Hierarchias* vocamus, cum D. Dionysio capite 6. *Cælestis Hierarchiæ*, has S. Thomas probat in p. p. q. 108. a. 1. ex triplici modo, quo Diuinam gubernationem & illuminationem recipiunt. Nam superiores Angeli vniuersaliùs lumen percipiunt quàm inferiores. Siquidem rationes rerum, quibus Angeli illuminantur, considerari possunt, vel vt procedunt à primo principio vniuersali, hoc est à Deo, & hic modus conuenit primæ Hierarchiæ; vel prout dependent à causis vniuersalibus creatis, & hic modus

Dixit R. Ionathan, Omni verbo & verbo quod egreditur de ore Dei ex eo creatur vnus Angelus S. D. Psal. 33. 6. *Verbo Domini cæli facti sunt: & spiritu oris eius omnis exercitus eorum*. Igitur pro *exercitu cælorum* intelliguntur etiam Angeli.

Ad illud quod dicebatur, spirituale naturæ ordine præcedere debere quod corporeum est. Respondeo, id semper non esse verum, quod patet in formatione hominis, cuius corpus priùs formauerat de limo terræ, & subinde inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ; anima igitur quæ spiritualis est quoad esse & creari, posterior corpore censetur, qui quidem ordo continuò seruatur in infusione animæ, cùm priùs in vtero materno corpus infantuli efformetur, & postea anima infundatur.

Quæres secundò, Constituuntne Iudæi inter Angelos aliquem ordinem, aut Hierarchiam?

Resp. Affirmatiuè, sed nimis ineptè. Posthabitis enim tribus Hierarchijs, vt à nobis assignantur, decem Choros Angelorum inordinatè constituunt.

Primus Chorus nobispropinquior, ab eis appellatur אישים *Iscim Viri*, quia dicunt, hos familiari consuetudine nobiscum iungi solere.

Secundus מלאכים *Malachim Nuncij*, nobis propriè Angeli.

Tertius אופנים *Ophanim Rotæ*, de quibus Ezechiel. 1. 15. 16. &c.

Quartus חיות הקודש *Chaiòth hakòdesc, Animalia sanctitatis*, de quibus idem cap. 1. 5.

et his tres Chori contineantur. In suprema continentur *Seraphini*, *Cherubini*, *Throni*. In media, *Dominationes*, *Virtutes*, *Potestates*. In infima, *Principatus*, *Archangeli*, *Angeli*. Tres Chori supremæ Hierarchiæ ideò ita constituuntur, quia tribus modis seù habitudinibus Deum respiciunt, vel enim per ardentissimum amorem Deo vniuntur, & ab hoc charitatis excessu importatur שרפים *Seraphim* nomen *ardoris*, vel *incendij*, ideò supremi Spiritus Seraphini nuncupantur. Vel Deum respiciunt vt sua mysteria eis reuelantem, per quam reuelationem, illi beati Spiritus perfectissimam scientiam adipiscuntur, vnde & ברובים *Cherubini* appellantur. כרוב *Cherùb* enim idem est ac ברב *CheRàu sicut Magister*, vel dicitur ברוב *Cherùb*, quasi כרוב *Cheròu*, nam ברוב *Cheròu secundùm multitudinem* interpretatur, iuxta illud Psalmi 51. 3. ברוב רחמיך וגו׳ *Secundùm multitudinem miserationum suarum &c.* Secundùm (itaque) multitudinem scientiæ Dei illuminantur Cherubini, qui ad instar puerorum describuntur in Scriptura, vt super propitiatorium Exod. 25. 18. alas suas expandentes, vt essent Dei sedes, cuius scabellum erat ipsum propitiatorium; vnde thronus Dei, propitiatorium, & Cherubini simul vocantur à Vulgata *Oraculum*, Exod. 25. 22. vbi Deus ita loquitur.

ונודעתי לך שם ודברתי אתך מעל הכפורת מבין שני הכרובים אשר על־ארון העדות את כל־ אשר אצוה אותך אל־בני ישראל ׃

Et conueniam tibi ibi, & loquar tecum

conuenit secundæ: vel prout applicantur singulis rebus secundùm quod à proprijs causis dependent, & hic modus conuenit infimæ. Hinc est, quòd Angeli supremæ Hierarchiæ cognoscunt rationes Diuinæ prouidentiæ in causa vniuersalissima, quæ est voluntas Dei. Angeli verò mediæ Hierarchiæ in principijs vniuersalibus. Angeli denique infimæ in causis particularibus; sic v. g. salus Pauli Apostoli, primæ Hierarchiæ Angeli cognouerunt in voluntate Dei. Secundę, in passione Christi. Tertiæ, in martyrio ipsius Apostoli.

Istarum trium Hierarchiarum numerus desumitur etiam à triplici ordine agendi in Hierarchia, quia Hierarchiæ ordo ex Dionys. cap. 3. est, alios quosdam purgari, alios purgare; quosdam illuminari, alios illuminare; & quosdam perfici, & alios perficere. Ita vt alij Angeli purgentur, illuminentur, & perficiantur, alij verò purgent, illuminent, & perficiant. Suprema itaque Hierarchia à solo Deo purgatur, illuminatur, & perficitur, & secundam purgat, illuminat, & perficit. Media verò à suprema purgatur, illuminatur, & perficitur, ac purgat, illuminat, & perficit infimam. Infima verò etiam à media purificatur, illustratur, & perficitur, sed nullam aliam purificat, illuminat, & perficit nisi humanam, de qua hic non loquimur.

Prædictæ Hierarchiæ, in nouem Ordines, seù Choros Angelorum subdiuiduntur, ita vt in vnaqua que

Ad tertiam Hierarchiam ſpectant *Principatus*, *Archangeli*, *Angeli*. Hi Diuinę prouidentiæ ordinem executioni demandant. *Principatus*, Imperium, Regna, Prouincias, Nationes gubernant. *Archangeli*, publicarum perſonarum curas gerunt, vti Pontificum, Regum. *Angeli*, particulares perſonas cuſtodiunt. Quàm congrua ſit harum trium Hierarchiarum, & nouem Ordinum diſpoſitio oſtendunt Theologi in Tractatu de Angelis, hi videndi; noſtrum non eſt hoc in loco de his prolixiùs agere. Vnum tantùm addemus, quòd X. Chori Angelorum ab Hebræis aſſignati ad noſtras Hierarchias, & Ordines reuocari poterunt hoc modo. Vt *ſub infima Hierarchia* collocentur

אישים *Iſcìm Viri*, & iſti ſint *Angeli*.

מלאכים *Malachim Nuncij*, ſint *Archangeli*. Et

בני אלהים *Benè Elohìm*, *Filij Dei*, ſint *Principatus*.

Sub ſecunda Hierarchia.

אראלים *Erelim Præualidi* ſint *Poteſtates*

אופנים וחיות הקודש *Ophanìm veChaiòth hakòdeſc*, *Rotæ*, *& Animalia ſancta*, quæ Dei Currum trahant, ſint *Virtutes*, quibus cælorum motus dirigantur; orbes enim cæleſtes cenſentur Rotæ quadrigæ Dei, vt vult Polychronius in Catena, quarum motrices Intelligentiæ ſub nomine Rotæ etiam veniunt. Et

חשמל *Chaſmàl Electrum*, ſeù *Pruna ſummè ignita*, aut *Crepitans flamma*, ſint *Dominationes*, ob celerem vni-

cum deſuper propitiatorio inter duos Cherubim, qui ſuper arcam teſtimonij (ſunt) *omnia, quæ præcipiam tibi ad filios Iſraël*. Item ibidem cap. 37. 6. & alibi ſæpè. Attamen non me latet aliam huius vocis interpretationem à Talmudiſtis in Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין *En doreſcìn* pag. 13. b. traditam, vbi quæritur מאי כרוב *Quid ſit Cherubinus?* Reſp. רבי אבהו *Rabbi Auàhu* כרביא *Cherauià Sicut puer*, שכן בבבל קורין לינוקא רביא *quia ſic in Babylonia vocant puerum* רביא *Reuià*; & eſt communis omnium Rabbinorum opinio, quòd Cherubini, qui erant ſuper propitiatorium, & in Templo Salomonis haberent humanam ſpeciem ſub forma puerorum. Congruum enim fuerat, vt Oraculum Dei, quo eius Diuina myſteria pandebantur, ſub humana forma exprimerentur, ſicut & ad cuſtodiam ligni ſcientiæ in introitu Paradiſi Cherubim quoque collocaretur.

Vel ita Deum reſpiciunt, vt immediatè rationes rerum in Deo cognoſcant, & in quibus Dei illuminationes immediatè conquieſcant, ac ſedeant. Hinc hi beati Spiritus *Throni* dicuntur. Et iſti ſunt tres Chori, qui ad ſupremam Hierarchiam ſpectant.

Ad ſecundam pertinent *Dominationes*, *Virtutes*, *& Poteſtates*. Illi cæleſtes Spiritus ſecundę Hierarchiæ rebus creatis præſunt. *Dominationum* eſt, vniuerſalem diſpoſitionem rerum agendarum deſignare. *Virtutum*, illas exequi. *Poteſtatum*, impedimenta arcere.

vniuersalium rerum agendarum dispositionem.

Sub prima & suprema Hierarchia -

שאננים *Sciananìm Pacatissimi*, sint *Throni*.

כרובים *Cheruuim Cherubini*. Et -

שרפים *Seraphim Seraphini*.

R. Eliezer in suis *Perakìm* פרק ד׳ cap. 4. alio modo de Angelorum Ordinibus disserit, illud hic apponere & latinè vertere non pigebit; idque eò magis, quia eadem opera, & Iudæorum de Angelorum opinione clariorem habebimus notitiam, & Throni ipsius Dei ab Angelis constipati delineatam formam secundùm Eliezaris mentem intueri licebit. Illius verba sunt -

בשני ברא הקב״ה את הרקיע והמלאכים ואשו של בשר ודם ואשו של גהינם והלא השמים והארץ נבראו ביום ראשון שנאמר בראשית ברא אלהי׳ את השמים ואת הארץ ואי זה רקיע ברא ביום שני רבי אליעזר אומר רקיע שעל ראשי החיות שנאמר ודמות על ראשי החיות רקיע כעין הקרח הנורא ׃ ומה כעין הקרח הנורא באבנים טובות ומרגליות והוא מאיר על כל השמים כנר שהוא בבית ׃ וכשמש שהוא מאיר בגבורתו בצהרים שנאמר ונהורא עמיה שרא ׃ וכמותן הצדיקי׳ עתידין להאיר לעתיד לבא שנאמר והמשכילי׳ יזהירו כזהר הרקיע ואלול יהרקיע ההוא היה העולם נבלע מן המים של מעלה ממנו ולמטה ממנו מים והוא מבדיל בין מים למים שנ׳ ויאמר יהוה יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין מים למ׳ בן מים העליוני׳ למים התחתוני׳ המלאכים שנבראו ביום שני כשהן נשלחין בדברו נעשין רוחות וכשהן משרתים לפניו נעשין של אש שנאמר עושה מלאכיו רוחות משרתיו אש לוהט׳ ׃

ארבע כתות של מלאכי השרת מקלסין לפני הקב״ה ׃ מחנה ראשונה מיכאל מימינו ׃ מחנה שנית

של גבריאל על שמאלו ׃ מחנה שלישית של אוריאל מלפניו ׃ מחנה רביעית של רפאל מלאחריו ושכינתו של הקב״ה באמצע ׃ והוא יושב על כסא רם ונשא וכסאו גבוה ותלוי למעלה באויר ומראות כבודו כעין החשמל שנא׳ וארא כעין חשמל ׃ ועטרה נתונה בראשו וכתר שם המפורש על מצחו ועיניו משוטטות בכל הארץ ׃ הציו אש וחציו ברד מימינו חיי׳ ומשמאלו מות ׃ ושבט של אש בידו ׃ ופרוכת פרושה לפניו ׃ ושבעה מלאכים שנבראו מתחילה משרתים לפניו לפני מן הפרוכת והוא הנקרא פרגוד והדום רגליו כאש וברד ותחת כסא כבודו כאבן ספיר וכאש מתלקחת סביבות לכסאו ׃ צדק ומשפט מכון כסאו ׃ שבעה ענני כבוד סובבים אותו ואופן הגלגל וכרוב והידרת נותנין לפניו שבח ׃ ודמות כסאו כעין ספיר של ארבע רגלים ׃ וארבע חיות הקדש קבועות על כל רגל ורגל ארבעה פנים לאחד וארבע כנפים לאחת מהן שנא׳ וארבעה פנים והם הן הכרובים כשהוא מדבר פני המזרח מדבר מבין שני הכרובי׳ פני אדם ׃ וכשהוא מדבר פני הדרום מדבר מבין שני הכרובים פני אריה ׃ וכשהוא מדבר פני המערב מדבר מבין שני הכרובים פני שור ׃ וכשהוא מדבר פני הצפון מדבר מבין שני הכרובי׳ פני נשר ולעומתם האופני׳ וגלגלי מרכבה וכשהוא יושב יושב על כסא רם ונשא וכשהוא משקיף על הארץ מרכבותיו על האופנים ומקול זעקת גלגלי המרכבה ברקים ורעמים יוצאין לעולם בשהוא בשמים רוכב על עב קל שנאמר וירכב על וגומ׳ ובשהוא ממהר רואה על כנפי רוח שנאמר וירכב על כרוב ויעף וידא על כנפי רוח ׃ והחיות עומדות אצל כסא כבודו ואין יודעות מקום כבודו והחיות עומדות ביראה ובאימה ברתת ובזיע ומזיעת פניהם נהר של אש מושך ויוצא לפניו שנ׳ נהר דינור נגיד ונפיק מן קדמוהי ׃ שנים שרפים עומדים אחד מימינו של הקב״ה ואחד משמאלו ׃ שש כנפים שש כנפים לכל אחד ואחד בשתים יכסה פניו שלא יכיםו פני השכינה ושנים מכסים רגליהם שלא יראו פני שכינה כדי לשכח עמידת רגל עגל ובשתים מעופפים ומעריצים ומקדישים את שמו הגדול

res. Angeli qui creati ſunt die ſecundo, quando emittuntur verbo eius fiunt ſpiritus, & quando adminiſtrant coram Deo fiunt ignis, iuxta illud: Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos ignem flammantem, Pſ. 104. Quatuor Claſſes Angelorum miniſtrantium laudant coram (Deo) ſancto benedicto.

Prima Claſſis Michaelis (ſtat) à dextris (Dei.)

Secunda Claſſis (eſt) Gabrielis, à ſiniſtris eius.

Tertia Claſſis (eſt) Vrielis coram eo.

Quarta Claſſis (eſt) Raphaelis (ſtat) à tergo eius. Et Diuina maieſtas ſancti benedicti (ſtat) in medio. Et ipſe ſedet ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Solium autem eius eſt elatum & ſuſpenſum deſuper in aëre: Viſiones verò gloriæ eius (ſunt) ſicut color חשמל Chaſmàl, prunæ ſummæ ignitæ, vel electri, vt dicitur: Et vidi tanquam colorem Chaſmàl, Ezech. 1. 27. Et corona impoſita eſt capiti eius, & diadema שם המפורש Scem hammephoràſc nominis explanati (quadrilitteri) ſuper frontem eius, & oculi eius decurrunt per vniuerſam terram. Sagittæ eius (ſunt) ignis, & ſagittæ eius (ſunt etiam) grando. In dextera eius (eſt) vita, & in ſiniſtra eius eſt mors, & ſceptrum ignis in manu eius. Velum eſt expanſum coram eo, & ſeptem Angeli, qui in principio creati ſunt, miniſtrant ante eum intra velum, & iſtud vocatur פרגוד PARGVD CORTINA. Et ſcabellum pedum eius eſt ſicut ignis & grando, & ſub ſolio gloriæ

הגדול זה עונה וזה קורא ואומרים קדוש קדוש ק׳ יצב״אך והחיות עומדות אצל כבודו ואינן יודעות מקום כבודו עונות ואומרות בכל מקום שכבודו שם ברוך כבוד יהוה ממ״ו וישראל גוי אחד בארץ שהם מיחדים שמו תמיד בכל יום עונים ואומרים שמע ישראל יהוה אלהנו יהוה אחד והוא משיב להם ישראל אני יהוה אלהיכם המציל אתכם מכל צרה :

Secundo die creauit (Deus) ſanctus benedictus firmamentum & Angelos; Item ignem humanum, & ignem gehennæ; & nonne cæli & terra creata ſunt die primo, ſicut dictum eſt, In principio creauit Deus cælos & terram? Gen. 1. 1. Quomodo iſtud firmamentum creatum eſt die ſecundo? R. Eliezer dicit (intelligitur) de firmamento quod eſt ſuper caput quatuor animalium ſicut dicitur; & ſimilitudo ſuper capita animalis (erat inſtar) firmamenti ſicut color cryſtalli terribilis Ezechiel. 1. 22. Et quid ſibi vult, ſicut color cryſtalli terribilis? (Quia erat) tamquam lapides pretioſi, & margaritæ, & lucebat ſuper omnes cælos, ſicut lucerna (lucens) in domo, & ſicut Sol lucet in fortitudine ſua, in meridie. Sicut dicitur; Et lux cum eo manet. Dan. 9. 22. Et ſicut Iuſti in futuro ſeculo fulgebunt, iuxta illud; Et intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti. Dan. 12, 3. Et niſi iſtud firmamentum eſſet, mundus abſorberetur ab aquis, quæ ſunt ſuper ipſum, & ab aquis, quæ ſunt infra ipſum; nā ipſum diuidit inter aquas & aquas, ſicut dicitur; Et dixit Dominus, ſit firmamentum in medio aquarum, & ſit diuiſio inter aquas & aquas Gen. 1. 6. (ſcilicet) ſuperiores, & aquas inferio-

more & commotione. Et ex commotione vultus ipsorum fluuius ignis promanat, & egreditur coram eo, iuxta illud: Fluuius ignis profluebat & egrediebatur à facie eius, Dan. 7. 10. *Duo Seraphim astant unus à dextra Dei sancti benedicti, & alter à sinistra eius. Sex alæ, sex alæ erant vnicuique, duabus operiebant facies suas, ne aspicerent facies Diuinæ maiestatis, & duabus tegebant pedes suos ne viderent Diuinitatem cùm obliuisceretur stationis pes Vituli, & duabus volabant, & pauidi erant, & sanctificabant nomen suum magnum; iste respondet, & alter clamat, & dicunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius*, Isai. 6. 3. *Et animalia stant apud gloriam eius, & nesciunt locum gloriæ ipsius. Respondent & dicunt, In omni loco vbi est gloria eius, Benedicta gloria Domini de loco suo*, Ezech. 3. 12. *Et Israel gens vna est in terra qui vniunt nomen eius iugiter in omni die respondent & dicunt: Audi Israel, Dominus Deus noster Dominus vnus est*, Deuter. 6. 4. *Et ipse respondet populo suo Israeli; ego Dominus Deus vester, qui libero vos ab omni angustia*. Hactenus R. Eliezer.

Multa sunt in hoc capite, quæ merè Rabbinicam, aut Cabalicam vanitatem redolent, vt de creatione Angelorum secundo die, quos simul cum cælo & terra conditos esse supra demonstrauimus. Et de igne humano quem אשו של בשר ודם *Ignem carnis & sanguinis* vocat, & non ineptè putant aliqui ignem hunc nostrum, quo vtimur significari, quòd cùm humano

riæ suæ est sicut lapis Sapphiri, & tanquam ignis lambens per circuitum solij sui; Iustitia & iudicium est basis solij eius. Septem nubes gloriæ circumdant eum, & rota orbis & Cherub, & animal dant coram eo laudem. Et similitudo solij eius sicut color Sapphiri, quatuor pedum, & quatuor animalium sanctorum fixorum super quemlibet pedem quatuor facies vni, & quatuor alæ vni ex eis, sicut dicitur: Et quatuor facies vni, & quatuor alæ vnicuique eis, Ezech. 1. 6. *Et ecce isti Cherubim. Quando autem ipse loquitur versus Orientem, loquitur inter duos Cherubim facie hominis. Quando autem loquitur versus Meridiem, loquitur inter duos Cherubim facie Leonis. Et cùm ipse loquitur versus Occidentem, loquitur inter duos Cherubim facie Bouis. Cùm autem ipse loquitur versus Septentrionem, loquitur inter duos Cherubim facie Aquilæ. E regione rotarum & orbis Currus. Quando autem ipse sedet, sedet super solium excelsum & eleuatum, quando autem respicit super terram currus eius super rotis, & voce clamoris orbium currus, fulgura, & tonitrua egrediuntur per mundum; quando autem est in cælis equitat super nubem leuem, sicut dicitur: Et equitauit super Cherub &c.* 2. Samuel. 22. 11. *Cùm verò festinat, apparet super alas spiritus, iuxta illud: Et equitauit super Cherub, & volauit, volauitque super alas spiritus.* Psal. 19. 11. *Animalia autem stant apud solium gloriæ suæ, sed non agnoscunt locum gloriæ illius; Animalia itaque stant cum timore & terrore, tre-*

בעדן גן־אלהים הייות כל אבן יקרה מסכתך ארם פטדה ויהלם תרשיש שהם וישפה ספיר נפך וברקת וגו׳ ׃

In Paradiso Dei fuisti; Omnis lapis pretiosus opcrimentum tuum, Sardius, Topazius, & Iaspis, Chrysolitus, Onyx, & Beryllus, Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus, &c. Ecce nouem dixit nomina lapidum (subiungit Magnus Gregorius Homil. 34. in Euangel.) *quia profectò nouem sunt Ordines Angelorum*. Scio quidem hæc ad literam intelligi de Rege Tyri; at aliqui SS. Patres cum Ambrosio lib. *De Paradiso* cap. 2. Hieron. in c. 28. Ezech. Theodoreto, & Augustino lib. 11. de Genesi ad literam c. 25. intelligunt de Lucifero, sed secundùm literam non ita crassè intelligendum est, vt Rex Tyri adhuc viuens in Paradisum ingressus sit, quemadmodum volunt Rabbini apud *Ialkùt* sect. *Berescìth* n. 42. ex *Massèchet* דרך ארץ vbi legitur -

תשעה נכנסו בחייהם לג״ע ואלו הם חנוך ומשיח ואליהו ואליעזר עבד אברהם ועבד מלך הכושי וחירם מלך צר ויעבץ בנו של רבי יהודה הנשיא וסרח בת אשר ובתיה בת פרעה וי״א הוצא חירם והכנס תחתיו ריב״ל ׃

Nouem (personæ) *dum viuerent ingressæ sunt in Paradisum, nempè Enoch, Messias, Elias, & Eliezer seruus Abrahami; Item Abdemelech seruus Regis Aethiops, Hiram Rex Tyri, & Ioauatz filius R. Iuda Principis, Sarach filia Asser, & Bathiah filia Pharaonis. Aliqui dicunt, quòd Hiram indè postea egressus, in eius locum suffectus sit R. Iehosciuà Ben Leui*. Hęc enim

no vsui appropriatus sit, hominique creando inseruire debuerat, aptè carnis, & sanguinis ignis, seù humanus appellatur; incongruè tamen ab aliquibus significari hominis æstum impurū seù venereū; & vbinam subiectorū ignea hęc qualitas asseruabatur, cùm homo adhuc creatus non esset?

Cætera, quæ in hoc capitulo seriò pertractantur, omnia ad סוד המרכבה *Mysterium Marchcuà Currus* spectant, per quæ Cabalistæ intelligi volunt abstrusissimum de Deo Theologicum commentum ex capite 1. Ezechielis haustum. Sed non vndique in Sacræ Scripturæ limpidissimo fonte pura hauritur aqua. Non tamen omninò est damnanda doctrina de quatuor Classibus Angelorum, cùm & D. Dionysius cap. 8. Cęlestis Hierarch. ad tres Classes seù Hierarchias illas reducat. Neque nugæ, aut vana figmenta sunt (vt minùs piè Guil. Henric. Vorstius in animaduers. ad hunc locum R. Eliezaris asserit) Ordines Angelorum statuere, cùm Diuus Paulus quatuor Angelorum Ordinum nomina ad Ephesios cap. 1. e. numeret; *Supra omnem Principatum* (inquiens) *& Potestatem, & Virtutem, & Dominationem*; & ad Coloss. 1. *Siuè Throni, siuè Potestates &c.* quibus si addantur Cherubim atque Seraphim, Angeli quoq; & Archangeli, quorum frequens mentio fit in Scripturis, liquet profectò nouem esse Ordines Angelorum, ad quos alludit Ezech. 28. 13. dum de Angelo qui priùs est conditus, & à proprijs sedibus deiectus est, ait -

cetur. Interim, ex hac triplici Hierarchia, & nouem Angelorum Ordinibus, facilè colligi potest, Angelorum, alios esse Assistentes, & alios Ministrantes; Assistentes sunt illi, qui immediatè à Deo illuminationem recipiunt; Ministrantes sunt, qui ad mundi regimen, & gubernationem deputantur. Cùm enim soli Angeli supremæ Hierarchiæ immediatè illuminentur à Deo, illi soli dicuntur assistere Deo; cæteri aliarum Hierarchiarum, ministrantes Angeli nominantur. Itaque tam illi, quàm isti sunt ferè infiniti; nam ex Daniele 7. 10. habetur -

אלף אלפים ישמשונה ורבו רבון קדמוהי יקומון׃

Mille millium ministrabant ei, & myrias myriadum coram eo stabant.

Colligitur etiam quòd assistentes Angeli nunquam immediatè ad ministeria exteriora exercenda mittuntur, ita S. Gregorius homil. 34. in Euang. *Qui assistunt* (inquit) *sic contemplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foris opera minimè mittantur.* Hinc sequitur, Angelos supremæ Hierarchiæ, & Ordinis Dominationum, nunquam mitti ad opera foris explenda, ad salutem hominum pertinentia, missione visibili & immediata, sed hæc officia ad Angelos inferiorum Ordinum spectant. Non tamen negandum est, ex Ordine supremæ Hierarchiæ Angelos missos ad ministrandum Christo Domino, sicut in Natiuitate eius *facta est cum Angelo multitudo militia cælestis canentium, & dicentium, Gloria in excelsis Deo,*

fabulæ sunt Talmudistarum, dicitur autem Hiram non in Paradiso Dei fuisse, sed in delicijs Paradisi, & hoc propter amicitiam & consuetudinem, quam cum Salomone habebat, suppeditans ædificationi Templi ligna cedrina, & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat, vt legitur 1. Reg. 9. 11. & 2. Paralip. 8. Tunc siquidem, erat signaculum similitudinis, hoc est expressa similitudo Dei, in sapientia, pulchritudine, gloria, & opibus, sicut fuerat Rex Salomon. Propter sapientiam vocatur כרב *Cherùb*. Excellebat pulchritudinę, quia omnis lapis pretiosus erat operimentum eius, gloria & opibus decorabatur. Sed postquam eleuatum est cor eius, & multitudine iniquitatum polluit animam suam, eiectus est à facie Dei, à Regno expulsus, & regia maiestate priuatus, in terram lapsus, in puluerem redactus est, & quasi cinis ab hominibus & infima plebe conculcabatur. Hęc, & si ad literam de Rege Tyri intelligantur, figuratè tamen ac parabolicè de Diabolo intelligenda sunt, qui signaculum similitudinis, id est perfecta similitudo Dei, cùm esset ornatus omni lapide pretioso, scientia nempè, cæterisque gratiæ ornamentis, maiora affectans, puta Diuinitatem, dicebat, vt scriptum est apud Isaiam cap. 14. de Rege Babylonis *Supèr sydera cæli ascendam, & ero similis Altissimo*, vnde præcipitatus de solio meruit audire: *Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur?* Sed de Lucifero in sequenti dissertatione di-

Raphaele si quis persisteret in sententia, eos ex suprema Hierarchia Angelos esse.

Quæres tertiò. Cùm enim supra dictum sit in tertia Hierarchia contineri Principatus, Archangelos, & Angelos, quibus cura committitur Regnorum, Prouinciarum, Nationum, Principum, & particularium personarum; quæritur igitur, Num etiam animalia bruta, & res insensibiles, id est lapides, & elementa, atq; etiam vegetabilia habeant proprios Angelos ad sui custodiam destinatos?

Resp. D. Hieronymus lib. 1. in Habacuc cap. 1. negare videtur, Brutis animantibus Custodem Angelum esse assignatum, librumque quendam Apocryphum, qui hoc asserebat, his verbis condemnat: *Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nosipsos iniuriosi simus: eandem rationabilium quàm irrationabilium prouidentiam esse dicentes: ex quo liber ille apocryphus stultitiæ condemnandus est, in quo scriptum est, quendam Angelum nomine Tyri præesse reptilibus: & in hanc similitudinem piscibus quoque, & arboribus, & bestijs vniuersis proprios in custodiam Angelos assignatos.* D. autem Thomas p. p. q. 113. a. 2. probabiliter censet ex Diui Gregorij homil. 34. in Euang. cuilibet rerum corruptibilium generi diuersos Angelorum Ordines ad custodiam deputari. Probat Angelicus Doctor. Quia Angelorum custodia est quædam executio Diuinæ prouidentiæ;

Deo, &c. Lucæ 2. 13. quæ secundùm Chrysostomum in Psal. 8. fuit multitudo Chororum Cherubim, & Seraphim. Diximus missione visibili & immediata, quia missione inuisibili qua Angeli supremæ Hierarchiæ inferioris Hierarchiæ Angelos illuminant, cuius illuminationis virtute munia sibi commissa exterius exequuntur, hoc modo mitti supremos Angelos, v. g. Cherubim atque Seraphim possumus dicere; sed hæc missio erit interna, inuisibilis, & mediata, quia exercetur mediante Angelo inferioris Hierarchiæ & Ordinis. Hinc patet quomodo intelligendus sit Apostolus, quando dicit ad Hebr. 1. 14. *Omnes Angeli sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Omnes siquidem sunt administratorij Spiritus interna, vel externa missione seù inuisibili, vel visibili, & immediata vel mediata, vt explicat D. Thom. p. p. q. 112. a 2. ad prim *Sic quia superiores Angeli communicant propria dona à quibus denominantur* (inquit D. Thom. ibid. ad secundum) *mediantibus inferioribus Angelis; sic igitur vnus de Seraphim dictus est purgasse incendio labia Prophetæ* Isai. 6. 6. *non quia hoc ipse immediatè fecerit, sed quia inferior Angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiamsi per alium, officium absolutionis impendat.* Ita D. Thomas. Eodem modo dicendum est de Cherubino ante portam Paradisi Terrestris collocato; itemque de Michaele, Gabriele, &

cierum, remouendo causas, quæ eis nocere possunt, & promouendo bonum, quod eas iuuare potest, hoc præstant Angeli custodia sua cum brutis, viuentibus, lapidibus, & elementis. Quocirca ait S. Hieronym. in Habac. cap. 1. lib. 1. *Sicut igitur in hominibus etiam per singulos Dei currit prouidentia, sic in cæteris animalibus generalem quidem dispositionem & ordinem, cursumque rerum intelligere possumus. Verbi gratia: quomodo nascatur piscium multitudo, & viuat in aquis: quomodo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterum absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, vt sciat per momenta singula quot nascantur culices, quotue moriantur: quæ cimicum & pulicum, & muscarum sit in terra multitudo: quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant.* Ex quibus verbis clara videtur esse sententia S. Hieronymi, in rebus, quæ quotidie transeunt, etiam esse Diuinam prouidentiam in quantum ordinat ipsas ad res perpetuas, quę sunt genera & species; si igitur Diuina prouidentia ex verbis D. Hieron. in singulos homines currit, & in cęteris animalibus generalis quidem dispositio & ordo ex eadem Diuina prouidentia procedit, manifestum est, quòd sicut singulis hominibus singuli Angeli deputantur ad custodiam, ita singulis speciebus singuli Angeli deputati erunt; quia, vt supra dictum est, Angelorum custodia, est quædam executio Diuinæ prouidentiæ ex D. Th. p. p. q. 113. a.

Diuina autem prouidentia aliter se habet erga ea, quæ perpetuò manent, ac erga corruptibilia, & quæ transeunt. Principaliter igitur est circa illa, quę perpetuò manent. At genera & species perpetuò manent, ergo, cùm singulis hominibus, qui perpetuò manent quoad animam, & post resurrectionē manebunt etiam quoad corpus, assignetur Angelus Custos, ita assignatur etiam omnibus generibus & speciebus rerum corruptibiliũ.

Probatur secundò, Quia potestas particularis regitur & gubernatur à potestate Vniuersali, vt potestas Gubernatoris Vrbis regitur à potestate Principis, sed Virtus cuiuslibet rei corporeę est magis particularis, quàm sit virtus spiritualis substantiæ, ergo illa regi debet ab ista, sed qui regit & gubernat dicitur habere custodiam rei gubernatæ, ergo spiritualis substantia, qui est Angelus, habebit custodiam virtutis rei corporeæ, vti sunt genera & species: Hinc legitur in Apocal cap. 16. ver. 5. *Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine &c.* Vbi per *Angelum aquarum* communiter intelligunt Doctores Angelos præfectos & præsides creaturis omnibus, elementis, bestijs quoque (vt ait Origenes in hom. 13. super cap. 22. Numer.) & animalium natiuitati, & virgultorum, & plantationum, & cęterarum rerum incrementis. Nam circa ista, quæ transeunt, Diuina prouidentia etiam est (inquit D. Thom. loco citato) in quantum ordinat ipsa ad res perpetuas ad conseruationem scilicet spe-

bilis in hoc mundo habeat Angelicam potestatem sibi præpositam, vt dicit Diuus Augustinus lib. 83. quæstionum quæst. 79. in princ.

Hebræi idem sentiunt, & vnicuique rerum creatarum speciei (cùm valde luxurientur in effingendis Angelorum vocabulis) proprijs nominibus eos appellare existimant effictis vocibus ad lubitum, addito pronomine שר *Sar Princeps*. Hinc שר חים *Sar haiiàm Princeps maris*, שר הארץ *Sar haaretz Princeps terræ &c.* Sic rebus quæ tantùm esse habent, vt sunt lapides & alia insensibilia, Principem constituunt sub nomine שר הדומם *Sar haddomèm Princeps silentij*, id est *rei insensibilis*.

Item viuentibus, quæ vita fruuntur, vt plantæ, שר הצומחים *Sar hatzomechìm Princeps Vegetabilium*.

Animalibus quoque, quæ sensibilia sunt שר בעלי חיים *Sar baalè chaiim Princeps animalium*.

Etiam Mensibus, hebdomadibus, diebus, & horis suum Angelum custodem, & præsidem præficiunt, vt primo Mensi nostro Septembri ex parte respondenti

a. 2. sic elementis præsidere Angelos secúdùm hanc doctrinã voluntTheologi, quod notat idem Hieronymus ad illud Apostoli ad Galat. cap. 4. *Ita & nos cùm essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruientes*. lib. 2. *Elementa mundi* (inquit) *eosdem, quos supra tutores & actores dixerat, appellauit: quòd sub ipsis primùm præsidibus constituit, quia necdum Dei filij capere ad nos poteramus aduentum, erudiebamur in mundo. Nonnulli eos esse Angelos arbitrantur, qui quatuor mundi elementis præsideant: terræ videlicet, aquæ, igni, & aëri, & necesse esse vt priusquàm quis credat in Christo, illis arbitris gubernetur*. Et Comment. in cap. 12. Eccles. Angelos huic mundo præsidere dicit. Sicut & D. Damas. lib. 2. c. 4. in princip. ait, quòd *Diabolus erat ex ijs Angelicis virtutibus, quæ præerant terrestri ordini*. Ex sententia igitur Sanctorum Patrum, & cum vniuersa Theologorum Schola, omnia rerum genera, & species creaturarum habere proprios Angelos Custodes dicendum est. Cùm *vnaquæque res visi-*

1	תשרי	*Tisrì*	*Septembri*,	צוריאל	*Tzuriel*
2	מרחשון	*Marchescuàn*	*Octobri*,	בזכריאל	*Bazachariel*
3	כסלו	*Chislèu*	*Nouembri*,	אדומאל	*Adumael*
4	טבת	*Teuèt*	*Decembri*,	ענאל	*Anael*
5	שבט	*Sceuàt*	*Ianuario*,	גבריאל	*Gabriel*
6	אדר	*Adàr*	*Februario*;	רומיאל	*Romiel*
7	ניסן	*Nisan*	*Martio*.	אוריאל	*Vriel*

8	אייר	*Ijàr*	*Aprili,*
9	סיון	*Siuàn*	*Maio,*
10	תמוז	*Tamùz*	*Iunio,*
11	אב	*Ab*	*Iulio,*
12	אלול	*Elùl*	*Augusto,*

בעל כרחו ׃ ואם לאו מלאך רע אומר יהי שתהא לשבת אחרת כך ומלאך טוב עונה אמן בעל כרחו כאשר כתבנו לעיל בהלכות שבת ופרשו בתוספות מלאך טוב ומלאך רע על שני כבבים לפי סדר שצ״ם חנכ״ל שמול צ״רק משמש בשעה אחרונה של ערב שבת ומלאך שלו צדקיאל שמו וזהו מזל טוב׃ ומאדים משמש בשעה ראשונה של ליל שבת ומלאכו סמאל וזהו מלאך רע ׃ ונמצא ששניהם פונעים זה בזה ׃ זה נכנס בהכנס׳ שבת וזה יוצא ושניהם מלוים לו לאדם עד ביתו ׃

Quando homo (ex Synagoga vespere Sabbathi) *reuertitur in domum suam, necesse est Vt inueniat ibi lucernas accensas & mensam paratam, Vt dicitur* (Cod. *Sciabbath*, cap. 16. Col *Chituè hakodesc*, pagina 119. b. paulò post princ.) תניא *Est Traditio in Baraietha. R. Iose Ben R. Iuda dicit, Duo Angeli ministerij deducunt hominem vespere Sabbathi è Synagoga domum suam, alter bonus, alter malus; quando autem domum perueniunt, & inueniunt lucernam accensam, mensam paratam, lectum stratum & mundum, Angelus bonus dicit: Faxit* (Deus) *Vt sequenti Sabbatho ita fiant; & Angelus malus cogitur respondere, Amen; Sin verò contrarium inueniant, Angelus malus dicit: Vtinam & sic accidat etiam futuro Sabbatho; & Angelus bonus, velit nolit, cogitur respondere, Amen.* Hæc inueniès etiam pau-

צפניאל	*Tzaphniel*
אמריאל	*Amariel*
פניאל	*Paniel*
ברקיאל	*Barakiel.*

non assignatur Præses Angelus ab Auctore libri כל בו *Col-bò*, à quo excerpsimus hæc nomina ex formula rigidissimi Anathematis, quam nimis prolixam inuenies ad num קלט 139. vel ad fol. 144. vt notatur in Animaduersionibus in *Pirkè* R. Eliezer G. H. Vorstij pag. 226. editionis Lugdun. Batau. apud Io: Maire 1644. in 4. at quotquot ad manus meas libri *Col-bò* peruenerunt editiones, nunquam in eis vidi folia arithmeticis notis, aut numericis Alphabeti elementis numerata.

Præterea, De Angelis horarum custodibus (de Præsidibus Hebdomadarum & dierum, ne nimium in longũ protrahatur dissertatio, exempla exhibere consultò relinquimus) testimonium habemus ex *Machazor* Italico impressionis Bononiensis in fol. p. p. סדר ענין שבת *De Sabbatho* Comment. super Precẽ incipientem במה מדליקין *Bamè madlikin*, vbi ita legitur in principio paginæ numero non notatæ.

וכשיבא אדם לביתו צריך שימצא נרות דולקות ושלחן ערוך כדאיתא בפרק בתבי הקדש׃ תניא ר׳ יוסי בן רבי יהודה אומר שני מלאכי השרת מלוין לו לאדם בערב שבת מבית הכנסת לביתו אחד טוב ואחד רע וכשבא לביתו ומצא נר דלוק ושלחן ערוך ומטתו מוצעת מלאך טוב אומר יהי רצון שיהא לשבת אחרת כן ומלאך רע עונה אמן

quæ quidem partes, horæ inæquales, temporales, & Planetariæ ab eis appellantur, has Planetis attribuunt, hoc ordine & modo. Vt prima hora cuiuſcunque diei attribuatur Planetæ diem denominanti, ſecunda Planetæ ſuccedenti huic ſecundùm ſeriem Planetarum. Vt v. g. Prima hora diei Dominici ſit Solis, ſecunda Veneris, tertia Mercurij, quarta Lunæ, &c. & ſic procedendo vſque ad duodecimam horam, quæ erit Saturni, & conſequenter prima noctis hora diei Dominici, erit Iouis, ſecunda Martis, tertia Solis, &c. vſque ad duodecimam noctis horam, quæ erit Mercurij.

Item, diei Lunæ prima hora erit Lunæ, ſecunda Saturni, tertia Iouis, &c. & prima noctis erit Veneris, ſecunda Mercurij, tertia Lunæ, &c. & ſic procedendo pér ordinem vſque ad diem Sabbathi. Cùm autem veſpera Sabbathi ſit duodecima hora diei Veneris incidet in Iouem, & prima hora noctis Veneris (quæ apud Hebræos vocatur prima hora noctis Sabbathi, nam ab occaſu Solis incipiunt diem naturalem) incidet in Martem, vt manifeſtum eſt ex ſubiecta Tabella.

paulò ante in Rituali de Sabbatho. *In Toſaphòth, ita iſta explicantur: Quòd Angelus bonus, & Angelus malus ſint Cuſtodes duarum ſtellarum ex ſeptem Planetis, his duabus dictionibus incluſis per compendium* שצ״ם חנכ״ל. *Per* ש׳ *notatur* שבתי *Sciabbathài Saturnus, per* צ׳, צדק *Tzèdek Iuppiter, per* מ׳, מאדים *Maadim Mars, per* ח׳ חמה *Chamà Sol, per* נ׳, נוגה *Nògha Venus, per* כ׳, כוכב *Cochàu Mercurius, & per* ל׳, לבנה *Leuanà Luna. Nam Iuppiter inſeruit horæ poſtremæ veſperis Sabbathi, cuius Angelus cuſtos eſt* צדקיאל *Tzadkièl, & hic eſt Planeta bonus. At Mars inſeruit horæ primæ noctis Sabbathi, cuius Angelus cuſtos eſt* סמאל *Samaèl, & iſte eſt Angelus malus. Et accidit, vtroſque ſimul inuicem ſibi occurrere. Alter ingreditur dum Sabbathum ingreditur, & alter exit, & ambo deducunt hominem domum ſuam.* Hactenus ex *Machazor*. Ex quo licet colligere, Hebræos feſtum Sabbathi auſpicari Dęmonis ingreſſu, cum ei attribuant primam horam feſtiuitatis. Hoc de Angelo horis præfecto commentum, videtur deſumptum ex ſtramineo Aſtrologiæ iudiciariæ fulcro. Diuidunt enim Aſtrologi diem, ac noctem artificialem in duodecim partes æquales,

Ta-

Tabula Horarum Planetis attributarum.

Dies Hebdomadæ	Horæ æquales diei.												Horæ æquales noctis.											
	1 H	2 H	3 H	4 H	5 H	6 H	7 H	8 H	9 H	10 H	11 H	12 H	1 H	2 H	3 H	4 H	5 H	6 H	7 H	8 H	9 H	10 H	11 H	13 H
Dominici	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Lunæ	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Martis	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Mercurij	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
Iouis	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Veneris	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Saturni	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

uis tempus ſecundùm ſe verè, & realiter detur, cùm ſit duratio ſucceſſiua; duratio verò ſit menſura intrinſeca neceſſariò ſequens naturam exiſtentem à parte rei, inde ſequitur tempus etiam exiſtere à parte rei, cùm menſuret duratione motus primi mobilis, quia ille ſolum eſt regulatiſſimus, vniformis, & inuariabilis, & ſemper eodemq; modo ſe habens, quę ſunt proprietates menſuræ, vt per eam poſſimus certi effici de quantitate rei menſuratæ, & per hoc Ariſtoteles ſolùm vocauit tempus durationem primi mobilis, quia hęc ſola eſt menſura omnium motuum, & propterea dixit tempus eſſe vnum, & non plura; horæ autem ſunt portiones temporis confictæ à noſtro intellectu, quia ſicut dies naturalis in viginti quatuor temporis interualla diuidimus, horas communiter nuncupata; in plura vel minora ſegmenta potuiſſet diuidi, ſi ita humanæ voluntati placuiſſet. Si igitur modo viginti quatuor Angeli viginti quatuor diei horis præſident, ſi hominum communi conſenſu v.g. in

Colligitur etiã Samaelem etſi Dæmonem, attamen Angelum eſſe, ac Diuinæ iuſtitiæ miniſtrum, ideoque à Iudæis Angelos miniſterij, tam malos, quàm bonos Angelos appellare.

Collige Tertiò, hanc Angelorum bonorum, vel malorum cuſtodiam ſeù præfecturam ſuper horas diei, & noctis, ſeù etiam ſuper Planetas eſſe merum figmentum Cabaliſticum. Nam quòd non eſt à parte rei non poteſt habere Angelum Cuſtodem, ſed horæ tàm diei quàm noctis non ſunt à parte rei, ergo. Prima propoſitio, quàm maiorem vocant, eſt certa, quia ad hoc Angelus cuſtos datur, vt res cuſtodiatur, & ad ſuum finem dirigatur; quod autem non eſt, cuſtodiri non poteſt. Quòd autem horę non ſint à parte rei patet, quia partes ſunt Temporis. Tempus autem minimam habet entitatem, cùm exiſtere non poſſit ſecundùm ſe totum actu, nam, numerum motus eſſe ſecundùm prius, & poſterius docent Philoſophi, cum Ariſtotele 4. Phyſicorum tex, 101. & quam-

illud axioma -

אין מלאך אחד עושה שתי שליחויות ולא שני
מלאכים עושין שליחות אחת :

Nunquam Angelus vnus facit duas legationes , neque duo Angeli faciunt legationem vnam . Videſis R. Salom. Gen. 18. Si igitur ſeptem tantùm Angeli eſſent Præſides, & cuſtodes 24. horarum , vnus & idem Angelus præſideret tribus, vel quatuor horis intra ſpatium viginti quatuor horarum ; & in tota hebdomada ſexies, vel ſepties ſeruitus illius replicaretur, vt patet ex ſequenti tabella.

in triginta horas diuideretur, his horis, triginta tutelares Angelos aſſignare neceſſitaretur Deus , quod dicere nefas eſt. Idem dicendum eſſet, ſi 24. horæ diei ad minorem numerum redigerentur.

Dices, Angelos horarum Cuſtodes non eſſe viginti quatuor, vt ſunt horæ diei naturalis, ſed tantùm eſſe ſeptem iuxta numerum Planetarum, quibus horæ attribuuntur.

Reſpondeo, Hoc eſſe contra doctrinam Talmudiſtarum aſſerentium vni Angelo vnicum tantùm officium committi, & non plura; tritum eſt

Tabella, qua oſtenditur numerus horarum, quibus interdiu & noctu, ac per totam hebdomadem, ſecundùm Hebræorum ſententiam, Angeli inſeruiunt, & miniſtrant hominibus.

Die Dominico Angelus Solis quatuor horis præeſt &c.		H	Angelus Veneris &c.	H	Angelus Mercurij &c.	H	Angelus Lunæ &c.	H	Angelus Saturni &c.	H	Angelus Martis &c.	H
	☉	4	♀	4	☿	4	☽	3	♄	3	♂	3
Die Lunæ	☽	4	♄	4	♃	4	♂	3	☉	3	☿	3
Martis	♂	4	☉	4	♀	4	☿	3	☽	3	♃	3
Mercurij	☿	4	☽	4	♄	4	♃	3	♂	3	♀	3
Iouis	♃	4	♂	4	☉	4	♀	3	☿	3	♄	3
Veneris	♀	4	☿	4	☽	4	♄	3	♃	3	☉	3
Saturni	♄	4	♃	4	♂	4	☉	3	♀	3	☽	3

punctũ horæ noctis Sabbathi, aſſumit dominium & cuſtodiam illius horę, & ſimul, hominem è Synagoga egredientem, domum ſuam deducit; cùm enim innumeri poterunt eſſe Iudæi, qui eadem hora è Synagoga egrediantur, neceſſe eſt, vt omnes illos eodem tempore ſimul aſſocietur in di-

Deinde, Si Angeli horarum cuſtodes, & præfecti, ſunt tantùm ſeptem iuxta numerum Planetarum, ſequitur neceſſariò, Angelum eſſe in pluribus locis in eodem inſtanti, quod eſt contra omnem rationem. Quia *Samaël* v. g. Angelus malus, eo inſtanti quo ingreditur in primum

Adde: cùm Horæ varientur ex minima mutatione circuli Horizontalis, ex quo, puncta ortus & occasus Solis, vbi Hebræi incipiunt numerare horas diei naturalis, designantur; Et cùm ista puncta in hoc circulo sint infinita: infinita quoque erunt initia horarum, ac infinitus propemodum erit numerus Angelorum sub nomine *Samaelis* huius horæ custodum, sicut infinitus ponendus erit numerus Planetæ Martis dominium exercentis in primam horam noctis post vesperam Sabbathi; quod quidem admittere est contra bonam Philosophiam: hinc, omnes melioris notæ Astrologi, hanc Planetarium horarum assignationem, vt inane figmentum reijciunt.

De Samaele Angelo maligno plura dicemus paulo post in Dissertatione de Dæmonibus.

De cæteris verò Angelis ab Hebræis rebus diuersis assignatis, cùm istæ sint propemodum infinitæ, sic & Angeli Custodes illarum ab ipsis redduntur penè innumeri; præter ea, quæ supra diuersis in locis assignauimus Angelorum nomina, hæc pauca, quæ sequuntur, addere lubet.

עזריאל *Azariel*, nomen Angelo affigunt, cui præfecturam aquæ attribuunt, ne limites à Deo constitutos transgrediantur, & terram operiant.

גזרדיא *Ghazardià*, alterius Angeli nomen, quem constituunt præsidem in parte Orientali, vt Sol ritè oriatur, & cursum suum firmiter seruet.

יורקמו *Iorkamò* grandini præficitur, de quo Cod. פסחים *Pesachim*, capi-

diuersa loca & domicilia, ergo erit in pluribus locis eodem instanti temporis. Quòd autem hoc sit impossibile, patet, quia cùm Angelus sit essentiæ & virtutis finitæ, debet determinari, & definiri loco determinato; alioquin posset esse vbique, quod soli Diuinæ essentiæ competit. Angelus itaque non in pluribus, sed tantùm in vno loco est, quia ibi est, vbi per applicationem virtutis reperitur, sed hæc virtutis applicatio est particularis, ergo erit in loco particulari, & non vbique, aut in pluribus locis simul. Neque in instanti moueri potest, ita vt per motum instantaneum pluribus in locis simul esse possit, quia, motus Angeli, necessariò fieri debet in tempore; nam in motu Angeli sunt duo *Nunc*, eo quia in motu sit prius, & posterius: ergo si in motu Angeli sint plura *Nunc*, erit etiam ibi tempus; vbi autem tempus reperitur, instantaneum esse non potest. ergo. Cùm enim istæ rationes militent in Angelos immateriales, & incorporeos Christianorum, quantò magis militabunt in Angelos materiales, & corporeos Hebræorum? Corpus siquidem vnum numero naturaliter constitui non potest in pluribus locis simul, quia corpus habet finitam & limitatam quantitatem, ergo & locum definitum & limitatum habere debet, quandoquidem quantitas est ratio formalis occupandi locum. Friuola igitur & vana est ista Angelorum applicatio ad horarum, siue etiam ad Planetarum custodiam, & præfecturam.

שלשה שאכלו *Scelosciá sceachelù &c.* pagina 51. post med. his verbis -

אמר ר' ישמעאל בן אלישע ג' רברים סח לי סוריאל שר הפנים אל תטול חלוקך בשחרית מיד השמש ותלבש ואל תטול ידיך ממי שלא נטל ידיו ואל תחזור כוס אספרגוס :

Dixit R. Ismael Ben Elisciàa. Tria narrauit mihi Suriel Princeps facierum. I. Ne accipias indusium tuum de manu serui in aurora, vt eo induaris. II. Neque abluas manus tuas aquis ab eo (acceptis) *qui manus suas priùs non lauerit. III. Et ne replices poculum Asparaginum.* Solebant antiqui illi stomacho ieiuno bibere vinum Asparagis medicatum sanitatis causa, sed non licebat, nisi tantùm vnum poculum bibere, ne sanitas læderetur. Hinc est quod ibidem dicitur -

ת"ר אספרגוס יפה ללב וטוב לעינים וכ"ש לבני מעים והרגיל בו יפה לכל גופו והמשתכר הימנו קשה לכל גופו :

Docent Rabbini nostri: Asparagos (id *est* Vinum Asparaginum) *optimum est cordi, & bonum oculis, quantò magis visceribus? & qui assuefit in eo, pulchrè conducit toti corpori, & qui se inebriat eo, graue est toti corpori.*

נקיר *Nekid* Angeli nomen custodis panis, & cibi: de eo in Cod. פסחים *Pesachim* cap. 10. pag. 111. b. in fine scribitur: איסרה רמזוני נקיד שמיה *Principis ciborum Nekid est nomen eius.* Vocatur נקיר à puritate, & mundiția; deduci videtur à נקה mundum, & purum esse, puritas, & mundities in cibis parandis requiritur, & panis nitidus, & purus præstantior est

 bru-

pite 10. ערבי פסחים *Iruè pesachim*, pag. 118. prope fin. ita habetur -

דרש ר' שמעון השלוני בשעה שהפיל נבוכד נצר הרשע חנניה מישאל ועזריה לתוך כבשן האש עמר יורקמו שר הברד לפני הקב"ה אמר לפניו רבונו של עולם ארד ואצנן את הכבשן ואציל צדיקים הללו מכבשן האש אמר לו גבריאל אין גבורתו של הקב"ה בכך שאתה שר ברד והכל יודעין שהמים מכבין את האש אלא אני שר של אש ארד ואקרר מבפנים ואקדיח מבחוץ ואעשה נס בתוך נס אמר לו הקב"ה רד באותה שעה פתח גבריאל ואמר אמת יהוה לעולם :

Inquirit R. Simeon Silonites. Ea hora, qua Neuucàd-netzàr Nabuchodonosor impius in medium fornacis ignis proijcere fecit Chananiàh, Misciaèl, & Azariàh; astitit יורקמו *Iorkamò Princeps grandinis coram Deo sancto benedicto, dixit coram eo: Domine Vniuersi, descendam, & refrigerabo fornacem, & hos iustos de fornace ignis liberabo. Dixit ei Gabriel* (Angelus) *Non ita* (aut, non in hoc) *fortitudo Dei* (dignoscitur) *quia tu* שר ברד *Sar baràd Princeps grandinis es; & omnes sciunt, quòd aquæ ignem extinguunt, sed ego* שר של אש *Sar scel esc, qui sum Princeps ignis descendam, & interius frigescere faciam* (fornacem) *& exterius calefaciam, & miraculum intra miraculum faciam. Dixit ei Deus sanctus benedictus, Descende. In ipsa hora aperuit* (os) *Gabriel, & dixit: Et veritas Domini* (manet) *in æternum Alleluia.* Psal. 117. 2.

סוריאל שר הפנים *Suriel Princeps facierum*, hoc est illorum Angelorum qui astant coram Deo, de quo fit mentio Cod. ברכות *Berachòth*, capite 7.

Quoniã Angelis suis mandabit de te. Hunc esse illum, qui viatores comitatur, docent, vt eos in via custodiat, dirigat, & protegat, si iusti sint & viri probi, sin minùs, vt sunt impij, & improbi, non ab Angelo bono associantur, sed à Dæmone. Vnde *R. Tanchumà* hortatur hominem, vt in itinere hominibus bonis se adiungat, eius verba referuntur in ילקוט *Ialkùt super Psal.* 91. par. 2. pag. 185. col. 3. num. 843. circa princip. & sunt -

רבי אליעזר בן רבי יוסי הגלילי אומר אם ראית צדיק יוצא לדרך ואתה מבקש לצאת לאותה הדרך הקדם על ימיו שלשת ימים כדי שתצא עמו לדרך מפני שמלאכי שלום מלוין אותו שנא׳ כי מלאכיו יצוה לך לשמרך בכל דרכיך ואם ראית רשע יוצא לדרך הקדם עליו או אחר עליו שלשה ימים כדי שלא תצא עמו לדרך מפני שמלאכי שטן מלוין אותו שנאמר הפקד עליו רשע ושטן יעמוד על ימינו ׃

R. Eliezer Berabbi Iosè Galilaus dicit: Si videris iustum aggredientem iter, & tu per eandem viam iter facturus es, anticipa iter tuum tribus diebus, vel totidem illud retarda, vt possis cum eo iter facere, quia Angeli pacis comitantur illum, sicut scriptum est: Quoniam Angelis suis mandabit de te ad custodiendum te in omnibus vijs tuis, Psal. 91. 11. *Sed si videris impium iter carpere, anticipa, vel postpone iter illius per tres dies, ad hoc, ne accidat egredi cum eo, & socius itineris fias: Nam Angeli Satana illum comitantur, iuxta illud: Constitue super eum impium, & Satan stet ad dexteram eius*. Psal. 109. 6. Hunc, *Raphaelem* esse cre- bruno & furfuraceo, & eo qui vescitur optimè corpus nutritur, & animus exhilaratur; huic contrarius est איפרח דעניותא *Princeps afflictionis & paupertatis*, cuius nomen est נבל *Naàl*, loco cit.

לילה *Làila*, custodem conceptus in vtero materno Angelum ita vocatum dicunt in Cod. נדה *Niddà*, cap. 2, כל היד *Col-haijàd* pag. 16. b. vltra medium, vbi de eo ita legitur ex sententia R. חנינא *Chaninà Bar* פפא *Papà* -

אותו מלאך הממונה על ההריון לילה שמו ונוטל טיפה ומעמידה לפני הקב״ה ואומר לפניו רבש״ע טפה זו מה תהא עליה גבור או חלש חכם או טיפש עשיר או עני ואילו רשע או צדיק וכו׳ ׃

Ille Angelus, qui præsidet conceptui, Làila vocatur, & accipit guttam (seminis) & eam statuit coram Deo sancto benedicto, & coram eo dicit, Domine Vniuersi, Gutta ista quidnam erit? fortis an debilis, sapiens an stolidus, diues vel pauper, sed non dicit impius vel iustus &c. forsan ne videatur velle inferre læsionem humanæ libertati, ideò addit R. Chaninà -

כל בידי שמים חוץ מיראת שמים שנאמר ועתה ישראל מה אלהיך שואל מעמך כי אם ליראה את יהוה אלהיך וגו׳ ׃

Omnia sunt in manu Dei, pratèr timorem Dei, iuxta illud: Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum &c. Deut. 10. 12.

יוהך *Iuhàch* nomen Angeli compositum ex literis finalibus quatuor dictionum Psalmi 91. 11.

כי׳ מלאכיו׳ יצוה׳ לך׳ ׃

laris regitur per vniuerſalem, ſed virtus corporea eſt particularis, quia eſt indiuiduata per materiam, virtus autem Angeli eſt vniuerſalis, quia eſt abſoluta, & intellectualis, ergo. Idem aſſerit R. Eliezer in ſuis פרקים *Perakim*, cap. 23. pag. 19. col. 4. vbi loquens de Angelis, qui miniſterio conſeruandæ rerum ſpeciei in Arca ipſi Noë adiumento fuerunt, dicit.

ירדו כל המלאכים הממונים על כל מין ומין וקבצו אותן ואת כל מזונותן ׃

Deſcenderunt omnes Angeli præfecti ſuper omnes ſpecies (creaturarum) *& congregauerunt eas; & omnes cibos earum.*

Itemque omnibus rebus ſpiritualibus, etiam ipſis Dæmonibus præſident & imperant. Ita idem Auguſt. loc. cit. & Gregor. in Homil 34. in Euang. Nam creaturæ perfectiores, & Deo propinquiores, vt ſunt Angeli, in alias inferiores influentias habent, vt ſunt Dæmones, quibus multa Diuina myſteria reuelantur ab Angelis, ſic Diuina iuſtitia exigente, vt per Dæmones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bonorum. Ad Ordinem Poteſtatum pertinent omnes Angeli, qui ſupra Dæmones dominium habent, ad Virtutum verò Ordinem ſpectat præſidere ſuper res corporeas. Videſis D. Th. p. p. q. 109. a. 4. & q. 110. a. 1. Iudæis autem non vnum tantùm Angelũ cuſtodem attribuunt Rabbini, ſed multos eis adiungunt, ita vt ſecundùm multitudinem præceptorum credimus itineris ſocium, vt in Tobia, aut alium quempiam.

Conſtituunt etiam alios Angelos præfectos mortuis, quos vocant דומא *Dumà*, ſeù דומה *Dumà Silentij*. Et alios denique, qui decedentium animabus occurrunt, & eas in Paradiſum deducere ſatagunt. Legitur ſiquidem in Cod. כתובות *Chetubòth* capite 12. הנושא את האשה *Hannoſsè eth Haiſcià*, pag. 104. circa med.

אמר רבי יוסי כן שאול בשעה שהצדיק נפטר מן העולם אומרי׳ מלאכי השרת לפני הקב״ה רבונו של עולם צדיק בא אומר יבאו צדיקי׳ ויצאו לקראתו יבא בשלום ינוחו על משכבותם אמר רבי אלעזר בשעה שהצדיק נפטר מן העולם שלש כיתות של מלאכי השרת יוצאות לקראתו אחת אומרת לו בא בשלום ואחת אומרת הולך נכחו ואחת אומרת לו יבא שלום ינוחו על משכבותם ׃

Dixit R. Iosè Ben Sciaùl, ea hora, qua iuſtus diſcedit ex hoc mundo, dicunt Angeli miniſterij coram Deo ſancto benedicto, Domine Mundi, Iuſtus venit: dicit; Ingrediantur iuſti, egrediantur in occurſum eius, ingrediatur in pace, quieſcat ipſe ſuper cubile eorum. Dicit R. Eleazar, ea hora qua iuſtus diſcedit ex hoc mundo tres Chori Angelorum miniſterij egrediuntur in occurſum eius. Vnus dicit ei, Ingredietur in pace, Iſai. 57. 2. *alter ait, Ambula coram eo*: Ibid. *& alius ſubiungit, Ingredietur in pace. Et requieſcent in cubiculis ſuis.* Ibid.

Ex his collige dari Angelos præſides omnibus rebus corporalibus, vt docet S. Auguſtinus lib. 3. *De Triuit.* cap. 4. & S. Gregorius lib. 4. *Dialog.* cap. 5. quia poteſtas particu-

Thephillin, non prosternit nisi tantùm mille Dæmones: at dextera, quæ dominatur omnibus præceptis, cadere facit decem millia Dæmoniorum. Gloriosi milites certè sunt Iudæi, de alijs Nationibus pessimè sentiunt, easque deprimunt vsque ad Infernum deorsum, vt suis quibusque locis indicabimus. Hic tantùm obseruandum, quod aiunt, Angelos non deferre ad Deum orationem illorum, qui lingua Syriaca seù Aramæa orant. Dicunt enim in Cod. שבת *Sciabbàth*, capite 1. יציאות חשבת *Ietzeòth Hasciabbàth*, pag. 12. b. ante medium.

אמר רב יהודה לעולם אל ישאל אדם צרכיו בלשון ארמי ואמר רב יהודה כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נזקקין לו :

Dixit Rau Iudas: Nunquam homo petat suas necessitates lingua Syriaca. Quicunque enim id, quod opus habet, lingua Syra petierit, Angeli ministerij non adiungunt se illi, videlicet vt preces suas coram Deo deferant. Et cur hoc? Forsan, quia linguam hanc non intelligunt? Certè quidem: idcircò sequitur textus Talmudicus.

שאין מלאכי השרת מכירין כלשון ארמי :

Quia Angeli ministerij ignorant linguam Aramicam, seù Syriacam. Solus Angelus Gabriel (addit Rasci) omnes linguas intelligit, cum septuaginta linguas Iosephum in Ægypto docuerit. Videsis Cod. סוטה *Sottà*, cap. 7. אלו נאמרין pag. 33. vbi de eadem re in longum agitur. Poterunt igitur benè custodire Iudæos Angeli, si nullam aliam linguam intelligunt præ-ptorum, quę obseruant, & adimplent, multiplicetur in eis numerus Angelorum. Legitur hoc in עין ישראל *En Israèl*, Cod. שבת *Sciabbàth*, cap. 16. כל כתבי *Col chitbè* pag. 74. colum. 2. circa finem.

אמר רבי מאיר עשה אדם מצוה אחת נותנין לו מלאך א : ב׳ מצות נותנין לו ב׳ מלאכים מצו׳ הרבה נותנין לו מלאכים הרבה שנ׳ כי מלאכיו יצוה לך ולמה כדי לשמרו מן המזיקין שנ׳ יפול מצדך אלף וגו׳ : אמר רבי יצחק למה מן הימין רבבה ומן השמאל אלף אלא שהשמאל אינה צריכה הרבה לפי ששמו של הקב״ה כתיב בתפילין שנתונין בשמאל א״ר חנינא לא כתיב יהיה מצדך אלף אלא יפול שמאל שאינה פשוטה במצות שאינה שולטת אלא במצות תפילין לבד אינה מפלט אלא אלף מזיקין אבל ימין שהיא שולטת בכל המצות מפלט רבוא מזיקין :

Dixit R. Meir, Fecit homo vnum præceptum. (scil. obseruauit vnum præceptum) *dant ei vnum Angelum; pro duobus præceptis, dantur duo Angeli; pro pluribus præceptis, plures Angeli* (assignantur) *sicut scriptum est: Quoniam Angelis suis mandabit de te.* Ps. 91. *Et cur hoc? Vt custodiatur, neq; illum offendant Dæmones, secundùm quod dicitur: Cadent à latere tuo mille, &c. Dicit R. Isaac: Quare à dextris decem millia, & à sinistris mille* (cadent?) *Quia sinistra non indiget maiori numero, eo quia, nomen Dei scriptum reperitur in* תפילין *Thephillin* schedis orarijs (quæ brachio sinistro alligantur). *Dicit R. Chaninà: Scriptum non est, Viuet à latere tuo mille, sed, Cadet à latere tuo. Sinistra siquidem, quia non extendit se ad præcepta* (multa) *nisi tantùm ad præceptum*

dùm Dæmonijs, Psal. 110. vel secundùm Chaldaicam inflexionem שרין.

שעירים *Seirim*, *Pilosos*, *hirsutos*, instar hircorum, Rabbinis צפרירין *Tzaphririn*, eò quia hircorum specie apparere dicuntur; Dæmones sylvestres, & pilosos, vt לשעירים אשר הם זונים אחריהם *Pilosis Dæmonibus, post quos fornicantur*. Leuit. 17. 7. Et ex Rabbinis etiam addimus -

מזיקים *Mezikim*, vel מזיקין *Mezikin*, *Damnificantes & nocentes*. Itemque רוחין *Ruchin Spiritus malignos*.

לילין *Lilin*, *Dæmonia & spectra nocturna*, *Lamias*, *Lemures*, *Striges*. Dæmon itaque, antea primus Angelus, qui, vt ait S. Hieron. cap. 40. in Iob, inter cæteras creaturas *primò à Deo conditus*, vnde dictum est, *Ipse est principium viarum Domini*; & ab Ezechiele Propheta cap. 28. 11. sub Tyri Regis nomine symbolicè nominatur *Signaculum similitudinis Dei*, *plenus Sapientia*, *& perfectus decore*, & vers. 13. inter nouem lapides pretiosos recensetur, quia inter nouem Angelorum Choros permixti Dæmones in statu gratiæ tanquam lapides pretiosi fulgebant; sed his honoribus spoliati ob culpam, in aërem, terras, & inferna deiecti æternis pœnis cruciandi relegati sunt. Illorum malitia tanta, & talis est, vt credibilitatem humanam fugiat: maligni namque sunt, iniqui, mendaces, superbi, crudeles. Hæc omnia simul in vno opere, quo se aduersus Deum extulerunt, manifesta fiunt: Et quamuis primum eorum peccatum Scriptura non explicet, attamen

præter Hebræam. Pauci sunt Iudæi, imò ferè nulli, qui apprimè loqui sciant Hebraicè. Hos ignaros, & indoctos Iudæorum Angelos, in custodiam ipsorum relinquamus, finem huic dissertationi & omnibus Hebræorum deliramentis imponendo.

Breuis Dissertatio de Dæmonibus secundùm Hebræorum mentem.

Eiusdem naturæ esse, creaturam illam merè spiritualem, quam Deus ab initio temporis creauerat, & quæ ob superbiam in statu gratiæ consistere non potuit, cum ea, quæ in eodem statu perstitit, & in quo confirmata, æternam gloriam consecuta est, Catholica docet Ecclesia. Vtraque Angelus vocatur, sed alter est bonus & sanctus; alter malus & nequam. Hunc communiter *Dæmonem*, *Dæmonium*, *Diabolum*, *Angelum malum*, *& Spiritum immundum*, docti à Scriptura, vocamus, Matth. 8. 31. Iacob. 2. 19. Matth. 4. 24. Marci 1. 32. Matth. 4. 1. Luc. 4. 2. Psalmo 78 49. 2. Corinth. 12. 7. Matth. 10. 1. Marci 1. 26. & alibi sæpè. Aliquando etiam ex eadem *Hostes*, Matth. 13. 39. & ob imperium, quod sibi in hoc mundo arrogant, *Potestates aëris*, & *Rectores huius mundi* Ephes. 6. 12. & alibi ex Nouo Testamento. Ex Veteri verò discimus -

שדים *Schedim Vastatores*, vt ויזבחו את בניהם ואת בנותיהם לשדים *Et sacrificauerunt filios suos*, *& filias suas Sce-*

nulla sagacitate certò scire possunt, multò minùs ea, quæ ex libera hominum voluntate dependent, vt internæ cogitationes, ac volitiones; ex signis tamen externis, & ex perfecta naturali, constitutionis corporis, cõplexionis, & inclinationis scientia, non raro ea, quæ hominum occultiora sunt, dignoscere valent. Vera miracula efficere non possunt, quamuis præstigijs hominum oculos aliquando ludere queant, ac illius imaginationem mouere. Et quamuis inter Dæmones superbia regnet, & inter superbos semper sint iurgia secũdùm dictum Prouerb. 13. attamen, cùm non sint secundùm naturam æquales, naturalis quędam subiectio inter eos est, & Dæmones Dæmonibus præsunt, & perseuerant in ordinibus secundùm id, quod à natura in statu gratiæ imperfectę habuerunt, quamuis non omnia ordinum nomina eis attribuantur. Apost. autem ad Eph. 6. 12. scribens, *Quoniam est nobis colluctatio aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus*, ostendit aliquam Prælaturæ speciem inter Dæmones seruari; vt inferior ordine, superioris mandatis obedire teneatur, vt in toto Vniuerso, nihil inordinatum relinquat Diuina sapientia, quæ *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*, Sap. 8. quæ Prælatio non addit aliquod bonum superioribus; sed potiùs malum; quia *cùm mala facere maximè ad miseriam pertineat* (inquit D. Thom.) *præesse in malis est esse*

ex Ioannis Euangelio cap. 8. 44. dicitur, *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit*, id est, *in debita obedientia ad Deum* (inquit Lyranus) *res enim dicuntur veræ, in quantum conformantur veritati primæ, à qua veritate primò deuiauit Diabolus per peccatum superbiæ*. Superbia itaque communiter censetur peccatum Diaboli iuxta illud Isaiæ 14. 14. de Lucifero loquentis ex persona Balsasar Regis Babyloniæ, *Similis ero Altissimo*, inuidens vnionem hypostaticã Christo, secundùm quod verisimiliter opinantur nonnulli Theologi, eamq; sibi appetijsse, ob quam in Infernum detractus est, & in profundum Laci. Neque valens contra Dei iustitiam cornua erigere, vindictam de Deo in humana natura sumere tentauit, alliciendo, & seducendo primos Parentes, vt rei transgressionis Diuini pręcepti constituti, in mortem æternam induceret; & hoc homicidium animæ maius vtique censendum, corporis homicidio, quamuis & mors non defuerit, quia per peccatum mors in hunc mundum intrauit, teste Apost. ad Rom. 5. 12. Potentes itaq; manserunt Dæmones, itemq; intelligentes, & volentes; nam, quæ naturalia illis erant, ablata non sunt, ita tamen freno Diuinæ omnipotentiæ, & prouidentiæ cohibentur, vt contra certos limites, extra quos erũpere non possint, contineri cogantur. Præsciunt futura, quæ tali modo futura sunt, vt iam in causis suis verè lateant, tempore denique certo emersura. Quæ verò cõtingenter euenient, ex seipsis,

אלו של שדים שברא הק'ב'ה את נשמתן ובא לברא את גופם וקדש השבת ולא בראן ׃

Et fecit Deus feram terræ ad ſpeciem ſuam. Iſte eſt ſerpens. De animabus quater dixit חיה *Vitam; at de corporibus ter tantùm dixit, quia Dæmonum creauerat Deus animas, deinde voluit creare illorum corpora, & præpeditus à Sabbatho illa non creauit* feſti ſanctificandi gratia. Idem legitur in libro *Zohar* editionis Mantuanæ pag. 14. circa finem. Non potuit igitur Deus in inſtanti animas, & corpora Dæmonum creare, aut anticipare illorum creationem, vt non incideret in Sabbatho; valdè impotens & inconſideratus eſt hic Deus Hebræorum. Et iſti Dæmones, inquit R. Ghedalia Aben יחייא Iachija in דרוש על הכשופים *Sermone de maleficis*, pag. 83. lib. שלשלת הקבלה circa principium -

והם אמצעיים בין הגופיים רוחנים וארציים ׃

Sunt Spiritus intermedij inter corporeos, aëreos, & terreſtres. Rabbi verò Moſes Bar Nachman in *Pentateuchum* dicit -

כי הם בריות מורכבות מב' יסודות ר"ל אש ואויר ׃

Iſta ſunt creaturæ compoſitæ ex duobus elementis, igne videlicet, & aëre. Ergo non ſunt puri Spiritus, quia ignis, & aër ſunt elementa materialia, & corporea.

Secundò, Hebræorum Dæmones אוכלים ושותים *Ochelìm veſcinthìm Manducant, & bibunt* פרים ורבים *Parìm verauìm Creſcunt, & multiplicantur,* & *moriuntur*, vt homines. Hanc ſapientiſſimi Talmudis ſuffarcinatores

ſe magis miſerum. p. p. q. 109. a. 2. ad 3. Hebræi etiam hanc Prælaturam inter Dæmones agnoſcunt, & omnium Spirituum Præfectum faciunt רומה *Dumà* in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 41. חלק *Chèlek* relat. in עין יעקב *En Iacob* part. 2. pag. 121. col. 2. n. 48. Hæc ſunt, quæ de Dæmonibus ſentit Eccleſia Catholica, plura de his petenda ſunt ex Theologis maximè Scholaſticis, qui de hac quæſtione fusè pertractant.

Ab hac Chriſtianorum orthodoxa doctrina valdè diſſentiunt Iudæi; cùm enim nos dicamus Dæmones eſſe puros Spiritus ſine prorsùs vlla materiei permixtione, *Hebræi* autem non eiuſdem naturæ omnes eſſe clamitant, ſed alios ſimpliciſſimos Spiritus, alios corporibus iunctos, vt anima corpori vnitur, prædicant. Qui ſimplices Spiritus ſunt, ideò ita eueniſſe dicunt, cùm non potuerit Deus corpora illis creare ob temporis defectum. Creauerat (inquiunt) hoſce *Spiritus* veſpere Sabbathi, at ſtatim poſt creationem ſubintrauit feſtum, ideò, ne Sabbathum operibus profanaretur, ceſſauit ab opere, relictis his Spiritibus ſine corpore. Habetur hæc ſpecioſiſſima doctrina in בראשית רבה *Bereſcìth Rabbà* ſect. 7. pag. 9. col. 3. circa princip. editionis Amſterlodamenſis cum comment. in fol. & refertur in ילקוט *Ialkùt* ſect. *Bereſcìth* n. 12. pag. 11. b. editionis Liburnenſis in fol. paulò poſt medium his verbis -

ויעש אלהים את חית הארץ למינה זה הנחש בנפשות הוא אומר ארבע ובגופים הוא אומר שלש

ſua volumina augmentarunt, varijs parentibus, ac progenitoribus Dæmonibus aſſignatis.

Primus eorum Parens aſſignatur Angelus, qui pulchritudine Euæ illectus, equitans ſuper Serpentem ad eam ingreditur, ex quo cõcepit Kaim, cuius figuram vt & illius poſteritatis, non humanam, ſed Angelicam fuiſſe autumant, quæ דור המבול *Dor hammabùl Generatio diluuij* à Rabbinis nominatur, quarum animæ Dæmones factæ ſint, & modò hominibus nocere aiunt, ſed in futuro ſæculo, nempè tempore Meſſiæ, annihilabit eos Deus, ne ampliùs Iſraelitis noceant. Ita docet R. Eliezer in ſuis פרקים *Perakim* cap. 34. pag. 29. paulò poſt med.

דור המבול אף ביום הדין אין עומדין שנאמר רפאים כל יקומו וכל נפשותם נעשו רוחות ומזיקין לארם ולעתיד לבא הקב״ה מאברן מן העולם כדי שלא יהיו מזיקין לבני ארם מישראל עוד שנאמר לכן פקרת ותשמידם ותאבר כל זכר למו ׃

Etiam Generatio diluuij in die iudicij non reſurget, ſicut dictum eſt, Gigantes non reſurgent, Iſaiæ 26. 14. *Omnes autem eorum animæ factæ ſunt Spiritus, & Dæmones nocentes hominibus, & in futuro ſæculo Deus ſanctus benedictus perire eos faciet è mundo, ne ampliùs malefaciant filijs hominum ex Iſraele, ſicut dicitur: Idcircò viſitaſti, & exterminaſti eos, & perdidiſti omnem memoriam eorum*. Iſ. ibid.

In libro זהר *Zohar* ſect. בראשית *Bereſcith* pag. 35. b. paulò poſt med. §. והנחש *Vehannachàſc Et Serpens*, dicitur, quòd iſte Angelus fuerit סמאל *Samaèl*, ſeù סטן *Sattan*, יצר הרע *Ietzèr*

docent doctrinam Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2: אין דורשין pag. 16. paulò poſt principium -

תנו רבנן ששה דברים נאמרו בשרים שלשה כמלאכי השרת ושלשה כבני ארם שלשה כמלאכי השרת יש להם כנפים כמלאכי השרת וטסין מסוף העולם ועד סופו כמלאכי השרת ויודעין מה שעתיד להיות כמלאכי השרת יודעין סלקא רעתך אלא שומעין מאחורי הפרגור כמלאכי השרת ׃ ושלשה כבני ארם אוכלים ושותין כבני ארם פרין ורבין בבני ארם ומתים כבני ארם ׃

Tradunt Magiſtri noſtri. ſex dicuntur de Dæmonibus; Tria illis communia ſunt cum Angelis miniſterij, & tria cum hominibus.

1. *Habent alas, vt habent Angeli miniſterij.*

2. *Volant ab vno ad aliud extremum mundi, ſicut Angeli miniſterij faciunt.*

3. *Sciunt quæ futura ſunt, ſicut Angeli miniſterij; putaſne eos ſcire futura?* (Sciunt quidem) *ſed ea intelligunt poſt aulæum, quemadmodum intelligunt Angeli miniſterij.*

Tria habent communia cum hominibus.

1. *Manducant, & bibunt ſicut homines.*

2. *Fœtant, & multiplicantur, vt homines.*

3. *Et moriuntur vt homines.* Et hæ ſunt prærogatiuæ Dæmonum Hebræorum.

De origine autem Dęmonum non vna eſt ſententia Iudæorum; plures enim Rabbini ſymbola ſua quique conferentes, portentoſa commenta de Dæmonibus adinuenerunt, quibus

coiuit, ex cuius semine omnes mundi Nationes (Iudæis exceptis) prouenire dicunt. Docent hanc stultam & malignam doctrinam in lib. זהר *Zohar* sect. *Berescith*, pag. 28. b. ad v. והנחש וגו׳ *Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ*. Gen. 3, 1.

ערום לרע מכל חיון דאומין דעלמ׳ עע״ז ואנון בנוי דנחש הקדמוני דפתי לחוה׳ וערב רב ודאי אנון הוו, זוהמ׳ דאטיל נחש בחוה ומהתיא זוהמא נפק קין וקטל להבל רועה צאן דאתמר ביה בשגם הוא בשר זה הבל בשג״ם ודאי איהו מש״ה וקטל ליה ואיהו הוה ברא בוכרא דאדם :

Callidior (erat) *in malum præ omnibus Serpentibus nationum mundi colentibus Idololatriam, qui sunt filij illius Serpentis antiqui, qui seduxit Euã eloquio dulci; & isti sunt ex immunditia, quam attulit Serpens Euæ, & ex hac immunditia prodijt Kain, & occidit Abelem ouium pastorem, sicut dicitur* בשגם הוא בשר *Eò quod etiam* (sit) *ipse caro*. Genes. 6. 3. *Iste est Abel* בש״גם *Besciaghàm, etiam est* מ״ש״ה *Moses* (idem est numerus vtriusque vocis scil. 345.) *& occidit illum*.

Alter Dæmonum pater (secundùm Hebræorum doctrinam) fuit *Adam*, de quo tam sinistrè, & malè sentiunt, vt eum Hæreticum, & Apostatam faciant, vt suprà vidimus in ADAM pag. 76. Dicunt enim creatum fuisse circumcisum, sed paruipendens tantum, & tale Dei beneficium, משך ערלתו *Masciàch orlatò Retraxit sibi cutem præputij sui*, & incircumcisus factus est ומהזרע הוא נולדו מזיקי׳ *ex cuius immundo semine* (postea) *nati sint Dæmones*, inquit Aben Iachija

tzèr haraà Genius malus, & מלאך המות *Malàch hammàueth Angelus mortis* nomina eundem Samaëlem significant, vt videre est in *Ghemarà Pèrek* השותפין *Hasciotephìn*, & in מורה הנבוכים *Morè Hanneuuchìm* R. Mosis Bar Maijmonis par. 2. cap. 30. pag. 109. circa princip. vbi addit, magnitudinem Serpentis fuisse instar Cameli. De eo ita legitur in ילקוט *Ialkùt sect. Berescith* pag. 26. circa princ. editionis Liburnensis cum comment.

בא עליה רוכב הנחש ועברה את קין ואח״כ עלה אדם ועברה את הכל שנאמר והאדם ידע את חוה אשתו מהו ידע שהיתה מעוברת וראת את דמותו שלא היה מן התחתונים אלא מן העליוני׳ והבינה ואמרה קניתי איש את יהוה ·

Ingreditur ad Euam (nempè Samaël) *equitans super Serpentem, & grauidauit eam Kaino; deinde ascendit Adam, & fæcundauit eam Abele, secundùm quod scriptum est: Et Adam cognouit Euam vxorem suam* Gen. 4. *Quid sibi vult* ידע *Iadaà cognouit? Cognouit quòd grauida erat, & vidit similitudinem suam quòd non erat similis* (creaturis) *inferioribus, sed superioribus. Idcirco hoc intelligens* (Eua) *dixit: Acquisiui virum cum Domino*. Ibid. His laudibus Protoparentes nostros ornant Iudæi, & honorificê sanè de eis loquuntur, dum alteram adulteram, alterum assentientem adulterio faciunt. Idem habetur in *Zohar* in *Berescith* pag. 36. b. ad ver. *Et posuit Dominus in Cain signum &c.* Gen. 4. 15.

Non *Samaël* solũ cognouit Euam; sed & Serpens ipse antiquus cũ Eua

quippè eſt, Circumcidendo circumcidetur Gen. 17. 13. *ſi opus ſit, etiam vicibus mille*, (& ſubiungit) את בריתי חפר *Fœdus meum fregit* Ibid. v. 14. *Vt ibi comprehendatur Attractus*. Ergo, qui ex circűciſis attraxerit ſibi præputium, ſi ad Hebræorum legem denuò reuerti voluerit, ex præſcripto Rabbinorum, neceſſe eſt, vt iterum circumcidatur, alioquin reditus nihil erit. Sequitur indè, Adamum pœnitentem, & ſecundò circumciſum, quia Rabbinorum decreta minimè ignorabat, iterum prolem poſt annos 130. ſuſcepiſſe ex vxore ſua Eua, & veros homines generaſſe, & hoc eſt, quod ait Scriptura Gen. 5. 3.

ויחי אדם שלשים ומאת שנה ויולד בדמותו בצלמו ויקרא את שמו שת ׃

Et vixit Adam triginta & centum annos, & genuit in ſimilitudine ſua in imaginem ſuam, & vocauit nomen eius שת *Sceth*, cùm primùm, non ad imaginem ſuam, & ſimilitudinẽ ſuam genuiſſet, vt potè cùm Dæmones procreaſſet. Huic explicationi & ſententiæ Iudæorum non reſpondemus; quia ex ea euidenter concluditur, Adamum intra ſpatium centum triginta annorum Dæmones procreaſſe ex לילית *Lilith*, de qua egimus ſupra pag. 69. & ſeqq. & refutauimus. Euam autem Dæmonum concubitum per idem tempus oppetijſſe, ex qua Dæmones nati ſint, volunt cum Auctore שלשלת הקבלה *Scialſcèleth hakabalà* pag. 83. circa medium, vbi ſuccinctè id indicat his verbis

pag. 83. *Scialſcèleth hakabala*.

Cùm enim alibi non legatur denuò circumciſum fuiſſe, ſequitur, quòd omnes poſteri Adami ex incircumciſo prẹputio nati, ſint Dẹmones.

Dicent Hebræi: Adam egit pœnitentiam (videſis ſuprà ad pag. 77.) & in ea pœnitentia intelligenda ſunt omnia illa, quæ ad veram pœnitentiam requiruntur. Inter alia ſubſtantialia pœnitentiæ, Iudæi requirunt circumciſionem; ergo iterum circumciſus creditur Adam; alioquin verè pœnitens non diceretur; nam Iudæi, qui ad ritus Græcanicos tempore Machabæorum tranſibant, & præputia ſibi faciebant ex 1. Machab. 1. 15. ſi iterum ad patrias leges reuerti voluiſſent, denuò circumcidendi neceſſariò erant, vt docent Talmudiſtæ in *Ghemarà* Cod. יבמות *Ieuamòth* cap. 8. הערל *Haarèl* pag. 72. circa medium.

משוך צריך שימול מדרבנן ורקארי לה מאי קארי לה הא צריך קתני קטעי בסיפא ר' יהודה אומר לא ימול מפני שסכנה היא לו אמרו לו והלא הרבה מלו בימי בן כוזיבא והולידו בנים ובנות שנ' המול ימול אפילו מאה פעמי' ואומר את בריתי הפר לרבות את המשוך ׃

Attractus præputio neceſſe eſt, vt iterum circumcidatur ex decreto Rabbinorum, & vt decerpant ei (præputium). *Quomodo decerpunt? Opus eſt, vt abſcindant limen, ſeù labium ipſius. R. Iudas dicit: Non circumcidetur, quia periculum eſt ei. Dixerunt illi: Nonnè plurimi circumciſi ſunt denuò in diebus Ben Cuzibà, & genuerunt filios, & filias? Scriptum

Kain Abelem, noluitque coniungi Vxori suæ. R. Iose dixit, Ab ea hora, qua decreta est mors super Adam, & super Vniuersum mundum, dixit Adam: Ad quid ego liberos procreabo? Statim separauit se ab Vxore sua. At duo Spiritus fœminini Veniebant, & coniungebant se cum illo, & procreabant liberos. Et isti, qui nascebantur, erant Dæmones damnificantes mundum, & Vocantur נגפי בני אדם *Flagella hominum, & sunt Aduersarij hominum manentes in ianuis domorum, in puteis, & in latrinis.* Ibidem habetur, quòd procreauerit Adam alios filios ex latere Cain, qui partim sint Angelici, & partim humani, & tandem genita sit נעמה *Nahamà* soror Tubal-Cain.

Hanc autem נעמה *Nahamà* faciunt quoq; parentem aliorum Spirituum; nam dicunt in eodem Zohar loco cit. circa finem paginæ -

מנה נפקו רוחין ושדין אחרנין :

Ex ea exierunt alij Spiritus, & Dæmones. Et est adeò certum apud Hebræos prædictam Nahama concubuisse cum Spiritibus, Dæmonibus, Angelis, & hominibus, vt expressis verbis id doceant in eodem libro Zohar pag. 55. p. p. ad illud Gen. 4. 23. *Soror Verò Tubal-Kain Nahamà* circa med. eius verba sunt -

אמר רבי חייא מאי דכתיב ואחות תובל קין נעמה: מאי אירווא הכא דקאמר קרא דשמת נעמה : אלא בגין דטעיין בני נשא אבתרה ואפילו רוחין ושדין : ר' יצחק אמר אינון בני האלהים עזא ועזאל טעו בתרה :

Di-

אל

וי"א שאחרי שחטא עמד ק"ל שנים ולא נזקק לאשתו והיתה באה לילית ומתחממת עמו ושדים מתחממים עם חוה ומהם נולדו השדים :

Sunt qui dicant, quòd Adam post peccatum steterit 130. annis, & non copulatus est Vxori suæ, & ingrediebatur לילית *Lilith, & incalescebat se, scilicet coibat cum eo; & Dæmones coibant cum Eua, & ex ea nati sunt Dæmones.* Vnde habemus ex Rabbinorum doctrina, Adamum, & Euam Dæmonum progenitores. Vide supra in ADAM pag. 74. col. 1.

De Adamo, addunt ex libro זהר *Zòhar*, sect. אחרי מות *Acharè mòth*, quòd post peccatum, cùm destinasset Deus homines morti, dixerit Adam; *Ad quid ego procreabo filios?* Separauit igitur se ab vxore, & venientes duo Spiritus fœminei coniungebantur cum illo, & procrearunt filios Dæmones, habitantes in ianuis, in puteis, & in latrinis, & flagellant homines. Verba Zoharis ad cap. 18. Leuitici pag. 76. b. §. ערות אחות אביך *Turpitudinẽ sororis patris tui &c.* sunt

תמן תנינן מאה ועשרין שנין אתפרש אדם מאתתיה ולא הוה אוליד מדקטיל קין להבל לא בעא אדם לאזדווגא באתתיה ר' יוסי אמר משעתא דאתגזר עליה ועל כל עלמא מיתה אמר אמאי אנא אוליד לבעתותא : מיד אתפרש מאתתיה : ותרין רוחין נוקבין הוו אתיין ואזדווגן עמיה ואולידו : ואינון דאולידו הוו מזיקין דעלמא ואקרון נגעי בני אדם : ואלין שאטן לבני אדם לפתחא דביתא ובבורא ובבתי כסאי :

Legimus, Centum & Viginti annis separauit se Adam ab Vxore sua, & noluit generare, pro eo quòd occiderit

sangas prosilit. Postea isti duo Angeli ad loca sua redeunt, & filios Cain nutriunt spiritu immundo &c. Ex quibus apparet, quantum desipiant Iudæi, dum huiusmodi fabulas non tantùm comminiscuntur, sed etiam quod maximæ stultitiæ est, pugnare inter se faciunt; nam si *Scemchazai* & *Azaël*, qui è cœlo ad terras descendentes rem cum נעמה *Nahamà* habuerunt, quomodo dicitur, quòd *Nahamà* mater illorum fuit? *Daazà* autem idem existimatur ac *Scemchazai*. Auctor שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakabalà* pag. 83. paulò post med. de eadem *Nahamà* ita loquitur -

וזאת נעמה באה לפעמים ומתחממת עם אנשים בשהם ישנים ומולידה מזיקים אחרים והם מזיקים לנערים ׃

Et ista Nahamà venit multoties & coit cum hominibus, quando dormiunt, & procreat Dæmones alios malignos; & isti sunt, qui damnificant infantes. Vnde sequitur, quòd etiam singuli homines sint Dæmonum patres secundùm hanc stultissimam Iudæorum doctrinam.

Non desunt alij Rabbini tùm antiquiores, tùm recentiores, qui doceant hanc Nahama fuisse vxorem Noë; id legitur in בראשית רבה *Berescith Rabbà* sect. 23. pag. 27. col. 1. in fine Text.

אמר ר׳ אבא בר כהנה נעמה אשתו של נח היתה ולמה היו קורין אותה נעמה שהיו מעשיה נעמים ׃

Dixit R. Abbà Bar Choanà: Nahamà vxor Noë fuit: Et quare eam Vo-

Dixit R. Chijà: Cur scriptum est, Et soror Tubal-Kain Nahamà? Hinc discimus, quòd dicit Scriptura, & indicat nomen eius Nahamà (significat enim amœnitatem, & iucunditatem) *nam post eam errabant homines, Spiritus quoque, & Dæmones. R. Isaac dixit: Etiam filij Dei seù Angeli* אזא ואזאל *Azà, & Azaël, errauerunt post eam.*

De eadem Nahamà in eodem libro *Zòhar* pag. 9. b. prçter alia, ista etiam adduntur. Cùm enim Cain eiectus esset à facie Dei, peruenit ad quendam locum, in quo erant duo Angeli, quorum alter Luci, alter Tenebris præerant, perpetuò inter se pugnantes, adueniente autem Cain pacem inierunt; nomen prioris erat עפרירא *Apharirà*, alterius קסטימון *Kastimòn*. (sequitur) Isti Angeli sunt מלאכין קדישין *Angeli sancti*, senasque singuli habent alas, vnus Bouis, secundus Aquilæ figuram refert, simulque vniti hominem efformant; cùm in loco obscuro consistunt duorum Spirituum figuram induunt. In abyssio perambulant, circumeunt mare Oceanum, & si obuios habeant דעזא ועזאל *Daazà, & Azaël*, qui sunt Dæmones, & mulierum consortio vtuntur, magnum illis injiciunt metum, illosque in fugam vertunt, adeò vt in obscuros montes prosiliant, rati Deum velle eos de illorum peccatis iudicare. Isti duo Angeli postea pergunt ad נעמה *Nahamà* mattem prædictorum Dæmonum *Daazà, & Azaël*, quæ illicò fugit, & vno saltu שתין אלפין פרסין *sexaginta millia para-*

num ab Hebræis assignari, totidemque Matres. Quorum

Primus est *Samaël*, & alij Angeli nequam. Secundus est *Adam*. Tertius *Cain*. Quartus *Omnes Viri* quorum semen à Dæmonibus fœminis noctu excipitur.

Dæmonum autem Matres assignantur, Prima *Lilith*. Secunda *Eua*. Tertia *Nahamà*. Quarta *Agràth*.

Horum Dæmonum siuè masculei, siuè fœminæi sexus sint, attactu, tempore nocturno, adeò coinquinari hominum corpora credunt, & docent, vt nisi manuum matutina religiosa, imò superstitiosa ablutione mundarentur, corpora omninò polluta, coinquinata & immunda remanerent, inidonea subinde ad quodcumque religionis opus exercendum. Credunt enim, animas corporibus somno sopitis, sua corpora relinquere, & expergefactis ad eadem restitui, de qua re gratias Deo agunt, composita oratione, quæ in Machazore magno Italico editionis Bononiensis pagina 1. b. reperitur. & incipit אלהי נשמה שנפחת vbi hæc verba inseruntur

ברוך אתה יהוה המחזיר נשמות לפגרי מתים

Benedictus tu Domine qui restituis animas cadaueribus mortuorum, quæ non intelliguntur de resurrectione mortuorum, sed de suscitatione à somno, de quo agitur in prece, & exponit Scholiastes his verbis.

כי בבקר מחזיר לנו נשמתנו לפגרים מתים כי השנה דומה למות כמו שאמר והיא אחת מס׳ במיתה ׃

Quo-

אל

vocant Nahamà? Quia opera eius fuerunt iucunda. Si igitur mater Dæmonum fuit vxor Noë, consequens est, eandem cunctorum hominum matrem, & Dæmonum esse, & nos ab eadem descendentes eosdem Dæmones habere fratres; quod quàm stultissimum sit nemo non videt. Ex recentioribus idem docet Auctor libri מערכת אלהות *Maarècheth elaùth*, Tract. השביעיות *Numeri septenarij*, pag. mihi 233. b. circa fin. Hanc stultitiam animaduertentes alij Rabbini, Nahamà vxorem Noachi aliam à Sorore Tubal-Cain faciunt in *Berescith Rabbà* loc. cit

ורבנן אמרי נעמה אחרת היתה (מאשת נח) ולמה היו קורין אותה נעמה שהיתה מנעמת בתוף לעז ׃

At Rabbini nostri dicunt, Nahamà altera fuerat (ab vxore Noë) & quare illam vocant נעמה *Nahamà? quia iucundè tympanizabat coram Idololatria.*

In eodem libro *Zòhar* nempè pagina 55. præter נעמה *Nahamà* fit etiam mentio de לילית *Lilith*, & de אגרת בת מחלת *Agràth Bath Machalàth* alijs Dæmonum matribus, quarum filij adhuc perdurare aiunt, quousque Deus incendio illos absumet, & auferet de terra. De *Lilith* satis superque egimus supra in ADAM. De *Agràth* autem Dæmone fœmina idem dicunt ac de *Nahamà* retulimus, videlicet, in quiete Viris apparere seminis effusionem ciere, eoque attractò, alios Dæmones procreare: Ex his deducitur quatuor Patres Dæmo-

mo dormit, animam egredi, in cælum conſcendere, & poſtea in corpus reuerti. Vide etiam *Zòhar* פרשה *Paraſcià* אחרי מות pag. 67. in fine, vbi R. Ioſè ait, quòd homo quando dormit, anima egreditur, & aſcendens teſtimonium perhibet in cælis de proprijs actionibus; & hoc eſt, quod corpus dicit: *Anima mea, deſideraui te in nocte &c.* Iſai. 26. 9. Non eſt igitur dubitandum, quòd Hebræi non teneant hoc falſum & ridiculũ dogma. Opus eſt igitur mane antequam aliquid agatur, manus abluere (inquiũt) neq; aliqua nudi corporis pars manu illota tangenda eſt, niſi velit grauiſſimum ſubire periculum propter impuros, & noxios Spiritus, qui manibus reſident, antequam lauentur. Vnde in Talmude ponitur pœna abſciſſionis manus, ſi quis eis illotis, oculum, aut aliam nudam corporis partem audeat contrectare. Vide Cod. שבת *Sciabbàth* c. 14. שמונה שרצים pag. 108. b. in fin. & ſeq. vbi inuenies –

יד לעין תיקצץ יד לחוטם תיקצץ יד לפה תיקצץ יד לאוזן תיקצץ יד לחסודה תיקצץ יד לאמה תיקצץ יד לפי טבעת תיקצץ יד לגיגית תיקצץ יד מסמא יד מחרש׳ יד מעלה פוליפוס וכו׳ ׃

Manum oculo (admotam) *amputabis. Manum, naſum, os, aurem, phlebotomiæ plagam, mentulam, podicem, Cupam Vinariam contrectantem ante lotionem ſuccides, quia eſt manus* (inducens) *cæcitatem, ſurditatem, narium fætorem, &c.* R. Salomon Iarchi benignè hunc locum interpretatur, vt propriè non ſit ampu-

Quoniam matutino tempore (Deus) *reſtituit nobis animas noſtras cadaueribus mortuorum; quoniam ſomnus morti comparatur, ſicut dictum eſt,* (Somnus) *eſt Vnum ex ſexaginta generibus mortis.* Et infra §. עזרת אבותינו ad verſ. 22. cap. 2. Iſai. אשר נשמה באפו *Cuius anima in naſo eius*, idem ait –

והלא כל אדם נשמה באפו ׃ אלא ר״ל בשחרית שהנשמה חוזרת באפו של כל אדם ׃

Et nonnè omnis homo habet animam in naſo ſuo? Sed vult dicere, quòd matutino tempore reuertitur anima in nares omnium hominum. Si reuertitur, ergo iam diſceſſit. At dicet nonnemo, hoc intelligi debere de ſopore ſomni, quo homo apparet mortuus, ſed dum euigilat, ſtatim videtur reuiuiſcere, ac ideò impropriè dici animã reuerti in nares hominis.

Reſp. Quòd intelligant Rabbini, dum dormit homo, animam egredi verè & propriè; & dum euigilat, reuerti in corpus, habetur ex רבות *Rabbòth* antiquiſſimo libro, & magnæ apud eos auctoritatis in סדר בראשית *Sèder Bereſcìth*. ſect. 14. pag. 17. col. 4. edit. Amſterlodamenſis cum comment. in fol. Ibi –

ר׳ ביסני ורבי אחא ורבי יוחנן בשם ר״מ אומרי׳ הנשמה הזו ממלאה את כל הגוף ובשעה שאדם ישן היא עולה ושואבת לו חיים מלמעלן ׃

R. Biſnài, R. Achà, & R. Iochanàn nomine R. Meir dicunt: Animam implere totum corpus, & ea hora, qua homo dormit, ipſa aſcendit & haurit Vitam ſuperiorem, (ſiuè cæleſtem.) Itaque certè credunt Iudæi, dum ho-

pu-

putanda manus, ſed remouenda, ne membrum aliquod nudi corporis, antequam ſit lota, contrectet. Nam (inquit) -

יד לעין מסמא קודם נטילה. יד לאזן מחרש:
יד לפה או לחוטם מגלת פוליפוס ריח תחוטם
ותפה:

Manus oculo (admota) *ante lotionem cæcitatem affert; auri, ſurditatem; ori & naſo* פוליפוס *Polypum, ſeù fætorem.*

Præter has ſtolidas, amentes, & inſanas doctrinas de Dæmonum origine & natura ab Hebræis confictas, & à vertiginoſo illorum cerebro procreatas, alia innuitur à R. Eliezare in ſuis פרקים *Perakim*, quæ à veritatis ſcopo non omninò aberrare videtur, ſed cùm velamen illud, quod ſuper faciem ſuam ponebat Moſes, vt non intenderent filij Iſraël in faciem eius, idipſum vſque ad hodiernum diem maneat ſuper corda Iudæorum; fit, vt non poſſint cognoſcere veritatem, ſed tamquam cœci per diem incurrant tenebras, & quaſi in nocte ſic palpent in meridie. Docet itaque Catholica Eccleſia, ex caſu Angelorum Dæmones proueniſſe, non diù poſt illorum creationem, & ob peccatum, quod communiter creditur, *Superbia*, è cælis eiectos in aëre alios, alios in Inferno fuiſſe æternis ſupplicijs mancipatos. Tangit hoc tantiſper R. Eliezer cap. 7. pag. 8. col. 3. paulò poſt med. vbi hæc non ſine erroris permixtione leguntur -

וכל המזיקין המהלכים ברקיע והמלאכים שנפלו
מגדולתן וממקום קדושתן מן השמים בימי דור
אנוש כשהם עולין לשמוע דבר מאחרי הפרגוד
הן מתרדפין בשבט של אש וחוזרין לאחוריהם
למקומן:

Et Dæmones, qui verſantur in firmamento, & Angeli, qui ceciderunt è magnificentia, & à loco ſanctitatis eorum è cælo in diebus Enoſc; qui cùm aſcendunt ad audiendum aliquid poſt cortinam, inſectantur virga ignea, & retrocedunt ad locum ſuum. Pro firmamento ponitur רקיע *Rakiaa*, per quod *Aërem* intelligunt Iudæi cum Aben Ezræ ad cap. 1. Gen. הרקיע הוא האויר *Harakiaa eſt aër*, de quo nos hic nihil determinamus, ſed tantum notamus, Dæmones hominibus nocentes aëreos vocari; & quia per aërem verſantur, cæleſtes etiam dici à D. Hieronymo. Per Angelos, qui ceciderunt è magnificentia, ſeù ſublimitate, aut dignitate ſua, intelligendi ſunt ijdem Dæmones è cælo lapſi, & in hoc improbanda non eſt doctrina Eliezaris; falſa autem eſt, quando docet in diebus Enos, eos ab ea ſublimitate fuiſſe lapſos. At quòd aſcendant ad audiendum aliquid, ſeù verbum, pone velum, aut cortinam Dei, & virga ignea abijciantur, & retro abire cogantur, merè Cabaliſtica figmenta ſunt. Iam probauimus Angelos (quod idem dicendum eſt de Dæmonibus) creatos fuiſſe in principio rerum, & ſtatim aliqui eorum peccauerunt, & facti ſunt Dæmones: diximus *ſtatim*, non quòd in eo inſtanti, quo creatus eſt Angelus, in eodem quoque peccauerit, ſed potiùs per aliquod temporis ſpatium in gratia extiterit; cùm de

pria specie, Spiritus autem carnem & ossa non habet. Sed si dicatur, Angelorum corpora esse tenuissima, & adeò subtilissima, & transparentia, vt visum nostrum fugiant. Ergo, dico ego; Angelorum corpora non erunt proportionata corporibus humanis, neque cum his coniungi poterunt ad prolem procreandam, cùm non sint eiusdem naturæ & speciei, cùm videamus animalia bruta in animalitate conuenire, quia tamen differunt specie, si inter se commisceantur, sibi simile in specie generare non posse; imò vbi nulla symboleitas reperitur, nulla ex eis proles gigni potest: sic ex Leone & Equa, Equus aut Leo, aut quid tertium nasci nequaquam potest, quia species vnius est omninò dissimilis ab alia.

At regeres. Animalia illarum specierum, quæ non sunt omninò inter se dissimiles, si commisceantur, filios procreare possunt, vt ex commixtione Equi cum Asina procreatur Mulus; sic, cùm species Angelica & Humana non sint omninò dissimiles, poterunt inter se commisceri, & liberos procreare. Homines enim cum Angelis in aliquibus conueniũt, & in aliquibus discrepant, vt tradunt Talmudistæ in Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין *En dorescin* pag. 16. paulò ante med. vbi hæc leguntur.

שש דברים נאמרו בבני אדם ג׳ כמלאכי חשרת וג׳ כבהמה שלשה כמלאכי חשרת יש בחם דעת כמלאכי חשרת וחולכין בקומה זקיפה כמלאכי חשרת ומספרים בלשון קדש כמלאכי חשרת ;

Sex

eo intelligenda sint verba Ezechielis cap. 28. 13. 14. & seqq. *In delicijs Paradisi Dei fuisti, posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Fuisti*, & *ambulasti* plusquam *Vnum instans*, & plusquam *Vnum gressum operationis* significant, vnde non vnam, sed plures operationes bonas & meritorias in statu viæ exercuisse docet Ludouicus Molina p. p. q. 63. a. 6. Igitur falsum est quod ait R. Eliezer, Angelos è dignitate, & magnificentia ætate Enos cecidisse.

Sed dices, R. Eliezarem alludere ad illos Angelos, qui in diebus Enos videntes filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, quas elegerant, & relinquentes Angelicam dignitatem, & cæleſtem patriam, in terris versati sunt cum hominibus, ex quibus progeniti sunt Gigantes.

Resp. Illud infelice & infaustum Iudæorum dogma de carnali commercio Angelorum cum mulieribus tam altas radices in Iudæorum pectora egit, vt miraculo adscribendum sit, si ex eis aliquando euelli quoquo modo possit. Difficultas in eo potissimùm statuitur, quia credunt Angelos corporeos esse, id verò quod corporeum est, coniungi potest cum alio corporeo, vti est mulier. Ergo cum mulieribus commisceri, & liberos procreare potuerunt Angeli. At nos negamus Angelos esse corporeos, quia non sunt compositi ex materia & forma, vt dictum est, ideòque cùm sint simplices Spiritus, oculis nostris subiici non possunt pro-

spirituales, illi spirituales simul & corporei. Quòd si procreatio liberorum inter vtramque hanc naturam dari posset, affirmandum id etiam esset de homine cum bruto, cum quo conuenit in materia & corporeitate; cùm enim conseruatio speciei fiat per multiplicationem indiuiduorum, indiuidua etiam multiplicētur per corporalem copulam masculi & fœminæ, isti faciliùs vniri possunt si conueniant in genere, vti homo & brutum in animalitate; & tamen quia differunt specie, ita abhorret natura à tali concubitu, vt vix vllus quamuis scelestissimus homo inueniatur, qui huiusmodi congressum expetat, & ex quo (si aliquando acciderat) filij nunquam procreati sunt: vndè meritò & homo & iumentum, ex Legis præscripto Leuit. 20. 15. morte puniuntur. Hoc infame facinus forsan admittent Iudæi, ex vniformitate hominis cum iumento, conuenire enim, aiunt, tribus in rebus inter se. Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין *En dorescin* pag. 16. circa medium. Eæ sunt.

אוכלין ושותין ופרין ורבין ומוציאין רעי כבהמה

I. Manducant & bibunt. II. Fructificant, & multiplicantur. III. Et egerunt excrementa vt iumenta. Quid mirum, si Rabbinorum Schola admittet, hominem ex iumentis filios procreare posse. Verum tamen est, eos docere Adamum cum iumentis omnibus concubuisse, vt in Adamo supra ad pag. 76. notauimus, sed ausi non sunt dicere ex tali

Sex res dicuntur de Homine. Tribus in rebus sunt homines sicut Angeli ministerij, & in tribus sunt tanquam iumenta. Tria itaque communia habent cum Angelis ministerij. I. Habent דעת *Dàath Scientiam sicut Angeli ministerij. II. Ambulant statura erecta sicut Angeli ministerij. III. Loquuntur lingua sancta* (Hebraica) *vt Angeli ministerij.* Ergo cùm symbolici sint Angeli, & homines, poterunt inter se commisceri & filios procreare.

Resp. Talmudistarum doctrinam de Angelis, sicut & triplicem hanc similitudinem, atque symboleitatem inter Angelum & hominem allatam stultissimam esse dicimus. Nam Angeli non sunt corporei, vt diximus, & proinde non ambulant sicut homines, neque loquuntur lingua materiali, vt homines, sed illorum locutio, est conceptus mentis alteri Angelo manifestatio, & quod nos medijs organis materialibus puta, lingua, gutture, labijs, & cæteris quæ ad vocem efformandam concurrunt, facimus, per quæ mentis nostræ conceptum alteri pandimus, idipsum Angelus facit, sed absque vllo materialis organi auxilio, sed solo imperio voluntatis, quæ conceptum intellectus in se retinere potest, vel alteri Angelo manifestare, & hæc est locutio Angelorum. Non itaque loquuntur Angeli lingua Hebraica, aut Idiomate alio humano, sed conceptus mentis manifestatione, quæ *lingua Angelorum* dicitur. Distant itaque homines ab Angelis, quia isti puri

ta; quia viderunt Angelos ignis, & alatos? Omnia sunt visiones prophetica, & ænigmata. Voluntque significare, quòd Angeli non sunt corporei aut graues, veluti sunt corpora ponderosa, iuxta illud: Quoniam Dominus Deus tuus ignis consumens est Deuter. 4. 24. *Deus tamen ignis non est, sed parabolicè id dicitur, sicut & illud: Qui facit Angelos suos ventos* Psal. 104. v. 5. Ex sententia igitur istius Iudæi Philosophi, cùm Angeli sint incorporei, nequaquam poterunt hominibus commisceri, & filios generare, quia generatio est actus entis completi habentis materiam transmutabilem, vt dicit D. Bonauentura in 2. dist. 18. q. 3. Angeli autem materiam non habent, vt vidimus, ergo generare verè & realiter non poterunt; quapropter commentitia & vana sunt adinuenta, quæ de Angelis cum mulieribus, & de Adamo cum Spiritibus comminiscuntur Iudæi, vt ab vtrisque progeniti sint Dæmones. Quando autem legimus Gen. 6. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ &c:* de Angelis intelligere non debemus, sed cum Theodoreto quæst. 47. in Genes. pag. 10. col. 1. editionis Colonien. Agripp. 1617. in fol. dicendum: *Quidam nimis stupidi & stolidi existimarunt eos Angelos esse, putantes suæ forsan intemperantiæ patrocinium habituros, si Angelos eiusdem criminis reos tenerent. Oportebat autem eos audisse Deum omnium ita dicentem: Non permanebit spiritus meus in hominibus illis in æternum, quia carnes sunt. Erunt autem* dies

concubitu filios natos. Infamis istius concubiti Christianos sub nomine גוים *Ghoim* Gentilium insimulant, ideoque prohibent, ne iumenta sua in stabulis Christianorum relinquant, quia, aiunt, periculum est, ne coeant cum illis. Videsis Cod. עז *Auodà Zara* cap. 2.

Sed non diutiùs terendum est tempus in eluendo portentosas istas, & calumniarum vndiquaq; plenas imposturas ab obscœnis & malignis Iudæis nobis confictas; redeundum est ad Angelorum & Dæmoniorum naturam, quorum vna & eadem est, spiritualis scilicet & incorporea, vt inter saniores Iudæos etiam docet R. Moses Maiemonius, iste quippè in opere suo משנה תורה *Miscnè Thorà*, libro primo המדע *Hammadaà*, Tract. יסודי תורה *Iesodè Thorà De fundamentis Legis* cap. 2. §. 4. circa finem de Angelis ita loquitur -

ומהן ברואים צורה בלא גולם כלל והם המלאכים: שהמלאכים אינן גוף וגויה אלא צורות נפרדות וו מזו

Et ex creaturis, quædam reperitur forma sine vlla prorsus materia; & isti sunt Angeli. Angeli siquidem non sunt corpus neque corporei, sed sunt formæ separatæ, hæc ab illa. Et §. 5. sequitur -

ומהו זה שהנביאים אומרים שראו המלאך אש ובעל כנפים הכל במראה חנבואה ודרך חידה: לומר שאינו גוף ואינו כבד כגופות הכבדים כמו שנאמר כי יהוה אלהיך אש אוכלה הוא ואינו אש אלא משל וכמו שנאמר עושה מלאכיו רוחות:

Et quid est hoc, quod dicunt Prophe-

mortuis faciunt, & Angelum bonum esse credunt, ex eo colligi potest, quòd mortuorum rationem habere dicant, numerum decedentium recensendo in tabulis, summo silentio seruato, nam דום *Dumà* cuius voce notionem habemus vocabuli רומה *Dumà*, quasi *Silentij*, seù *Silentiarium Præfectum* dicas. In Talmud verò Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 94. paulò post med. idem רומה *Dumà* statuitur מלאך הממונה על הרוחות *Angelus præfectus spiritibus*. Et quamuis pro *Spiritibus*, tam boni quàm maligni intelligi possint, attamen *Rasci* Glossator explicat pro animabus -

שר הרוחות שנשמות נפקדות אצלו :

Princeps spirituum (ait) *ita vocari, quia animæ commissæ sunt sub illius custodia*. Animam siquidem post separationem à corpore, dicunt, remanere nudam toto tempore quo cadauer integrum permanet, & tunc Spiritus eam visitat. Vide si placet זהר *Zòhar Numer.* sect. שלח לך pag. 170. fortassis per Spiritum *Visitatorem* intelligunt שר הרוחות *Sar Harruchòth Principem Spirituum*, de quo *Talmud*, & *Rasci*, mox allati.

Isti autem Angeli mali, qui ad nocendum hominibus, cæterisque alijs rebus præsto sunt, non à Principe Dæmoniorum, vt malitiam suam contra Dei creaturas, & præsertim contra illam, quæ ad imaginem & similitudinem ipsius creata est, explere possit, mitti perhibentur, sed à Deo præfici docent Iudęi, ita vt tam boni,

dies illorum, centum viginti anni: & inde perspicere naturam incorporatam carnes non habere, neque Angelos vitam habere tempore definitam: immortales enim creati sunt. Et vlterius in fine eiusdem columnæ: *Hi qui ex Seth genus duxerunt, olim quidem ob virtutum studiosi vocabantur filij Dei, verùm impurarum mulierum pulchritudine capti confuderunt familias, alioqui distinctas, & pro fructu hæreditario communem nequitiam acceperunt*.

Quæres, An, sicut Angeli boni hominibus Custodes assignantur, & sicuti rebus etiam corporeis, imò & ipsis entibus, quæ nullam entitatem à parte rei habent ab Hebręis Angeli præficiuntur; ita quoque vnicuique ex illis ad illorũ damnum & exitium à Principe Dæmoniorum Dæmon, aut Dæmones plures assignati sint?

Resp. Hebræi omnibus rebus appropriatos Præsides Angelos assignant, an verò pro Bonis aut Malis Angelis eos semper habeant; ex illorum doctrinis clarè id elici plerumque non potest; nam aliquando, qui boni esse videntur inter malos, & mali inter bonos non rarò connumerant. עזאל *Azaèlem* præesse aiunt צבעונין *Tzeuaonin Coloribus*, quibus mulierum vultus formosiores redduntur; at iste Angelus (vt supra iam vidimus ex illorum doctrina) ex bonis factus est Angelus malus. שבריר *Sciauriri* quoque Cacodæmonem Præfectum aquis constituunt, vt supra obseruauimus, videsis pagina 251.

רומה seù דומא *Dumà* Præfectum

R. Salomonis, tam boni quàm mali Angeli à latere Dei mittuntur.

Confirmari potest ex eo, quod in *Pirkè* R. Eliezeris dicunt, Deum quinque malignos Spiritus misisse ad exterminandum filios Israël Vituli conflatilis Idololatras, quorum nomina sunt -

I. קצף *Kètzeph Spuma ira feruens*. II. אף *Aph Ira*. III. חמה *Chamà Feruor*. IV. משחית *Maschìth Exitium*. Et V. חרון *Charòn Aestus iræ*. De his enim ita refert prænotatus Auctor cap. 45. col. 3. & 4. pag. 41.

שלח הקב״ה חמשה מלאכים להשחית את כל ישראל ואלו הן קצף אף חמה משחית חרון שמע משה ויצא לקראת אברהם יצחק יעקב ואמר אם אתם מבני העולם הבא עמדו לפני בשעה הזאת שהרי בניכם נתנו כצאן למבחה ועמדו שם לפניו שלשה האבות : אמר משה לפניו רבון כל העולמי׳ לא כך נשבעת לאלו לתרבות את זרעם ככוכבי השמים שנאמר זכור לאברהם ליצחק ולישראל וגומ׳ ובזכות שלשה האבות נעצרו שלשה מלאכי׳ מישראל קצף אף וחמה ונשתיירו שנים אמר לפניו רבונו של עולם למען השבועה שנשבעת להם עצור משחית מישראל שנאמר אשר נשבעת להם בך ונעצר המשחית שנאמ׳ והוא רחום יכפר עון ולא ישחית : ועוד אמ׳ משה לפניו למען השבועה שנשבעת לי עצור חרון מישראל שנא׳ שוב מחרון אפך מה עשה משה חפר בארץ בבית דירה גדולה בנחלת בני גד וטמן חרון אף בארץ כאדם שהוא חבוש בבית האסורים ובכל זמן שהיו ישראל חוטאין הוא עולה ופוגר את פיו לנשוך ברוחו ולהשחית את ישראל לפי׳ נקרא שמו פעור ותית משה מזכיר עליו את השם ומורידו למטה לארץ ובשמת משה מה עשה הקב״ה נתן את קברו כנגדו וכל זמן שישראל חוטאין והוא פוער את פיו לנשוך ברוחו ולהשמיד את ישראל והוא רואה קברו של משה

boni, quàm maligni Spiritus astent à dextris & à sinistris Dei, & à latere dextro boni mittantur Spiritus ad mundi gubernium, & à sinistro Dæmones ad exitium creaturarum. Hęc videtur esse sententia etiam R. Salomonis super illud 1. Reg. 22. 19.

ראיתי את יהוה ישב על־־כסאו וכל־־צבא השמים עמד עליו מימיו ומשמאלו :

Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cælorum stantem iuxta eum, à dextera eius, & à sinistra eius. Vbi in מקרא גדולה *Mikrà ghedolà* Tom. 2. editionis Venetę anno 1617. in fol. pag. 404. legitur

וכי יש שמאל למעלה והלא נאמר ימין יהוה רוממה ימין יהוה עשה חיל ימינך יהוה נאדרי בכח ימינך יהוה תרעץ אויב אלא אלו מיימינים ואלו משמאילים מיימינים מלמדים זכות ושמאילים מלמדים חובה :

Et nunquid reperitur sinistrum supernè (apud Deum) *& nonnè dictum est: Dextera Domini excelsa: dextera Domini facit fortitudinem* Ps. 18. 16. *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine confregit inimicum?* Exodi 15. 6. *Sed aliqui* (Angeli) *sunt dextrouersi, & aliqui sinistrouersi* (à latere Dei) *dextrouersi docent meritum iustitiæ, sinistrouersi docent obligationem pœnæ*. Quasi diceret, Angelorum alij sunt Aduocati & patrocinatores causarum hominum, & hi sunt Angeli boni, qui à dextris Dei resident; alij sunt Aduersarij & accusatores, & hi sunt Angeli maligni, Dęmones, qui à sinistris Dei stant. Ergo ex sententia

משה בנגדו הוא מתפחד וחוזר לאחריו שנאמר ויקברו אותו בגי מול בית פעור:

Misit Deus sanctus benedictus quinque Angelos ad disperdendum totum Israëlem, & isti sunt קצף *Kètzeph Ira feruens*, אף *Aph Ira*, חמה *Chamà Feruor*, משחית *Maschith Exitium*, חרון *Charòn Aestus iræ. Audiuit* (hoc) *Moses, & egressus est in occursum Abrahami, Isaaci, & Iacobi, dixitque: Si vos estis ex filijs seculi futuri, consistite coram me hac hora, quia iam filij vestri traditi sunt veluti oues ad mactationem. Et steterunt ibi coram eo tres Patriarchæ. Dixit Moses coram eo: Domine vniuersorum, nonnè ita iurasti eis multiplicandum esse semen eorum sicut stellas cæli, vt dictum est: Recordare Abrahami, Isaaci, & Israëlis &c.* Exod. 32. 13. *Ob merita igitur trium Patrum arceantur tres Angeli ab Israële,* קצף *Kètzeph*, אף *Aph* וחמה *Vechamà, Spuma, Ira, & Feruor. Supererant adhuc duo* (Angeli) *Dixit* (Moses) *coram eo: Domine Vniuersi, propter iuramentum, quod iurasti eis, reuoca* משחית *Maschith Exitium ab Israële, sicut dictum est: Quod iurasti per temetipsum eis.* Exod. 32. 13. *& prohibitũ fuit* משחית *Maschith Exitium, iuxta illud: Et ipse est misericors propitiabitur iniquitati, & non disperdet* Ps. 78. 38. *Præterea, dixit Moses coram eo* (sc. Deo) *Propter iuramentum, quod iurasti mihi, prohibe* חרון *Charòn Aestus iræ ab Israële, sicut dictum est: Reuertere* מחרון *Mecharòn ab æstu iræ furoris tui* Exodi 32. 12. *Quid fecit Moses? Effodit in terra* (veluti domum) *habita-*

tionem magnam in hereditate filiorum Gad, & abscondidit חרון אף *Aestum iræ in terra, veluti hominem, qui est vinctus in domo carcerum. Et omni tempore, quo peccabant Israëlitæ, ipse ascendebat, & distendebat os suum ad mordendum spiritu suo, & ad disperdendum Israëlitas; idcircò vocatur nomen eius* פעור *Peùr Dilatatus. Moses autem nominauit super illum nomen Dei, & descendere illum fecit sub terram. Quando autem mortuus est Moses, quid fecit Deus sanctus benedictus? Posuit sepulchrum eius è regione illius. Quotiescumque Israëlitæ peccabant, & ipse dilatabat os suum ad mordendum spiritu suo, & ad perdendum Israëlitas; ipse coram se videbat sepulchrum Mosis: timebat, & illicò retrocedebat secundùm quod dictum est: Et sepeliuit eum in valle* מול בית פעור *Mol beth Peòr, è regione domus Peòr.* Hactenus R. Eliezer.

Circa hæc verba R. Eliezaris animaduertimus, hos Angelos missos à Deo fuisse, vt in ipso limine Iudaicæ narratiunculæ apparet. Mittuntur etiam Dæmones à Deo sed non immediatè, quia non illuminantur Dæmones, sed medijs Angelis multa Diuina mysteria Dæmonibus reuelantur, quia Diuina iustitia exigit, vt aliqua ab his Ministris fiant ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bonorum, vt supra notauimus in Dissertatione de Angelis, quæ reuelationes respectu Angelorum sunt illuminationes, sed non respectu Dæmonum, illi enim eas ordinant ad Deum, isti autem ad expletionem

pro-

Angelicam apparuerat in conualle Mambre Gen. 18. 1. & postea fecit cum Mose in igne, rubo, nube, Exod. 3. 2. & 16. 10. Docet hoc S. Athanas. in quæst. ad Antiochum quæst. 12. his verbis:

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιβ'.

Πεσόντος τοῦ διαβόλου ἐκ τῶν οὐρανῶν, πῶς γέγραπται ἐν τῷ Ἰὼβ, ὅτι ἦλθον οἱ Ἄγγελοι (τοῦ Θεοῦ) παραστῆναι ἐναντίον κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἐν μέσῳ αὐτῶν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Οὐκ εἶπεν ἡ γραφὴ, ὅτι ἦλθεν ὁ διάβολος ἐν (τοῖς) οὐρανοῖς ἐν μέσῳ τῶν Ἀγγέλων. πρόδηλον οὖν, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ γὰρ ὅπου ἐὰν ὦσιν οἱ ἅγιοι Ἄγγελοι τῷ Θεῷ παρεστᾶσι. πλὴν δεῖ εἰδέναι, ὅτι ὁ Θεὸς, διά τινος ἁγίου Ἀγγέλου πρὸς τὸν διάβολον διαλέγεται. καθάπερ καὶ βασιλεῖς διά τινος μέσου ἀνθρώπου πρὸς τὸν κατάδικον.

QVAESTIO XII.

Cum ex cælo Diabolus prolapsus sit, quomodo scriptum est in libro Iob, quòd ingressi sint Angeli Dei, ut starent in conspectu Domini, & Diabolus in medio eorum?

RESPONSIO.

Non dicit Scriptura, quòd in cælis Diabolus venerit in medium Angelorum. Manifestum igitur est, quod in terra. Etenim ubicunque sunt Angeli, astant Deo. Verùm sciendum est, quòd per sanctum aliquem Angelum Diabolo Deus est locutus, quemadmodum etiam Reges per hominem aliquem intermedium, suum alloquuntur aduersarium.

II. Hos

propriæ iniquitatis. Non itaque est dicendum cum Iudæis, quòd Angeli mali mittãtur à latere sinistro Dei, nisi pro latere sinistro intelligere velis Angelos bonos mandata Dei punitiua, vindicatiua, & bonorum ad patientiam exercitatiua recipientes, qui subinde Dæmonibus imperent, vt voluntatem Dei exequantur: & hoc modo intelligi debet illud Iob 1. 6. 7.

ויהי היום ויבאו בני האלהים להתיצב על יהוה ויבא גם־השטן בתוכם׃ ויאמר יהוה אל־השטן מאין תבא ויען השטן את יהוה ויאמר משוט בארץ ומהתלך בה׃ וגו׳׃

Et fuit dies, & venerunt filij Dei (Angeli) *ut starent coram Domino, & venit etiam Satan* (Aduersarius) *in medium eorum. Et dixit Dominus ad Satan: Vnde venis? Et respondit Satan Domino, & dixit: A circumeundo terram, & perambulando eam &c.* Et ver. 12.

ויאמר יהוה אל השטן הנה כל־אשר־לו בידך רק אליו אל־תשלח ידך ויצא השטן מעם פני יהוה׃

Et dixit Dominus ad Satan: Ecce omne quod ei, in manu tua (est) *tantùm in eum non mittas manum tuam. Et egressus est Satan à conspectu Domini.* Gesta itaque ista fuerunt non coram Deo in cælo & immediatè, sed in terra, & mediante Angelica creatura, non quidem corporea collocutione, sed ea, quæ inter Spiritus intercedere potest loquela, præside quodam superiore Angelo, qui locum Dei teneret, & Dei nomine loqueretur, sicut antea fecerat cum Abrahamo, cui per subiectam creaturam

העגל ואלו אמר משה סלח נא לעונותיהם של ישראל עד סוף כל הדורות היה עושה כן לפי שהיתה שעת רצון וכן הוא אומר בעת רצון עניתיך אלא אמר סלח נא לעונותיהם של ישראל על מעשה העגל: אמר לו הקב״ה הרי כדבריך עשיתי שנאמר ויאמר יהוה סלחתי כדבריך :

Dixit Moses coram Deo sancto benedicto: Domine mundi, quaeso ostende mihi gloriam tuam, Exod. 33. 18. *Dixit ei Deus sanctus benedictus, Moses, tu non poteris videre gloriam meam, quia morieris, sicut dictum est: Quia non videbit me homo, & vivet;* Ibid. ver. 20. *sed propter iuramentum, quod iuravi tibi, & propter nomen* (tetragrammaton) *quod notificavi tibi, ego faciam voluntatem tuam. Sta super ostium speluncae, & ego transire faciam coram te Angelos mihi ministrantes, iuxta illud: Et dixit, ego transire faciam omne bonum coram te,* Ibid. ver. 19. *Quando autem audiveris nomen, quod tibi notificavi: tunc ibi ego sto coram te; sta igitur in fortitudine tua, & ne timeas, quia dictum est: Et miserebor cuius miserebor, & clemens ero, cui clemens ero,* Ibidem. *Dixerunt Angeli ministerij coram Deo sancto benedicto: Ecce nos ministravimus tibi die noctuque, ET NON POSSVMVS VIDERE GLORIAM TVAM, & iste filius mulieris vult gloriam tuam videre? Insurrexerunt contra illum cum indignatione & terrore, ut interficerent illum, & pertingere fecerunt animam eius usque ad mortem. Quid fecit Deus sanctus benedictus? Apparuit illi in nube, iuxta illud: Et descendit Dominus in nube,* Exod. 34. 5. *Et haec est septima de-*

II. Istos, quos R. Eliezer Angelos vocat, non fuisse bonos, sed malos Angelos, patet ex eo, quia tanquam malignum Spiritum חרון *Charon* in carcerem subterraneum detruserit, ne inde ampliùs exire posset. Quòd si Angeli mali sunt, liquet profectò, etiam ex doctrina Iudaeorum, eos nullo modo potuisse, vel posse videre Deum: nam si secundùm doctrinam R. Eliezaris in פרקים *Perakim* cap. 46. neque ipsi beati Angeli Deum vident (quod tamen falsissimum est) quomodo igitur eum videre poterunt maligni Spiritus? Verba quibus id docet R. Eliezer loc. cit. sunt quae sequuntur.

אמר משה לפני הקב״ה רבונו של עולם הראני נא את כבודך אמר לו הקב״ה משה אין אתה יכול לראות את כבודי שלא תמות שנ׳ כי לא יראני האדם וחי אלא למען השבועה שנשבעתי לך והשם שהודעתי לך אני אעשה רצונך עמוד בפתח המערה ואני אעביר לפניך את המלאכי המשרתי׳ לפני שנאמר ויאמר אני אעביר כל טובי על פניך : וכשאתה שומע את השם שהודעתי לך שם אני עומד לפניך ועמוד בכחך ואל תפחד שנ׳ וחנותי את אשר אחון ורחמתי את אשר ארחם : אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה הרי אנו משרתים לפניך ביום ובלילה ואין אנו יכולים לראות את כבודך וזה ילוד אשה רוצה לראות את כבודך ועמדו עליו בזעף ובבהלת להמיתו והגיעה נפשו עד מות : מה עשה הקב״ה נגלה עליו בענן שנאמר וירד יהוה בענן וזו היא ירידה שביעית וסכך עליו. הקב״ה בכף ידו שלא ימות שנאמר והיה בעבור כבודי ושמתיך בנקרת הצור ושכותי כפי : וכשעבר הסיר הקב״ה את כף ידו מעליו וראה אחורי השכינה שנ׳ והסירותי את כפי : התחיל משה מצעק בקול גדול ואמר יהוה יהוה אל רחום וחנון : אמר משה לפניו סלח נא לעונותיהם של ישראל על מעשה

mòth Rabbà , כי תשא סדר *Sèder* תשא *Chi Thissà*, sect. 44. pag. 159. col. 1. circa med. editionis Amsterlodam. cum Comm. in fol. vbi ijdem Angeli vocantur מלאכי חבלה *Malachè chaulà Angeli vastatores, Angeli perditionis*, quæ nomina Dæmonibus attribuuntur; cùm omne illorum studium sit damnum hominibus inferre, nocere, & si possent, humanum genus perdere: vnde proprio suo vocabulo שד *Sced Dæmon* dicitur, & plurali numero שדין *Scedìn Dæmones, vastatores*. Verba autem loci citati ex *Rabbòth* sunt.

זכור לאברהם וגו׳ מה ראה להזכיר ג׳ אבות אמר ר׳ אלוני בן טברי בשם ר׳ יצחק כיון שעשו אותו מעשה יצאו ה׳ מלאכי חבלה לכלותן אף וחמה וקצף והשמד והשחת כשׁם כי יגורתי מפני האף והחמה וגו׳ ; אמר רבון העולם אתה עומד בא׳ ואני באחד אתה עומד באף שנאמר קומה יהוה באפך ואני בחמה שנ׳ להשיב חמתו מהשחית א״ל הקב״ה הרי עמדתי באחד ואתה באחר לג׳ מדת העשה : אמר לו משה הרי ג׳ אבות עומדין לשלשתן לפי׳ הוא מזכירן זכור אברהם וגו׳;

Memento Abrahami &c. Quid viderat (Moses) *vt meminerit trium Patriarcharum? Dixit R. Eluni Ben Tauri nomine Rabbi Isaaci: Quando* (Israelitæ) *illud flagitium* (Vituli) *perpetrarunt; exierunt quinque Angeli vastatores, vt eos delerent*, אף *Aph Ira*, חמה *Chamà Feruor*, קצף *Kètzeph Ira feruens, spuma*, השמד *Hasciamèd Perditio*, & השחת *Hischàth Corruptio*, *sicut scriptum est: Quoniam timui propter* האף *Haàph Iram*, & החמה *Hachamà Furorem*, Deuter. 9. 19. *Dixit* (Moses) *Domine mundi, tu abige vnum*

descensio. Et obtexit eum Deus sanctus benedictus vola manus suæ, ne moreretur, secundùm quod dictum est: Et erit, cùm transierit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & operiam vola mea te, Exod. 33. 22. *Et cùm transisset Deus sanctus benedictus, remouit volam manus suæ desuper eo, & vidit posteriora Diuinæ maiestatis, iuxta illud: Et remouebo volam meam*, Ibid. ver. 23. *Incepit Moses exclamare voce magna, & dixit; Domine, Domine, Deus, misericors, & gratiosus. Dixit Moses coram eo; Condona quæso iniquitates Israëlitarum ob opus Vituli. Sed si dixisset Moses, Condona quæso iniquitates Israëlitarum vsque ad finem omnium generationum, ita* (Deus) *fecisset, quia erat hora propitia; nam ipse dixerat; Tempore accepto exaudiui te*, Isai. 49. 8. *sed* (Moses) *dixit: Condona quæso iniquitates Israëlitarum ob opus Vituli. & Deus sanctus benedictus respondit ei: Ecce secundùm verba tua feci, iuxta illud: Et dixit Dominus: Peperci secundùm verbum tuum*, Num. 14. 20. Ex istis verbis R. Eliezer manifestum est, Angelos bonos Diuinam maiestatem & gloriam non videre, quia conqueruntur, quòd velit Deus illam Mosi ostendere, quam ipsi nunquam viderunt; ergo multò minùs vident, aut vnquam viderunt Dæmones, ideoque Deum alloqui non possunt.

Quod isti quinque Angeli adducti à R. Eliezer sint Angeli maligni, confirmatur auctoritate libri רבות *Rabbòth* in ואלה שמות רבה *Veèlle Sce-*

Abbà explicans illud Psalmi 80. 9. *Vineam de Aegypto transtulisti*, circa initium citatæ sectionis, laudatam explanationem his verbis affert.

מה הגפן הזאת חיה ונשענת על עצים מתים כך ישראל הם חיים וקיימים ונשענין על המתים אלו האבות: וכן אתה מוצא כמה תפלות התפלל אליהו בהר הכרמל שתרד האש כד״א ענני יהוה ענני ולא נענה אלא כיון שהזכיר את המתים ואמר יהוה אלהי אברהם יצחק וישראל מיד נענה מה כתיב שם ותפול אש יהוה וכן משה כשעה שעשו ישראל אותו מעשה עמד ולמד עליהם זכות מ׳ יום ומ׳ לילה ולא נענה אלא כיון שהזכיר את המתים מיד נענה שנ׳ זכור לאברהם ליצחק ולישראל מה כתיב וינחם יהוה על הרעה הוי כשם שהגפן הזאת חיה ונשענת על עצים מתים כך ישראל חיים ונשענים על האבות כשהם מתים הוי זכור לאברהם ליצחק ולישראל.

Sicut ipsa Vitis viuit & innititur lignis mortuis; ita & Israëlitæ viuunt & consistunt, & innituntur super mortuis, hoc est super Patriarchis: sic tu inuenies multas preces, quas orauit Elias in monte Carmelo, vt descenderet ignis, sicut dictum est: Exaudi me Domine, exaudi &c. 1. Reg. 18. 37. *& non exaudiuit eum* (Deus). *At quando recordatus est mortuorum, & dixit: Domine Deus Abraham, Isaac, & Israëlis, statim exauditus est. Quid scriptum est ibi?* ver. 38. *Et cecidit ignis Domini. Sic quoque Moses ea hora, qua flagitium illud* (Vituli) *perpetrarunt Israëlitæ, stetit, & exhibuit pro eis meritum* (ieiunij) *quadraginta dierum, & quadraginta noctium, & non exauditus est: at quando recordatur mortuorum, illicò exauditur, sicut dicitur: Recordare Abraham, Isaac, & Israëlis, Vnum, & ego auertam alium, tu cohibe* אף *Iram iuxta illud: Surge Domine in ira tua* Ps. 7. 7. *& ego arcebo* חמה *Chamà Furorem, sicut dicitur: Ad auertendum furorem eius, ne disperderet,* Psal. 106. 23. Ibi secundùm Vulgatam dicitur: (Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.) *Dixit Deus sanctus benedictus: En ego cohibui vnum, & tu alterum; sed de reliquis tribus quid faciendum? Respondit Moses: En tres Patriarchæ* (scilicet Abraham, Isaac, & Iacob) *ipsi reliquos tres* (malignos Angelos) *arcebunt; idcircò* (Moses) *recordatur illorum, quando dixit: Memento Abrahami, Isaaci, & Iacobi, &c.* Exod. 32. 13. Hinc apparet Catholicorum Christianorum dogma de inuocatione & intercessione Sanctorum antiquos Rabbinos & priscam Synagogam non latuisse, sed eos inuocasse etiam post mortem; mortui enim, qui in Domino moriuntur, mortui non sunt, sed æterna & immortali fruuntur vita, vndè meritò ab ijsdem Rabbinis Israëlitæ comparantur Viti & Vineæ; nam sicut Vitis per se consistere non potest nisi ligno innitatur, quod etsi fragile & mortuum esse appareat, virtute tamen robur Viti affert, & eam fructiferam reddit; ita Ecclesia, quæ Vinea Domini exercituum est, vt vberes bonorum operum fructus reddat, inniti debet meritis Sanctorum defunctorum, quorum orationibus & precibus adiuta, æternæ vitæ præmia consequi mereatur. R. Tanchumà Bar

fuerit Idolum Beelzebub summa veneratione cultum. Istud enim, vt Deus Muscarum colebatur, Hebraicè בעל זבוב *Baal-zeùu*, id est *Dominus* aut *Deus Muscæ*. Et quia in Palæstina Princeps cæterorum Idolorum censebatur, ideò Princeps Dæmoniorum, hoc est illorum Idolorum (Idola siquidem Dęmonia sunt) quæ in terra Philistæorum erant, dicebatur. Non itaque existimandus Beelzebub Princeps omnium Dæmoniorum absolutè, sed illorum Dæmoniorum, seù Idolorum Palæstinæ. Quod cùm notissimum inter Iudęos esset, per contemptum communiter בעל זבול *Baal-zeuul*; hoc est *Deus stercoreus*, pro בעל זבוב *Baal-zebùb* vocabatur. Solent enim Iudęi per contemptum, cæterarum Nationum vocabula, maximè si ad religionem spectant, aliqua transpositione, vel mutatione literarum corrumpere, vt fit in Talmude Codice שבת *Sciabbàth* cap. 16. כל כתבי *Col-chithuè* pag. 116. in fine paginæ, vbi Euangelium, quod Gręca voce significat *Nuncium bonum*, peruertitur, & ad peruersum sensum accomodatur, dum à R. Meir scribitur און גיליון *Auen ghillaiòn*, *Iniquitatis Volumen*; & à R. Iochanan עון גילין *Auòn ghiliòn*, *Peruersitas reuelata*, seù *Peruersitatis Volumen*. Et R. Salom. in Comment. explicat dicendo, ideò

רבי מאיר קרי לספרי מינים און גליון לפי שהם קורים אותן אונגילא :

R. Meir Hæreticorum volumina vocat Iniquitatis Volumen, quia ipsi vocant ea Euangelia. Et idem Rasci ad

Israëlis. Quid subdit Scriptura? Et pœnituit Dominum super malum &c. Exod. 32. 14. *Itaque, quemadmodum Vitis ista viuit, & innititur ligno mortuo; sic Israëlitæ viuunt, & innituntur Patribus mortuis, & recordantur Abrahami, Isaaci, & Israëlis.* Præclarum testimonium de inuocatione Sanctorum. Plura de hac materia videnda sunt supra pag. 197. & seqq.

Quæres secundò: Sicut de Angelis bonis loquendo, vnum, vt maiorem cæteris omnibus præfecimus Michaëlem Archangelum; an idem faciendum sit in Dæmonibus? & quis eorum constituendus sit Princeps, & quo nomine appellandus?

Resp. Indubitanter inter Dæmones constituendus est aliquis, qui supremum inter eos locum occupet, & vocari debet Princeps Dęmoniorum: quisnam autem de facto iste sit, & quo nomine appelletur, ex Sacris literis Veteris Testamenti clarè colligi minimè potest. Ex Nouo autem Testamento apertè habemus apud Matthæum cap. 12. v. 24. & Lucam 11. 15. Beelzebub esse Principem Dæmoniorum. Cur autem Principatus titulum huic Dæmoni attribuat Scriptura, non satis liquet. Crediderim tamen, eo tempore, quo Christus versabatur in terris, ironicè apud Hebræos Beelzebub Principem Dæmoniorum vocatum, ex eo quia in Accaron Hebræis עקרון *Hekròn* Vrbe Tribus Dan in Aquilonari parte terrę sanctæ sita, Iosue 13. 3. etiam à tempore Regum Israël famosissimum

cabulum idem Accaronitarum Idolum ſignificet. Beelzebub autem ab Indigenis ita vocabatur, vt muſcę, quibus illorum regio abundabat, & putatitium dominium in eas habere credebant, à ſuis confinijs abigerentur, nèue ob muſcarum multitudinē, Vrbs, & regio vniuerſa peſte affligerentur, teſte Plinio cap. 28. lib. 10. vbi *Cyrenaici* (inquit) *Achorem Deum muſcarum* (inuocant) *multitudine peſtilentiam efferente, quæ protinus intereunt poſtquam litatum eſt illi Deo*.

Alij, omnium Dæmoniorum Principem faciunt *Luciferum*, & hæc eſt communis ſententia Catholicorum, qui locum Iſaiæ cap. 14. 12. *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? &c.* figuratè explicant, & adaptant Lucifero Dæmoniorū Principi, nihil curantes Grammaticalia Hæreticorum interpretamenta, cùm ex parte noſtra ſtet vniuerſalis conſenſus omnium antiquorum Patrum cùm Græcorum, tùm Latinorum, quorum teſtimonia (quamuis non omnium) mox adducemus, contra Nouatores, & præſertim contra Wolfgangum Muſculum, Henricum Mollerum, & alios huius farinæ homines, quibus hunc locum Iſaiæ tantùm ſecundùm literam intelligendum putant, omni figura, & ſymbolica interpretatione reiectis. Verba Muſculi ſunt: *Gregorius Papa in Ezechielem ſcribens trahit hunc locum ad caſum Satanæ, quem vocat Luciferum propter ſingularem, quam habuerit ſcientiæ lucem, & Angelicæ naturæ gloriam. Et hunc ſequuti ſunt Scholaſtici*

ad illud Deuteronomij cap. 12. 3. ואברתם את־שמם *Et perdetis nomen eorū*, docet, nomina ſacrorum cæterarum Nationum debere corrumpi tranſpoſitione alicuius literæ, vt ſenſus abeat in contemptum & deriſum. Verba illius ſunt -

לכנות להם שם לגנאי בית גליא קורין לה
בית כריא עין כל עין קוץ .

Vt immutetis nomen (tranſpoſitione aliqua literarum) *in vituperium*, v. g. ſi locus dicitur בית גליא *Beth-ghalià*, *appelletur* (per contemptum) בית כריא *Beth Charià*, *Domus triſtis, mæſta, locus corruptus, turpis*. (& ſi appelletur) עין כל *En col*, *nominetur* עין קוץ *En Kòtz*, *Oculus*, ſeù *Fons ſpinarum*. Hæc R. Salomon. Hinc intelliges, cur ab Euangeliſtis Matth. cap. 12. ver. 24. 27. Marc. 3. 22. & Luca cap. 11. 15. 18. & 19. *Beelzebub* vocetur Βεελζεβούλ *Beelzebùl*, quia in perſona plebis Iudæorum eo modo loquentium id referunt Euangeliſtæ. Quando autem Ieſus introducitur à Matthæo cap. 10. ver. 25. loquens cum Diſcipulis ſuis, eoſque docens viam humilitatis, & patientiæ, volens ex occaſione ſermonis, nominare Beelzebub, non κακοφημίαν vulgi Iudaici ſequitur locutionē, ſed ſimpliciter Βεελζεβούβ *Beelzebub*, vt Idolum illud à cultoribus ſuis vocabatur, appellat. Interpres item Latinus hanc Ieſu Chriſti loquendi formulam ſecutus, ſemper & vbique locorum, vbi de Beelzebub fit mentio in Scripturis, Beelzebub, non Beelzebul vertit, cùm vtrumque vo-

gnificandum *Luciferi* nomen assumpserunt.

Primum testimonium est Gregorij Nazianzeni orat. 34. quæ est secunda de Theologia, vbi de Luciferi lapsu hoc modo differit: *Ne idem nobis* (ait) *quod Lucifero illi prolapso, accidat, hoc est, ne toto illo fulgore perfusi ceruicem aduersus Dominum omnipotentem attollamus, atque ob elationem corruamus, casu omnium miserrimo & calamitosissimo.* Et ne de Rege Babel quis existimet dictum à Nazianzeno; ipse oratione 38. de creatione Angelorum tractans, inter Angelos Luciferum connumerat, & casum ipsius refert, & nomen, ait namque disertis his verbis: *Atque ita secundi splendores* (Angeli) *procreati sunt, primi splendoris administri &c.* Et post pauca: *Hæc enim inferiora secundariæ illuminationis sunt, (verùm vt non omninò immobiles, sed ægrè mobiles existimem, ac dicam) mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo & effectus est, & nominatur, ac subiectæ ipsi rebelles potestates, quæ per boni fugam vitium effecerunt, ac nobis contraxerunt.* Ergo Nazianzenus figuratè per Luciferum Principem Dæmoniorum intelligit. Idem repetit iisdem ferè verbis in orat. 42. & clariùs addit: *Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & rebelles Angeli ei subiecti, vitij per boni fugam architecti, eiusdemque nobis authores.* Quid luculentiùs dici potest?

Secundum testimonium est S. Basilij lib. 3. aduersus Eunomium de San-

stiei Doctores, qui ferè omnes verba hæc Prophetæ non de Rege Babel, ad quem tamen & præcedentia, & subsequentia referre coguntur, sed de lapsu Dæmonis exponunt, atque ita seriem vaticinij huius discerpunt: & id interuertunt, quod potissimùm sibi Propheta in hoc Rege impio, & in alijs consimilibus perstringendum sumpsit. Seimus Satanam eecidisse: verùm Luciferum in Scripturis alicubi vocatum non reperimus. Competit hoc elogium non Angelo siuè bono, siuè malo, sed ipsi Christo, qua de re in tit. Psal. 22. quædam adnotauimus. Ita Musculus. Non dissimilia sunt verba Molleri in eundem locum, ea enim sunt

Nonnulli Interpretes, inter quos Hieronymus est, ex hoc loco appellationem Principis Dæmoniorum sumpserunt, quem Luciferum dicunt, & figuratè describi in hoc versu lapsum Angelorum existimant, atque huic accommodant illud Christi Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur cadentem de cælo, cùm nihil minùs velit Propheta. Nihil enim aliud nunc docet, quàm quòd hic victoriosus, & potens Princeps, qui vt Lucifer præ cæteris Stellis in cælo, excepto Sole & Luna, splendebat, exciderit summa gloria & felicitate. Hactenus Mollerus.

Sed aliter docent Sancti Patres cùm Græci, tùm Latini, qui omnes vnanimi consensu locum allatum ex cap. 14. & ver. 12. Isaiæ, præter literam, figuratè testificantur de Principis Dæmoniorum casu intelligi debere, qui cùm ibi *Lucifer* vocetur, ideò ad eundem Principem Dæmoniorum si-

Pono sedem meam in Aquilone, & similis ero Altissimo, Isa. 14. *recessit à bono, ut faceret, sicut dixi, initium mali. Pro tali errore, & tyrannica præsumptione præcipitatus, cecidit irreparabiliter.* Hactenus Diuus Ioannes Chrysostomus. Scimus autem ex loco citato Isaiæ 14. Luciferum appellatum fuisse illum, qui dixerat: *Ponam sedem meam in Aquilone &c. & similis ero Altissimo.* Sed hunc, ait Chrysostomus, Angelum Satan, seù Samaëlem, siuè Diabolum fuisse. Ergo Lucifer est Diabolus.

Quartum testimonium est Tertulliani lib. 5. aduersus Marcionem, qui itidem testatur Diabolum fuisse illum, qui dixit: *Ponam in nubibus thronum meum, & ero similis Altissimo*, in Isaia loc. cit. Eius verba sunt: *Simpliciori responso præ manu erit; Huius æui Dominum, Diabolum interpretari, qui dixerit, Propheta referente, Isai.* 14. *Ero similis Altissimo, ponam in nubibus thronum meum; sicut & tota huius AEVI superstitio illi mancipata est, qui excæcat infidelium corda, & in primis apostatæ Marcionis.* Et nos insuper addemus Musculi, & Molleri, & aliorum à Fide Catholica Apostatarum. Ipse idem Tertullianus paulò infra in eodem libro de Diabolo verba faciens, subdit: *Quis iste? Sine dubio ille, qui ipsi Creatori filios incredulitatis obstruit, aëre isto potitus, sicut dicere eum profert & refert: Ponam in nubibus thronum meum, ero similis Altissimo, Isai.* 14. *Hic erit Diabolus, quem & alibi, si tamen ita & Apostolum legi volunt, Deum æui huius*

Sanctis Spiritibus agens, de eodem Lucifero, qui factus est Dæmon, ita loquitur: *Nec enim aliter Lucifer decidisset, qui manè oritur, nec in terra contritus esset, si rei peioris natura non esset susceptibilis.*

Tertium testimonium est S. Ioannis Chrysostomi Homilia de Adam & Heua, vbi in hanc sententiam multa dicit, inter quæ: *Serpens ille Diabolus* (inquit) *venenosa astutia sua, persuasione callida, sexum fragilem fœmineum, falsa suggerens, decepit, dicens; Quod vobis dixit Deus, De arbore hac non tangatis, ideò præcepit, ne aperirentur oculi vestri, & essetis sicut Dij. Illa audiens, & videns speciosum esse oculis ad videndum, & dulcem fructum ligni ad escam, & esse volens sicut Deus, licèt ipse inde deceptus est, quia ipse voluit esse ut Deus, dicens: Pono sedem meam ab Aquilone, & ero similis Altissimo, & ipso ergo veneno malè persuadens propinauit mulieri &c.* At ista verba, *Pono sedem meam &c. & ero similis Altissimo*, verba sunt Luciferi, ergo Diaboli, secundùm Chrysostomum. Quid ampliùs? Homil. *De lapsu primi hominis* rursus ait: *Fecit ergo Deus Angelos miro, & ineffabili modo, dicente Propheta: Qui facit Angelos suos Spiritus, & ministros suos ignem urentem. Factis ergo Angelis, præceptum eis nullum dedit. In quibus Angelis Sathabel* (fortassis legi debet *Satan*, aut *Samaël*) *Angelus principatum tenebat. Hic ex defectu boni fecit initium mali, quia malum Deus non fecit. Ergo quando ei obortum est, ut diceret:*

ros descendens, & cætera: quæ in figura Regis velut Babylonis in Diabolum dicta intelliguntur, &c. Et lib. 11. *de Ciuit. Dei* cap. 15. differens de eo, quod de Diabolo Ioannes in Epist. 1. cap. 3. 8. ait: *Ab initio Diabolus peccat*, (subiungit) *Non intelligunt, si naturale est, nullo modo esse peccatum. Sed quid respondetur Propheticis testimonijs, siuè quod Esaias ait sub figurata persona Principis Babyloniæ, Diabolum notans: Quomodo cecidit Lucifer, qui manè oriebatur? siuè quod Ezechiël: In delicijs paradisi Dei fuisti omni lapide pretioso ornatus? &c.* Communis igitur est sensus omnium Sanctorum & veterum Patrum tam Græcorum, quàm Latinorum, ea quæ dicta sunt literaliter de Rege Babylonis ab Isaia, & Rege Tyri ab Ezechiele, figuratè intelligenda esse de Diabolo, qui Lucifer ideò dicitur: quia sicut Stella Veneris, dum in oriente rutilat, auroram præueniendo, Lucifer dicitur; & dum in occidente micat, & noctis tenebras paruo temperat lumine, Vesper nuncupatur; ita & Angelus ille, dum in delicijs paradisi fuerat omni lapide pretioso ornatus, ante lapsum Lucifer manè dicebatur oriri; sed postquam in veritate non stetit, in gratia non permansit, ab oriente in occidentem cecidit, à gratia in culpam ruit, & de *Lucifero* factus est *Vesperugo*. Hunc casum deplorat Propheta, & priori ac nobiliori *Luciferi* vocabulo, quo præclaræ dotes, quibus Angelus ille ornatus fuerat, exprimuntur, enunciat: *Quomodo cecidit* *huius agnoscemus*. Ita Tertullianus.

Quintum testimonium est Hieronymi in cap. 28. Ezechielis, qui pariformiter sicut & Isaiæ 14. de Lucifero Dæmone explicat. Hunc locum citat Mollerus, sed verba Hieronymi præcisè non affert. Idem Hieron. in cap. 3. Amos lib. 1. eundem locum ad superbos refert, & Diabolos. In Psalmos quoque ad ver. 7. Ps. 81. *Sicut vnus de Principibus cadetis* (ait) *Quomodo cecidit Lucifer, qui manè oriebatur: & ecce & hic cecidit, & ibi cecidit: propterea cecidit, quia semper in cælestibus versabatur.* Et omnia, quæ in Ezechiele cap. 28. de Rege Tyri leguntur, ad Diabolum figuratè reducit.

Sextum testimonium est Ambrosij in 11. cap. ad Romanos ver. 11. *Numquid sic offenderunt, vt caderent? De Iudæis loquens* (inquit) *Non ita propter improbitatem suam cæcati sunt, vt curari non possent; sicut Diabolum legimus cecidisse, dicente Esaia Propheta: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer? casum apostasiam significans.*

Septimum testimonium est Augustini lib. 11. de Genesi ad literam cap. 24. vbi de Diabolo hæc leguntur: *Quod ergo per Esaiam Prophetam in eum dicitur: Quomodo cecidit de cælo Lucifer manè oriens, contritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixisti sensu tuo: In cælum ascendam, super sidera cæli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso super montes excelsos, qui sunt ad Aquilonem, ascendam super nubes, ero similis Altissimo: nunc autem ad infe-*

Locus verò Pſalmi 110. 3. vbi nos legimus: *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te*, Hebraicus textus habet -

עמך נדבות ביום חילך בהדרי־קדש מרחם משחר לך טל ילדותך :

Amechà nedauòth bijòm chelècha beadrè--kòdeſc merèchem miſcchàr: lechà tal ialduthècha. Populus tuus ſpontaneus (ſeù deuotionum) *in die fortitudinis tuæ in decoribus ſanctitatis ex vtero* משחר *miſcchàr ab aurora tibi ros natiuitatis tuæ*. Cui addi poteſt locus ille Iob cap. 11. ver. 17. quem S. Hieronymus vertit, *Orieris vt Lucifer*, in Hebræo habetur כבקר תהיה *Cabòker thihiè Sicut manè eris*. Primus locus planè de Planeta illo intelligendus eſt, qui manè paulò ante auroram illuceſcit, Solis Paranympho, ideoque *Lucifer* & *Venus* ab Aſtronomis appellatur, Hebraicè הילל *Helèl*, quod R. Salomon in hunc locum Iſaiæ explicat per כוכב חנוגה *Stellam Veneris*, & putat, Planetam fuiſſe Regis Babyloniæ, eius gloriam & honorem ſignificantem, qui è cælo lapſus fuerit, è cuſpide nobiliſſima cæli, puta è medio, ſeù corde cæli, quam pro honoribus & dignitatibus ſignificandis conſtituunt Aſtrologi. R. Dauid Chimchi de eodem Rege intelligit, cuius gloriam & magnificentiam, non cuilibet cælorum Stellæ, ſed -

ככב המגיה אורו הרבה והוא כככב השחר והוא הנקרא הילל :

cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? Tranſit autem Propheta à litera ad figuram, ab hiſtoria ad allegoriam, à caſu Regis Babylonis ad caſum Diaboli: vterque *Lucifer* appellatur, quia ſicut Lucifer Planeta, ſuper cæteras ſtellas (excepto Sole & Luna) magis reſplendet, ita & Rex Babel, & Angelus qui effectus eſt Diabolus, gloria & pulchritudine ſuper alios emicabant: vnde ad ſignificandum primæuum gratiæ ſtatum; eodem *Luciferi* vocabulo, Angelum hunc, olim Angelorum Primatem, modò Dæmonem effectum, appellamus. Ante hanc nobiliſſimam creaturam, nulla alia priùs creata eſt, cùm ipſa fuerit *principium viarum Domini* Iob 40. ſolùm *Verbum æternum* ante Luciferum non factum, non creatum, ſed genitum fuit, ſecundùm quod dicitur in Pſ. 110. 3. *Ante Luciferum genui te*, ſcilicet ante omnes creaturas, ab æterno genui te, אני היום ילדתיך *Anì haijòm ielidtècha, Ego hodie genui te* Pſ. 2. 7. in hoc die æternitatis; nam æternitas dicitur vna dies ſine principio, & fine, & ſucceſſione, in qua generatur Verbum æternum. Sed aduertendum, quòd hæc vox *Lucifer* non ſemper per idem vocabulum Hebraicè effertur. Nam locus Iſaiæ ſæpè citatus ex capite 14. 12. *Quomodo cecidiſti Lucifer? &c.* Hebraicè habet -

איך נפלת משמים הילל בן־שחר :

Ech naphàlta miſciamàim Quomodo cecidiſti de cælo הילל *HELE'L LVCIFER, Ben-ſciàchar filius auroræ?*

etiam *Principem* & *principalem* denotat, ſic illud Pſalmi 51. 14. ורוח נדיבה תסמכני *Verùach nediuà tiſmechèni*, verterunt, *Et ſpiritu principali confirma me*.

ביום חילך *Bijòm chelècha In die fortitudinis tuæ*, Septuaginta, *Virtutis tuæ*, idem eſt ſenſus.

בהדרי־קדש *Behadrè-kòdeſc In decoribus ſanctitatis*, Septuaginta, *In ſplendoribus ſanctorũ*. Decor & ſplendor idem ferè ſignificant, cùm eandem rem formoſam reddant, ſic הדר מלכות *Hèder Malchùth* Dan. 11. ver. 20. decorem & ſplendorem Regni notat. Quamuis inter vtrumque aliquod diſcrimen deprehendatur; nam decor pulchritudinem, ſplendor autem claritatem rei oſtendit, vt ſplendor aliquid maius denotare videatur, quàm denotet decor. Quod colligitur ex eodem Dan. 4. v. 33. הדרי וזוי *Hadrì vezivì Decor meus, & ſplendor meus*. Septuaginta autem *ſplendores* repoſuerunt, vt perfectiùs indicarent Chriſti claritatem in Sanctis ſuis reſplenduiſſe in die virtutis ſuæ, ſcilicet poſt paſſionem & reſurrectionem à mortuis; dies enim paſſionis & reſurrectionis potiſſimùm fuit dies virtutis Chriſti quando triũphauit de Diabolo, & expoliauit Infernum. Bellarminus in expoſitione *In ſplendoribus ſanctorum*. *In Hebraico* (ait) *legitur*, *In montibus ſanctitatis. Sed videntur Septuaginta Interpretes non legiſſe* הַרְרֵי *Harrè per* ה, *quod ſignificat montes ſed* אוֹרֵי *per* א, *quod ſignificat ſplendores*. Sed hæc

Stellæ deferenti lumen plurimùm (comparat) *& eſt Sidus auroræ, vocatum* הילל *Helèl Lucifer*. Cæteræ voces שחר ובקר *Sciàchar* & *Bòker* benè & congruè etiam pro *Lucifero* redduntur in locis recenſitis in Pſ. 110. ver. 3. משחר *Miſciàchar Præ aurora*. hoc eſt, ante auroram; Aurora etiam Lucifer dicitur vtpotè Luciferi mater; nam fingunt Poëtæ Luciferum filium Iouis & Auroræ fuiſſe, quia ex ſinu Auroræ oriri videtur. Aurora igitur cum lucem mundo afferat, Lucifer quoque vocatur. Et בקר *Bòker Manè* cùm ſit initium diei (dies enim artificialis exorditur à principio auroræ vſque ad occaſum Solis) Aurora iure optimo & Lucifer appellari poterit, vt fit à S. Hieronymo lòc. cit. At circa verſionem ſeptuaginta duorum Seniorum, qua hodie vtitur Eccleſia Catholica in recitatione illius verſiculi Pſalmi 110. *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te*, & habetur in Vulgata editione, dicimus optimam eſſe, neque à genuino ſenſu literę Hebraicæ diſcrepare. Nam quod Hebraicè legitur עמך נדבות *Amechà nedanòth Populus tuus ſpontaneus* (ſeù deuotionum, vel voluntatum) Septuaginta ex codice aliter punctato, quàm ſit hic noſter Hebraicus, quem hodie habemus legiſſe, dicendum eſt; nam ipſi (paulò aliter punctis immutatis) legerunt עִמְּךָ נְדָבָה *Himechà nediuà Tecum principium*. נדיב præter ſpontaneum, & voluntarium,

tens, à quo tanquam ros per æternam natiuitatem procedit. Totum hoc breuiter, & clarè explicatur per vnicum verbum *Genui te*.

Quid igitur oblatrant Hæretici, Satanam alicubi in Scripturis Luciferum vocatum non reperiri, cùm cecidisse confiteantur, & Lucifer de cælo cecidit, qui secundùm omnium Doctorum Satan & Diabolus est? Casus igitur ab Isaia descriptus, præter literam, de casu Diaboli, quem *Luciferum* ex eadem Scriptura appellamus figuratè, intelligendus est. Hæretici autem cùm omnem figuram respuant, & literæ tantùm inhærere velint, libentiùs etiam adhærebunt Synagogæ Iudaicæ, quàm Ecclesiæ Catholicæ. Iudæi, literam huius loci Isaiæ cap. 14. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer? &c.* de Rege Nabuchdonosore intelligere volunt; sed cùm singulas voces, & apices Scripturæ rimari satagant, in ineptias, & quod intolerabilius est, in obscœnas commentationes, Sacras literas conspurcando contorquent. Pudet ea, quæ in hoc loco dicunt, referre, ne castæ aures offendantur; attamen ne nos malignè & calumniosè Iudæis probra imponere, & confictis mendacijs eos lacessere, ac illorum famam inter gentes odiosè prostituere videamur, condonabit pudicus Lector, si in medium proferam expositionem prædicti loci Isaiæ cap. 14. ver. 12. quam honestissimi isti Talmudistæ in suo purissimo Talmude afferunt. In Cod. שבת *Sciabbàth* cap. 23. שואל *Scioèl* pag. 149.b. paulò post med. ex-

hæc lectio à Bellarmino allata hodie non reperitur in Hebraico textu. Verum tamen est, quòd S. Hieronymus legit, *In montibus sanctis*. Sed potuit fieri, quòd in Codice S. Hieronymi הררי *Harrè* notatum esset; sed cùm in omnibus Codicibus tum manu scriptis, tum typis excusis hodie legatur בהדרי־קדש *Behadrè-kòdesc In decoribus sanctitatis*, miror quomodo Bellarminus vir eruditissimus æquè ac diligentissimus dicat in Hebræo legi בהררי־קדש *Beharrè-kòdesc In montibus sanctitatis*. Sequitur -

מרחם משחר *Mechèrem misciàchar Ex Vtero, ab aurora*, Septuaginta, *Ex vtero ante Luciferum*, vt supra explicatum est.

לך טל ילדותך *Lechà tal ialdutècha Tibi ros natiuitatis tuæ*, Septuaginta succinctè *Genui te*. Et quod in duobus vocabulis *Tibi ros* obscurum videbatur, clariùs per *Genui te* reddiderunt. Declaratur hic (vt supra obseruauimus) Verbi æterni æterna generatio. *Ex Vtero*, id est ex Intellectu; Intellectus enim Diuinus propter suam fœcunditatem vtero comparatur; quia sicut in vtero concipitur filius, ita & per Intellectum Diuinum id quod ab æterno intelligitur, Verbum est, quod à Patre per notitiam suæ essentiæ generatur, ideoque Filius Dei est, & Patri coæternus. *Ab aurora tibi ros natiuitatis tuæ*, quemadmodum ros alium genitorem non agnoscit, quàm auroram, ita Verbum æternum alium genitorem non habet, quàm Auroram illam, quæ Lucifer increatus est, & Pater omnipo-

explicant, sæpè laudatum versiculum Isaiæ -

איך נפלת משמים חלל בן שחר נגדעת לארץ
חולש על גוים :

Quomodo cecidisti de cælo Lucifer fili auroræ? Succisus es de terra debilitans super gentes: Rabbà Bar Ràu Hunnà dicit hoc modo -

אמר רבה בר רב הונא שהיה מטיל פור על גדולי מלכות לידע איזה בן יומו של משכב זכור וכתיב כל מלכי גוים כולם וגומר : אמר ר׳ יוחנן שנחו ממשכב זכור ואמר רבי יוחנן כל ימיו של אותו רשע לא נמצא שחוק בפה כל בריה שנאמ׳ נחה שקטה כל הארץ פצחו רינה מכלל דעד השתאלא הוה רינה : ואמר רבי יצחק אמר רבי יוחנן אחור לעמוד בביתו של אותו רשע שנאמר ושעירים ירקדו שם : ואמר רב יהודה אמר רב בשעה שבקש אותו רשע לעשות לאותו צדיק בך נמשכה ערלתו ג׳ אמות אמה והיתה מחזרת על כל המסיבה בולה שנ׳ שבעת קלון מכבוד שתה גם אתה והערל ערל בגימטריא ג׳ מאות הוי :

Id est: *Dixit Rabbà Bar Ràu Hunnà. Proijciebat sortes* (Nabuchodonosor) *super Magnates Regni* (seu super Reges, vt vult Glossator) *vt per sortem haberet diem ad concubitum masculum destinatum, iuxta illud: Omnes Reges gentium vniuersi ipsi iacuerunt in gloria, vnusquisque in domo sua*, Isaiç 14. 18. *Dixit R. Iochanan, quia quieuerunt à concubitu masculino; & dixit R. Iochanan; Omnibus diebus illius impij* (Nabuchodonosoris) *non est inuentus risus in ore vllius personæ: S. D. Quieuit, requieuit omnis terra, iubilauerunt præconium.* Ibid. ver. 7. *Ergo vsque adhuc non fuerat iubilum. Et dixit R. Isaach: Dixit R. Iochanan, Prohibitum erat manere in domo illius impij*, S. D. *Et Dæmones siluestres saltabant ibi*, Ibid. cap. 13. 21. *Et dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Ea hora, qua quæsiuit ille impius* (Nabuchodonosor) *facere sic illi iusto* (Sedeciæ) *excreuit mentula eius 300. cubitis, & regirabat per totum circuitum* (Regum assidentium coram Nabuchodonosore, ait Glossa) *iuxta illud: Saturatus ignominia præ gloria, bibe etiam tu, & denudare præputium.* Habacuc 2. 16. ערל *Harel Præputium, per Ghematrià in numerum resolutum conficit* 300.

Eadem leguntur in עין ישראל *En Israël* Cod. *Sciabbàth* pag. 77. colum. 2. circa principium. Ista turpissima commenta ab impudico Talmudicorum cerebro excogitata, impietate non carent, cùm patrocinium quærant à Sacris literis, easque ad suas turpitudines stabiliendas trahere nitantur. Quid, *Omnes Reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua*, commune habet cum impudico R. Iochananis commento? In ambagibus non versatur textus Sacer, clarus est, & litera etiam ipsis lippis euidentissimè patet; de Rege potentissimo Babylonis loquitur, de Rege Nabuchodonosore, vt Hieronymo placet, vel de Balsasare, vt alijs magis probabile videtur. Loquitur enim Scriptura de superbia, & arrogantia huius Regis, qui posuerat Orbem desertum, & Vrbes eius destruxerat, & tandem miserè perijt, vnde dicitur: *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis &c.*

Non

moniorum, & aiunt, cùm caderet de cęlo, apprehendisse alam Michaëlis vt secum traheret in barathrum, sed Deus è manibus eius eripuerit, quem deinceps, Michaëlem vocatum volunt הפליט *Happalith*, hoc est *Liberatum*, seu *Euasum*. Legitur hoc in פרקים *Perakìm* R. Eliezer cap. 27. in principio, cuius exordium est -

נסיון חששי באו אליו כל המלכים להרגו אמרו נתחיל ראשון כבן אחיו ואחר כך נתחיל בו ובשביל לוט לקחו את כל רכוש סדום ועמורה ואחר כך שבו את לוט ואת רכושו שנא׳ ויקחו את כל רכוש סדום ועמורה וגו׳ בא מיכאל והגיד לאברהם שנא׳ ויבא הפליט ויגד לאברהם העברי מיכאל שרו של עולם הוא מגיד שנא׳ ובעל כנפים יגיד דבר ולמה נקרא שמו פליט לפי שבשעה שהפיל הקב״ה את סמאל וכת שלו ממקום קדושתן אחז בכנפו של מיכאל להורידו ולהפילו ופלט הקב״ה מידו לפיכך נקרא שמו פליט ועליו אמר יחזקאל בא אלי הפליט מירושלם לאמר הכתה העיר׃

Tentatio (Abrahami) *sexta*. *Venerunt ad eum omnes Reges, Vt interficerent eum: Dixerunt: Incipiemus primò à filio fratris sui, & posteà exordiemur ab illo. Et propter Lot diripuerunt omnem substantiam Sodomæ, & Gomorrhæ, & deinde captiuum adduxerunt Lot, & vniuersam facultatem illius, iuxta illud: Et abstulerunt omnem facultatem Sodomæ & Gomorrhæ &c. Venit Michaël, & nunciauit Abrahamo, sicut dictum est: Et venit* הפליט *Happalit Euasor, seu quidam qui euaserat, & nunciauit Abrahamo Hebræo. Michaël Princeps mundi ipse fuit nuncius, sicut dicitur* Eccles. 10. 20. *Et præditus alis annunciabit rem. Et quare vocatur nomen eius* פליט

Pa-

Non sic alijs Regibus gentium accidit, *qui omnes dormierunt in gloria*, hoc est gloriosè obierunt, *Vnusquisque in domo sua*; i. e. in sepulchro maiorum suorum, in tumulo Regio, & Mausolæo proprio sepulti sunt. Toto cælo igitur distat literalis sensus Scripturę ab hoc turpissimo, sed Rabbinis dignissimo commento. Cui dissimile non est illud, quod sequitur Rabbi Iudæ super locum Habacuc: *Saturatus es ignominia pre gloria, bibe etiam tu, & denudare præputium*. De quo satis est indicasse. Legat, benigne Lector, caput vltimum libri secundi Regum, si placet, & videbit, quàm benè adaptari potest hæc obscœnissima expositio Regi Sedecię, cuius filij statim post capturam eius, iussu Nabuchodonosoris coram eo occisi sunt, & oculi eius effossi, & ita Rabbinorum deliramenta manifestissima fient. At ista fortassis magis placebunt peruersis hominibus, & Hęreticis, quàm quę ab antiquis Patribus, & communi totius Ecclesiæ consensu, tradita sunt. Concludimus tandem, & cum eadem Ecclesia dicimus, Dęmonium illud, quod communiter Luciferum vocamus, esse Principem Dæmoniorum.

Hebræi verò, qui omnia confundunt, & paucissima vera infinitis propemodum falsitatibus admiscent, Principem Dęmoniorum constituunt illud, quod primùm ad Euæ consortium ingressum fuisse asserunt, errore planè intolerabili; hunc, quem appellant *Samaëlem*, constituunt Principem, & caput omnium Dæ-

torum antiquorum Patrum, Tertulliani inprimis, qui lib. 2. contra Marcionem cap. 10. in persona Principis צור *Sor* de Diabolo Dæmoniorum Principe ita pronunciat cum Propheta Ezechiele 28. *Tu es signaculum similitudinis &c. plenus sapientia, corona decoris, hoc vt eminentissimo Angelorum, vt Archangelo, vt sapientissimo omnium, &c.* Secundò Origenis Homil. 9. in Matth. circa fin. *Primus fuit, quando incedebat immaculatus in omnibus vijs suis, donec iniquitas inueniretur in eo &c.* Tertiò Chrysostomi Homil. *De lapsu primi hominis* Tom. 1. *Factis Angelis, praeceptum eis* (Deus) *nullum dedit, in quibus Angelis, Sathahel Angelus, principatum tenebat. Hic ex defectu boni fecit initium mali &c.* Quartò D. Basilij lib. 4. aduersus Eunomium, circa medium, eiusdem sententiæ esse videtur, dum verba Iob ad Diabolum refert, cùm ait: *Et Iob primam Dei facturam Diabolum dicit; cùm dicat: Hoc primum est origo plasmatis Domini.* Quintò, idem confirmat Diuus Gregorius in Moralib. lib. 32. cap. 19. circa medium: & in Homil. 34. in Euangel. & expressè docet Sextò, D. Hieronymus cap 40. Iob in illud: *Ipse est principium viarum Domini*, quod & de Diabolo intelligit dum dixit; *Hic* (Diabolus) *inter caeteras creaturas primus à Deo sit conditus: & inde dictum sit; Ipse principium est viarum Domini. Nam in Ezechiele Propheta: In capite lapidum ignitorum refertur, quòd primus fuerit omnium Angelorum, & corona in* *Palit Euasor? Quia ea hora, qua praecipitauit Deus sanctus benedictus Samaelem, eiusque sectam de loco sanctitatis illorum, apprehendit* (Samaël) *alam Michaëlis, vt descendere faceret & praecipitaret illum, sed eripuit eum Deus sanctus benedictus manu sua; idcircò vocatur nomen eius* פליט *Palit qui euasit: & de ipso loquitur Ezechiel* cap. 23. ver. 22. *Venit ad me* הפליט *Happalit qui euaserat de Ierusalem, dicendo: Percussa est Ciuitas.*

Quamuis fabulosum commentum hoc esse diuersis rationibus ex Scriptura depromptis appareat; vti Reges omnes contra Abrahamum conspirasse, cùm tamen quinque Reges tantùm debellatos fuisse ex Pentapolitana regione à quatuor Regibus recensitis in cap. 14. Geneseos, contra quos principaliter bellum instituerunt, & non contra Lot, qui casu, & ipse captus est. Non itaque propter Lot diripuerunt omnem facultatem Sodomorum, & Gomorrhæ, sed Lot propter Sodomæos & Gomorrhæos captus, & bona illius direpta sunt. Quòd autem Michaël missus fuerit ad annunciandum Abrahamo capturam Lot, & quòd פליט *Palit* vocatus fuerit, eò quia euaserat in casu Samaëlis Principis Dæmoniorum apprehendentis alam ipsius Michaëlis, & secum trahere annitentis, etsi Rabbinorum somnia sint, nihilominùs ex his habemus, eorumdem Rabbinorum fuisse sententiam, Samaëlem, quem nos Luciferum dicimus, eum omnium omninò Angelorum fuisse supremum. Quæ sententia est mul-

Luciferum appellamus, inter omnes omninò Angelos maiorem & supremum locum tenuisse; ac cæteris omnibus nobiliori, præstantiorique natura prędicum extitisse, dicendum est. Huius Principis suasu, & instigatione ad peccandum, decepti sunt alij Angeli mali; sed suasione Michaëlis sese Lucifero opponentis, cæteri Angeli boni, Diuinæ voluntati obtemperarunt; & hæc est pugna quæ in Apocalypsi describitur capite 12. ver. 7. *Et factum est prælium magnum in cælo, Michaël & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum ampliùs in cælo.* Huc referendum est quod ait R. Eliezer (quamuis stolidè prorsùs) apprehendisse Samaëlem alam Michaëlis, eumque ad se trahere conatu valido tentasse, sed Dei auxilio fretū Michaëlem euasisse, & ideò vocatum פלט *Palit Euasorem*, seù *Qui euaserat*. Hinc etiam patet, adhuc aliquid veritatis lumen in Hebręorum libris latitare. Circa verò nomen פלט *Palit* illius *Qui euaserat*, quod insulsè Michaëli attribuit R. Eliezer; alij Rabbini in libro *Rabbòth* ord. לך לך sect. 42. circa finem, Ogh Regi Basan attribuunt non minùs ineptè, de quo mira prædicant, & admodum portentosa referunt: quę nos alibi congruentiùs referemus. Sufficiat nunc ostendisse, opinione Iudæorum, Samaëlem Principem Dæmoniorum esse, ac in substantia cum Lucifero Dęmone conuenire.

De Samaëlis magnificentia, super-

in manu Domini. Et Septimò, S. Isidorus lib. 1. *De summo bono* cap. 12. num. 4. disertè ait: *Ante omnem creaturam mundi, creati sunt Angeli, & ante omnem creationem Angelorum, Diabolus conditus est, sicut scriptum est: Ipse est principium viarum Dei. Vnde & ad comparationem Angelorum Archangelus appellatus est. Primus enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate.* Et num. 5. sequitur: *Primatum habuisse inter Angelos Diabolum constat excellentia prælationis: ex qua fiducia cecidit, ita vt sine reparatione laberetur. Cuius prælationis excellentia Propheta his verbis enunciat: Cedri non fuerunt altiores illo, in Paradiso Dei: Abietes non adæquauerunt summitatem illius; omne lignum Paradisi non est assimilatum illi, quoniam speciosiorem fecit eum Deus.* En excellentiam, & superioritatem omnimodam Dæmonis Luciferi.

Octauò tandem, Sanctorum Patrum agmen claudit mellifluus Pater meus Bernardus primus Claræuallensis Cœnobij Abbas, sermone 1. *De Aduentu Domini*, quem ad Monachos suos habuit de more in Capitulo, vbi contra Luciferi superbiam inuehens, de eadem ita præfatur: *Initium omnis peccati superbia: quæ tam velociter ipsum quoque syderibus cunctis clariùs micantem, æterna caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non modò Angelum, sed Angelorum primum in Diabolum commutauit.* Hactenus mellifluus Doctor. Quibus omnibus Veterum Patrum auctoritatibus manifestè liquet, Samaëlem, quem nos

perbia, & inuidia diuerſis in locis agunt Magiſtelli iſti Iudæi, ſed præcipuè R. Eliezer in ſuis פרקים *Perakîm*, & *Pèrek*, ſeù cap. 13. de eodem ferè per totum conſumit, deſcribitque modum quem tenuit, vt primos parentes noſtros ſeduceret in comeſtione vetiti pomi, quæ omnia cùm ad inſtitutum noſtrum, de Samaëlis (ſecundùm quod Hebræi ſentiunt) natura plurimùm faciant cognoſcenda, ideò verba illius hic tranſcribere, & in Latinum vertere non pigebit. Ea enim ſunt.

פרק שלשה עשר : הקנאה והתאוה והכבוד מוציאין את האדם מן העולם אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה רבון כל העולמים מה אדם ותדעהו אר׳ להבל דמה אין על עפר משלו אמר להם מה שאתם מקלסין אותי בעליונים הוא מיחד אותי בתחתונים ולא עוד אלא יכולין אתם לעמד ולקרוא שמות לכל הבריות עמדו ולא יכלו מיד עמד אדם וקרא שמות לכל הבריות שנ׳ ויקרא האדם שמות לכל הבהמה וגו׳ . וכיון שראו מלאכי השרת אמרו אם אין אנו באים בעצה על אדם שיחטא לפני בוראו אין אנו יכולין בו והיה סמאל השר הגדול שבשמים וחיות ושרפים משש כנפים וסמאל משתים עשרה כנפים לקח את הכת שלו וירד וראה כל הבריות שברא הקב״ה ולא מצא חכם להרע כנחש שנאמר והנחש ערום מכל חית השדה והיה דמותו כמין גמל ועלה ורכב עליו והיתה התורה צווחת ואומרת סמאל עכשו נברא העולם ועת למרוד במקום כעת במרום תמריא רבון העולמים תשחק לסוס ולרוכבו משל למה הדבר דומה לאדם שיש בו רוח רעה לכל המעשים שהוא עושה מדעתו הוא עושה וכל הדברים שהוא מדבר מדעתו הוא מדבר והלא אינו עושה אלא מדעת רוח רעה שיש עליו כך הנחש כל מעשיו שעשה וכל דבריו שדבר לא דבר ולא עשה אלא מדעתו של סמאל : ועליו הכתוב אומר כרעתו ידחה רשע : משל למלך

שנשא אשה והשליטה בכל מה שיש לו באבנים טובות ומרגליות אמר לה כל מה שיש לי יהא בידך חוץ מחבית זו שהיא מלאה עקרבים נכנס אצלה זקן אחד כגון שואל ממנת חומץ אמר לה מה המלך נוהג לך אמרה לו כל מה שיש לו נתן לי והניח בידי חוץ מחבית זו שהיא מלאה עקרבים אמר לה והלא כל קוזמיא של מלך הרי היא בחבית זו ולא אמר לך כך אלא שהוא מבקש לישא אשה אחרת וליתנם לה כך המלך זה אדם האשה זו חוה זקן שואל חומץ זה הנחש ועליהם הוא אומר שם נפלו פועלי און : דן דין נחש בינו לבין עצמו ואמר אם אני אומר לאדם יודע אני שאינו שומע לי שהאיש קשה לעולם להוציאו מדעתו אלא הריני אומר לאשה שדעתה קלה עליה שאני יודע שהיא שומעת לי שהנשים נשמעות לכל הבריות שנאמר פתיות ובל ידעה מה . הלך הנחש ואמר לאשה אמת שאף אתם מצווים על פירות האילן הוה אמרה לו הן שנאמר ומפרי העץ אשר בתוך הגן . מתוך דבריה מצא פתח להכנס בו אמר לה אין צווי זה אלא עין רעה שבשעה שאתם אוכלין ממנו תהיו כאלהי׳ מה הוא עושה בורא עולמות ומחריב עולמות כך אתם יכולין לברא עולמות ולהחריב עולמות . מה הוא ממית ומחיה אף אתם יכולין להמית ולהחיות שנאמר כי יודע אלהים כי ביום אכלכם ממנו ונפקחו עיניכם : הלך הנחש ונגע באילן צווח ואמר רשע אל תגע בי שנ׳ אל תבואני רגל גאוה : שם נפלו פועלי און . הלך הנחש ואמר לאשה הריני נגעתי באילן ולא מתי אף את געי בו ולא תמותי. הלכה האשה ונגעה באילן וראתה מלאך המות שבא כנגדה אמר אולי עכשיו אני מתה והקב״ה עושה לו אשה אחרת ונותנה לאדם אלא הריני גורמת לו שיאכל עמי אם נמות שנינו נמות ואם נחיה שנינו נחיה ולקחה ואכלה מפירות האילן ונתנה מפירותיו גם לבעלה שיאכל עמה שנאמר ותקח מפריו ותאכל ותתן גם לאישה : כיון שאכל אדם מפירות האילן ראה את עצמו ערום ונתפקחו עיניו וקהו שיניו אמר לה מה הוא זה שהאכלתני שנתפקחו עיני וקהו שיני על דעתי כשם שקהו שיני כך יקהו שני כל הדורות :

deridebit equum, & ascensorem eius, Iob 39. 18. *Parabola. Cui hoc simile est? Homini, cui inest Spiritus malignus: omnia opera, quæ ipse facit, voluntate ipsius facit; & omnia verba quæ ipse loquitur, ex voluntate ipsius loquitur, nihilque agit, nisi ex voluntate Spiritus maligni, qui est in eo: sic Serpens, omnia opera eius quæ fecit, & omnia verba quæ locutus est, non locutus est, neque fecit, nisi ex voluntate Samaëlis; & de eo Scriptura dicit: In malitia sua expelletur impius,* Prou. 14. 32. *Parabola alia. Simile est Regi, qui accepit mulierem, & dominari eam fecit in omnibus quæ habebat, in lapidibus pretiosis, & margaritis. Dixitque ei: Quæ ego habeo, omnia sint in manu tua præter cacabum istum, qui Scorpionibus plenus est. Ingreditur ad eam senex quidam, ac si postulasset ab ea fermentum; dixit ei: Quid te Rex iussit custodire? Respondit ei: Quicquid habet, mihi dedit, & in manu mea reliquit, præter cacabum istum, qui plenus est Scorpionibus? Dixit ei: Et nonnè omnis substantia Regis reperitur in cacabo isto? Et non dixit tibi quicquam, quia quærit accipere aliam Vxorem, & illi donare Vult. Sic, iste Rex, est Adam; mulier Verò est Eua, senex postulans fermentum est Serpens, & de ipsis dicitur: Ibi ceciderunt operarij iniquitatis,* Psal. 36: ver. 13. *Causam discussit inter se & illum, dixitque: Si ego dicam Adamo; scio ego, quòd ipse me non audiet, quia vir semper difficilior est, Vt egrediatur de sententia sua: sed ego nunc alloquar mulierem, cuius scientia leuior*

Id est CAPVT XIII.

Inuidia, concupiscentia, & superbia discedere faciunt hominem à mundo. Dixerunt Angeli ministerij coram Deo sancto benedicto: Rector Vniuersorum, Quid est homo, vt cognoscas eum? Homo vanitati similis est, Ps. 144. ver. 3. & 4. *Non est supra puluerem dominium eius. Dixit eis* (Deus) *Quemadmodum vos laudatis me in superioribus* (cælis) *ita ipse* (celebrabit) *vnitatem meam in inferioribus* (terris) *& non istud solum. An poteritis vos stare & Vocare nomina omnium creaturarum? Steterunt, & non potuerunt. Subito stetit Adam, & Vocauit nomina omnium creaturarum, sicut dicitur: Et Vocauit Adam nomina omni animali &c.* Gen. 2. 20. *Cùmque* (hæc) *viderent Angeli ministerij; dixerunt: Nisi nos ineamus consilium contra Adam, Vt peccet coram Creatore suo, nihil nos poterimus in eum.*

Erat autem Samaël Princeps magnus, qui (erat) *in cælis, & Animalia, & Seraphim ex sex alis, & Samaël ex duodecim alis, tulit sectam suam, & descendit, & vidit omnes creaturas, quas creauerat Deus sanctus benedictus, & non inuenit sapientem ad malefaciendum sicut Serpentem, secundùm quod dictū est: Serpens autem erat callidior omni bestia agri* Gen. 3. 1. *& erat species eius tanquam species Cameli; ascendit, & equitauit super illum. Lex autem Vociferabatur & dicebat: Samaël, modo creatus est mundus, & tempus rebellandi est contra Deum: iuxta tempus* (quo) *in excelsum eleuauerit se, Dominus seculorum*

fructibus arboris, & dedit ex fructibus ipsius etiam marito suo, qui edit cum ipsa, vt dictum est: Et cepit de fructu eius, & comedit, & dedit etiam viro suo, Gen. 3. 6. *Postquam comederat Adam ex fructibus arboris, vidit seipsum nudum, & aperti sunt oculi eius, & obstupuerunt dentes eius, dixit ei* (Euæ) *Quid est hoc, quod mihi comedere fecisti, quia aperti sunt oculi mei, & obstupuerunt dentes mei propter scientiam meam? Quemadmodum obstupuerunt dentes mei, sic obstupescent dentes omnium generationum.* Hucusque R. Eliezer. Ex cuius doctrina habetur, Samaëlem fuisse primum Principem inter Angelos cælestes, vbi dicit: *Samaël Princeps magnus qui erat in cælis*, quasi innuere volens superioritatem non tantùm inter Principes cælestes, & bonos Angelos, sed omninò inter eosdem maiorem habuisse dignitatem, eamque per lapsum perdidisse, & commutasse in miseriam, & pœnam indicibilem Principatus Infernorum.

Casus autem huius Principis, causa nimis friuola assignatur à R. Eliezare, illectus sc. à formosissima speciositate Euæ. Quis vnquam tam leuis ingenio erit, vt sibi persuaderi possit, quòd Princeps omnium Angelorum, vti constituitur Angelus Samaël, cuius super omnes alios Angelos, etiam super Seraphinos extollitur à R. Eliezare, cùm Seraphinis tantùm sex alas, & Samaëli duodecim alas in signum maioris virtutis & excellentiæ, assignet, magnificentiam hanc voluisse relinquere, & ad ima terræ de-

est; & ego scio quòd ipsa audiet me, quia mulieres acquiescunt omnibus creaturis, S. D. (mulier est) *simplex, & non nouit quicquam*, Prou. 9. 13. *Abijt Serpens & dixit: Verumne, quòd etiam vos præceptum accepistis de fructibus arboris istius? Respondit illi: Ita*, S. D. *Et de fructu ligni, quod est in medio Paradisi. In medio verborum eius inuenit ostium ad introeundum. Dixit ei: Non præceptum est hoc, nisi oculo maligno, quia ea hora, qua vos manducabitis ex eo, eritis sicut Dij. Sicut enim ipse facit, creans mundos, & destruens mundos; sic vos poteritis creare mundos, & destruere mundos: sicut ipse mori, & viuere facit; etiam vos poteritis mori; & viuere facere, iuxta illud: Quoniam cognoscit Deus, quoniam in die comedere vos ex eo, & aperientur oculi vestri*, Gen. 3. 5. *Iuit Serpens, & appropinquauit arbori* (quæ) *vociferata est, & dixit: Impie, ne appropinquas ad me*; S. D. *Ne inuadat me pes superbiæ: ibi ceciderunt operarij iniquitatis*, Psal. 36. 12. & 13. *Abijt Serpens, & dixit ad mulierem: Iam ego accessi ad arborem, & non sum mortuus, etiam tu accede ad eam, & non morieris: Perrexit mulier; & accessit ad arborem, viditque Angelum mortis, qui veniebat contra illam, & dixit: Forsan modo ego moriar, & Deus sanctus benedictus formabit illi mulierem aliam: sed dabo etiam Adamo, & ecce ego in causa erò ei, vt comedat mecum, vt si moriamur, ambo simul moriamur, & si viuamus, ambo viuamus. Et accepit, atque comedit de*

Angelum mortis. Et vndè hoc colligunt? Ex volatu. Quò enim Angelus ſine intermiſſione; ſiuè velocior alijs volat, eò prçſtantior alio accenſendus exiſtimatur. Michaël itaque vnico volatu è cçlo ad terram deſcendit, ideò nobilior eſt Gabriële, qui duplici volatu idem ſpatium metitur. Elias verò, maior *Malàch hammàueth Angelo mortis* habendus, quia ille quater tantùm reaſſumit volatum, hic verò octies neceſſe eſt vt quieſcat antequam ad terram pertingat. Hæc ſublimis ratiocinatio de diſtinctione graduum Angelorum, his verbis exprimitur in Talmude loc. cit.

אמר רבי אליעזר בר אבינא גדול שנאמר במיכאל יותר ממה שנאמר כגבריאל דאילו במיכאל כתיב ויעף אלי אחד מן השרפים ׃ ואלו בגבריאל כתיב והאיש גבריאל אשר ראיתי בחזון בתחלה מועף ביעף וגו׳ ׃ ומאי משמע דהאי אחד במיכאל כתיב ׃ אמר רבי יוחנן אתיא אחד אחד כתיב הכא ויעף אלי אחד מן השרפים וכתיב התם והנה מיכאל אחד מן השרים הראשונים בא לעזרני תנא מיכאל באחת ׃ גבריאל בשתים ׃ אליהו בארבע ׃ מלאך המות בשמונה ובשעת המגפה באחת ׃

Id eſt: *Dixit R. Eleazar Bar Auinà: Maiora dicuntur de Michaële, quàm dicantur de Gabriële. Quia de Michaële ſcriptum eſt*: Et volauit ad me vnus de Seraphim, Iſai. 6. 6. *& de Gabriële ſcriptum eſt*: Et vir Gabriël, quem videram in viſione in principio volans in volatu, Dan. 9. ver. 21. *Et Vndè probatur, quòd* אחד *Echàd Vnus de Michaële ſcriptum ſit? Dixit R. Iochanan: Duo* אחד *Echàd reperiuntur* (vnum alteri correſpondens)

deſcendere ob pulchritudinem vnius fœminæ? Vilis eſt, & abiectus hic Rabbinicus diſcurſus. Non itaque hçc fuit cauſa caſus Diaboli, ſed *ſuperbia*, vt ſupra dictum eſt. Concurrunt tamen omnes ferè antiqui Rabbini in hoc, quòd, Samaëlem ſtatuant Principem Angelorum ante lapſum, & Principem Dæmoniorum poſt lapſum. In ואלה הדברים רבה *Veèlle haddeuarim Rabbà*, *Sèder* וזאת הברכה *Vezòth habberachà* pag. 302. col. 2. circa medium, Samaël vocatur –

מלאך סמאל הרשע ראש כל הסטנים ׃

Angelus Samaël impius caput omnium Sattanim Dæmoniorum. Et ex eodem loco paulò poſt, in deſcriptione mortis Moſis, apparet eundem Samaëlem eſſe Angelum hominum interfectorem, quem credunt gladio homines interimere; nec quiſquam ex hoc mundo in alium migrare poſſe, niſi ab hoc Angelo interficiatur, & idcircò vocatur מלאך המות *Malàch hammàueth Angelus mortis*. Hunc Talmudiſtæ in Codice ברכות *Berachòth* cap. 1. מאימתי pag. 4. b. circa finem inter Angelos bonos collocant, ſed mirum non eſt, cùm apud ipſos & bonos & malignos Spiritus promiſcuè in cælis collocare, & Deum alloqui perſçpè inueniamus. Itaque quærunt: Quis inter Angelos præſtantior ſit? & decernunt præſtantiorem locum tenere Michaëlem, ſecundò Gabriëlem, tertiò Eliam Prophetam, quem Angelis adæquant, quartò מלאך המות *Malàch hammàueth*

Amplius, potest dici, quòd excellentia Michaëlis cùm vicinior sit causæ primæ benedictæ, de eo non dicitur nisi vnus volatus; & hoc sufficit ei, vt significetur, quod sit effectum, & causatum à causa prima, cuius nomen sit benedictum. At Gabriël cùm sit in inferiori gradu, quàm Michaël, etiam est effectum, & causatum ab eo, (scilicet Michaële) *idcircò de eo duo volatus dicuntur, ad significandum, quòd ipse sit effectum & causatum à Michaële, quamuis ipse Deus benedictus sit etiam Causa amborum: verùm, Elias cùm sit compositus ex quatuor elementis à tempore formationis suæ, indiget quatuor* (volatibus). *Et Angelus mortis octo, cùm sit in infimo gradu, & sit* Sattan *atque* Genius malus, *cuius consuetudo* (tota est) *ad nocendum. Tempore verò Pestilentiæ, quia tunc ei datur summa perdendi facultas, velociter perambulat, ideò satis est ei vnicus volatus.* Aliquid dixisse credunt isti Rabbini commentatores, quando crassissima Talmudistarum dogmata ad spiritualem sensum redigere se putant, sed cùm alarum pennæ illorum intellectus, molli κολοφωνία conglutinatæ existant, altius euolare tentantes, veritatis ardore, liquefacta cera leuissimarum doctrinarum, tanquam Icari ab alto decidentes, inter vndas vanissimarum Commentationum, submerguntur. Itaque ineptissimum commentum esse dignoscitur istud, quod adducitur de distinctione graduũ Angelorũ ex notitia volatus eorundem; nam præterquam quòd, insulsè ex Sacra Scriptura colligere tendens) אחד *Echàd Vnum scriptum est hic:* Et volauit ad me vnus de Seraphim: *& alibi scriptum est:* Et ecce Michaël vnus de Principibus primis venit ad auxiliandum mihi, Dan. 10. ver. 13. *Traditum est. Michaël in vno. Gabriël in duobus. Elias in quatuor. Et Malàch hammàueth Angelus mortis in octo. Tempore autem percussionis, seù pestis in vno.* Explicat Scholiastes: *Et volauit ad me vnus de Seraphim* בטיסה אחת *Vnico volatu.* מועף ביעף *Volans in volatu, hoc est* שתי טיסאות *duobus volatibus. Michaël* באחת *in vno* בטיסא אחת id est *in vnico volatu.* Hæc doctrina ex Talmude translata fuit in librum עין ישראל *En Israël* Cod. cit. num. 5. pag. 4. editionis Venetæ an. 1625. in fol. vbi תוספות *Thosaphòth Glossa* docet, per hæc Talmudica dicta intelligi Angelorum gradus, ait namque -

ולמרנו ממאמר זה מעלות המלאכים זה למעלה מזה ;

Docemur ex hoc dicto, graduum Angelorum alios alijs esse superiores. Et subiungit -

ועוד אפשר לומר כי לגודל מעלת מיכאל שהוא יותר קרוב אל הסבה ראשונה ית' לא נאמר בו אלא טיסה אחת ודי בה לרמוז כי הוא עלול ומסובב מהסבה ראשונה ית' שמו אבל גבריאל להיותו למטה ממדרגת מיכאל הוא גם כן עלול ומסובב ממנו ולכן נאמר בו ב' טיסות לרמוז כי הוא עלול ומסובב ממיכאל מלבד מה שהוא ית' הוא סבת שניהם אולם אליהו שהורכב מד' יסודות בעת יצירתו הוצרך לד' ; ומלאך המות כ״ח להיותו במדרגת שפלה כיון שהוא שטן ויצר הרע ודרכו להזיק אבל בשעת מגפה שניתן רשות למשחית לחבל ממהר הליכתו ודי לו בטיסה א' ;

tamen illis dotibus carebit, quas Theologi corporibus glorificatis assignant. Si igitur inter Seraphim homo eleuetur, vnico volatu à Deo distabit, non quatuor, vt fingit Glossator. Enormiùs idem insanit, quando Angelum mortis, seù Samaëlem per octo gradus, siuè volatus, à Causa prima distare contendit. Quia si à Causa prima per quatuor gradus recedit, ex eo, quia post Eliam constituatur, consequens erit, quòd per quatuor volatus, & non per octo, ab eadem Causa distabit, & Dei decreta punitiua, per eundem graduum numerum recipiet, & exequetur. Sed quanã vertigine circumagetur quando addit בשעת המגפה באחת *Besciaàh hammaghephà baachàth*? *Tempore pestis vnico volatu*? Forsan eo tempore immediatè à Deo recipiet iussionem, & præceptum exequendi Dei mandatum & sententiam? Aut necesse erit, quòd Iustitiæ Diuinæ minister, ex ore ipsius Dei, & non per Angelicos & beatos ministros, ordinem & præceptum recipiat reos mortis occidendi, aut igni comburendi, si non vnus, aut alter, sed plurimi sint morti destinati, aut Gehennæ addicti? Vana sunt ista commenta, & risu digna. Reijcienda est igitur talis inepta Allegoria de volatu Angelorum ad gradus eorundem, & maiorem dignitatem agnoscendam. Non sic facit R. Salomon, qui literæ adhærens omnia literaliter vult esse intelligenda, & Michaëlem velocissimas alas habere, ita vt vnico volatu è cælo ad terras, & ab vno extre-tentent Angelorum volatus, cùm ex locis allatis, ex Isaia & Daniele, nil aliud colligatur, quàm velocitas Angelici motus per volatum significati. Sed quàm ineptè deinde explicent hos volatus, & gradibus Angelorum attribuant, patet euidenter: nam esto, quòd Michaël sit vnus ex Seraphim, & vicinior sit Deo, sicque immediatè illuminetur à Deo, per quod intelligi debeat vnus volatus; & Gabriël illuminetur à Michaële, distetque à Deo per duos gradus, seù volatus; quid deinde sibi vult, quòd Elias cum Angelis æquiparetur à Talmudistis? & à Deo per quatuor gradus recedat? Quia (dices) Elias cùm homo sit, est compositus ex quatuor elementis, ideò per quatuor gradus, quos per volatus explicãt, distare debet à Deo. Sed hoc nullo modo rationabiliter probari, aut persuaderi potest, quia homo in alio naturæ ordine constituitur diuerso ab Angelico, neque ex sui natura inter Angelicas Hierarchias commisceri fas est. Quòd si ex hoc mundo translatus corporaliter, inter Choros Angelorum constituatur, iisdem quidem priuilegijs gaudebit, quibus Angeli illius Chori gaudent; sic si inter Seraphinos translatus sit, purgabitur eius anima, & perficietur immediatè à Deo, eo modo, quo primæ & supremæ Hierarchiæ Angeli purgantur & perficiuntur; nam de corpore nihil dicimus, cùm ipsum materiale sit, nec ad spiritualia perfruenda eleuari queat, vnde impossibile censetur, oculo corporeo Diuinam maiestatem intueri; non

De qua re, quamuis in hoc mundo quandoque impunes euadant, in alio tamen meritas pœnas; easque ęternas in גיהנם *Gehenna* luent.

Sed antequam extra prænotatum glossamentum pedem efferamus, notandum est, errorem esse dicere, Gabriëlem *effectum* & *causatum* esse à Michaële, quasi Gabriel in essendo dependeret à Michaële,& ab eo creatus esset, acsi vna creatura ab alia creari posset actu & naturaliter, vt existimauit Auicenna, teste D. Thoma p. p. q. 45. a. 5. qui volebat, quòd prima substantia separata, seù Angelus à Deo creatus, aliam substantiam separatam, id est Angelum post se crearet, & hæc aliam, & alia aliam vsque dum deueniretur ad vltimam; hæc autem vltima substantia separata voluit, quòd crearet Orbem, substantiam, & animam ipsius, & denique substantia Orbis, crearet materiam primam corporum inferiorum. Hinc sequebatur, quòd creatura posset naturaliter esse Instrumentum physicum & naturale creationis; quæ sententia inter Catholicos est erronea, ac proinde ab omnibus explosa, atque damnata, vt apparet apud Eymericum p. 2. direct. q. 4. n. 6. & impugnatur à D. Thoma loc. cit. hac ratione.

Causa secunda Instrumentalis non participat actionem Causæ superioris, nisi in quantum per aliquid sibi proprium dispositiuè operatur ad effectum principalis agentis. Sed creatura nihil agere potest in creatione secundùm id, quod est sibi proprium. Er- tremo ad aliud mundi extremum citissimè volet, de quibus intelligi vult locus in *Ghemarà* ex cap. 6. Isaiæ adductus -

ויעף אלי אחד מן השרפים :

Et Volauit ad me vnus de Seraphim

בטיסה אחת לא הרגיע בנתים :

In Volatu Vno: non disrupit in duo. Quasi diceret: Volauit Michaël de cælo vsque ad Isaiam sine interruptione volatus, in momento, quia leuissimas pennas in alis habebat; vnde præstantior Gabriële habendus, cuius vis tanta non est, vt vnico volatu pertingere ad terras possit, sed necessum habet vt in aëre aliquando quiescat, & volatum interrumpat. Exemplum adducunt ex Daniele 9. ibi enim de Gabriële loquitur, qui ad eum venit volando: sed cum Scriptura replicet vocem מועף ביעף *Muàph biàph Volans volatu*, Rabbi Salomon explicat שתי טיסאות *Sciethè tessaòth Duobus volatibus*, ita vt in aëre præ lassitudine requiesceret, volatu interrupto, eoque reassumpto factum sit, vt per duos volâtus ad Danielem pertingeret. En ad quas ineptias etiam inuiti cogantur deuenire Iudæi, ex falsis principijs sine vllo Philosophiæ patrocinio stabilitis, sed assumptis ex sinistra interpretatione Sacræ Scripturæ, quam ex libidine prauę voluntatis detorquent ad quemcumque vanum, profanum, ineptum, & non raró impium vsum; vnde blasphemiæ rei, omnes ferè illorum Commentatores, maximè Talmudistæ, efficiuntur.

ſufficiat indicaſſe, ſententiam Hebræorum, de creatione Angelis communicata, rationibus fulciri non poſſe. Addendum tamen putamus, Creationis opus ex Sacra Scriptura ſoli Deo attribui, & non creaturis, vt apud Iſaiam 44. 24. אנכי יהוה עשה כל *Ego Dominus faciens omnia*.

Dices, Deum facere omnia mediatè, vel immediatè, ergo ex hoc loco non excluduntur Angeli à creatione.

Reſp. Ibi Deum loqui præcisè de creatione omnium rerum cæleſtium, & terreſtrium. In cæleſtibus includuntur Angeli,& in terreſtribus comprehenditur materia prima rerum ſublunarium, quæ omnia proteſtatur Deus à ſe eſſe facta ſine alterius auxilio, ſequitur enim נטה שמים לבדי *Extendens cælos ſolus*, hoc eſt ſine adiutorio, & miniſterio Angelorum: omnia enim, quæ ad ornatum cælorum ſpectant, inter quæ Angeli, vt potè nobiliſſimæ creaturæ numerantur, ſolus ego extendo, & per illorum creationem exorno. De terreſtribus etiam ita ſubiungit, רקע הארץ מי אתי *Expandens terram, quis mecum fuit?* quaſi diceret: Dum materiæ illi rerum omnium inferiorum primo elemento, expandendi ſeipſam per libidinoſum formarum appetitum virtutem trado; quem Angelorum, aut alterius creaturæ in ſocietatem, vt mihi adiumento eſſent, aduocaui? Hoc intelligentes priſci illi Rabbini apud בראשית רבה *Bereſcith Rabbà*, pagina 1. col. 2. voluerunt, poſt cælum & terram Angelos creatos; ne dici poſſet, miniſtros & adiutores ſibi aſciuiſſe Deum. Ergo. Has propoſitiones ex eodem D. Thoma dilucidè & doctè probat P. Gabriel à S. Vincentio Carmelita Diſcalceatus eximius Theologus diſput. 40. dub. 5. ſuæ Theologiæ, ad quam benignum Lectorem remittimus, vt abundantiùs habeat, quicquid in hac quæſtione videre percupiat.

Probatur ſecundò. Quia vis creatiua importat infinitam perfectionem, ſed infinita perfectio non poteſt competere creaturæ. Ergo creatura creare non poterit. Maior patet, quia debet ſuperare infinitam diſtantiam, vel oppoſitionem.

Dices, Hoc verum eſſe, quando creatura crearet vt cauſa principalis: ſed ſupponitur, creare vt cauſa inſtrumentalis, phyſica, & naturalis, Ergo nulla eſt probatio.

Reſp. Si creatura vt inſtrumentalis cauſa creare poſſet, etiam in ea requireretur infinita perfectio, quia creatio tendit ad eſſe vniuerſaliſſimè ſumptum, & ſic creare poſſet omnia infinita virtute, & infinita perfectione, quæ creaturæ competere non poſſunt. Neque enim eſſet limitanda hæc cauſa inſtrumentalis potiùs ad hanc creaturam, quàm ad aliam creandam. Ergo.

Alia argumenta quæ afferri poſſent, videnda erunt apud Theologos de hac re ex profeſſo differentes, quorum catalogum, ne ſimus prolixiores, omittimus. Incidenter enim de ea agimus, neque noſtrum eſt, quæſtiones inter Theologos ventilatas iterum hic ſub trutina reuocare, ſolùm

Deum. Ita R. Iochanan, R. Chaninan, & R. Luliani. Ergo Hæretici habendi sunt illi Iudæi, qui statuere nituntur, Angelos ab Angelis, & materiam primam à substantia Orbis, & ab illius Intelligentia creatam fuisse, vti asserunt תוספות *Tosaphòth* Galli, illius Glossæ Auctores. Sed multò magis inter Hæreticos reijciendus est R. Leui Ben Gerson, qui omninò negat substantiam, & creationem Angelorum. Nullos quippè Angelos admittit, præter Intelligentias mouentes cælos, quæ sint quodammodo animæ sphærarum, & præter duas Intelligentias vniuersales, scilicet Intellectum agentem, & possibilem. Cæteros Angelos, qui varijs in locis in Sacris literis ponuntur, licèt videantur nulla ratione posse negari; ipse tamen suo innixus errore, satagit omni quo potest astu, & peruersitate eludere, & ostendere, quòd non fuerint Angeli. Et

Primò de tribus Angelis, qui apparuerunt Abrahamo Genes. 18. 2. Angelos non fuisse contendit, sed Prophetas והם היו נביאים. Huius piaculi rei sunt etiam alij Rabbini apud ילקוט *Ialkùt* ad locum cit. p. p. pag. 53. in fine, vbi astruunt, illos, Angelos non fuisse, sed homines, qui sibi nomina Angelorum, nempè Michaël, Gabriël, & Raphaël imposuerint: Abraham autem, ex quadam sua coniectura illos existimasse viros nobiles dumtaxat, non autem Angelos: nam ibi legitur -

אם אני רואה שכינת ממתל' להם אני יודע שהם בני אדם הוגנים ואם רואה אני אותם שהם חולקים כבוד זה לזה אני יודע שהם בני אדם מהוגנים כיון שראה שהשכינה ממתנת להם וחולקי' כבוד זה לזה ידע שהן הוגנים:

Si ego videro Dei præsentiam (maiestatem) *expectantem illos, agnoscam esse filios hominum magnos*, (הוגנים *Εὐγενεῖς* quodammodo Heroas) *sin autem videro illos sibi inuicem impartiri honorem, agnoscam esse filios hominum* מהוגנים *Mahoganìm Nobiles Εὐγενεῖς*. *Quando ergo vidit quòd sibi inuicem honorem impartiebant, dixit: Homines sunt nobiles*.

Satis superque ex Scriptura apparet tres istos viros, tres Angelos fuisse sub figura humana, quorum vnus (vt dicunt Hebræi) nunciauit Abrahamo Saram parituram, alter liberauit Lot de incendio Sodomorum, & tertius subuertit Pentapolitanas Vrbes, quod ab homine fieri non potuit. In his tribus Angelis, sub tribus personis, Abraham vnicam Diuinam essentiam, quæ ei apparuerat, adorauit. Idcircò vocauit eos אֲדֹנָי *Adonài Domini mei, numero multitudinis*, & deinde singulari numero rogat eum ne transeat ab eo -

אם-נא מצאתי חן בעיניך אל-נא תעבור מעל עבדך:

Si nunc inueni gratiam in oculis tuis; ne quæso transeas desuper seruo tuo. Ex quo loco non incongruè colligitur mysterium Sanctissimæ Trinitatis, sicut innuit Ecclesia, dum cantat, *Tres vidit, & Vnum adorauit*, Dominica Quinquages. Fauet nobis R. בחיי Bechaij in hunc locum, qui nomen

אל

אל נא־אֲדֹנָי *Ne nunc Domini mei*, loquitur ipse Lot cum iisdem Angelis, & tamen אֲדֹנָי *Adonài* scribitur cum ָ Kametz?

Huic obiectioni occurrit idem Bechaij, aitque id contingere ratione situs dictionis; nam in fine periodi regula grammaticalis exigit, vt cum ָ Kametz scribi debeat: Scriptum est ibi (subiungit) בקמץ והוא חול לפי שהוא סוף פסוק: *cum Kametz, & est profanum, quia est in fine Versus.* Indicantur idem tres personæ Diuinę sub figura trium Angelorum, quia vocantur אנשים *homines*, quibus nominibus, id quod est perfectissimum in tota natura humana, scilicet subsistens, in rationali natura, id est, *persona* ostenditur, quæ quidem formaliter reperitur in Deo, non autem in natura Angelica, idcircò hic non vocantur Angeli, sed homines, hoc est *personæ*. At quando ad Lot duo ex his perueniunt, quia iam ampliùs mysterium Sanctissimæ Triadis non repræsentabant, Sacra Scriptura eos absolutè & proprio nomine מלאכים *Malachim Angelos* vocat, Gen. 19.1. Ergo ij, qui Abrahamo apparuerunt, figuratiuè tantùm, & non veri homines fuerunt, vt somniatur R. Leui Ben Gerson. Ad illud quod RR. asserunt in *Ialkùt*, dicimus eos gratis fingere illos fuisse homines, & sibi nomina Angelorum imposuisse. Deinde vide quàm stolida & ficta coniectura, velint Abraham existimasse Angelos fuisse homines ex vrbanitate?

men אֲדֹנָי *Adonài*, quamuis numeri sit pluralis, sed quia scribitur cum ָ קמץ *Kamètz* sanctum esse, & Deo attribui, cui adhærent omnes ferè Rabbini (excepto R. Leui Ben Gerson) qui vt hunc locum peruertat, ait:

ארני הוא מענין ארנות והממשלה והוא חול:

Adonai est (nomen) *dominij seù principatus, idcircò profanum.* Sed obstat idem Bechaij, qui regulam tradit ad cognoscendum quando nomen ארני *Adonài* sit nomen קדש *sanctum*, aut חול *profanum*, & an attribui debeat Deo, vel hominibus, ait enim -

כשהוא קדש בקמץ וכשהוא חול בפתח:

Quando est (nomen) *sacrum* (scribitur) *cum* ָ *Kametz; quando verò est profanum* (scribitur) *cum* ַ *Patàch*. Hinc quando infra cap. 19.2. à Lot dicitur הנה נא־אֲדֹנָי *Ecce nunc Domini mei*, quia tunc duo Angeli tantùm erant, & non repræsentabant ampliùs mysterium sacratissimæ Triadis; non scribitur cum ָ Kametz, sed cum ַ Patàch. Quapropter idem Bechaij ibidem subiungit quòd ָ Kametz in Sacris Scripturis differt à ַ Patàch, vt differt -

בין אור לחשך ובין קדש לחל:

Lux à tenebris, & sanctum à profano.

Sed dices, Nonne paulò post, eodem capite 19. ver. 18. legitur -

gem expcsuimus. Et Rabbini nostri existimant, quòd fuerit Phinees.

Idem 2. Regum 24. 16. *Cùmque extendisset manum suam Angelus Domini:* dixit: *Ego existimo, quòd Angelus iste fuerit Propheta, quia Dauidi apparuit in exteriori visione, at deuastabat populum ex precepto Domini. Sic etiam illi Prophetæ dixerunt ad Lot: Nos subuertemus Ciuitatem hanc. Et rectum est, quòd Propheta iste fuerit Phinees.* Id quod Scriptura expliciter affirmat, hic Leui Ben Gerson negat. Scriptura dicit, Gen. 16. 7. *Cum inuenisset eam* מלאך יהוה *Angelus Domini*, Ben Gerson dicit.

הוא אחד מהנביאים אשר בזמן ההוא כי הנביא נקרא מלאך יהוה באמרו ויבא חגי הנביא מלאך יהוה ז״ל בב״ר שזה המלאך הוא שם׃

Fuit vnus ex Prophetis qui fuerunt in illo tempore; nam Propheta vocatur Angelus Domini, dum dicitur: Et venit Aggæus Propheta Angelus Domini. Et dixerunt Magistri nostri b.m. in Berescith Rabba, quòd iste fuerit Scem. Tantùm abest quòd ille Angelus fuerit vnus ex Prophetis illius æui, aut Sem ex *Berescith Rabbà*, quin potiùs ex eodem *Rabbòth* ad hunc locum, constat, non vnum Angelum, sed communi omnium Rabbinorum consensu quatuor, & secundùm opinionem R. Iosè Bar Chaninà ibidem, quinque fuisse Angelos, qui Agari apparuerunt, & eam allocuti sũt, vt nos suprà notauimus pag. 238. col. 2. Et quod Genes. 21. 17. dicitur: *Vocauitque* מלאך אלהים אל־־־חגר מןהשמים *Angelus Dei Agarem de calo*, iste

Idem R. Leui Ben Gerson Genes. 16. 7. *Cùmque inuenisset eam Angelus Dei: Hic est* (inquit) *vnus è Prophetis, qui erat tunc temporis: Nam Propheta, Angeli vocantur. Et dixerunt Rabbini nostri, quòd Angelus iste erat* שם *Sem; Agar verò mirata est videns Prophetam, existimabat enim nullum alium Prophetam esse in mundo prater Abrahamum.*

Item Gen. 21. 17 *Vocauitque Angelus de calo Agar: Possibile est, quòd Angelus iste fuerit vnus ex Prophetis illius æui, illum misit Deus ad liberandum Ismaelem propter Abraham. Aut, hoc fuit dictũ Agari in somno, propter curam, quam Deus habebat de Abrahamo.*

Genes. ibid. v. 24. *Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane: In interiori visione prophetica, id accidit.* Id.

Item Genes. 32. 1. *Fueruntque ei obuiam Angeli Dei: Isti sunt Prophetæ illius temporis; vel fuit Prophetica visio. Sed hac expositio conuenientior est, quia hic nullum verbum de Prophetia.*

Idem. Iosue 5. 13. *Cùmque esset Iosue in Hierico: Conuenit vt scias hoc accidisse Iosue in visione: nam inter se cogitarat, se esse in Hierico cum bellico apparatu, vidit Angelum visione prophetica, ac si haberet gladium euaginatum, & in eadem visione interrogauit illum, Quis esset?*

Idem, Iudicum 2. *Ascenditque Angelus Domini, ait: Iste Angelus fuit Propheta. Non enim rectum est, quòd Angelus Domini ad plures simul loqueretur, sicut sapè in Com. super le-*

Quòd sit Intellectus agens, quem mittit Deus, vt liberet eos, qui ei adhærent, à malo, quod paratum est illis obuenire. Quam facultatem habet Intellectus agens liberandi à malo eos, qui Deo adhærent? Potiùs voluntati tribuenda esset hęc facultas, quæ circa *bonum*, & non intellectui, qui tantùm circa *verum*, & intelligibile occupatur. Deinde, Intellectus agens ex sui natura aliam facultatem non habet, quàm eruere species intelligibiles ex phantasmatibus, easq; fabricare, & possibili Intellectui consignare, qui deinde intellectionem elicit. De quo videsis R. P. Raimundum Capisucchium S. P. A. Magistrum in magno Volumine Controuersiarum Theologicarum select. Controuers. 26. Paragr. 16. vbi de motu Intellectus & Voluntatis in casu adorationis Imaginum disertissimè tractat.

De Samaële verò Dæmoniorum Principe, de quo in Glossa dicitur, esse *Angelum mortis* מלאך חמות *Malàch hammàueth*, & יצר הרע *Genium malum*, non est omnium Rabbinorum communis sententia; nonnulli contrarium sentiunt, & Angelum mortis, Genium prauum, & Samaëlem, esse tres diuersos Angelos, de quibus duobus, scilicet prioribus, aptiori loco, ex Talmude, & Rabbinorum commentarijs, nonnulla adducemus, Deo propitio.

Alij eundem Samaëlem identificant cum אשמדי *Asmedai Asmodeo* Dæmone, vti testatur R. Elia Leuita in תשבי *Thisbi* ad radicem שמאל, ex iste ait, *Possibile esse quòd fuerit vnus ex Prophetis*, ac si Prophetæ de cælo descendissent, quando à Deo missi erant ad aliquid prænunciandum, & non de terra. Somniatur autem Ben Gerson, dùm subdit, hoc Agari in somno fuisse ostensum. Ad illud Genes. 32. 1. Ad quid Prophetæ Iacobo obuiam ire? Cùm enim Scriptura dicat, obuiam ei iuisse Angelos Dei, deprauator Scripturæ habendus est R. Ben Gerson, quando dicit, quòd hæc fuit Prophetica visio. Ad vers. verò 24. eiusdem capitis, *Et ecce Vir luctabatur cum eo, &c.* idem affirmat accidisse ונראה לי בנבואה *in visione Prophetica*, & tamen contrarium apparet ex Textu sacro, sicut etiam ex alijs locis ab eo citatis, in quibus veram Angelorum apparitionem negat, & ad visionē Propheticam reducit.

Idem Exodi 3. 2. *Apparuitque ei Angelus Domini*, inquit: *Iste est Intellectus agens, quem mittit Deus, vt liberet eos, qui Deo adhærent, à malo, quod paratum est illis obuenire.*

Genes. 48. 16. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis.* Idem R. Leui Ben Gerson. *Iste*, inquit, *est Intellectus agens, qui influit, & habet curam & prouidentiam super creaturas, vt illas ab omni malo eripiat, vt diximus in 2. libro* מלחמות השם *Milchamòth hascèm, Bellorum Domini.*

Ad locum Exod. cap. 3. v. 2. *Apparuitque ei Angelus Domini*, vbi Leui Ben Gerson dicit -

הוא השכל הפועל אשר הוא שליח השם להציל הדבקים בו מהרע הנכון לבא עליהם :

quando distinguunt, ex qua instabilitate, indubitata illorum doctrinæ falsitas arguitur. Vidimus Samaëlem esse Asmodeum, quia idem Elias in *Tisbi* voce אשמדי *Ascmedai* dicit -

ונראה לי כי (אשמדי) הוא נקרא גם כן סמאל :

Atque mihi videtur quòd (Asmedai) *etiam appelletur* סמאל *Samaël*. Et in סמאל *Samaël* -

ויש אומרים שאשמדי הוא סמאל ושני שמות נקראו לו :

Aliqui dicunt, quòd Asmedai sit Samaël, & quòd duobus nominibus vocetur. Affirmat idem, Rabbinos credere Asmedai fuisse filium *Nahamà* sororis *Tubal-Kain* -

ואומרים כי נעמה אחות תובל-קין היתה אשת שמרון אם אשמדי וממנה נולדו השדים :

Et dicunt, quòd Nahamà soror Tubal Kain, quæ fuerat vxor Scimron, fuerit etiam mater Asmedai, & ex ea natos esse Dæmones. Si Samaël est Princeps magnus in cælis, ex *Perakìm R. Eliezaris*, & super Serpentem equitando primos nostros parentes deceperat, *ex eodem*, quomodo ergo ex Nahamà vxore Scimron & sorore Tubal-Kain nasci poterat? Ab Adamo enim ad Tubal-Kain & Nahamà ad minimũ octo generationes decurrerunt. Itaq; de eadem instabilitate, & Rabbinorum vanitate in materia de Angelis & Dæmonibus cognoscenda, hæc quæ sequuntur, pro mantissa, & coronide harum dissertationum addere voluimus, vt benignus Lector videat, quàm turpiter labantur

Rabbinis; forsan id acceperunt à Paraphrasi Chaldæa in Eccles. 1. *Ego Ecclesiastes* הייתי מלך *fui Rex* &c. *Olim* (ait) *cùm è Regno illum eiecisset* אשמדי מלכא רשידי *Ascmedai, Asmodeus Rex Dæmoniorum*. In Talmude de eo etiam fit mentio Cod. גיטין *Ghittin De repudijs*. cap. 7. מי שחזו *Miscechazò*, pag. 68. paulò post medium, vbi iisdem verbis Asmodeus vocatur אשמדאי מלכא רשידי *Asmedai Rex Dæmoniorum*, de quo portentosa credunt. Scholiastes etiam in Codice סוטא *Sottà* cap. 9. עגלה ערופה pag. 48. b. in fine columnæ primæ, & in principio tertiæ, explicans vocem שמיר *Sciamìr*, inquit -

שהביאו שמיר על ידי אשמדאי מלכא דשדאי :

Quòd Sciamìr allatus fuerat (Salomoni) *opera Asmodei Dæmoniorum Regis*. שמיר *Sciamìr* autem dicunt esse vermiculum magnitudine grani hordeacęi, cuius fortissima dentium virtute, lapides Templi è montibus fuisse cæsos & elaboratos. Et hinc est, quod dicitur 1. Reg. cap. 6. 7. *Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo cùm ædificaretur*; quia omnia elaborata ac perfecta fuerant à *Sciamir* vermiculo: quam fabulam suo loco prolixiùs referemus. Hic tantùm annotabimus instabilem Iudæorum Theologiam circa naturam, ordinem, gradus, operationes, & officia Angelorum, & Dæmonum, quos aliquando inter se confundunt, ali-

Angeli Hebræorum creati sunt de aquis.

Paragraphus II.

In *Machazor* pag. 501. *In vijs, in quibus morantur Angeli, qui creati sunt de aquis.* Item pagina 500. in Commento: *Exponemus hoc de Angelis, qui nitent & fulgent, quasi nix & glacies.* Et dicunt compositos ex קֶרַח *Kerach* & קֵדַח *Kèdach*, id est *glacie, & incendio*, paululum immutata voce; non intelligentes comparari Angelos niui & glaciei, propter puritatem, & munditiem, quibus præditi sunt, & fulgent.

Angeli Hebræorum non solùm sunt corporei, sed & vastæ magnitudinis.

Paragraphus III.

In *Machazor* pag. 479. atq; etiam in R. Sahadià Gahon Danielis 10. 6. *Corpus eius vt Tharsis. Corpus illius protendebatur secundùm mensuram duorum millium cubitorum.* In *Machazor* legitur גרמידא *Gharmidà, genus est mensuræ iuxta mensuram Maris, cuius est nomen Tharsis.* Item apparet, credere illos esse corporeos, quia dicunt, Angelos dicere quoddam Canticum stando. *Machazor* 50. *Dominus Rex, Dominus regnauit, Dominus regnabit in æternum, & vltra. Hoc Canticum Angeli dicunt stando, multò ergo magis dicendum est à nobis stantibus,* inquiunt. Vide *Machazor* ... tur Iudæi, dum sacris literis ad suas ineptissimas Commentationes, & peruersa dogmata stabilienda vim inferant, & corrumpant. Et vt breuitati, quantum fieri potest, consulamus, loca ex Sacra Scriptura, & Rabbinorum auctoritate deprompta, latinè tantùm referemus; & vt prudens Lector & doctus in Hebraicis, ea, ex se de facili, vbi citata sunt, possit adinuenire, Auctorem indicabimus. Quæ omnia per Paragraphos, vt sequitur, expendemus.

Angelorum creatio, natura, & materia, ex Hebræorum delirijs.

Angeli Hebræorum creati sunt de igne, & in ignem resoluuntur.

Paragraphus I.

Chuthæus quidam dixit *R. Iosue filio: Vos dicitis, quòd quotidie Deus gloriosus creat Angelos qui dicant coram se Canticum, Sanctus, Sanctus &c. quonam loci se recipiunt? Dixit ei: Ad locum vnde venerunt: quia ipsi sudant ex vi Cantici quod dicunt, & redeunt in flumen igneum.* Ex *Machazor* pag. 200.

Hinc collige Angelos Iudæorum corporeos esse, & ex conatu cantandi resolui in suam materiam. Si ea quæ dicunt Rabbini, aliquam vmbram verisimilis haberent, tolerari vtcumque possent, sed tam prodigiosa, quis ferat? Videsis in eodem *Machazor* pag. 526. 590. & 601.

Accusant homines apud Deum.

Paragraphus VI.

R. Salomon. Gen. 21. 16. *Angeli ministerij accusant Ismaëlem, dicentes: Rector mundi: Eumne, qui necaturus est siti filios tuos, tu remuneras puteo? Ipse verò respondit eis: Modo quis est? Iustus ne est, aut impius? Responderunt: Iustus. Si iustus, ait Deus, ego iuxta præsentia opera ago cum illo.* Si Angeli homines accusant, ergo partes Dæmonum supplent, quorum est malos homines accusare, vt ipsi docent, sicut vidimus de Samaële ad pag. 252. Et mirum est, Hebręos existimare Angelos tam alienos à charitate, vt doleant præstari à Deo hominibus beneficia.

Angelorum Hebræorum mores, defectus, & vitia. Notissima quæque ignorant, & errant.

Paragraphus VII.

R. Salomon super Isai. 63. ad v. 1. מבצרה *De Bosra*, inquit: *Dixerunt Magistri nostri: Princeps præpositus ad tutelam Edom duos errores admissuros, alterum, quia existimabit, quòd Botzra sit Bosor in deserto, quæ fuit Ciuitas refugij.* Iosf. 20. 8. *Alterum, quia Ciuitas refugij non colligebat nisi, qui casu homicidium admisissent, ipse autem ex animo & voluntate occidit Israëlem.*

In Codice מכות *Maccòth* cap. 2. אלו הן הגולים *Illu en hagholin* pag. 12. an-chazor pag. 466. 489. Item dicunt, Angelos cedi flagris igneis, ex quo significant esse corporeos.

Angeli Hebræorum voce exprimunt quæ loquuntur, & remittunt, & intendunt vocem.

Paragraphus IV.

In *Machazor* pag. 515. legitur quòd Angeli ad vicinos Angelos *dicunt*, ad remotos *clamant*, ad medios *pronunciant*. De locutione Angelorum vide quid doceant nostri Theologi suprà ad pag. 299. col. 1.

Angelis Hebræorum humanæ passiones attribuuntur.

Paragraphus V.

Iosf. 5. 14. *Nunc veni* (dixit Angelus Iosue, scilicet, in auxiliũ tuum) R. Salomon: *Veni etiam in diebus Mosis in eius fauorem, & auxilium nec excepit me, quia Moses dixit Deo: Si facies tuæ ambulabunt &c.* Ergo indignatur Angelus quòd Moses non dignatus sit se, sed Deum voluerit habere ductorem, & indignationem ostendit aduersus Mosem. Est contra rectitudinem voluntatis Angelorum, qui Dei voluntatem in omnibus adimpleri volunt: *Benedicite Domino omnes virtutes eius: Ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* Psal. 103. 21.

cordium, & non Angelus secundùm illud Ieremiæ cap. 17. 10. *Ego Dominus scrutans corda, &c.* & Psal. 7. ver. 10. *Scrutans corda &c.* De hac Angelorum ignorantia vide supra pag. 286. col. 2.

Allucinantur.

Paragraphus IX.

Dicunt *de Angelo mortis, qui mittitur ad inferendam mortem hominibus sæpè sæpiùs confundi in nominibus, & alterum pro altero occidere.* Hæc est blasphemia in Dei prouidentiam. Angelus exterminator Dei voluntatis est executor, ideòque errare non potest in executione.

Digladiantur inter se, & zelant pro iniquis populis & hominibus, qui crediti sunt eorum custodiæ.

Paragraphus X.

Adeò zelantes Angelos inducunt Rabbini pro suis clientibus, quamuis impijs, vt interdum Diuinæ voluntati vel obsistant, vel inuiti pareant. Exemplum sit de Angelo luctante cum Iacob, quem Hebræi credunt fuisse Angelum custodem Esau, volentemque impedire Iacob. R. Salomon super illud Genes. 32. v. 26. *Non dicetur vltra nomen tuum Iacob,* sic habet: *Id est, Non dicetur vltra* (dixit Angelus Iacob Patriarchæ) *quòd benedictiones illas dolo malo surripueris, sed per apertam victoriam obti-*

ante med. ריש לקיש *Resc Lakisc* non in duobus, sed in tribus in futurum errabit Princeps, seù Angelus præfectus Vrbis Romæ, & R. Salomonis Glossa adiungit, hunc Angelum esse Samaëlem Dæmonem, de quo vindictam sumet Deus ante excidium Vrbis Romæ, & de Samaëlis sanguine מדמו של סמאל *Midamò scel Samael*, intelligendum est illud: *Quis est iste, qui venis de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Isai. 43. Ergo Angeli & Dæmones interimentur, quod est erroneum; nam quamuis Diuina virtute annihilari possint, attamen cùm sint omninò spirituales, natura sua incorruptibiles, & immortales sunt, & in æuū perdurant. Ad illud, De errore Angeli nescientis distinguere inter Bosram, & Bosor Vrbes, est planè ridiculum, dicere Angelos nesciuisse, quod vulgatissimi quique homines sciunt. Quis inter Italos tam vulgaris, & crassi intellectus sit, qui distinguere nesciat inter Fauentiam, & Florentiam?

Angeli Hebræorum ignorant linguam Chaldæam.

Paragraphus VIII.

In *Machazor* pag 19. *Angeli ignorant linguam Chaldæam.* Sed obijciunt: *Et nonne cogitationes hominum ipsi cognoscunt & sciunt?* Item, *Gabriël edocuit Iosephum 70. idiomata.* *Sed est dictum: Quia non attendunt animo ad hanc linguam, quam despiciunt.* Solus Deus est scrutator

tunt, sed quando super hoc reuelatur eis Diuina voluntas, statim acquiescunt.

Angelus Hebræorum contumax, ligatus calcandus traditur Mosi.

Paragraphus XI.

Item Deuteron. 2. v. 31. super illud: *Ecce cœpi tibi tradere*. R. Salomon. *Ligauit Principem Amorræorum.* (Angelum illorum custodem) *sub pedibus Mosis, & iussit vt conculcaret illi ceruicem*. Nihil eiusmodi innuitur in litera: & Angelum contumacem faciunt, alioqui non conculcandus datus esset.

Angeli Hebræorum adiuuabant Aegyptios, quando persequebantur Israëlitas.

Paragraphus XII.

In Exod. 14. 10. *Et ecce Aegyptij* נוסע *Noseàa proficiscebatur post eos*: dicitur singulariter: *Aegyptij veniebat*, id est, *Princeps Aegyptiorum veniebat è cælis in auxilium Aegyptiorum*. Nullus Angelorum obstitisset voluntati Diuinæ: *Ministri eius qui faciunt voluntatem eius*. Psal. 103. v. 21.

Angeli Hebræorum occiduntur & perduntur.

Paragraphus XIII.

Omnes Angelos, quibus creditus est

tinueris; nam Dominus tandem tibi apparebit in Bethel, & mutabit nomen tuum, & ibidem benedicet tibi, & ego tibi adero, & subscribam illis benedictionibus. Et hoc est quod legitur Osee 12. 4. Et præualuit cum Angelo, fleuit, & deprecatus est eum Angelus. Et quid deprecatus est eum? In Bethel inueniet nos, & ibi loquetur nobiscum, expecta me vsque ad illud tempus. Et noluit Iacob, & inuitus coactus est Angelus confirmare illi benedictiones, & hoc est quod dicitur: Et benedixit eum ibi, quia rogabat vt se expectaret, & noluit. Expositio tota commentitia: nam quòd Angelus vinci voluit, œconomia est, vt adderetur animus Iacob, qui timore consternatus erat, nam dixit: *Si Deo præualuisti, quantò magis contra homines?* Deinde credere est, nihil fecisse Angelum, qui erat Dei Legatus, nisi de Diuina voluntate, cui non inuitus (vt ille asserit) sed perlibentissimè acquiescebat. Illud de Osee, peruersa sunt omnia; nam Iacob fleuit & rogauit Angelum, de quo toto loco, ne sim longior, vide Lyranum.

Item in Daniele 10. 13. de Angelo Persarum dixit Gabriël, quòd restitit ei vno & viginti diebus, propter quæ, Hebræi ponunt in Angelis contrarietatem voluntatum & digladiationem pro defensione suorum clientum, vt potest videri in R. Saadià Ghaòn hoc loco. Sed in Angelis non est voluntatum contrarietas simpliciter, quia Diuinæ voluntati sunt conformes; sed quia interdum non reuelantur eis futura, contraria pe-

Puniuntur.

Paragraphus XV.

Idem in Ioël cap. 3. *Contremiscent cæli: Sumet primùm pœnas de Principibus excelsis, superioribus, populorum rectoribus; deinde de ipsis populis.* Falsum dogma Hebræorum. Neminem puniendum in terris, quin Angelus eius primùm puniatur in cælis.

Proijciuntur.

Paragraphus XVI.

Isai. 34. 4. *Et liquescet omnis exercitus cæli*, &c. *Et omnis exercitus eorum decidet, sicut decidit folium de vite.* R. Salomon. *Pauebunt quando proijciam, seù deijciam Principes populorum*, id est Angelos præpositos custodiæ gentium. Angeli pro custodia, quam egerunt erga sibi commissos, nunquam punientur, quia semper fidelem exercebunt ad Dei gloriam, & custoditorum salutem, vi tamen nulla illorum libertati illata.

Pauent ne trahantur ad Iudicium.

Paragraphus XVII.

In *Machazor* pag. 434. Quando Israëlitæ celebrantes Diuina, in principio anni clangunt tuba, Angeli pauent, & dicunt: *Ecce dies Iudicij, vt exigat rationem ab exercitu in excelsis*, iuxta illud: *In illa die visitabit Dominus super militiam cæli in excelso*, Isai.

est, & datus in tutelam populus aliquis, præter Israëlem, tandem puniendos & perdendos scribunt, sicut & clientes suos. Isai. 34. 5. *Inebriatus est in cælo gladius meus*, scilicet *ad occidendum Principes supernos, deinde gladius in Edomæos, qui infra sunt, descendet, quia nullus populus punitur, nisi priùs custos eius, qui est in excelsis, puniatur.* Ita R. Salomon.

Prauus intellectus Rabbini. Gladium Dei inebriari in cælo, est ordinatione Diuina superna, esse præparatum ad vindictam. Vel secundùm D. Hieronymum, Cælum pro aëre accipitur, quem colunt caliginosæ Potestates. Nescio autem, quomodo Angelis bonis possint tribuere interfectionem, & extinctionem vitæ, cùm etiam Dæmones, mali Angeli, non moriantur, nec esse desinant, licet ob summam, quæ in eis est, iniquitatem, consumptione penitùs digni essent, Diuino iudicio.

Angeli Hebræorum deijciuntur.

Paragraphus XIV.

R. Salomon in Psal. 82. 6. *Et sicut vnus de Principibus cadetis, &c. Medràsc Agadà: Sicut Vnus de Principibus excelsis*, id est Angelis præpositis populorum custodiæ, *de quibus dicitur: Visitabit Dominus super exercitum Excelsi in excelso.* Isai. 24. 21. Saniùs, locus ille intelligitur de Dæmonibus.

ſtodiam populorum, quando ſumam vindictam de populis. Non cadit in Angelos beatos hæc triſtitia.

Tabeſcunt, ſine robore & viribus ſunt.

Paragraphus XX.

Item R. Salomon Iſai. 51. 6. *Cæli ſicut fumus tabeſcent*, id eſt *Principes exercituū populorum, qui ſunt in cælis*. Legitur item Num. 34. 2. *Hæc eſt terra, quæ cadet vobis in hæreditatem*. מדרש *Medraſc*: *Et quòd deiecit Deus, & deturbauit de cælo cuſtodes ſeptuaginta populorum, & ligauit eos ante Moſem, & dixit: Vide quia non eſt in eis robur, & vires*. Vide cenſuram ad Paragraphum X.

Vapulant.

Paragraphus XXI.

Item Iſai. 6. 3. R. Salomon. *Petebant à ſe inuicem copiam dicendi ſimul laudes, ne fortè ſi quiſpiam illorum prior inciperet, ſocio non expectato, combuſtionis pœnam incurreret*, id eſt flagris igneis vapularet, vel (vt viſum eſt ſuprà) reſoluerentur in ignem. Non ſunt Angeli vt pueri in Scholis, qui flagris ceduntur dum errant. Angeli verò ſapientiſſimi ſunt, æquè ac celeres in operationibus, neque errare poſſunt.

Vi-

Iſai. 24. 11. Locus ille Iſaiæ intelligitur de Dęmonibus, qui dicuntur habitare in cælo, id eſt in aëre iſto caliginoſo, nullo autem modo de Angelis bonis. Gratis igitur fingunt Angelos pauere ad ſonitum buccinę. Itaque Angeli boni, pro cuſtoditis hominibus, trahentur ad Iudicium, non quidem vt rei, ſed vt teſtes, ad conuincendum homines de eorum ignauia, ſed de hoc, non agit Propheta hoc in loco.

Angelorum imperitia, ignorantia, & Idololatria.

Paragraphus XVIII.

In *Bereſcith Rabbà ſect.* 8. p. 10. col. 3. *Quando Deus creauit primum hominem, errauerunt in eo Angeli miniſterij, & voluerunt coram eo dicere, SANCTVS &c. Quid fecit Deus? Immiſit ſoporem in Adam, & cognouerunt Angeli quòd eſſet homo. Hoc eſt quod legitur: Deſinite ab homine, cuius anima eſt in naribus eius; nam in quo reputatur ipſe?* Iſai. 2. 22. Si Angeli ſunt comprehenſores, & capaces omnis perfectionis, quomodo poſſunt laborare tanta ignorantia, vt ſint Idololatræ?

Triſtantur.

Paragraphus XIX.

Item, R. Salomon. Iſai. 50. *Inducam cælos tenebris: Exercitum cælorum*, id eſt *Principes, qui ſunt ad cu-*

quòd cùm Angeli viderent tantum honorem tribui Iacob, vt eius effigies in Throno gloriæ esset impressa, tanta accensi sint inuidia, & indignatione, vt cùm vidissent illum dormientem, & agnouissent esse illum, cuius imaginem in cælis videbant, voluerint illum occidere. Non cadit humana passio in illos Spiritus beatos, qui confirmati sunt in gratia: idcircò hæc Angelis effingere, est contra Dei bonitatem blasphemiam proferre, cuius bonitas maximè in Angelis relucet.

Non dissimile est illud, quod legitur in *Machazor* pag. 19. vbi asserunt Hebræi, se legere quandam orationem lingua Chaldaica, non autem Hebraica, vt declinent inuidiam Angelorum, qui si legerent lingua Hebraica, quam Angeli intelligunt, Angeli nimium illis inuiderent, & molirentur malum & interitum. In beatis illis Spiritibus vlla inuidiæ suspicio cadere non potest, quod cognouit R. Saadia Gahòn, vt refert R. Aben Ezræ cap. 1. Iob ver. 6.

Fabulosa aquè ac portentosa Angelis attribuuntur.
Alas extendunt, ne ventus destruat Orbem.

Paragraphus XXIV.

R. Salomon super illud Iob 39. v. 26. *Nunquid propter intelligentiam tuam volabit Accipiter, extendet alas suas ad Austrum? Angelus est in similitudinem Aquilæ, qui resistit vehementia*

Visitantur grauiter à Deo.

Paragraphus XXII.

Isai. 24. 21. *Visitabit Dominus exercituum exercitum excelsi.* Aben Ezræ: *Angelos, qui ferebant auxilium alicui Nationi, & alteri aduersabantur, sic dicitur in Daniele: Et super Reges terræ. Hoc dicit, quia Regnum gentium hæret cum Regno Angelorum.* Errant grauiter Hebræi, dum volunt Angelos bonos posse contraire Diuinæ voluntati, ac proinde deijci, & exturbari de cælis, & id duplici de causa, accidere posse credunt; vel quia custodiunt populos mundi, qui omnes sunt perdendi cum ipsis Angelis, vel quia Deo diuersis temporibus efficiuntur rebelles, & contumaces, & hac ratione Angelorum casum tradunt & accipiunt; vtrumque dogma falsissimum. Non enim agnoscũt miserrimi isti homines gentium benedictionem in Christo consecutam, & olim Patriarchæ Abrahamo repromissam, per quem filij Dei factæ sunt gentes; neque sciunt Angelos in bono confirmatos impeccabiles esse, vnde contumaces aut rebelles reddi, atque Diuinæ voluntati contraire nequaquam posse.

Hebræorum Angeli ex inuidia volunt interficere Iacob.

Paragraphus XXIII.

In *Machazor* pag. 667. & in *Ialkût* pag. 35. colum. tertia narratur,

in libro זהר *Zòhar* editionis Mantuanæ anno mundi 318. min. supput. Christi 1558. quorum loca, vt curiosus Lector statim adinuenire possit, hic recensere curabimus, & quid de illis statuant, in summam redigemus, latinè tantùm.

Parasciâ בראשית *Berescith: Sectio in principio.*

Pag. 9. b. In ארקא *Arcà Terra*: sunt ibi duo præfecti specie Angelici habentes sex alàs, horũ vnus est formæ Bouis, & alter Aquilæ, & coniuncti faciunt formam hominis, & in tenebris vertuntur in formam Serpentis duorum capitum, & volant in medio abyssi, & natant in mari magno, & pertingentes ad catenam עזא *Azæ*, & עזאל *Azaèlis* terrefaciunt eos, qui hac de causa saliunt inter montes obscuritatis, verentes, ne dies Iudicij aduenerit &c. De h s supra nonnulla attulimus, & confutauimus. Videsis pag. 294.

Pag 14. Vespere Sabbathi primæ creationis remanserunt nonnulli Spiritus, quibus non fuit creatum corpus, & fiunt Dæmones. De his suprà pag 289. vbi hæc stulta doctrina refut ita est.

Pag. 17. b. Secunda die creati fuerunt Angeli apostatæ, quos ignis combussit, & omnes illi Angeli, qui ad nihilum rediguntur, & subsistentiam non habent. Vide confutationem pag. 237. & 264.

Simile quid legitur pag. 18. b. vbi dicitur sexaginta myriades Angelo-

tiæ Venti Australis obiectu alarum suarum ne destruat Orbem. Res est fabulosissima, & contra seriem & veritatem textus, est enim ibi sermo de Accipitre, qui volat ad Austrum.

Cur Seraphim pedes suos alis tegant?

Paragraphus XXV.

R. Salomon ex *Tanchumà* affert, quòd *duo Seraphim* (vt legitur Isai. 6. v. 2.) *duabus alis velabant pedes suos, quia habebant pedes instar plantæ pedis Vituli, & timebant, ne si Deus conspiceret pedes Vituli, recordaretur iniquitatis Vituli populi Israel.* Blasphemia est de Deo, quasi non recordetur animo & mente, nisi corporaliter videat. Deinde videtur existimare animalia sancta, non per visionem propheticam, sed realiter eiusmodi pedes habuisse. Nam in visionibus propheticis, solùm tractanda sunt, quæ in visione apparent, pedes autem hic tegi describuntur, sicut & facies, ne auderent respicere Diuinitatem, vtpotè vndequaque incomprehensibilem. Per faciem, principium & æternitatem; per pedes, finem, & abyssum illius intelligi, ex S. Cyrillo.

Hæc & alia ferè innumera de Angelis bonis & malis portentosa, & fabulosa commenta in suis libris, & præcipuè in Talmude afferunt Rabbini, quæ omnia referre non vnum sed multa volumina componenda essent, & his nugis replenda. Plurima de Angelis, & Dæmonibus habentur

fectus omnium verè pœnitentium, & præfectus omnibus est *Michaël*, &c. De his aliquid diximus suprà pag. 227. & 228.

Pag. 46. b. ad vocem יעוף *Et auis*. Hic est *Michaël*, de quo dicitur: *Et volauit ad me vnus ex Seraphim*. יעופף *Volitet*. Hic est *Gabriël*, de quo dicitur: *Et vir Gabriël, quem vidi* &c. על הארץ *Super terram*. Hic est *Angelus mortis* &c. De his egimus suprà ad pag. 323.

Pag. 47. b. *Et corripiam eum in virga hominum, & in verberibus filiorum hominum*. 2. Samuel. 7. 14. Verbera hæc sunt illi Spiritus, qui remanserunt absque corpore Vespere primi Sabbathi, & euaserunt Dæmones, solicitantque mortales. Iam supra idem notauimus ad pag. 14. huius libri Zohar.

Pag. 54. b. Dixit R. Isaac: Ex tempore, quo separauit se Adam ab vxore sua, genuit Spiritus & Dæmones, qui volant in mundo. Nec mireris hoc, quia etiam nunc dormientibus viris, veniunt Spiritus succubi, & iacent cum illis, generantque filios, qui vocantur verbera filiorum hominum, nec habent capillos in capite &c. Videsis istorum confutationem suprà ad pag. 293. & seqq.

Parasciâ Noë.

Pag. 62. b. In תוספתא *Tosaphthà Additione*. Quando Israëlitæ respondent voce alta, *Amen, Sit nomen eius benedictum*, Deus repletur pietate & misericordia, innuitque ad Angelum, lorum creatas fuisse secunda die, & omnes ignis deuorat, & בהמות *Behemòth* bestia illa, quæ pascit supra mille montes, quique suppeditant illi quotidie gramen, comedit.

Pag. 23. & 25. Quando dixit Deus: *Faciamus hominem* &c. dixerunt *Azà* & *Azaël*: Quid est homo, quòd memor es eius, cùm peccaturus sit coram te in muliere? Quibus Deus: An non & vos peccaturi estis cum filiabus hominum? sicut dicitur: *Videntesque filij Dei filias hominum* &c. Idipsum legitur infra pag. 126. quæ omnia refutauimus supra ad pag. 261. 294. & 298.

Pag. 41. Numerantur septem Palatia seù Templa, in quibus constituuntur Angeli præsides. In primo præfigitur רחמיאל *Rachamiël*, quē animas proselytorum colligere, aiunt.

In secundo אהינאל *Ahinaël*, qui pueros docere asserunt, eos videlicet qui mortui sunt, antequam ediscerent Legem.

In tertio אדרהינאל *Adarhinaël*, qui pœnitentes curat.

In quarto גדריהאל *Gadrihaël*, præfectus animabus aliarum gentium, de quibus pœnas sumet Deus, sicut dicitur: *Iudicabit in nationibus*. Illa Palatia constituuntur in cælo, vbi iustorum animæ recipiuntur. Si igitur animæ Gentilium in quarto Palatio sunt, & de quibus Deus pœnas sumet, planè sequitur damnandos priùs beatos existere, deinde damnari, quod quàm stultum sit nemo non videt.

In quinto stat אדיריאל *Adiriel* præ-

pans terram. Ergo per diluuium, non per Angelum mortis, Deus terram dissipauerat.

P. 65. Singulis mensibus, quando Luna innouatur, & Deus miseretur Iudæorum, datur לקץ כל בשר illi fini vniuersæ carnis (Samaëli videlicet, vel Angelo mortis) pars vna superabundans alijs sacrificijs, vt habeat, quo se nutriat, & interim Israëlitæ possint vniri Deo; & hic est Hircus, qui est in portionem Esau, sicut dicitur: *En Esau frater meus vir pilosus est* &c. Gen. 27. 11. Ergo Dæmon participiat de sacrificijs, quæ offeruntur Deo, & consequenter etiam de Latria soli Deo competenti, particeps est. Quis non videt, hanc esse apertam Idololatriam?

Pag. 68. b. *Venit Noë ad Arcam.* Dixit R. Iosè, quòd vidit Angelum mortis venientem ad se, & ob id intrauit in Arcam, in qua stetit duodecim mensibus, sicut & tanto tempore damnati iudicantur in Inferno, sex mensibus in aqua, & sex in igne. Contrarium habet Scriptura, nam docemur, quòd Noë ex Dei præcepto, & non ex timore Angeli mortis ingressus sit in Arcam: *Ingredere tu, & omnis domus tua in Arcam*. Gen. 7. 1. Nota, Quòd si damnati sex mensibus in aqua, & sex mensibus in igne tantùm iudicantur, id est puniuntur; ergo etiam Hebræi admittunt Purgatorium in igne. Non est igitur ignis purgatorius Pontificiorum nouum adinuentum, vt blaterant Hæretici, sed antiquissimum dogma, etiam priscis Iudæis non igno-

lum, qui Inferno præfectus est, cui nomen סמריאל *Samariël*, in cuius manu sunt tres claues, & aperit tres portas desertum versus; & relegati vident splendorem huius mundi: venit fumus ignis, & vias obstruit. Tunc tres alij præfecti, tribus scopis fumum illum abijciunt, & requiem dant hora, & dimidia damnatis; & id tribus vicibus quotidie &c. Hinc suffragiorum valor pro defunctis innuitur, & Purgatorij pœnæ ostenduntur, dum per Dei laudem ab hominibus viuis pronunciatam, Deus pietate repletur, & requies ac refrigerium animabus defunctorum tribuitur. Non tamen est intelligendum pro τῶ *damnatis*, quòd animæ impiorum solamen recipiant ab orationibus viuentium, sed pro *damnatis* intelligendæ sunt illæ animæ, quæ in charitate discesserunt, quibus etiã Iudæi tenent, & credunt, viuentium orationes suffragari, & tandem aliquando à pœnis Inferni liberandæ.

Pag. 63. Traditio est, quod tempore pestilentiæ, vel alterius rei, quæ mundum destruat, non est eundum in publicum, quia deuastator habet potestatem perdendi omnia, & hac de causa Deus præcepit Noë, vt ingrederetur in Arcam &c. Quasi aquæ non potuissent perdere Noë cum reliquis animantibus, sed solùm Angelus Vastator. Legat Iudæus cap. 9. Gen. & in ver. 11. inueniet hæc Dei verba: *Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium dissi-*

potentes Virtute, facientes verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. Psal. 103. 20. Temeraria & præsumptuosa expositio, quasi nullus Sanctus ante Israëlitas extiterit, qui Deum non laudauerit. Vide suprà ad pag. 257.

Pag. 95. b. *Væ tibi terra, cuius Rex puer est*. Eccles. 10. 16. Omnes populi terræ (Iudæis exceptis) dati sunt in potestate duodecim Principum seculi, quibus est præfectus ille, de quo dicitur: *Iunior fui, etenim senui* &c. Psal. 37. 25

Parasciá וירא *Vaijerà*.

Pag. 101. b. Angeli nesciunt discernere inter guttam primogenitam & non primogenitam; & ob id necesse fuit, vt Deus ipse descenderet in Ægyptum ad interimendum primogenitos, sicut dicitur: *Et transibo per terrā Aegypti. Ego transibo* &c. Exod. 12. 12. Nimis ignari sunt Hebræorum Angeli, si primogenita cognoscere nequeunt, id quod & homines vulgares dignoscunt. Quis enim tam stupidus est vt nesciat, eum qui matris vuluam aperit, esse primogenitum? Angeli itaque Iudaici, non legerunt duodecimum versiculum decimi tertij capitis libri Exodi, ideòque primogenita dignoscere non valuerunt.

Pag. 120. Dixit R. Simeon *En* אראלם *Erelàm Angeli eorum clamabunt foris, Angeli pacis amarè flebunt*. Isai. 33. 7. Hi sunt Angeli superiores vocati אראלים *Arelim*, quasi Leones ignotum, quamuis apud eos fabulis & erroribus immixtum.

Pag. 69. *Et deleuit omnem substantiam*, Gen. 7. 23. R. Abbà dicit, quòd hìc comprehenduntur etiam Angeli Principes mundi, qui omnes deleti sunt; quando enim Deus vult pœnas sumere de mortalibus, priùs delet eorum Principes, id est Angelos præfectos mortalibus. Est error manifestus, quia Angeli sunt immortales, vt probauimus suprà ad pag. 258. & 259.

Parasciá לך לך *Lech Lechà*. *Vade tibi*:

Pag. 88. b. In סתרי תורה *Mysterijs Legis*. *Post hæc factum est Verbum Domini ad Abraham* במחזה *in visione*. Gen. 15. 1. Hæc visionis dictio est Chaldaica, ad denotandum, quòd Deus loquebatur cum Abrahamo Chaldaicè, ne Angeli, qui ignorant sermonem Chaldaicum, intelligerent, eo quòd Abraham adhuc incircumcisus esset. Vide censuram suprà ad pag. 286. col. 2.

Pag. 90. In iisdem *Secretis* seù *Mysterijs Legis*. Postquam Israëlitæ dixerunt: *Faciemus & audiemus*, Exod. 24. 7. vocauit Deus Angelos, & ait eis: Hactenus fuistis soli ante me in mundo, ab hinc & deinceps Israëlitæ erunt vestri socij, & ideò non poteritis sanctificare nomen meum, quòd Israëlitæ ipsi non inceperint, quia præposuerunt *actionem auscultationi*, sicut & de vobis dicitur: *Benedicite Dominum Angeli eius*,

Parascià תולדות *Toledòth Generationes.*

Pag. 144. Angelus ille, qui hactenùs est cum Iacob, erat Princeps Esau, & liberè concessit illi patris benedictionem, sicut dicitur: *Quia non dimittam te, nisi priùs benedixeris mihi*. Gen. 32. 26. Et hinc dignoscitur, quòd Angeli venientes in mundum assumant corpus, ne mundi ordinem immutent; sicut & Moses ascendens in cęlum non comedit quadraginta diebus, ne cæli leges permutaret, &c. Non sunt stabiles Hebræi; modò hunc Angelum custodem, & Principem Esau faciunt, modò Michaëlem Principem Synagogæ constituunt. Ita in *Ialkùt* Liburnen. par. 1. pag. 82. b. Est tamen verum, quòd Angeli, quando hominibus apparent, corpus assumunt, non vt mundi ordo in aliquid immutetur, sed vt conspici possint ab oculo corporeo; alioquin cùm sint substantiæ incorporeæ conspici non possent. Moses verò non in cælo, sed in monte subtitit quadraginta diebus, & quòd eo tempore non manducauerit, miraculo attribuendum est. Vide cap. 24. Exodi vers. 12. 13. 14. 15. & 18. Alij volunt illum fuisse Samaëlem Dęmoniorum Principem, vt mox -

Pag. 146. & alibi. *Et vidit quòd non posset superare illum*. Gen. 32. v. 25. Vide quæso quanti meriti fuerit Iacob; nam venit *Samaël* vt illum perderet, & illa nocte erat Nouilunium, & Iacob erat solus, & ob id tranes fortissimi, qui vociferati sunt in ea hora, & exquisierunt, vt confirmaretur illud dictum: *Et eduxit eum foras*. Gen. 15. 5. & ob id vociferati sunt foris, *Angeli pacis*. Hi sunt alij Angeli, qui destinati erant in comitatu Iacob, & propter ipsum Deus promiserat illis perfectionem, sicut scribitur: *Et Iacob perrexit itinere suo, & obuiam illi fuerunt Angeli Dei*. Gen 32. 2. Hi dicti sunt *Angeli pacis*, & omnes fleuerunt videntes Abraham ligantem Isaac, & commota sunt superiora, & inferiora omnia propter Isaac. Humani affectus in Angelis cadere non possunt; quando autem, Angelos fleuere in Scriptura legimus, vel alias humanas passiones in eos aduertimus, metaphoricè, & symbolicè accipere debemus, & non propriè, ac naturaliter.

Parascià חיי שרה *Chaijè Sarà, Vita Saræ.*

Pag. 124. In מדרש הנעלם *Midràsc Hannealèm*. Quando in posterum Deus viuificabit mortuos, vocabit Angelum, qui præfectus est sepulchris, nomine דומה *Dumàh Silentium*, & requiret ab eo mortuos iuxta numerum, qui illi datus est, sicut dicitur: *Qui educit in numero exercitum suum, &c. & nullus deficit*. Isai. 40. v. 26. Hunc Angelum timebat Dauid, dicens: *Nisi Dominus adiuuisset me, paulò minùs habitasset* דומה *Dumàh anima mea*. Psal. 94. 17.

& quando capita infernè ex altera parte Rotæ demittebantur, descendere apparebant, sed reuera nullus ascensus vel descensus erat, cùm in Rota nihil tale reperiretur.

Parasciā וישלח *Vaisclàch.*

Pag. 169. b. Adam 130. annis separatus permansit ab vxore, & tunc genuit Spiritus immundos: sed & nunc generantur nonnunquam alij Spiritus ab Incubis, & Succubis, qui figuram hominum referunt, sed capillis carent: & ob id non sunt ponendæ manus super oculos antequam abluantur, quia sunt immundę, &c. De his fabulis vide suprà pag. 296. & 298. vbi Dæmonum carnale commercium cum hominibus improbauimus.

Parasciā וישב *Vaièsceu.*

Pag. 192. b. *Et egressus Spiritus stetit ante Dominum, & dixit, Ego decipiam eum: Dixitque Dominus ad eum: In quo? Et ait: Egrediar, & ero Spiritus mendacij in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & etiam præualebis, egredere, & fac sic.* 1. Reg. 22. v. 21. & 22. Traditio est, quòd hic fuerit Spiritus Naboth Israëlitæ qui decepit Achab. Si per Spiritum intelligant Animam Naboth defuncti, falsa est interpretatio; quia Naboth fuit vir iustus, & anima eius inter Iustorum animas in sinu Abrahæ computata, non est dicendum quòd locuta fuerit in Pro-

traditio est, quòd non est eundum foras nocte sine socijs, & præsertim in coniunctione Lunæ; nam tunc Dæmones magis liberè spatiantur vndique, quia Luna tunc est deficiens, sicut scribitur: *Fiant luminaria*, in qua dictione in Hebręo deficit ו *Vau* litera. מארת *Meoròth Luminaria.* Nihil hac probatione stultius, vt confirment assertionem superstitiosam de exitu in nocte Nouilunij tempore. De Samaële &c. somnia sunt Rabbinica.

Parasciā ויצא *Vaietzè.*

Pag. 149. b. *Et ecce Angeli Dei ascendentes & descendentes.* Gen. 28. v. 12. Hi sunt Principes (Angeli) omnium gentium, qui Iudæis peccantibus ascendunt, hoc est præualent in illos, sed quando operantur bonum, descendunt, id est deprimuntur, &c. Est falsum commentum, quia supponit Angelos istos esse Angelos; præualere in malum, & deprimi à bono, quod Dęmonum proprium est. At Angeli isti ascendentes & descendentes sunt Angeli boni, per quos Deus Iacobo ostendere voluit felicem abitum in Mesopotamiam per Angelos ascendentes; & per Angelos descendentes felicem reditum in terram promissam, in Chanaan. Luditur autem, quando secundùm aliam expositionem ibidem dicitur, hanc scalam ad instar Rotæ fuisse, per quam Angeli rotabantur, quando capita ferebantur sursum, videbantur ascendere,

tranquillitatem Idumæis. Non est Diaboli benefacere. Taxant Christianos, quos Idumæos putant, quasi felicitatem & prosperitatem à Dæmone habeant.

Pag. 17. b. Dixit R. Chamà: Quòd quando Iudæi affliguntur sub dominio aliorum populorum, Deus sedet, & rugit, & plorat, sicut dicitur: *In abditis plorabit anima mea.* Ierem. 13. 17. Ipse plorat intus, & Angeli foris, sicut dicitur: *En Angeli eorum plorabunt foris*, &c. Isai. 33. 7. Est blasphemum in Deum, & locus Ieremiæ perperam explicatur: illa enim sunt verba Prophetæ, non Dei, vt euidenter legenti patet. Rabbini quippè omnia peruersè vertunt, nec verentur Diuinæ maiestati humanas passiones attribuere.

Pag. 18. Dixit R. Iochanàn: In illa hora qua dixit Moses: *Et in Dijs Aegypti faciam iudicia*, Exod. 12. v. 12. דומה *Dumàh* Princeps Ægyptiorum secessit quadringentis stadijs, cui Deus: Iam decisum est (inquit) decretum ante me, sicut dicitur; *Visitabit Dominus super exercitus cælorum in cælis*, &c. Isai. 24. v. 21. Tunc remotū est ab illo dominium, & Inferno præfectus fuit, ad iudicandum illic animas impiorum. Rabbi verò Iudas dicit; quòd mortuis præfectus fuit, &c. Ex hoc fabuloso commento euidenter patet, Angelos à præfectura remoueri; à dignitate deijci, alias nationes illis attribui, & in incertum officium semper vagari. Quæ omnia sunt Rabbinorum deliramenta.

phetis falsis. *Spiritus* itaque mendax fuit Spiritus malus, qui Dei permissu in pœnam impij Achab, datus est in ore omnium Prophetarum, à quibus per falsum vaticinium deceptis, occisus est.

Ex libro Exodi.

Parasciá ואלה שמות.

Pag. 2. b. In captiuitate Babylonica dolor absolutus, seù perfectus & completus erat; nam propter eam, tam superiores, quàm inferiores planxerunt. De superioribus quidem dicitur: *En Angeli eorum fleuerunt foris* &c. Isai. 33. 7. De inferioribus verò: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus*. &c. Ps. 137. 1. Iam sæpè dictum est, Angelos impropriè dici *flere*, & passiones in eos humanas non cadere.

Pag. 6. b. Dixit R. Isaac: Quando Deus vult pœnas sumere de aliquo populo, punit priùs Principes (Angelos) illius, hoc modo; Immittitur in fluuium igneum, & dominium ab eo remouetur, & proclamatur in cælis: *Dominium talis ablatum est ab eo*, qùoad præconium illud pertranseat in omnes cælos terrasque. &c. Hinc patet error Iudæorum, qui credunt Angelos bonos in dies peccare, & à custodia populorum remoueri & puniri, quæ sunt falsa & erronea.

Pag. 11. *Est impius prolongans in malitia sua*. Eccl. 7. 16. Hic est Samaël, qui prorogat quietem &

nubis, vt Legem acciperet, obuiauit illi quidam Angelus magnus nomine קמואל *Kemuel*, præfectus duodecim millibus alijs præfectis, & cupiebat se adiungere Mosi; at ille aperiens os suum, protulit nomen sanctum duodecim literarum, quem cum docuerat Deus in rubo, & elongatus est ab eo 12. millibus stadiorum. Ibat igitur Moses in nube, & eius oculi splendebant tanquam prunæ ignitæ, quoad obuiauit ei alter Angelus priore maior, & dignior, nomine הדרניאל *Hadarniël*, qui est superior alijs Angelis 1060. myriadibus stadiorum, & vox eius permeat ducenta millia sphærarum circumdatarum igne albo, ad cuius intuitum riguit Moses, & voluit se demittere è nube. Cui statim Deus: Moses (inquit) es ne ille, qui multiplicasti verba mecum in rubo, quando postulasti cognoscere secretum nominis sancti, & non timebas? & nunc formidas vnum meorū famulorum? Tunc Moses corroboratus protulit nomen septuaginta duarum literarum, & Angelus הדרניאל *Hadarniël* tremens accessit, & dixit: Felix es Moses, cui reuelatum est id, quod Angelis absconditum est, &c. Totum est fabulosum commentum. Credunt Iudæi, Mosen pro Legis receptione in cęlum ascendisse, contra id quod docet Scriptura multis in locis Exodi, & Deuteronomij, quibus habetur, Mosen in monte locutum cum Deo, & Legem accepisse. Neque loca, quę adduci possunt ex Exodo cap. 19. 3. *Moyses autem ascendit*

Pag. 49. Dixit R. Isaac: In hora qua accesserunt Israëlitæ ad mare, vocauit Deus præfectum magnum maris, & dixit ei: Quando ego feci mundum, præfeci te mari: est tamen conuentio mihi cum mari, vt diuidatur ante filios meos. Nunc venit hora &c. Et hoc est quod dicitur: *Reuersumque est mare ante matutinum tempus ad robur suum*. Exod. 14.27. hoc est, ad conuentionem illam &c. Fabulosa, & Deo indigna expositio; quasi non posset Deus sua virtute findere mare, sed indigeret assensu Angeli custodis, seù præfecti maris. Alter error est, quando Deum constituit pactorem cum creatura, ex cuius condictu, Dei voluntas ad operandum penderet.

Pag. 51. Traditio est, quòd illa hora venit Princeps magnus pręfectus Ægypti, & collegit 600. myriades curruum, in quorum singulis erant sexcenti Principes Dæmoniorum, & hoc est quod dicitur: *Et accepit sexcentos currus electos*, &c. Exod. 14.7. Hi omnes postea deleti sunt in pugna Sisaræ, &c. Volunt Rabbini, quòd Ægyptiorum exercitus ex Dæmoniorū turba fuerit compositus, & credunt probare ex loco citato Exodi, ex quo nihil tale innui potest, nisi velint dicere, quòd omnis populus Pharaonis, qui secum assumptus fuerat, vt dicitur ibidem v. 6. fuerint omnes Dæmones, quia currus & populus, omnes *Ægyptij* erant.

Pag. 58. Dixit R. Eleazar; Quòd ascendente Mose in cælum in medio

tes: Domine mundi, omnis ſplendor, & omnis luciditas noſtra eſt in Diuinitate gloriæ tuæ, & nunc deſcendet ad Inferos? Tunc Diuinitas reaſſumptis viribus fregit obſcuritatem illam, & deſcendit. En quomodo Iudæi debilem & infirmam Diuinitatem faciunt.

Pag. 146. b. Eſt quidam Angelus nomine אכתריאל *Acthariel*, qui coronat coronis Deum &c. Eſt nomen Cabaliſticum erutum à ſuprema Sephira Cabaliſtica, quæ eſt כתר עליון *Corona ſumma*, cum additione nominis אל *Dei*, vnde fingunt Deum coronare, de quo in deprecatione Hakaliris ſuprà pagina 192. ad literam א.

Pag. 163. b. Angeli hominum Cuſtodes habent faciem ſimilem hominibus, quos cuſtodiunt; nam ibi dicitur, quòd quando Iacob vidit Samaëlem luctantem ſolum, non agnouit eum vſque ad mane, tunc enim recognouit aſpectum Eſau, & ſic certior factus eſt, hunc eſſe Principem ſeù Angelum eius. Eſt fabula, quia Angeli ſunt Spiritus, neque figuram, aut formam corpoream habent.

Paraſcià תצוה

Pag. 184. b. Deus præcepit Iudæis, vt offerrent duos Hircos, vnum Deo, & alterum Azazelo, quo Azazel detentus decipiatur, & ignoret gaudium Dei tunc temporis cum ſuis filijs, Iudæis ſcilicet &c. De Hirco emiſſario, & עזאזל *Azazele*, vide quæ ſuprà dicta ſunt pag. 253. & 254. De

dit ad Deum. Cap. 24. 1. *Aſcende ad Dominum tu, & Aaron*, &c. *Soluſque Moyſes aſcendet ad Dominum*, ibid. v. 2. aliquid aliud probant, quàm Moſen aſcendiſſe ad montem Sinai, vbi Dominus deſcenderat, ſicut dicitur Exodi cap. 19. 11. *Deſcendet Dominus* &c. *ſuper montem Sinai*. & ver. 18. *Totus mons Sinai fumabat: eò quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*. Et cap. 34. v. 4. *Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales anteà fuerant: & de nocte conſurgens aſcendit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas*. Et ver. 5. *Cùmque deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo, inuocans nomen Domini*, &c. Non igitur Moſes in cælum conſcendit, ſed Deus in ſubiecta creatura ſuper montem Sinai deſcendit, vbi Legem Moſi tradidit. Cętera etiam, quæ de Angelo *Kemuële* & *Hadarniele* dicuntur, fabuloſa ſunt; ſicut & ea, quæ de nomine Dei duodecim, & ſeptuaginta duarum literarum proferuntur. Iſta omnia, vt potè Cabaliſtica, & vana, omninò arcenda ſunt.

Paraſcià תרומה

Pag. 140 b. Quando Diuinitas deſcendit in terram, affuit Diabolus, qui nolebat eam deſcendere, & obſcuritas occludebat eam. Eſt autem traditio, quòd 150. myriades Angelorum obſtabant, ne deſcenderet. Vniuerſi inſuper cœtus Angelorum ſuperiorum aſſiſtebant Deo, dicen-

ſunt dignæ audiri, expelluntur ad quendam locum, quoad ſinguli illi homines alias orationes dignas orent, tunc priores coniunguntur iſtis, & vna ad Deum deferuntur &c. Quod dicunt Iudæi orationes deferri ad Deum mediante Angelo, non eſt improbandum, ſed ab antiqua Synagoga hoc fuiſſe receptum credendum eſt, quia Eccleſia Catholica id ipſum docet in Canone Miſſæ: *Supplices te rogamus omnipotens Deus: Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime Altare tuum* &c.

Pag. 246. b. In ſecundo Templo eſt præfectus אורפניאל *Orphaniël*, & ibi ſunt animæ interfectorum. Præfectus iſte ſpoliat animam ſuo quodam indumento, & pergit cum ea ad fluuium igneum, in quo neceſſe eſt lauari animam, &c. Purgantur itaque animę per ignem ex Iudæorum placitis.

Pag. 248. & 249. In tertio Templo ſunt quatuor portæ, & quatuor præfecti, מלכיאל *Malchiël*, גוריאל *Ghazariël*, קפציאל *Kaphtziël*, & פדיאל *Pediël*, & ibi diſcutiuntur iudicia Diuina proditura in mundum. &c. Ibi ſunt etiam duo Spiritus אף חמה *Aph*, & *Chemà*, quos timuit Moſes, cùm de monte deſcenderet, ſicut dicitur: *Quia timui à facie IRAE, & FVRORIS*, Deuter. 9. 19. Fabuloſa ſunt omnia: nam Dei iudicia ſubiecta non ſunt diſcuſſioni Angelorum. De *Aph*, & *Chemà* ſuprà egimus pagina 302.

Pag. 251. In quarto Templo eſt præfectus זכותא *Zecuthà*, & in eo præmians

De eo etiam ſit mentio infra in lib. Leuit. *Paraſcià* אחרי מות pag. 63. in רעיא מהימנא *Paſtore fideli*.

Paraſcià ויקהל

Pag. 201. & 202. Angeli præfecti diei, & noctis ſunt diuerſi. Ad Orientem, ſtat quidam præfectus orationibus, quas, ſi dignæ ſunt, exoſculatur, & omnes inducuntur quodam nomine Diuino, in cuius virtute olim Elias volabat, & ſic ad ſupera tendunt. Ad Meridiem, ſtat præfectus eorum, qui in afflictione ſunt, &c. vt in ſuperiori. Ad Septentrionem, ſtat præfectus orationibus eorum, qui ab inimicis malè tractati ad preces diuinas pro auxilio confugiunt, &c. Iſtorum nomina ſunt גזרדיא *Gazardià*, פסגניה *Paſghanià*, פתחיה *Petachià*, זבוליאל *Zeuuliël*, ענאל *Anaël*, עזריאל *Azariël*, מחניאל *Machaniël*, גדריאל *Ghadriël*, & ענפיאל *Anaphiël*, quæ omnia ſunt Cabaliſtica, de quibus vide ſuprà pag. 228. vbi vnum, aut alterum ex his, inuenies.

Paraſcià פקודי

Pag. 245. Deſcribuntur quædam Templa, de quibus mira, incredibilia, & penè fabuloſa narrantur, ſed abſurdiora hic tantùm annotabimus.

In Primo Templo, ſtat quidam præfectus nomine טהריאל *Tahariël*; cuius eſt perſcrutari animas, an dignæ ſint vlterius progredi, vel expelli. Hic etiam trutinantur orationes, quæ fiunt ab vnoquoque, & ſi non

Quando verò Deus creauit hominem primum, creauit corpus solum, & accesserunt ad illud mille Spiritus à latere sinistro, qui omnes volebant intrare in illud, nisi increpuisset eos Dominus. Adam verò iacebat absque spiritu, & eius color erat viridis, & omnes illi Spiritus circuibant eum. Tunc descendit nubes, & dispersit eos &c. Lilith igitur cubauit super Adamum, quoad Deus adduxit illi Euam, tunc Lilith aufugit ad mare, parata destruere mundum cùm vocabitur à Deo, & continuè infestat pueros, ad quam fugandam, dicendæ sunt quædam preces tribus diebus à marito, quando ab vxore debitum coniugij expetit (sicut inuenitur in libro Asmodei, quem ille dedit Salomoni) & post tres dies, versandæ sunt aquæ frigidæ circa lectum &c. Huius fabellæ de לילית *Lilith* aliam assignant originem Iudæi, & nos de ea egimus satis prolixè, suprà ad pag. 69. 70. & 71. Ad illam fugandam non solùm à maritis preces, vt hic legitur, superstitiosè recitantur, sed ab ipsis puerperis procurantur amuleta, quæ collo infantuli appendunt, vt Lilith arceatur, sicut eadem pag. 71. vidimus.

De libro Asmodei Salomoni mendaciter tradito, de quo fit mentio etiam infrà in hoc eodem lib. *Zohar* pag. 77. alibi agemus.

Pag. 25. b. Sunt quidam Angeli, qui dicunt Canticum coram Deo, & postquam finierint, consummantur à scintilla ignis deuorantis. Ex hoc loco confirmatur id quod supra dixi-miantur merita, & puniuntur facinora, & ibi sunt mensæ mortalium, eorum scilicet, qui vocantur filij Palatij, id est familiares Regis, & mille millium. & myriades myriadum præsunt his mensis, & illud animal, quod est suprà quatuor Seraphinis, intuetur edentes, &c. Ibi etiam sunt quatuor portæ, quibus præficiuntur quatuor Angeli, גזריאל *Ghazariël*, דהריאל *Dahariël*, גדיאל *Ghadiël*, & ואזניה *Vazaniàh*. De quibus singulis nimis longum esset omnia vana & fabulosa referre.

Pag. 253. In quinto Templo est præfectus סניגריה *Senigoriàh*, & in eo stant omnes animæ, & corpora nascitura, & ob id nunquam est vacuũ. Est error Iudæorum, qui communiter credunt, omnes animas in principio fuisse creatas, & quotidie in corpora distribui. Sed huic errori additur & alius, de corporibus in hoc Templo reseruatis, & suis quibusque temporibus nascituris.

Pag. 253. In sexto Templo est præfectus רזיאל *Raziël*, & dicitur Templum gratiæ, quia ibi tandem deducuntur orationes, quæ dignæ sunt exaudiri. De alijs Templis inferioribus, quæ subinde sequuntur, vt breuitati consulamus, missa facimus.

ויקרא *Ex Leuitico.*

Pag. 19. Ex fœmina Abyssi magnæ superioris inuenitur fœmina, quę est Spiritus omnium Spirituum, cuius nomen est לילית *Lilith*, *Strix*,

crificant ei Hircum, quem immittunt in monumentum, & imaginem frangunt in quatuor partes, ponentes in quatuor monumenti angulis, &c. Ista traditio, est traditio Pharisaica; ergo falsa. Nulla enim fides est adhibenda Rabbinis Pharisæis, vti sunt R. Isaac, & R. Iuda, maximè in his, quæ nulla probabili ratione firmari possunt; talia sunt, quæ de animabus damnatis effutiunt isti Rabbini.

Pag. 78. b. Quando ascendit Moses in medio nubis in cælestibus, obuiauit ei Angelus igneus, oculis splendentibus, & alis ardentibus, qui volebat deglutire eum intra se, & Angelus ille vocatur גבריאל *Gabriël*, alia lectio legit גזריאל *Ghazariël*. Verùm Moses protulit nomen sanctum, & ille tremens aufugit, & sic cum alijs Angelis fecit &c. Omnia, fingunt Hebræi, Mosen miracula patrasse, medio nomine Dei, tali vel tali modo inuocato, quod sicut de facili assertione astruitur, ita pari negatione dissoluitur.

במדבר *Ex Numerorum libro.* *Parascià* נשא

Pag. 124. A latere sinistro Esau, gradus eius est *Samaël*, qui vocatur Canis, præfectus Inferni latrans, Affer, Affer &c. ברעיא מהימנא *In Pastore fideli* circa med. Pro Esau Christianos intelligunt, seù populos Romano Imperio subiectos, contra quos maledicta congerunt, & effutiunt.

ximus; Hebræorum quosdam Angelos in dies nasci, & mori. Vide pag. 255. & 257.

Parascià תזריע

Pag. 48. b. Creato Adamo, descenderunt duo Spiritus super eum, vnus à latere dextro, & alter à sinistro. Postquam autem peccauit Adam, ex illo Spiritu sinistro procreati sunt alij Spiritus aërei, qui dicuntur, *Verbera hominum*. Si pro duobus Spiritibus, intelligatur Angelus custos à dextris, & à sinistris Diabolus, posset admitti. Sed, quòd post peccatum, ex *Spiritu illo sinistro*, nempè Diabolo, procreati sint alij Diaboli, & Spiritus aërei, fabula Rabbinica est. Concedunt ipsi, alios Spiritus masculos, alios fœminas esse: sed quomodo coniungi possint, & filios procreare, non ostendunt, neque ostendere possunt. De his Spiritibus agitur etiam in hoc eodem libro *Zohar Parascià* אחרי מות pag. 76. & nos suprà ad pag. 293. retulimus.

Parascià אחרי מות

Pag. 70. Traditio est, quòd dixerint R. Isaac, & R. Iuda, quòd animæ impiorum fiunt Dæmones, & tentant mortales, & postea redeunt in Infernum. Vadunt etiam ad sepulchra mortuorùm, & vident vermes, qui perforant carnem, & dolent. Magi verò, qui id agnoscunt, vadunt ad monumenta, & faciunt imaginem humanam, & sa-

bia plane indicibili, quam nutriunt erronea Scripturarũ interpretatione.

Pag. 207. b. & 208. Quando Deus voluit creare hominem, vocauit turmas Angelorum superiorum, & collocauit eos ante se dicens: Volo creare hominem. Responderunt: *Homo in honore non pernoctabit*, &c. Psal. 49. 21. Extendit Deus digitum suum, & combussit eos. Aduocauit iterum alias Angelorum turmas, & dixit: Volo creare hominem. Responderunt: *Quid est homo quòd memor es eius?* Psal. 8. v. 5. Homo (inquit) in imagine nostra, & sapientior vobis omnibus est. Postquam peccauit homo, accesserunt עזא ועזאל *Azà & Azaël* ad Deum dicentes: Habemus tibi aliquid dicere: Nam homo ille, quem fecisti, peccauit. Respondit Deus: Si vos fuissetis suo loco &c. Tunc deiecit eos è cælis &c. De his vide plura pag. 229. & seqq. & pag. 294.

Pag 211. De Vriele Angelo hæc habentur. Traditio est, quòd quando sacrificium comburebatur in Altari, aspiciebatur imago Leonis cubantis super eo, & deuorantis sacrificium. Dixit R. Aua, quòd hic erat Vriël Angelus, qui in forma Leonis deuorabat sacrificia; & quando Iudæi indigni erant, aspiciebatur in forma Canis &c. Ergo ex Hebræorum dictis Vrielis nomen, modò bono, modò malo Angelo attribuitur; cùm bonus Angelus sub forma Leonis sacrificium acceptum comburebat, & malus Angelus sub forma Canis sacrificium peccaminosum deuora-

Parasciâ בלק *Balàk*.

Pag. 196. b. *Etenim passer inuenit sibi domum*, Psal. 84. 4. Hi sunt Spiritus, qui apparent super muris Paradisi terrestris in specie auis, & cantillant: nam traditio est, quòd Paradisus habet tres muros, in quibus expatiantur innumeri Spiritus, qui non sunt digni intrare, sed manent in muris, & fruuntur vtcumque Paradisi delitijs, &c. Si Paradisus terrestris triplici muro est cinctus, R. Iosciuà Ben Leui corpore leuissimus fuit, & saltandi arte peritissimus, qui vnico saltu eos transiliuit, & in medium Paradisi cecidit, vt referunt Talmudistæ, & nos alibi videbimus.

Pag. 197. Quando Deus tollit peccata, & immunditias Iudæorum, dat ea Samaëli, qui est Princeps aliorum Principum, & ipse proijcit in profunda maris. Agmina Samaëlis vocantur מצולות ים *Metzulòth iam* *Profunditates maris*, Psal. 68. v. 23. Hi Spiritus proijciunt illas immunditias super populo sibi demandato. Ergone dicendum, quòd peccata Iudæorum attribuantur alijs populis? Verum hi Principes expectant dona cælestia ad instar Canis expectantis panem ante mensam domini; & quando Deus abstergit peccata Iudæorum, proijcit ea super illos, qui putant esse munera magna, & statim arripiunt, & dein singuli in suam gentem ea reijciunt &c. Ecce quomodo gloriantur Iudæi, & seipsos super alias nationes extollunt super-

quod á Angelo מסוריא *Messuriá*, quasi *Sedoria*, & dicitur esse Angelum שר פנים *Sar Panim Principem facierum*, hoc est, vnum ex illis, qui propiùs Deo ministrant: fortassis idem est cum Principe סוריאל *Suriele*, de quo suprà pag. 283. col. 1. Hunc (aiunt) descendisse de cælis, & indicasse sententiam in superiori Tribunali latam contra עשרה הרוגי מלכות *decem Viros Regni* interficiendos ex Israële, & Samaëli impio שרו של רומי *Principi Romanorum* traditam esse exequendam. Malignè enim Romano Imperio Principem Dæmoniorum Samaëlem, Custodem & Tutelarem constituunt. Qui sint isti decem interfecti Regni (vt vocant) & tamquam Martyres venerantur; alibi, Deo dante, dicemus.

Vltimò, pro complemento huius Dissertationis addemus, Hebræos docere, quòd ea hora, qua ex hoc mundo discedunt impij, obuiam illis adueniunt Dęmones, infausta precantur, & inter incircumcisos ablegant: credunt enim, incircumcisos omnes fore damnandos, Paradiso pro solis circumcisis reseruato. Sed valdè errant; nesciunt id, quod dicit Apostolus: *Circumcisio nihil est, & praeputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei*. 1. Corinth. 7. 19. Et alibi; *Neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quæ per charitatem operatur*, ad Galat. 5. 6. Itaque impijs ex hoc mundo discedentibus, Dæmones occurrunt, & vt legitur in Talmude, Cod. כתובות *Chetubbòth* cap. 12. pag. 104. paulò

rabat. De Vriele vide suprà paginam 231. & seqq.

אלה הדברים *Ex Deuteronomij libro.*

Parascià ואתחנן *Vaethchanàn.*

Pag. 263 b. ברעיא מהימנא In *Pastore fideli*. Legitur in libro Salomonis; quòd Dæmon quidam stat secus ianuam domus, & ob id ponenda est מזוזה *Mezuzà Scheda ostiaria*, cui est nomen Diuinum, ne illac transeuntes lædantur, nec agendum est ibi aliquid immundum. Idem habetur pag. 265. b. Dæmones vbique hominibus nocere cupiunt, & in omni parte, & angulo domus eos insequuntur. Superstitiosum est igitur, magis cautum esse secus ianuam, quàm alibi. De scheda autem ostiaria suo loco agemus. Multa alia in hoc libro זהר *Zòhar* de Dæmonibus & Angelis habentur, quæ nimis longum esset omnia per extensum recensere. Hæc pauca compendiosè retulimus, vt curiosus Lector de alijs iudicium ferre possit. Quæ autem in Zoharis libro de Spiritibus inueniuntur, etiam sparsim habentur in Talmude; & hoc annotatum volo, vt sciamus, omnia, Talmudicas fabulas esse, & eas Hebræos in alijs suis libris repetere, & inculcare vsque ad nauseam.

In פרקי היכלות *Pirkè Hechalòth Capitulis Templorum*, vt refert R. בחיי *Bechaij Parascià* מקץ *Mikètz* pagina mihi 53. col. 4. etiam fit mentio de

malorum, ſeù Dęmonum naturæ, quæ bona eſt, blaſphemiæ iudicium intuliſſe. Sed fictitios Angelos & Cabaliſticos, quorum natura in Rabbinorum cerebro ſolummodo reperitur, improbauimus, damnauimus, & portentoſa, quæ de ipſis fingunt, retulimus, & reiecimus. Naturam ſiquidem Dæmonum, à Deo bonam fuiſſe creatam aſſeruimus, ad quam reſpicientes, exemplo etiam Michaëlis Archangeli inſtructi, maledictis abſtinuimus; vitia autem Dęmonum damnauimus, & mille nocendi artes, quas aduerſus genus humanum exercent, improbauimus.

Cæterùm R. *Eliezer Hakalir* ſcripſit etiam librum *De Cabala*, quem vocauit -

כבוד השם *Cheuòd haſcèm*, *Honorem Dei*. De eo fit mentio in Catalogo librorum Cabaliſticorum appoſito in calce libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ anni 322. minoris ſupputationis, Chriſti 1562. in 4.

רנ״ח רבי אלעזר מוורמסא

מגרמיזא ספר מאמר על הקבלה ; עיין ר׳ אליעזר מגרמיזה סימן רכ״ו ;

58 R. ELEAZAR DE VORMATIA, ſcripſit -

מאמר *Maamàr Tractatum Cabaliſticum*. Vide *R. Eliezer de Garmiza*, num. 226.

רנ״ט אלף בית ; [illegible]

[illegible]

[illegible]

poſt med. hac narratione præmiſſa -

כשעה שהרשע נאבד מן העולם ג׳ כיתות של מלאכי חבלה יוצאות לקראתו אחת אומרת אין שלום אמר ה׳ לרשעים ואחת אומרת לו למעצבה תשכבון ואחת אומרת לו ירד ושכבו את ערלים ;

In hora, qua impius perit ex hoc mundo, tres turmæ Angelorum malignorum egrediuntur in occurſum eius; vna dicit: *Non eſt pax, dixit Dominus, impijs*, Iſai. 48. 22. Alia dicit: *In doloribus iacebitis*, Ibid. 50. 11. (in Textu למעצבה *In dolore*) Et tertia dicit: *Deſcenderunt, iacuerunt cum incircumciſis*. Ezech. 32. v. 21. Et hæc ſunt, quæ de Hebræorum Angelis ac Dæmonibus ex Rabbinorum ſententijs dicta eſſe volumus: nam ſi omnia, quæ in eorum libris de his inueniuntur, in hunc noſtrum transferre voluerimus, non vnicum, ſed multa, eaque ingentia conficienda eſſent Volumina. Itaque relictis Iudæorum portentoſis Angelis, & Dæmonibus, ad continuationem hiſtoriæ Rabbinorum, noſter calamus ſe conuertat.

Sed dices, Hebræorum Angelos bonos, & malos, nos diuerſis, ac varijs conuicijs & maledictis oneraſſe; contra exemplum nobis à S. Michaële Archangelo demonſtratum, qui cùm diſputaret cum Diabolo, & altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: *Imperet tibi Dominus*, vt refert S. Iudas Apoſtolus in Epiſtola ſua Canonica ver. 9.

Reſp. Angelis bonis ac veris, nos non maledixiſſe, neque Angelorum

rùm, *Tabulæ Alphonsinæ* ex Latina in Hebraicam linguam versæ fuerunt à R. Mose de קרית יערים *Kiriàth Iearìm.*

Per idem tempus R. Iudas Ben R. Mosis הכהן *Haccohèn* Sacerdos de Toleto, in vtraque lingua, & Astronomicis eminebat: vnde idem Rex Alphonsus, in transferendis Auicennæ operibus Astronomicis, potissimùm de 1022. Stellis firmamenti, quæ hactenùs nobis innotuerant, ex Arabico in Latinum, eo est vsus. Has transtulit anno mundi 5016. Christi 1256. quas Auicenna in 48. Constellationes, seù cælestes imagines dispertitus fuerat: harum viginti & vnam, in parte sinistra ad Boream collocauerat; quindecim, in dextera ad Austrum; & reliquas duodecim, in Zodiaco affixerat. Verum tamen est, quòd antequam hic Liber in Latinum verteretur, iam à longissimis temporibus apud nos, notissimus erat ille Stellarum numerus, quamuis fortassis ad 48. Constellationes non protraheretur. Nam, quæ recensentur in versibus Prisciani à Ven. Beda relatis in Libello *De ratione Computi* circa fin I. Tomi, sunt tantùm 43. vt in his videre est Carminibus -

Ad Boreæ partes Arcti vertuntur, & Anguis,
Posthac Arctophylax, pariterque Corona, Genuque
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus, & Cassiopeia,
Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromedæ astrum,

ALPHABETVM HEBRAICVM, & PVNCTA VOCALIA; *cum benedictionibus ante, & post mensam recitandis, precibusque in honorem Sabbathi, & aliarum festiuitatum ad vsum puerorum.* Excusum Venetijs apud Ioannem de Gara, anno non notato. In 8.

אלפונסו מלך הקשטיליאה

היה חכם גדול ואוהב החכמות ובפרט התכונה ונתן
י"ב אלף זהבי זהב לאהרן מעליו בו"ה לר' יצחק בן סיד
לחבר הלוחות המפורסמות בעולם הנקראים אלפונסינאש
על התכונה ; ונתן ל' אלפים זו"ז לגבירה בזה המלך
לרבי יהודה בן רבי משה הכהן מטוליטולה
שיעתיק מלשון ישמעאל ללשון לעז ספר אבו אלחסין
הנקרא אביצינה שחבר על אלף וכ"ב כוכבים אשר
נודעו ונכרו עד היום והם נכללים במ"ח צורות הגלגל
והם י"ב מזלות באמצע באפוד מגורת השמים וכ"א צורות
לצד שמאל וט"ו לצד ימין סרו מ"ח ; גם חבר המלך הוא
ספר דברי הימים עולם מראשון עד זמנו כמו שאמר בעל
ס' יוחסין דף קל"ב עמוד ב' ; ושלשלת הקבלה דף נ"ט ;

260 ALPHONSVS CASTELLÆ & LEGIONIS REX X. in Philosophicis & Astronomicis peritissimus, mandauit R. Isaaco Ben סיד *Sid* Astronomo percelebri, vt Tabulas Astronomicas componeret. Quod & absoluit anno mundi 5012. Christi 1252. vltimo Maij: quæ de nomine Regis, *Tabulæ Alphonsinæ* nominatæ sunt, & quarum hypotheses vsque ad superius seculum in vsu fuerunt. *Iuchasìn* p. 132. b. & *Scialscèleth hakabbalà* p. 59. R. Dauid Ganz, hunc Portugalliæ Regem facit, & non imperitè, cùm aliquandiu eodem Regno potitus fuerit, quod Dionysio Regi posteà cessit. Cæte-

Scripturæ ſtadio currimus, nihil abijciendum putamus, quod ad promouendam illius intelligentiam negotium faceſſere arbitrabitur. De Stellis in firmamento infixis, hoc loco ſermo eſt: & quamuis vulgaris, & communis ſententia ſtatuat, eas determinato numero concludi; attamen, ſecundùm rei veritatem, ſolùm ille, earum numerum inire poteſt, & nomina cuique propria attribuere, qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Deus, inquam, vnicus eſt Arithmeticus præſtantiſſimus, cui ſoli, & nomina, & numerus Aſtrorum notus eſt; vnde etiam per quædam nomina; ſeù voces Stellis attributas, vt ipſarum influxus, & effectus in hæc inferiora dignoſceremus mirificos; atque hoc modo Aſtronomiæ ſcientia præſtantiſſima à mortalibus in pretio haberetur, & honore: voluit ipſa Diuina Sapientia ad noſtram eruditionem; Scripturis ſacris inſerere, vti in Iobo, Arcturi, Orionis, Hyadum, & Pleiadum nomina. Sed an voces Hebraicæ, quæ his nominibus correſpondent, iſta notiſſima Aſtra reuera ſignificent; hic inquirendum eſt. Obſeruandum igitur -

Tria eſſe in Iobi libro præcipua loca, quibus de Stellis fixis fit mentio. Primò, Cap. 9. 9. vbi Vulgata, *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, interiora Auſtri*. Hebr.

עשה עש כסיל וכימה וחדרי תמן׃

Faciens As, Chesil, & Chimà, & conclauia Auſtri.

Pegaſus, & Delphin, Telumque,
Aquila, Anguitenenſque.
Signifer inde ſubeſt: bis ſex hunc ſydera complent.
Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrna,
Qui tenet & Piſces. Poſt ſunt in partibus Auſtri,
Orion, Procyon, Lepus, Ardens, Syrius, Argo,
Hydros, Chiron, Thuribulum quoque, Piſcis, & ingens
Quem ſequitur Piſtrix, ſimul Eridanique fluenta.

In plaga Boreali hic tantùm nouendecim Conſtellationes numerantur. In Auſtrali duodecim, quibus ſi XII. Zodiaci ſigna addantur, fit ſumma quadraginta trium Conſtellationum. Deſunt adhuc quinque Aſteriſmi, qui quidem, cùm ſub quibuſdam alijs comprehendantur, vt docent Aſtronomiæ periti, facili negotio venari poterimus: ſi Equiculus, ſiuè Equi ſectio ſub Pegaſo; Caput Meduſæ ſub Perſeo; Coruus ſub Hydra; Lupus ſub Centauro; & Corona Auſtrina ſub Sagittario requirantur. Poſtquam nauigatio vltra lineam æquinoctialem verſus Polum Antarcticum inſtituta eſt, plures Aſteriſmi hodie numerantur, quàm quadraginta octo, de quibus videndi ſunt Auctores, qui de Aſtronomicis rebus ex profeſſo tractarunt; noſtrum enim non eſt, extra Chorum canere. Attamen, quia in Sacræ

Se.

mà sunt signa cælestia; neque quænam signa sint, docet.

R. Leui Ben Gerson, vt potè Astronomiæ non ignarus, aliquantò meliùs dicit.

עש כסיל וכימה הם צורות בגלגלי הככבים הקיימים :

As, Chesil, & Chimà, sunt imagines in spheris stellarum fixarum. Neque ab eo scire possumus, nisi tantùm, quòd non vna, aut altera Stella sint, sed Constellationes expressæ in imaginibus cælestibus.

R. Abraham Aben Ezræ cùm excellens Astronomus sit, paulò pressiùs has voces explicat loco citato.

עש הם שבעה ככבים : כסיל וכימה שני ככבים גדולים האחד בפאת שמאל מגלגל הנוטה והשני בפאת נגב ועש בפאת צפון הגלגל הגדול :

As (ait) *sunt septem Stellæ. Chesil & Chimà sunt duæ Stellæ magnæ, vna in plaga sinistra Zodiaci, & altera in plaga Australi, & As est in plaga Septentrionali Zodiaci.* Ex verbis huius Astronomi colligitur עש *As* esse Constellationem ex septem præcipuè Stellis constitutam in parte Septentrionali, & extra Zodiacum. כסיל *Chesil*, & כימה *Chimà* esse duas Stellas magnas, id est primę magnitudinis; כסיל *Chesil* quidem, in plaga sinistra, hoc est Boreali, & extra Zodiacum; & כימה *Chimà* in plaga Australi, sed non extra Zodiacum. His benè perpensis, haud difficilè erit assignare, quænã Constellationes, & Stellæ sint istæ, quamuis ab Astronomo isto Iudæo clariùs in hoc loco non

Secundò, Cap. 37. 9. Vulg. *Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.* Hebr.

מן־החדר תבוא סופה וממזרים קרה :

Ab Austro veniet turbo, & à ventis Aquilonaribus frigus.

Tertiò, Cap. 38. 31. Vulgata: *Numquid coniungere valebis micantes Stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?* Hebr.

התקשר מעדנות כימה או מושכות כסיל תפתח :

Numquid ligabis delicias Chimà, aut contractiones Chesil aperire facies? Et ibid. ver. 32. Vulg. *Numquid Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis?* Heb.

התוציא מזרות בעתו ועיש על בניה תנחם :

Numquid exire facies signa cælestia in tempore suo, & Arcturum super filijs suis duces ea? Nos in præsenti omnia ista Hebraica Astrorum nomina explicabimus, & benè à Vulgato Interprete esse Latinè reddita ostendemus. Et primò inquiremus, quid de עש כסיל וכימה *As, Chesil, & Chimà* sentiant Hebræi, ad locum Iobi c. 9. ver. 9.

R. Meir ערמה *Aràma* explicans difficiliora vocabula huius Capituli pagina 27. suæ *Explanationis*, volens prędicta vocabula explicare, nil aliud dicit, quàm, *Sunt* שמות הכוכבים *Scemòth baccochauìm, nomina Stellarum*; sed quarum? ignorat; forsitan Astronomus non est.

R. Salomon ירחי *Iarchì* ibidem ait: כסיל וכימה מזלות הם *Chesil & Chi-*

Arietis: non est intelligendum de cauda Arietis primi signi Zodiaci, vt perperam intelligit Scholiastes Rasci, vbi explicans sententiam illorum Talmudistarum, qui עש *As* putabant esse רישא דעגלא *Rescà deaglà, Caput Tauri*, dicit -

רישא דעגלא ראשו של עגל והיינו מזל שור והוא נמשך אחר מזל טלה ראש השור סמיך לזנב טלה שכן הסדר טלה שור תאומים וכו׳ :

Caput Vituli, hoc est Signum Tauri, quod post Arietis Signũ sequitur; Caput enim Tauri Caudæ Arietis coniunctum est. Nam ordo Signorum est, Aries, Taurus, Gemini &c. Cùm enim suprà de Cauda Arietis, quæ ignotiori vocabulo יותא *Iothà* à Rau Iuda vocabatur, dictum fuisse; ipse vtrumque, & de cauda Arietis, & Capite Tauri in Zodiaco existentium, intelligit. Non ita: sed est intelligendum de Cauda Vrsæ maioris, imò de tota illius Constellatione, vt suprà dictum est. Nam אש *As* est in plaga Septentrionali, & extra Zodiacum, vt Aben Ezræ, & alij docent. Ergo esse non potest Cauda Arietis, aut Caput Tauri, quæ intra Zodiacum sunt. Accedit auctoritas Talmudis loco cit. pag. 59. circa princip. vbi Constellationi עש *As*, seu עיש *Aisc* validissimam virtutem exsiccandi attribuit, & præcipuè vtrique Arcturo, seu Vrsæ. Aiunt enim, quòd quando Deus voluit diluuium immittere super terram, accepit duas Stellas ex Asterismo Stellæ כימה *Chimà*, vt potè pluuioso, & adduxit Diluuium. Quando verò voluit non explicentur. Dico igitur עש *As*, & עיש *Aisc*, quod idem est, esse *Arcturum* maiorem, seù *Vrsæ maioris* Constellationem, quæ septem insignioribus Stellis conflatur, & ab antiquis *Arcturus maior* vocabatur, teste Ven. Beda *De Stellis*. Euidentissimè patet hoc ex omnibus Lexicis Hebraicis, & melioribus versionibus. Pagninus in *Thesauro linguæ sanctæ* ex addit. Merceri. עש *As* (inquit) *est Constellatio quædam, nomine Plaustri, quod refert, à nostris donata; aliàs Arcturus, vel Vrsa vertitur, à Stellarum congregatione, Hebraicè nomen habet, vt non vnica sit Stella, sed totum Sydus Septentrionum, vel septem Trionum &c.* Et paulò post; *Aben Hezra putat esse Vrsam, seù Plaustrum.* Buxtorf. in Lexic. Hebr. עש *As. Arcturus. Plaustrum septem Stellarum, quæ nunquam separantur iuxta Aben Ezram.* Et in maiori Lexic. Chald. ad rad. עש *Vrsa maior.* & cætera vt prius. Calasi. in Concordant. עיש *Aisc, est Congregatio Stellarum, Sydus Septentrionale, Vrsa maior constans septem Stellis, & in fine illarum est Arcturus, Cauda Arietis.* Vener. Beda loc. cit. ait, *Caudam Vrsæ minoris*, à quibusdam vocari *Canis Caudam*. Vnde quando in Talmude Cod. ברכות *Berachòth* capite 7. הרואה *Haroè* pag. 58. b. in fine dicitur -

מאי עש אמר רבי יהודה יותא : מאי יותא אמרו לה זנב טלה :

Quid est עש *As? Dixit Rau Iudas* יותא *Iothà. Quid est Iothà? Dixerunt ei,* זנב טלה *Zenàb Talè, Cauda*

tat Stella, quæ *Arcturus* communiter dicitur, & aliquando à Vulgata, suo proprio nomine *Arcturi*, vt cap. 38. v. 31. Iobi, & aliquando sub nomine totius Constellationis, *Orion*, vt cap. 9. 9 eiusdem vocatur. Quòd autem hic Orion sit Bootes, disertis verbis docet D. Basilius in cap. XIII. Esaiæ, vbi hæc habentur:

Δῆλον δὲ ὅτι Ὠρίωνα λέγει ἡ γραφὴ τὸ σύστημα τῶν εἴκοσι καὶ δύο ἀστέρων, ὃν τινες ὀνομάζουσι Βοώτην, ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ καταμερίζουσι, καὶ φασι, τῶν μὲν τέσσαρας εἶναι τρίτου μεγέθους, ἐννέα δὲ ἐν αὐτοῖς τετάρτου, καὶ τῶν ἄλλων ἐννέα τοῦ πέμπτου. κεῖται δὲ τοῦτο τὸ τῶν ἀστέρων ἄθροισμα ἐν τῷ Βορείῳ μέρει, ὅπερ ὑπὸ τῆς γραφῆς, ὡς ἓν σῶμα, Ὠρίων ὠνόμασται.

Liquet, Scripturam Oriona dicere, id Sidus, quod duas & viginti Stellas complectitur, à nonnullis Bootes nominatur. Nonnulli circa hæc studia versati, numerosam hanc Stellarum complexionem in partes deducunt, asserentes, earum quidem quatuor esse tertiæ magnitudinis; atque earum nouem, quartæ; reliquas verò nouem, quintæ. Hic Stellarum globus in Boreali, siuè Aquilonari parte locatus est, quem Scriptura tanquam vnum corpus Orionem appellauit. Et post pauca:

Καὶ τοῦ Ἀρκτούρου δὲ μέμνηται ἡ γραφή, ὃν μεταξὺ τῶν μερῶν τοῦ Ὠρίωνος ὁρῶμεν κείμενον ἀστέρα ὑπόκιρρον.

Arcturi autem commeminit & Scriptura, quem ipsi cernimus media in parte Orionis positum. Est verò Stella colore subrubescenti &c. Et paulò infra:

Ὡς οὖν ἐνταῦθα εὕρομεν τὸ ὄνομα τοῦ Ὠρίωνος, οὕτω τὸ ὄνομα τοῦ Ἀρκτούρου.

Si-

luit prohibere Diluuium, & exsiccare aquas, extraxit duas Stellas ex Asterismo עיש *Aisc*, & prohibuit Diluuium. Verba Talmudis sunt -

שבשעה שהקב״ה בקש להביא מבול לעולם נטל שני כבבים מכימה והביא מבול לעולם וכשבקש לסתמה נטל שני כבבים מעיש וסתמה:

Ea hora, qua Deus sanctus benedictus voluit adducere Diluuium in mundum, accepit duas Stellas ex כימה *Chimà, & adduxit Diluuium. Quando verò voluit occludere, accepit duas Stellas ex* (Constellatione) עיש *Aisc, & obstruxit illud.* Concluditur igitur, quòd עש *As*, seù עיש *Aisc* sit Arcturus maior, qui & Vrsa maior, seù Plaustrum, Italicè, *il Carro*, vt Deodatus vertit cap. 9. 9. Iob. *Che hà fatto i segni del Carro, dell'Orione, delle Gallinelle, e quelli* (che sono) *in fondo all'Austro*. Ergo optimè Vulgata legit: *Qui facit Arcturum*, &c.

Sequitur כסיל *Chesil*. Notandū כסיל formari à radice כסל *Chassàl*, quod est *stultescere*; vnde *Casil* quasi *Aster stultus, & insaniens*; inconstans enim est, & eius ortus pluuias cum procellis, & grandines cit, varijsque tempestatibus Orbem exagitat. A Vulgato nostro Interprete *Orion* redditur, quique, non est (vt aliqui minùs cautè crediderunt) solemnis illa & insignis Constellatio Austrina *Orion* communiter vocitata, sed alia in Boreali plaga constituta *Bootes*, *Bubulcus*, seù Ἀρκτοφύλαξ *Arctophylax* dicta, quę & *Orion* Sacræ Scripturæ est, teste D. Basilio mox adducendo, & in cuius clamydis ora ex-

dignitatis, & gradus. Ex propria ſententia videtur loqui Aben Ezræ, cùm ſuprà ex communi ſententia Hebræorum locutus fuerit, כסיל *Chesil* ad Boreá reponédo, quod Bootis Aſteriſmũ eſſe oſtendimus, in quo Stella الرمح *Alramech Arcturi* includitur, & de qua loquitur Vulgata cap. 38. 31. *Numquid coniungere valebis micantes Stellas Pleiadas, aut gyrum* כסיל *Chesil Arcturi poteris diſſipare*? Quando autem eodem cap. ver. 32. dicitur: *Numquid producis* מזרות *Mazaròth Luciferum in tempore ſuo, &* עיש *Aiſc Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis*? (*Veſperum*) non Veſper, aut Heſperus Stella, ſiuè Venus Planeta, ſed עיש *Aiſc Arcturus maior*, ſeù *maior Vrſa* intelligenda eſt. Nam ſicut exire facit Deus מזרות *Mazaròth*, id eſt מזלות *Mazalòth* ſigna Zodiaci. ר *Reſc* pro ל *Làmed*, vt notat R. Meir Aramà, & obſeruat R. Aben Ezræ, R. Salomon, Dauid Kimchi, & alij, quæ Lucifera dicuntur, eò quia per ea in Ecclyptica defertur Sol. Quando enim ad Conſtellationem כימה *Chimà* (quam Tauri eſſe probabimus) peruenit, tunc delitiæ Veris panduntur, quæ etiam delitiæ Pleiadum, eò quia in Tauro exiſtunt, dicuntur. Cùm autem deuenerit ad gradum 19. מזל *Mazàl* ſigni Libræ, cum quo exoritur כסיל *Chesil*, ſeù *Arcturus*, Autumno tempore; tunc ſuper filios terrę, hoc eſt ſuper fructus, & prouentus terræ, Veſper anni conſurgit, & recondit omnia, frigore ſuperueniente, Arcturi maioris, & cæterorum Syderum Septentrionalium

Sicut igitur deprehendimus hìc nomen Orionis, ita & nomen Arcturi. כסיל *Chesil* igitur eſt Bootes, in cuius Conſtellatione eſt Arcturus. Hinc facilè intelligi poteſt Vulgata editio; quando cap. 9. 9. dicit, *Qui facit Arcturum, & Oriona*, עש וכסיל *As ve-Chesil*, Arcturus maior, qui vocatur עש *As*, & eſt *Vrſa maior*, eſt intelligendus, vt ſuprà dictum eſt; & pro *Orione* intelligendus *Bootes*, ſeù *Arctophylax* in Boreali plaga exiſtens; vnde R. Aben Ezræ conſtans ſibi non eſt, quando hoc Sydus, modò in plaga Boreali, modò in Auſtrali reijcit. In plaga Boreali ſeù ſiniſtra ad cap. 9. 9. in Auſtrali ad cap. 38. 31. *Nunquid ligabis delicias Chimà, aut contractiones Chesil aperire facies*? vbi ipſe -

ככבי הם כפאת צפון וכסיל כפאת דרום :

Stellæ ſunt in plaga Septentrionali, & Chesil in plaga Auſtrali. Et poſt pauca loquens de Stella Chimà, quòd non ſit Conſtellatio, ait -.

והנכון בעיני שהוא אחד והוא כוכב גדול יקרא עין השור השמאלי וכסיל כוכב גדול הוא לב מול עקרב כי בעלות אלה שניהם במזרח יראו המעשי' הנזכרים וזה כנגד זה בבית ובמעלה ובחלק :

Et mihi videtur, quòd vna Stella ſit, & non plures, Stella ſcilicet magna quæ vocatur עין השור השמאלי *En hasciòr haſſemali, Oculus Tauri ſiniſter, Et* כסיל *Chesil* (eſt) *Stella magna* (puta) *Cor Aſtri* עקרב *Akràu Scorpionis; & quando exoriuntur, apparent ea, quæ in hoc loco referuntur. Et vna alteri opponitur, tam ratione Domus, quàm*

כימה כוכבים הם בפאת צפון וכימה תקשר הפירות שהם המעדנות והקדמונים אמרו כימה הם שבעה כוכבים קטנים והם בסוף מזל טלה ׃ והנראים הם ו׳ והנכון בעיני שהוא אחד והוא כוכב גדול יקרא עין השור השמולי וכו׳ ׃

Chimà sunt Stellæ in plaga Boreali; Chimà siquidem colligit fructus delicatos. Nostri autem antiqui dixerunt, Chimà esse septem Stellas minores, quæ sunt in extrema (parte) *signi Arietis, & tantùm sex conspiciuntur. Mihi autem videtur, quòd sit tantùm vnica Stella primæ magnitudinis, quæ vocatur* עין השור השמאלי *En hasciòr hassemolì, Oculus Tauri sinister* &c. Isti antiquiores Rabbini quos citat Aben Ezræ, qui aliquando pro כימה *Chimà* septem Stellas minores, quæ sunt in extrema parte signi Arietis, hoc est in dorso, seù ante genua Tauri, puta Pleiadas, intellexerunt, quomodo etiam Symmachus & Theodotio, teste D. Hieronymo in cap. 5. Amos εἰς πλειάδα verterunt; attamen persępè istius Asterismi כימה *Chimà* spatia non mediocriter dilatarunt. De eo R. Salomon Iarchi in Iob 37. dicit: quòd Deus loco statuto infixerat, ne inde exiret, alioquin totus murdus בצינה *Betzinà frigore* perijsset. Et subinde de Astro עיש *Aisc* subdit -

עיש כוכב גדול שבכימה והרבה כוכבים קבועים בו ונטלו ב׳ כוכבים ממנו לסתום ארובות המבול ונקבעו במזל טלה ועתיד הקב״ה להחזירם הם ׃

Aisc Constellatio magna est in Chimà, in qua multæ Stellæ infixæ sunt, & ab ea duæ Stellæ fuerunt ablatæ ad occludendas cataractas (cæli tempore)

lium influxu. עיש *Aisc* igitur, & si per *Vesperum* à Vulgata vertatur, Sydus tamen Arcturi maioris significat, vt notat D. Basilius suprà cit. & eadem natura à duplici diuersoq; nomine demonstratur. Sequitur -

כימה *Chimà*; Non minor difficultas occurrit, dum quærimus, quænam Constellatio, aut Stella sit assignanda pro כימה *Chimà*. Vulgata in Iob. cap. 9. v. 9. vertit *Hyadas*, cap. 38. 31. *Pleiadas*. & in Amos c. 5. v. 8. vertit *Arcturum*. Prima fronte videtur difficile, has tam varias lectiones posse conciliari, cùm omnes hæ Constellationes inter se diuersæ sint, ac dispares. Nam Hyades sunt Stellæ in fronte Tauri, Pleiades sunt ante genua eiusdem, & Arcturus est Hælices, seù Vrsa maior, vt iam explicauimus. Has vnico versu comprehendit Virgilius 1. Georgicorum.

Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.

Quomodo igitur poterit vnicum vocabulum כימה *Chimà* tribus diuersis Constellationibus appropriari? At tamen si antiquorum Rabbinorum dicta attentè perpendantur, videbimus euidenter, nullum oriri incommodum, si vnica Constellatio כימה *Chimà* tribus diuersis his Constellationibus applicetur. Sed primò, Quid Hebræi de Astro כימה *Chimà* proferant, audiamus. R. Leui Ben Gerson in cap. 38. Iobi ait -

כימה היא צורה אחת במזל טלה ׃

Chimà est quædam imago in signo Arietis. R. Abraham Aben Ezrç ibid.

quia secundùm aliquot illorum, est רישא דעגלא Caput Tauri. *Hyades* quoque, & *Pleiades* sunt in *Chimà*, quia sunt in Asterismo Tauri; & Aben Ezræ suprà citatus existimat, *Oculum Tauri* esse כימה *Chimà*. Hinc sequitur, tria ista vocabula, *Arcturus*, *Pleiades*, *Hyades*, vnam Constellationem significare sub nomine כימה *Chimà*, & quam nomine *Tauri* nos appellamus, & vulgò antiquitùs (vt ait Hieronymus in cap. 5. Amos) *Bootem* vocabant, hoc est *Taurum*; nam Βοῦς vel Βῶν Doricè *Bos*, *Taurus* est apud Latinos, qui quidem legitimè vocari potest *Arcturus*, cùm Arabicè, vel etiam Chaldaicè אל-תוריא *Al Thorià*, *Arcturus*, *Taurum* etiam significet; vnde versio Vulgata apud Amos cap. 5. cit. *facientem Arcturum, & Orionem* (Hebræa habet עשה כימה וכסיל *Osè Chimà Vcsil*, *faciens Arcturum &c.*) de signo *Tauri*, & forsitan pressiùs de ipso *Oculo Tauri* cum Aben Ezræ pro כימה *Chimà*, est intelligenda. Eius etymon est desumendum à תוריא *Tauro*, Chaldaica voce, qua primùm Astris nomina imposita sunt, & non à Græca Ἄρκτος *Vrsa*, vt ad suas fabulas stabiliendas Græci nomen *Arcturo maiori*, postea indiderunt. כימה *Chimà* igitur est magna Constellatio in signo Tauri primariam sedem fixam habens, præcipuè in *Oculo ipsius sinistro*, *in Hyadibus*, *Pleiadibus*, *& Arcturis*, cuius Stellæ alias Constellationes per circuitum efformant versus polum Arcticum vsque ad polum Eclipticæ, vel ex parte, vel in toto, in *diluuij*, *& infixæ fuerunt in Constellatione Arietis*, *& in futuro tempore Deus sanctus benedictus suo loco restituet*. Hoc Rabbinicum Commentum, R. Salomon ex Cod. *Berachòth* cap. 7. pag. 59. desumpsit, vbi in fine anterioris paginæ, istæ multæ Stellæ, quas R. Salomon esse in Constellatione *Chimà* asseuerat, & quibus עיש *Aisc* concluditur, numerantur à R. Samuele solertissimo Astronomo. & Arithmetico Talmudico. Interrogatur à quodam, מאי כימה *Quid est Chimà?* אמר שמואל כמאה ככבים *Dixit Samuël: Chemeà Cochauim*, *Quasi centũ Stellæ*. Itaque Constellatio est כימה *Chimà*, non verò vnica Stella, aut Oculus Tauri, vt putat Aben Ezræ: & quia Vulgata, vocem כימה *Chimà*, modò vertit *Hyadas*, modò *Pleiadas*, modò *Arcturum*; dicendum est, hanc Constellationem maximam esse, & diuersos Asterismos in se concludere, videlicet Tauri, & circumiacentium, tam in Zodiaco existentium, quàm extra ad plagam Borealem vergentium imaginum. Ducor in hoc libenter à Talmudistis, qui nostræ lectioni fauent. Dicunt, complecti in ea centum ferè Stellas: ergo est Constellatio magna. Asserunt, quòd עיש *Aisc* sit *Arcturus maior*. על בנים *Super filijs suis*, sint circumiacentes Stellæ polares, & præcisè Arcturus minor, seù minor Vrsa, vt docet גמרה *Ghemarà* Cod. ברכות *Berachòth* capite 7. citato, linea vltima, cuius Cauda ibidem vocatur זנב טלה *Cauda Arietis*. Asserunt, inquam, quòd Arcturus maior, sit in כימה *Chimà*,

nitur primò כסיל *Cheſil*, cui coniungitur כימה *Chimà*, *Faciens* כסיל וכימה *Cheſil & Chimà, Oriona, & Hyadas*. Et Amos 5. 8. primò ponitur Chimà, poſtea Cheſil. *Facientem* כימה וכסיל *Chimà & Cheſil, Arcturum, ſeù Hyadas, & Orionem*. Cur igitur locum commutant? Reſpondent cum Scholiaſte, in Talmude Codice *Berachòth* cap. 7. pag. 58. b. paulò poſt med. מלמד ששניהם שוין *Docet amborum æqualitatem*, hoc eſt, ſunt Aſtra æqualis virtutis, ideò firmum locum, ſeù pręcedentiam certam inter ſe non ſeruant, vnde in Textu de ijſdem, hęc habentur verba:

אלמלא חמה של כסיל לא נתקיים עולם מפני
צינה של כימה ואלמלא צנה של כימה לא נתקיים
עולם מפני חמה של כסיל ׃

Niſi fuiſſet calor כסיל *Cheſil Orionis, ſeù Bootis, non poſſet ſubſiſtere mundus propter frigus* כימה *Chimà* (Conſtellationis Tauri), *& niſi eſſet frigus* כימה *Chimà, non poſſet ſubſiſtere mundus, propter calorem* כסיל *Cheſil, Orionis, ſeù Bootis*. Ex hac Aſtronomica & Talmudica ſententia, videtur determinari *Orionem* Sacræ Scripturæ, quem *Bootem* facimus, eſſe natura calidum, & Aſteriſmum כימה *Chimà*, ſeù *Taurum*, frigidum: vtrumque in ſummo, ita vt, niſi vnius natura contemperata fuiſſet à contraria qualitate alterius, mundus ſtare non potuiſſet; ad æqualitatem igitur redacti, benignos influxus, à temperatis cauſis recipit mundus inferior. Hæc Talmudiſtarum ſententia de qualitatibus iſtarum

in quo interuallo, & cæli ſpatio, vterque Arcturus, quorum Stellæ ſunt 34. Auriga, cuius Stellæ ſunt 14. Tertia pars Conſtellationis Draconis, eius Stellæ ſunt 11. Et tota Conſtellatio Tauri conſtans 32. Stellis, comprehenduntur. Quæ omnes, 91. Stellarum ſummam efficiunt, vt parum diſtet à numero centenario Samuelis, in Ghemarà aſſerentis כימה *Chimà* eſſe כמאה ככבים *ferè centum Stellas*. In hac maxima Conſtellatione fermè centum Stellarum, diuerſæ prorsùs naturæ, aliquot Stellæ inueniuntur, vt עין השור *En haſciòr*, ſeù per ἀντονομασίαν כימה *Chimà* de natura Martis, & עיש *Aiſc* de natura Saturni, de qua fabulantur Talmudiſtæ, duas Stellas ex hac particulari Conſtellatione tempore diluuij Deũ abſtuliſſe, & in locum, vnde ex Conſtellatione כימה *Chimà* alias duas abſtulerat, inſeruiſſe, vt ſua frigiditate, & ſiccitate, aquas in oſtio cataractæ cæli condenſaret, qua frigiditate, calor Conſtellationis Stellæ כימה *Chimà* attemperaretur. Et è conuerſo, duas Stellas ex *Chimà* abſtulerat, vt aquæ ſuperiores effluere poſſent, quas in עיש *Aiſc* collocarat, quibus frigus עיש *Aiſc* remitteretur, alioquin nulla creatura viuere potuiſſet ob nimium frigus. Et quamuis hæc fabuloſa ſint, attamen iſtarum naturam Stellarum, nobis parabolicè indicant.

Inſuper obſeruant Hebræi, *has duas* Conſtellationes כסיל וכימה *Cheſil, & Chimà* duobus in locis Sacrę Scripturæ ſimul coniungi. Iob. 9. v. 9. po-

tia, & data *Booti*, ſeù الرمح *Alramèch*, & ſic alia aliam, virtute, & qualitate ſuperare non poteſt. Et hæc videtur eſſe ſententia Talmudiſtarum, à qua non longè aberrat Ouid. 2. Metam.

Tum primùm radijs gelidi caluere
Triones.

Cæterùm de כימה *Chimà* fabuloſi Iudæi mira effutiunt. Legitur in ילקוט num. 44. I. Tom. ex מדרש *Medràſc*, occaſione exponendi illum locum Leuit. cap. 16. 8. de Hirco emiſſario לעזאזל ad *Azazelum*: quòd duo Angeli, quorum alter (vt ibi legitur) vocabatur שמחזי *Scemchazi*, & alter עזאל *Azaël*, ſub principiũ mundi, petierunt à Deo, vt ſibi liceret conuerſari in mundo cum hominibus; accepta licentia, & verſantes inter homines, adamauerunt mulieres. Scemchazì verò vt vidit iuuenem pulcherrimam nomine היסטהר *Iſteàr* ſeù *Aſtream*, illius complexus expetijt. Renuit illa, neq; vnquam illius voluntati ſe dixit obſequuturam, niſi שם המפורש *Scem hammephoràſc* nomen Dei τετραγράμματον *explicatum* nominare doceret: docuit eam Angelus, nominauit illa, & ſtatim in cælum rapitur. Quod cùm reſciſſet Deus, iuſſit in præmium virtutis continentiæ, vt eam Angeli collocarent

בין ז׳ ככבים בכימה ונקבעתה בה וכו׳:

inter ſeptem Stellas Chimà, & affixerunt eam ibi &c. Ex hac Iudaica fabella (quam fuſiùs ſupra pag. 260. attulimus) confirmatur id, quod ex ſententia antiquorum Rabbinorum di-

rum Conſtellationum non videtur conuenire cum ſententia cæterorum Aſtronomorum; iſti enim communiter dicunt الدبران *Aldebaràn* ſeù *Pallilitium* eſſe naturæ Martis, h. e. calidum; Talmudiſtis frigidũ. Conſtellationem verò *Bootis* totam vel calidam, vel temperatam, vel etiam inſtabilem, & furioſam reſpectu حزمة ſeù *Arcturi*, cùm illius Stellæ ſint vel de natura Martis & Saturni, vel Iouis & Martis; Veneris & Martis, vel Mercurij & Veneris, quæ omnia, vel calidæ, vel verſatilis naturæ eſſe demonſtrant. Huic difficultati occurrere poſſumus de facili; quia iſti Talmudiſtæ, cùm Conſtellationem כימה *Chimà* ampliſſimam faciant, centum ferè Stellarum, ab Ecliptica ad illius polum vſque diſperſarum, ſub quibus, Stellæ circa polum mundi vergentes, potiſſimum comprehendantur; pro כימה *Chimà*, non vnam aut alteram Stellam Eclipticæ, ſed, exordio facto ab ipſo mundi polo, circa quem omnes, perenni vertigine reuoluuntur, aliquam ex his, & fortaſſis ipſam Stellam polarem, pro כימה *Chimà* aſſumpſerunt. Quis eſt in Aſtronomię tyrocinio tam leuiter exercitatus, qui neſciat, Polarem Stellam, eſſe naturæ Saturni, indeque frigidiſſimam, quæ niſi contemperaretur à caliditate, & humiditate naturæ Veneris, quam à Stellis Conſtellationis כסיל *Chesil Bootis* autumant Talmudiſtæ accepiſſe; frigiditate ſua, mundus ſtare non poſſet? Ablata igitur fuit pars illius frigiditatis, ex illorum ſenten-

rore combibimus. Vnde & in Regum Volumine רפאים *Rephaim Hebræum, Græci Titanas transtulerunt, quæ apud Ethnicos celeberrima fabula est: ex qua in laudes Deorum scribunt γιγαντομαχέας, & tela Typhoëa, & impositum Encelado Ethnam montem, ad cuius motum Trinacria contremiscat.* Et hæc de nominibus Stellarum, quę præcipuè in libro Iob inueniuntur, dicta sint; disruptumque filum Alphonsi Regis Aragoniæ operibus modo reunimus. De eo fit mentio in *Iuchasin* pag. 132. b. & in *Scialscél. hakab.* pag. 59. vtrobique iuxta istum 1022. Stellæ in 48. Constellationes distribuuntur, ita vt 12. sint in Zodiaco, 21. לצד שמאל *in latere sinistro*, ad Boream, & 15. לצד ימין *in latere dextro* ad Austrum. *Iuchasin* autem Auctor prudenter notat, has Stellas esse, quæ נודעו וניכרו *notæ sunt, & cognoscuntur*; nam Stellæ propemodum infinitæ, neque verè ad certum numerum redigi possunt. Vnde aliquando Cæsar Rom. Imper. in Talmude Cod. *Sanhedrin* cap. 4. pag. 39. circa medium, interrogauit Rabban Gamaliel his verbis -

אל" קיסר לרבן גמליאל כתיב מונה מספר לככבים מאי רבותיה אנא מצינא למימני כוכבי אייתי חבוש שדונהו בארבילא וק' מהדר אל" מנינהו אל" אוקמינהו אל" רקיע נמי" הכי הדרא איכא דאמרי הכי אל" מני לי כוכבי אל" אימא לי כביך ושיניך כמה הוה שדא ידיה לפומיה וקא מני להו אל" דאיכא בפומיך לא ידעת דאיכא ברקיעא ידעת ;

Dixit Cæsar ipsi Rabban Gamaliel: Scriptum est: Qui numerat multitudinem Stellarum. Quanta sit Stellarum mul-

diximus, septem Stellas in hac Constellatione præcipuè comprehendi; cùm autem non determinentur, quænam sint; an scilicet eæ, quæ in *Tauri*, vel *Plaustri*, aut *Vrsæ minoris* Constellationibus reperiuntur, reliquum est, vt opinioni Samuëlis adhærentes, maximam esse Constellationem *Chimà* dicamus, & in ea comprehendi *Pleiadas, Hyadas, Arcturum Tauri*, & *Arcturos maiorem, & minorem*, & alias ad polum vergentes Constellationes centum ferè Stellarum secundùm etymon nominis כימה *Chimà*, quasi כמאה *Chemeàh centum* Stellarum, vt docet Samuël Talmudista Cod. *Berachòth* cap. 7. iam aliàs citato.

Quę autem de nominibus Stellarum supra docuimus, cùm sint nomina à Gentibus indita & fabulosa, de illis dicimus cum D. Hieronymo in cap. 5. Amos: *Quando autem audimus Arcturum & Oriona, non debemus sequi fabulas Poëtarum, ridicula ac portentosa mendacia: quibus etiam cælum infamare conantur, & mercedem stupri inter Sydera collocare; dicentes:*

Arcturum, pluuiasque Hyadas, geminosque Triones:

Virgil. Æneid. 1.

Armatumque auro circumspicit Oriona:

sed scire Hebræa nomina, quæ apud eos aliter appellantur, vocabulis fabularum Gentilium in linguam nostram esse translata. Qui non possumus intelligere quod dicitur, nisi per ea vocabula, quæ vsu didicimus, & er-

miæ ſcientia ſcire, incaſſum laborandum eſſet. Sed damnamus illam Aſtronomiæ partem, quam peculiari nomine, Iudiciariam Aſtrologiam vocant; & qua, ex Aſtrorum motibus, atque Aſpectibus, ea quæ ad liberam hominum voluntatem potiſſimum dependent, iudicia & prædictiones, aſtruere ſatagunt. Hanc damnat Scriptura, Sancti Patres, Summi Pontifices, Eccleſia tota. De quibus ſatis eſt, pauca iſta dixiſſe.

Auctor libri *Iuchaſsin* pag. 132. b. & *Scialſceleth hakabbalà* p. 59. addunt prędictum Regem Alphonſum ſcripſiſſe.

ספר דברי הימים מאדם הראשון עד זמנו׃

Sèpher diurè haijamim meAdam harriſciòn ad zemanò, Librum Chronicorum, ab Adamo vſque ad ſua tempora. De quo nihil aliud ſubiungam, quia Hebraica lingua ſcriptum, aut ab aliquo Rabbino eius iuſſu, compoſitum fuiſſe, prorsùs ignoro.

רסט מאשטרו אלפונסו ניופיטי

המגייד של המשיחיים והיהודים בלשון הקדש קורין אותו מומר הכר

ספר על דת המשיחיים ומשיב לשאלות של ר׳ יוסף קמחי אשר עושה כנגדנו בספרו שנקרא מלחמות השם׃ והם נזכר בספר אבן בוחן לר׳ שם טוב שפרוט כ׳ בשער טו׃ ונאמר כי בשטיקלנו׃ ובגבולין הנוצרים נמצא׃

261 ALPHONSVS NEOPHYTVS, quem Auctor libri אבן בוחן *E'uen bòchan* ob ignominiam vocat מומר *Mumàr Apoſtatam*, eo quia, deſerto Iudaiſmo, fidem Chriſti ſuſceperat. Hic in fauorem noſtræ fidei ſcripſit eru-

multitudo, ego etiam valeo numerare. R. Gamaliel, mala Cotonea (ad ſe adduci iubet) ponit in cribrum & regyrat, aitque Cæſari: Numera poma ſi potes. At Cæſar: Quieſce, inquit, vt numerare valeam. Cui R. Gamaliel: Cælum etiam in gyrum ita voluitur. Quaſi diceret: Si pauca poma quando circumaguntur numerare non potes, quomodo numeroſiſſimos cæli pyropos perenniter mobiles, poteris numerare? *Alij dicunt*; quòd *Cæſar dixerit: Scio ego numerum Stellarum. At R. Gamaliel dixit: Dic mihi* (Cæſar) *Quot ſunt molares, & dentes tui? Iniecit* (Cæſar) *manum ſuam ori, & numerauit. Statim R. Gamaliel ſubdit: Quæ in ore tuo ſunt, neſcis, & quæ in firmamento Cæli ſunt, cognoſcis* (numeras?) Ita lepidè Cæſaris curioſitatem redarguit Rabbinus, vnde *Bion* aiebat: *Ridiculos eſſe Aſtronomos, vt cùm non videant Piſces iuxta ſe nantes in littore; illos, qui in cælo ſunt, videre ſe dicant.* Thaletem quoque dum cælum contemplatur, in foueam illapſum, ancilla eius, *Iure id eum pati* (dixit) *qui cùm iuxta pedes poſita ignoraret, cæleſtia intuetur.* Non ob id intendimus nobiliſſimæ ſcientiæ honori detrahere Aſtronomiæ, cuius Profeſſores maximè neceſſarij ſunt in Rep. Chriſtiana, cùm ex motu Syderum, dierum, menſium, annorum periodos, ſtata tempora Eccleſiaſtica, nouilunia, vtriuſque luminaris cyclos, Solis & Lunæ deliquia, aliaque ſcitu digniſſima, & toti Eccleſiæ vtiliſſima, ipſi deſignent; quæ omnia ſine Aſtrono-

eruditum librum, in quo reſpondetur omnibus argumentis, quæ contra Religionem Chriſtianam à R. Ioſepho Kimchio in ſuo lib. מלחמות השם *Milchamòth haſcèm*, *Bellorum Domini* proponitur. Huius Auctoris & libri meminit R. Scem Tou שיפרוט *Sciprùtt* in ſuo libro אבן בוחן mox cit. Tract. 15. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. & in Collegio Neophytorum Romæ in 4. Papyrac.

רב אלפס : עיין רבי יצחק ברבי יעקב אלפסי,

262 RAV ALPHES. Vide *R. Iſaac Berabbi Iacob Alpheſi.*

רב אלפס נכדו של רב אלפס הנז"ל חבר ספר הנקרא שערי רב אלפס: עיין ר' יצחק בן ראובן:

263 RAV ALPHES Nepos Rau Alphes mox notati, ſecundùm quod refert Buxtorf. & Plantauit. in Bibl. Rabbin. ſcripſit -

ספר שערי *Sèpher Sciaarrè*, *Librum portarum*, quas ipſi vocant שערי רב אלפס *Sciarre Ràu Alphès*, ſed de illarum argumento nihil proferunt. Claruit ſecundùm eundem Buxtorf. anno mundi 4960. Chriſti 1200.

אלפרבי ערבי חבר בלשונו ספר מאופטיקה הנקרא בלעז פרוספיטיווה, נמצא בואטיקאנו בי בלשון ערבי ועם אותיות העבריות ונעתק בעד ר' יוסף ן' שם טוב ובעד ר' יצחק ן' בון:

264 ALPHARABII ARABIS *Optica*, ſeù *Proſpectiua*. Extat mſc. in Bibl.

Vaticana Arabicè, ſed characteribus Rabbinicis, pro RR. Ioſepho Aben Scem Tòu, & Iſaaco Aben Nun. Papyr. in 4.

רס"ה **אלפרגני ערבי** חבר בלשונו ספר יסודות התכונה ונעתק מלשון ערבי אל לשון עברי ע"י ר' יעקב בר שמשון לאנטולי ונחלק בל"ב חלקים או מאמרי' ונמצא בי"ב בואטיקאנו, חבר גם כן לוחות על התכונה והעתיקם ר' משה ן' תיבון אל לשון עברי ונדפסו בויניציאה: עוד חבר ספר על שינוי הימים בעתם אצל כל אומות העולם: ועל סבות לקות המאורות: ועל מבט ככבי לכת ומשפטיהם. נמצאו בי"ב בואטיקאנו:

265 ALPHRAGANVS ARABS *De Elementis Aſtronomicis, & Cælorum motu*, ex lingua Arabica in Hebraicam vertitur à R. Ioſepho Bar Samſonis אנטולי *Antolì*, Menſe זיו *Ziu*, *Maio*, an. mundi 5040. Chriſti 1280. Diuiditur in 32. partes, ſiuè Tractatus. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana. Papyr. in 4. Scripſit -

לוחות על התכונה *Luchòth al hattecunnà*, *Tabulas Aſtronomicas*, quas de Arabico Hebræas fecit R. Moſes Aben Tibbòn. Excuſæ Venetijs in 4. apud Abraham Veſinum, vt aſſerit Plantauit. num. 273. ſuæ Bibliothecæ Rabbinicæ.

Eiſdem Tractatus *De mutatione & variatione diei artificialis ſecundùm temporis mutationem apud omnes Nationes. De cauſis Eclipſis Lunæ, & Solis deliquij. De Aſpectibus Stellarum, ac illarum iudicijs*. Omnia extāt mmſſ. in Bibl. Vat. Papyr. in 4.

de Medica materia ſcripſit. Sed anno ſubſequente in Cathedram Petri collocato Paulo IV. fidei Catholicæ zelantiſſimo, & in Chriſti rebelles acerrimo vindice, Romam reliquit: inde diuerſas Italiæ Vrbes peragrans, contractaque cum viris doctis amicitia, præſertim cum Antonio Muſa Braſauolo, & Ioanne Baptiſta Canano Ferrarienſibus, Ferrariæ aliquamdiù ſubſtitit, dein Venetijs, poſtea Anconæ, vbi in apertam Apoſtaſiam lapſus, Piſaurum apud Guidonem Vrbini Ducem aufugit; ſed cùm in ea Vrbe liberè Iudaiſmum profiteri ſibi non licere animaduertiſſet, Theſſalonicam, Ottomannici Imperij, Macedoniæ Vrbem ampliſſimam, adijt: in ea publicè, & palam Iudaiſmum profeſſus eſt, & in ea tandem animam ad Orcum tranſmiſit. Viuit tamen eius fama in ſuis ſcriptis Medicis, quæ ſermone latino euulgarat; quorum Catalogus eſt vt ſequitur:

I. Sub natalitio nomine *Ioannis Roderici Caſtelli-Albi* edidit in duos libros primos *Dioſcoridis Anazarbæi Exegemata*. Excuſa Antuerpiæ anno 1536. in 4. apud Viduam Martini Cæſaris. Deinde ſub nomine *Amati Luſitani*.

II. *Curationum Medicinalium Centuria prima*, cui præmittitur *Commentatio de introitu ad ægrotantem*, *& Criſeφn*. Excuſa Florentiæ apud Torrentinum 1551. in 8.

III. *Centuria Secunda*, qua *Methodum*, *& Canonem propinandi decoctum radicis Cynarum*, locupletiùs de-

רסו **ר׳אלקנה בן בצלאל** אורי ליפמן
חבר פירוש על פרקי אבות וקראו קרית חנה. ונדפס בפראג שנת שע״ב לפ״ק :

266 R. ELKANA' BEN BETZALE'L אורי ליפמן ſcripſit *Commentarium in* פרקי אבות *Pirkè Auòth*, *Capitula Patrum*, cui nomen præfixit קרית חנה *Kiriàth Chanà*, *Ciuitas Chanà*, Tit. ex Iſai. 29. 1. Excuſum Pragæ anno mundi ש״ע״ב 372. minor. ſupputat. Chriſti 1612. In 4. De פרקי אבות vide ſuprà in voce אבות *Auòth*, pag. 8. num. 22.

רסז **אלשקאר** עיין ר׳ משה אלשקאר :

267 ALA'SKAR. Vide *R. Moſes Alàskar*.

רסח **אמאטו לוסיטאנו** הוא מפורטוגאל
בהיותו בין הנוצרים נקרא רודריגו מקשטיל בלאנקו והיה
דת כן ונתפס יהודי בשלוניקי ושם היה רופא גדול וחיבר
כמה ספרים בלשון לטין על הרפואות כמו שנראה לקמן
בלשון הנ״ל :

268 AMATVS LVSITANVS ex Chriſtiano Iudæus, ante Apoſtaſiam vocabatur *Ioannes Rodericus*, vel *Rodriguez Caſtelli albi*. Medicus & Chirurgus ſui temporis illuſtris, Salmanticæ ſtuduit, & decimo octauo ætatis anno Chirurgiæ profeſſionem exercere cæpit, quam per aliquot annos in patria, & alibi exercuit, ſed Iudaica ſuperſtitione tinctus, cùm in patria tutus non eſſet, in Italiam venit, Romæ ferè ignotus, aliquandiu delituit, anno Domini 1554. vbi *Enarrationes in libros Dioſcoridis*

Viduam Balthasaris Arnoleti 1558. in 8. Apud Matthæum Bonhomme 1558. in 8. Cui editioni accessere insuper *Roberti Constantini Annotationes*, *& Simplicium Picturæ*, ex Fuchsio, & Dalechampio mutuatæ. Has Romæ composuit, & Illustrissimis Viris Rectoribus, & Amplissimo Senatui Rhacusino dicauit. Cùm apud Ducem Ferrariæ esset, rogatus ab Oratore huius Reipublicæ optabat Rhacusim adire, vt Medicinam, & Chirurgiam facere, & liberiùs inibi viuere posset, sed retardatur Anconæ, & Pisauri, quousque fugeret Thessalonicam.

VII. In Hispanicam linguam vertit Historiam *Eutropij*, eamque Iacobo Nassinio Hebræo nuncupauit, teste D. Nicolao Antonio in sua numquam satis laudata Bibliotheca Hispana, Vocabulo AMATVS.

רסט' **אם הילד** שם הספר ולא נזכר שם המחבר והוא על הפעלים והדקדוק :

269 EM HAIIE'LED, *Mater pueri*. Tit. libri parui grammaticalis relati ab Hottingero, Class. XI. Bibliothecæ Oriental.

ער' **אמונה** פי' **ספר האמונה** והוא חבר על דת המשיחיים וכתבו בי' בולטיקלו : ולא נגלה שם המחבר :

270 EMVNA', *Fides*, seù ספר האמונה *Sepher haëmunà*, *Liber Fidei*. Tractat de rebus ad Fidei nostræ Christianæ confirmationem, compilatis, cùm ex Sacris literis, tùm

describit. Prodijt Venetijs an. 1552. apud Valgrisium in 16.

IV. *Centuria Septima Curationum Medicinalium* Thessalonicæ habitarũ, absoluta fuit an. mun. 5319. Christi 1559. dicata *Guedelia Yahia*, qui mirificè ab eo in Epistola dedicatoria laudatur. Dat. an. mun. 5321. Christi 1561. Excusa Lugduni apud Gulielmum Rouillium 1570. in 12. Omnes illius *Centuriæ* simul prodierunt, præmissa *Commentatione de Introitu Medici ad ægrotantem*. *De Crisi*, *& diebus Decretorijs*. Venetijs apud Constantinum, 1557. in 8. Lugduni apud Rouillium 1560. in 16. Parisijs 1617. tribus Voluminibus. Burdigalæ apud Gilbertum Vernoy 1620. in 4. & Barcinonæ 1628. in fol.

V. Ancona fugiens amisit *Commentaria in quartum Fen Primi Libri Auicennæ* cum textu ipsius Auicennæ ex translatione Iacobi Mantini, quem ipse recognouerat, emendauerat, & elegantiùs Latinè reddiderat, teste eodem *Amato* in *Centuriæ Octaua Dedicatoria*, & *Curat.* XII. XXIX. & LXX.

VI. In eiusdem *Dioscoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque enarrationes eruditissimas* scripsit, quibus passim Simplicia, Græcè, Latinè, Italicè, Hispanicè, Germanicè, & Gallicè proponuntur, cum triplici Indice. Excusæ Venet. apud Valgrisium 1553. in 8. Apud Iordanum Ziletum 1557. in 4. Argentorati apud Wendelinum Rihelium 1554. in 4. Lugduni, apud

tur nouem Capitulis.

I. Tractat *De Trinitate.*

II. *De Lege & fœdere Christianæ Legis.*

III. *Proponantur quædam dubia contra fidem, & diluuntur.*

IV. *De tempore, quo Christus erat Venturus.*

V. *De passione, morte, & resurrectione Christi.*

VI. *Quædam Rabbinorum loca adducuntur, quibus Christum iam venisse comprobatur.*

VII. *Quindecim obiectionibus, quibus Hebræi nituntur probasse Christum iam non venisse, respondetur, & resoluuntur.*

VIII. *De resurrectione mortuorũ.*

IX. *De causis, cur Iudæi Christianam fidem non suscipiant* disertè agitur. Translatus fuit in linguam latinam opera Pauli Fagij, & impressus Isnæ anno mundi 302. minoris supputationis, Christi 1542. in 4. Hunc ego habeo in exiguo Musęo librorum Hebræorum Monasterij Sanctæ Pudentianæ ad radicem montis Viminalis apud S. Mariam Maiorem meæ Congregationis S. Bernardi Reform. Ord. Cisterciensis msc. Rabbinico charactere eleganti, & in charta admodum tersa. In 4.

רע׳ **ר׳ אמנון דמגנצה** שהיה בדור הרמב״ן ;
והוא היה עשיר ויחס ועשר ואמרו עליו שהשמילו השלוך
שמגנצא והשרים לבקש ממנו שימיר דתו וימאן לשמוע ולמוך
לדבר ויוציאהו והרס יעות אמרו כי הוא אשר ונתנה תוקף
קדושת היום וכו׳ : וזה המעשה נמצא במחזור אשכנזי
ואומרים שחבר גם כן פזמון אשר מתחיל תא שמע
וכו׳ : ועוד בהנה בפירוש מחזור מבולוניא בבית הכנסת קהלת
רומא

tùm ex Rabbinorum priscorum sententijs, quibus apertè ostenditur, IESVM CHRISTVM esse verum Deum, de Virgine natum; & iterum venturum in fine temporum iudicare viuos & mortuos. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Papyr.

רע״א **אמנה או ספר אמנה** אשר חבר
איש ישראלי חכם ונבון לפני כמה שנים להודות ולהוכיח כי
בראיות וברורות שאמונת המשיחיים היא להם בתקנה כלב
וכן ורוח הקודש והדברים האמרים עליהם ונכונה ובלי ספק
היא מוסבת על יסוד התורה והנביאים והכתובים לכן קרא
שמו ספר אמנה להאיר בו עיני העורים ולהוליך בדרך ישרה
התועים : ונחלק בט״ פרקים :

א׳ : מדבר על דין שלוש שהוא אב בן ורוח הקודש :

ב׳ : דין לדתו ובריתו :

ג׳ : דין שאלות ותשובות :

ד׳ : דין משכון קץ ביאת המשיח :

ה׳ : דין עבוייו ומיתתו ועלייתו לשמים :

ו׳ : דין לפסוקים סיפורים :

ז׳ : דין טו״ תשובות :

ח׳ : דין תחיית המתים :

ט׳ : מה שהוכיח היהודים שלא יאמינו באמונה הנוצרים :

ונעתק ללשון עברי אל לשון לטין או רומיי על ידי פאולו
פאגיו ונדפס בעיר איזנא שנת ש״ב לפ״ק : שהיא שנת אלף
וחמש מאות וארבעים ושנים לביאת משיחנו וגואלנו ישוע
יתברך שמו לעולמי עולמים אמן :

271 AMANA', *Firmitas*, siuè ספר אמנה *Sèpher Amanà, Liber firmitatis*, seù *fidei*, compositus ab Anonymo Israëlita, quo clarè demonstratur fidei Christianæ veritas, super fundamentum Legis, Prophetarum, & Hagiographorum esse fundata & ædificata; ac cœcos Iudæos, ad agnitionem veræ fidei illuminare, deuiosque ad rectum tramitem reuocare conatur. Concludi-

רחמו. פלק. שבת בסדר תפלות של ראש השנה: עיין שלשלת הקבלה ף׳ יחסות דף נ״ז עמוד ב׳ בסוף ודף נ״ח ע׳ א׳ :

272 R. AMNON MOGVNTINVS secundùm quod scribit R. Ghedaliâ Aben Iachija in *Scialscèleth hakabb.* pag. 57. fuit synchronus R. Mòsis Bar Nachmàn, viuebat circa annùm mundi 5002. Christi 1242. diues, & corporis forma elegans. De quo, ipse Ghedalias, ex Ritualibus Germanorum, refert, propter Iudaicam sectam à Principe, & Magnatibus Vrbis Moguntiæ, occisum, & eius corpus in frusta dissectum fuisse, & miraculosè sanatum. Hic in Synagoga, ex temporę (dicunt) composuisse illam precem, quæ incipit - ונתנה תוקף קרושת היום: *Date robur hodiernæ sanctitati* &c. Vidi hanc precationem, quam recitare solent in principio anni, & in die expiationum, in maiori מחזור *Machazòr* Synagogæ Romanæ Bononiæ excuso anno mundi ש״פ 301. min. supput. Christi 1541. in folio, Parte II. בסדר תפלות של ראש השנה *In ordine precum anni noui*. Hæc mendacissima Historia, seù veriùs fabula, legitur in Commento ipsius Machazoris, loc. cit. quam hic referre de verbo ad verbum libet, vt omnes Christi fideles videant, quid de Episcopis, & Principibus Christianis sentiant hi recutiti; quid de seipsis prædicent, quiduè de suis Pseudomartyribus gloriosè iactitent. Ait itaq; Scholiastes-

ונמצא בכתיב. ידו של הר״ר אפרים מוו״ינא ז״ל בר׳ יעקב ת״נ שר׳ אמנון ממגאנצה שהיה גדול הדור ועשיר ומיוחס ויפה מראה תאר ויפה מראה

והתלו התגמון ממגאנץ והשרים ליבקש ממנו שיתהפך לטעות וימאן לשמוע להם ויהי כרברם אליו יום יום ולא שמע אליהם ויפצר בו התגמון ויתי בחזק׳ עליו ויא׳ להם אני רוצה להוועץ ולחשוב על הרבר עור שלשת ימים וברי לרחותם אמר כן: ויתי אך יצא יצא מאת פני התגמון שם הרבר אל לבו אשר ככה יצא מפיו לשון ספק שהית צריך שום מחשבה ועצת לכפור באלהים חיים. ויבא אל ביתו ולא רצא לאבול ויחלה ויבאו כל קרוביו ואוהביו לבקרו ולנחמו וימאן להתנחם ויאמר כי ארד אל גיבי אבל שאולה. ויתעצב אל לבו. ויהי ביום תשלישי בה׳ותו רואג בובת ורואב. וישלח התגמון התריו ויאמר לא אלך. ויוסף עוד השר שלוח שרים רבים ונכברים מאלה וימאן ללכת. ויאמר ההגמין מהרו אמנון להביאו בעל ברחו. וימהרו ויביאו אותו ויאמרו לו מה זאת אמנון למה לא באת אלי למוער אשר קבעת להועץ ולהשיב לי רבר ולעשות בקשתי: ויען ויאמר רבי אמנון אני את משפטי אקרא בי לשוני אשר רברה שקר ותבוב לך רינה לחתבה. בי חפץ ר׳ אמנון לקדש את השם ית׳ על אשר רברה ככה ויען התגמון ויאמר לו הלשון לא אחתיך כי רברה היטב אך אמנם הרגלים אשר לא באו למוער אשר רבר אקצץ: וייתר הגוף איישר. ויצו הצר הצורר ויקצצו את פרקי אצבעות ידיו ורגליו ועל בל פרק ופרק היו שואלים לו התחפוץ עוד אמנון להאמין לאמונתינו: ויאמר לא: ויהי בבלותם לקצץ בתנית ידיו ורגליו: צות הרשע להשכיב את רבי אמנון במגן אחר ובל פרקי אצבעותיו בצרו: וישלחהו לביתו: הבי נקרא שמו אמנון כי האמין באל חי ושכל על אמונתו באלהים חיים ומלך עולם יסורים קשים מאהבה רק על הדבר שיצא מפיו: אחר הרברים קרב המוער והגיע ראש השנה: בקש מקרוביו לשאת אותו לבית הכנסת עם כל פרקי אצבעותיו המלוחים ולהשכיבו אצל שליח ציבור ויעשו לו כן: ויהי כאשר הגיע שליח ציבור לומר הקרושה: אמר לו אמנון המתן לי מעט ואקדש את השם הגרול ויען בקול רם ובכן לך קרושה תעלה כמו שקרשתי את שמך על מלכותך ויחורך ואחר כן

אמר ונתנה תקף קדושת היום · ואמר אמת כי אתה דיין ומוכיח כדי להצדיק עליו את הדין שיעלו לפניו אותן פרקי ידיו ורגליו · וכן כל הענין והזכיר וחותם יד כל אדם בו : ותפקוד נפש כל חי שכך נגזר עליו בראש השנה וכשנגמר הסלוק נסתלק ונתעלם מעין ואיננו כי לקח אותו אלהים : ועליו נאמר מה רב טובך אשר צפנת ליראך : אחר הדברים והאמת כי נתבקש והועלה ר׳ אמנון בישיבה של מעלה : ביום השלישי לטהרתו בא במראות הלילה לרבנא קלונימוס בן רבינו משולם ולמד לו הפיוט הזה ונתנה תוקף קדושת היום ויצו עליו לשלוח אותו בכל תפוצות ישראל להיות לו עד וזכרון ויעש הגאון כן : וזה הועתק במחזור ישן אות באות מהעתק שהעתיק אדם אחר מכתיבת ידו של רבי יצחק מוינה ז״ל בעל האור זרוע שמצא מכתב ידו של רבינו אפרים ז״ל :

Id est : *Reperitur ſcriptum manu R. Ephraim Viennenſis b. m. fil. R. Iacobi b. m. quòd R. Amnon de Moguntia, qui fuerat magnus aui illius diues, de proſapia* (antiqua) *pulcher forma, aſpectu nobilis. Epiſcopus Moguntinus, & Principes cœperunt ab eo quærere vt fieret Chriſtianus. Renuit ipſe, & cùm ſæpiùs idem tentaſſent, nihil proficere potuerunt. Inſtitit Epiſcopus, & vim ei inferre ſatagebat. Petijt* (Amnon) *trium dierum ſpatium, vt quid opus facto eſſet, ſecum ipſe conſuleret* (*hoc autem dixit vt à ſe illos abigere poſſet.*) *Cùm autem egreſſus eſſet, poſuit huiuſmodi rem ſuper cor ſuum, quomodo res dubia ab eius ore egreſſa fuerit, quæ nulla cogitatione, aut auxilio indigebat; de abnegando Deo, dum agitur, impia eſt omnis conſultatio. Domum abijt, & nolens cibum ſumere, infirmatur, veniunt propinqui, & amici, ſolantur vt poſſunt, omnem conſolationem renuit*

admittere. Dicebat enim, Deſcendam eloquio meo lugens in infernum: & doluit apud animam ſuam. Et factum eſt in die tertio, cùm anxius fuiſſet, & flens cruciaretur, miſit Epiſcopus poſt eum (nuncium) *Cui dixit, Non veniam. Addidit etiam Princeps mittere Proceres multos, & his etiam alios honorabiliores: & renuit ire. Dixit Epiſcopus: Feſtinate citò, adducite Amnonẽ eo inuito. Feſtinauerunt, & adduxerunt eum. Et dixerunt ei: Quid eſt hoc Amnon, cur non veniſti ad me tempore indicto, & tibi ad conſulendum aſſignato, vt mihi reſponderes, & faceres quod quæſiuerã? Reſpondit Amnon: Ego iudicium meum proferam; nam lingua mea, quæ locuta eſt mendacium, & mentita eſt tibi, iure merito debet præcidi. Voluerat enim hac via R. Amnon ſanctificare nomen Dei benedicti, pro eo quòd ita locutus fuerat. Epiſcopus verò dixit: Non lingua abſcindi debet, quoniam benè locuta eſt, verumtamen pedes, qui non venerunt tempore ſicut locutus fueram, præcidam, & reliquum corpus complanabo. Et percuſſerunt carnifices, & amputauerunt articulos digitorum manuum & pedum eius, & ad omnem articulum dicebant: Vis Amnon credere fidei noſtræ? At ipſe aiebat: Non. Et cùm compleuiſſent amputare pollices manuum & pedum eius, præcepit impius ille, vt collocaretur R. Amnon in ciſta; articulis manuum pedumque ſepoſitis iuxta illum, & in domum ſuam reduxerunt. Hinc vocatus fuit Amnon, quoniam credidit in Deum viuum, & diligenter intellexit fidem*

miam cælestem. Tertia die purificationis eius apparuit in visione noctis R. Kolonimo fil. R. Mesciullàm, & eum docuit hanc deprecationem - ונתנה תוקף קדושת היום *DATE ROBVR SANCTITATI HODIERNAE, eique præcepit, vt in testimonium & memoriale, illam ad omnem dispersionem Israëlis mitteret. Et ita fecit Gaòn* (Kolonimus.)

Translata sunt hæc de verbo ad verbum ex vetusto Machazòr, ex translatione cuiusdam Viri, & scripta manu R. Isaac de Vienna b. m. Auctoris האור זרוע *Haor zarùa, ex exemplari manu scripto à R. Ephraim bonæ memoriæ.*

Falsa est hæc Rabbinica historia, & ideò à Rabbinis excogitata, vt eodem tempore, & odium in Christianos concitent, & miracula apud suos venditent, atque martyria. Affectant enim Iudæi vtraque, & Simiæ Christianorum in omnibus esse cupiunt. Quapropter eos, qui ex decreto Principum, ob crimina supplicio afficiuntur, omnes ferè in albo martyrũ referre non verentur. Nunquam à Christianis in odium Iudaicæ sectæ ad necem tracti sunt Iudæi: imò multis annorum centurijs, pacificè vixerunt per vniuersum Orbem Christianum, sed postquam eorum malitia, contra Politiam, & res sacras insolescens altas radices figere cæpit; tunc ad illam extirpandam Principes, & Respublicæ toto animo incubuere. Sic expulsi & profligati à multis Regnis & Prouincijs, vt hodie cernitur. Non est hic locus aptus

fidem Dei viuentis; & Rex vniuersi castigationibus præ amore durioribus, (castigauit) *pro eo quòd* (egressum fuerat) *verbum illud ex ore eius. Post hæc appropinquauit festum Anni noui, quæsiuit à propinquis, vt illum deferrent in Synagogam cum articulis digitorum eius salitis, & iuxta Ædituum, seù Curatorem Synagogæ deponerent; & ita fecerunt. Factum est autem, cùm incæpisset Curator Synagogæ recitare* הקדושה *HAKKEDVSCIA* (est nomen precis) *dixit Amnon: Date mihi paululum* (temporis) *& sanctificabo nomen magnum; & voce alta dixit: Sit tibi sanctitas, ascendet, sicut sanctificaui nomen tuum super Regnum tuum, & vnitatem tuam. Et postea dixit:* ונתנה תוקף קדושת היום *ET DATE ROBVR HODIERNAE SANCTITATI.* (Et inter ea) *dixit:* אמת *EMETH VERITATEM. QVONIAM TV ES IVDEX PROBANS &c. cùm iustificatum fuisset super eum iudicium adduxerunt coram eo articulos manuum & pedum eius. Et omne quod in ea* (precatione) *continetur* (ad id refertur, & quod sequitur in textu.) ותפקוד נפש כל חי *ET VISITABIS ANIMAM OMNIS VIVENTIS, quia ita decisum fuit super eũ in principio anni. Et cùm absoluisset omnem deprecationem, sublatus est, & euanuit ab oculis* (adstantium) *& non apparuit ampliùs, quia tulit eum Deus. De eo enim dictum est: Quàm multum bonum tuum, quod abscondisti timentibus te,* Psal. 3. 20. *Postea verò requisitus fuit, sed ascenderat R. Amnon in Acade-*

ait R. Dauid Ganz) sceleribus suis ita exigentibus, meritam pœnam luisse dicimus.

Huic R. Amnoni R. Ghedaliâ in *Scialsceleth hakkab.* pag. 57 attribuit aliam deprecationem, quam Iudæi Germanorum olim recitare consueuerunt, & incipit תא שמע מריה דעלמא צלותא וכו׳ *Thà sciemaà Marrè dealmà tzelothà, Vecullè. Veni, audi Domine Vniuersi orationem &c.* Reperitur msc. in מחזור *Machazòr* Germanico apud Vaticanum in Codice membran. sub num. 315. in folio; pag. 261. hodie tamen ampliùs non est in vsu.

Est & alia supplicatio, quæ in antiquis *Machazorim Breuiarijs* inuenitur, & incipit חלו נא פני אל וכו׳ *Chalù nà penè El Vecullè. Deprecamini quæso facies Dei &c.* sed, an illius Auctor sit hic Amnon, aut alius, planè ignoro.

רבנ׳ **אמרות טהרות** זה הספר ויש דרשות על התורה ושם המחבר אבל לא נודע :

273 AMARO'TH TEHORO'TH, *Eloquia munda*, Tit. Libri ex Psal. 12. 7. Ex Plantauitio habemus hunc libri Titulum, quem continere (ait) nonnullas conciones supra Legem secundùm seriem Parasciòth, quamuis vltrò fatetur, illum se non vidisse. Standum igitur est illius dicto.

רבל **אמרי נעים** זה הספר ונוסף פירושו על התורה ולא נזכר שם המחבר :

274 IMRE' NHAI'M, *Eloquia iucun-*

tus, vt Iudæorum facinora singulatim enarrem, suo loco, Deo fauente, referam, & ostendam, quàm iustè exilio, ferro, igne, & patibulo aliquando coërciti fuerint. Salutem, fateor, ipsorum quæsierunt semper Christiani, sed prædicationibus, disputationibus, suasionibus, omni vi, & metu exclusis. Falsum itaque, & adinuentum Iudaicum est, quod referunt de R. Amnone. Falsitatisque clarum indicium est, huius fabulæ Auctorem in lucem non prodire, *Omnis enim qui malè agit odit lucem*, inquit Christus Dominus, *vt non arguantur opera eius*. Primùm in Machazor antiquo dicitur adinuenta ibi, nulli dubium est, à quodam mendaciorum architecto insertam fuisse: postea, transcripta asseritur ab alio Auctore etiam innominato; deinde, iterum exscripta à R. Ephraim; subinde, à R. Isaac de Vienna, ex exemplari R. Ephraim, & vltimò relata in Commentario super Machazor Italico, quòd ex editione *Bononiensi* appellant, loco suprà allato; & tandem à *Machazorim* precũ libris minoribus ad vsum Synagogæ Romanę edit. Venetę, eiusmodi fabula sublata fuit, fortassis, quòd illius falsitas à posterioribus Hebręis agnita, illam vlterius cudi, & propagatione indignam existimarunt, remanente tantùm prece, tam in ראש השנה pag. 48. b. quàm למוסף יום כפור p. 194. Vnde concluditur, hanc fabulosam de R. Amnone narrationem, nullum veritatis specimen in se continere; atque ideò si Iudicis sententia interfectus fuit (vt

277 ANTONIVS MARGARITA seù MALGARITA, ex Iudæo Christianus factus Wasserburgi, seriem Ceremoniarum, Orationum, blasphemiarum, facinorumque Iudæorum contexuit an. Dom. 1530.

רעח' **אנטיגנוס איש סוכו** היה בשנת
ג' אלפים תק"ם לבריאת עולם כפי דעת בעל שלשלת הקבלה
דף כ"ב אך כי בדף הס"ה אומר כי היה בשנת ג' אלפים תרנ
והוא טועה כי בעל יוחסין בדף ס"ו עמוד ב' אמר כי
אנטיגנוס איש סוכו קבל משמעון הצדיק שנת תק"ם
והיו צדוק וביתוס תלמידיו היו ראש המינים שטעו בדברי
רבם כשאמר אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב
על מנת לקבל פרס: אלא הוו כעבדים המשמשי'
את הרב שלא על מנת לקבל פרס : ויהי מורא
שמים עליכם : וכששמעו צדוק וביתוס תלמידיו את הדבר
הזה שאלוהו על דבר זה והשיב להם תשובה שאין פרס עולם
זה אינו בשום אלא על העולם הבא וגם גברו בדבריו ואמרו
מימינו לא שמענו על העה"ב וחלקו עליו והלכו למקדש הר
גריזים והיו שם לראשים ועמד בית וזה בית הכותים והצדוקי'
בתו עומדים שמה : ובית הואת נבנה בזמן אלכסנדר מוקידון :
כי כשבא המלך אלכסנדר אל ארץ ישראל עשה באופן כותיים
הרבה היו בימי סנחריב ולאחיהם שבבלה המורדכי ועקבת
ישראל ומבני יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול נתחתנו בהם :
והבריחם עזרא הכהן ונחמיה התרשתא מבית יהוה : ובבא
אלכסנדר המלך סר אל משמעון שכבלת המורדכי וכל אשר
הושיבו בשם הכרית ולא אבו לשלחם בית המקדש אשר בהר
גריזים : וגם המלך לעשות כן ובנו את הבית : אז יחלק
עם ישראל לשני : חצי העם היה אחרי שמעון הצדיק
ולאנטיגנוס תלמידו ומיעתו וחצי עם הקבלו' מעודם :
וחצי אחרי שבלת ומתנו . והקריבו עולות וזבחים הן לבית
ל' והקטירו פוקים ומשפטים כאשר כרו מלבם : ובבית זה
כיהן מנשה בן יהושע בן יהוצדק : וצדוק עם ביתוס הבירו
היה לראש : וזאת היתה תחילת הצדוקים : ובזמן יוחנן בן
שמעון בן החשמונאי הכהן הגדול הורכום נהרגם בתו קראם לעמם
במקומו : וזאת הכת של צדוקים והביותוסים היו ראשי המינים
והאפיקורוסים :

cunda. Idem Plantauitius num. 64. suæ Bibliothecæ Rabbinicæ asserit esse Commentarium Concionatorium compositum in vsum Concionatorum.

רעה' **אנדריאהס דימונטי :** עיין ר'
יוסף צרפתי האלפסי .

275 ANDREAS A' MONTE. Vide *R. Ioseph Tzarphati Haalphesi*.

רעו' **רבי אנטולי** חבר פירוש על עשר מאמרות
לארסטו וקרא אותו
רוח חן :
ועשה חיבור על ספר
מורה הנבוכים להרמב"ם ,
וכתב אגרת אל הרמב"ם עם שאלות על התורה
והרמב"ם השיב אליו , ואלה החיבורים כתבאו כי בוואטיקאנו :

276 R. ANTOLI', Scripsit librum quem vocauit - רוח חן *Rùach chèn*, *Spiritum gratia*, & est *Expositio in decem Prædicamenta Aristotelis*. Scripsit etiam super מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim*, *Directorem perplexorum* R. Mosis Bar Maijmonis. Extat msc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4. Misit insuper - אגרת אל הרמב"ם *Ighèreth el Harrambàm*, *Epistolam ad Mosen Aegyptium*, cum responsione ipsius Ægyptij, de quibusdam quæstionibus ad Legem spectantibus. Extat msc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4.

רעז' **אנטוניוס מלגאריטה** יהודי
לשעבר ואשר כן נעשה נוצרי חבר ספר נגד היהודים על
חקים ותפלותיהם :

rum? Ad quid retributio bonorum operum? Vnde Apostolus 1. Corinth. 15. 19. *Si in hac vita* (inquit) *tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*. Speramus itaque post mortem, & animam condignam retributionem secundùm opera, quæ in hoc mundo gesserat, siuè bona, siuè mala, recepturam; & corpus per carnis resurrectionem in fine mundi debita pro laboribus præmia in Paradiso, vel pœnas pro sceleribus meritas in Inferno subiturum. Eandem hæresim sequebatur eius collega Baithos, sed à Sadocho eius principali Auctore dicti sunt Sadducęi, potiùs quàm Baithusæi, quamuis inter opera Talmudica, rarò Sadducæi nominentur quin & Baithusæorum mentio fiat.

Sed quæres: Quænam erant *Sadducæorum & Baithusæorum Hæreses?*

Resp. Sadducæi, & Baithusæi sex primarios errores habuerunt.

I. Negabant, animam hominis esse spiritualem, & immortalem, sed simul cum corpore interire. Quia negabant *Spiritum*, vt Actor. 23. 8. Animæ enim Spiritus sunt, id est spirituales & non corporeæ. Sadducęi autem corporeas illas faciebant, ideò mortales.

II. Negabant dari resurrectionem corporum, Matth. 22. 23. *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem*. Hoc peruersum dogma sequitur ex primo. Quia si totus homo moritur, hoc est Anima æquè ac corpus interit, vt in bru-

278 ANTIGONVS VIR SOCCO SOCHÆVS claruit an. mun. 3460. ante Christi natiuitatem ann. 300. fuit discipulus Simeonis Iusti. Præter alia, quæ dictando discipulos suos docuerat, hanc quoque sententiam eis seruandam reliquit; habetur in Cod. אבות *Auòth Patrum* cap. 1. his verbis concepta:

אל תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס. אלא הוו כעבדים המשמשין את הרב על מנת שלא לקבל פרס. ויהי מורא שמים עליכם:

Non eritis sicut serui, qui Domino seruiunt hac conditione, vt recipiant præmium: sed estote vt serui, qui seruiunt Domino absque intentione recipiendi præmium, & sit timor Dei super vos. Hinc boni Præceptoris, mali discipuli צדוק *Tzadòk Sadoch*, & ביתוס *Baithòs* sinistro sensu interpretantes, quasi post præsentem vitam nihil præmij à Deo sit expectandum, Sadducęorum & Baithusæorum hæresim introduxerunt. Hi namque, cùm bonorum operum præmium post mortem negent, consequenter etiam resurrectionem mortuorum negare haud difficilè fuit. Matth. 22. 23. Act. 4. 1. & 23. 8. vbi *Sadducæi* dicunt, *non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum*. Hinc euidenter patet, Sadducæos negare, animam rationalem esse spiritualem, & immortalem, sed corpoream & mortalem; quod enim mortale est, corporeum esse necesse est. Si igitur anima post mortem moritur, ad quid resurrectio mortuo-

tionem, aut vllam explanationem, *sed solùm Legem Mosis*. Hinc apparet, Sadducæos reiecisse omnium Prophetarum vaticinia, & solummodo Legem, seù Pentateuchum Mosis acceptasse. Quod ex Euangelio confirmari potest: nam cùm Dominus veritatem resurrectionis comprobare vellet contra Sadducæos apud Matthæum cap. 22. 32. non auctoritatem ex Prophetis protulit, sed ex Pentateucho sc. ex Exod. 3. 6. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*. Poterat siquidem alijs manifestioribus exemplis vti, veluti illo Isaiæ 26. 19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent &c.* & alio Danielis 12. 2. *Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt &c.* Sed quia de facili has auctoritates negare poterant, quarum auctores paruifaciebant; ideò his prætermissis, testimonium ex Mosis libris proferre voluit, quamuis prima facie videbatur ambiguum, vt cognito illius mysterio, veritatem etiam cognoscerent resurrectionis. Et ideò statim infert: *Non est Deus mortuorum, sed viuentium*. In qua illatione probatur etiam animas esse immortales, quia animæ Patriarcharum post mortem viuebant. Hinc colligitur, quòd Sadducæi, immortalitatem animarum negarint. Vide D. Hieronymũ in cap. 22. Matthæi Tom. VI.

VI. Negabant dari Angelum, & Spiritum. Actor. 23. 8. vt suprà relatum est. Nullam creaturam spiritualem & intellectualem separatam admittebant; idcircò Angelos, & Dæ-

brutis accidit; planè sequitur superfluam esse resurrectionem mortuorum; alioquin hoc modo, resurrectione concessa, concedi deberet etiam in iumentis, vt volunt Mahumedani, quod stultissimum est.

III. Negabant bonorum operum retributionem, & pœnas delictorum & scelerum post hanc vitam,

שאין לאדם לא גמול ולא עונש ואין תקוה כלל ׃

vt loquitur *Harrambàm* ad caput 1. אבות *Auòth Patrum*. Hoc etiam sequitur ex primo; nam si anima post mortem annihilatur, non est vt solliciti essent de præmio, & pœna.

IV. Negabant Diuinam prouidentiam, sed omnia tribuebant libero arbitrio hominum; ita vt omnes electiones humanæ nullo modo subessent Diuinæ prouidentiæ, quam negabant. Sic Iosephus libro 13. histor. cap. 8. editionis Venetæ an. 1481. *Sadducæi fatum* (id est Diuinam prouidentiam) *quidem nihil esse existimant, neque per eum humana concludi, sed omnia nostræ supponunt potestati: bonorumque nosipsos auctores fatentur, & peiora per nostram eligi dementiam.*

V. Reijciebant, & aspernabantur omnes traditiones Seniorum, vt legitur in Iosepho Ben Guriòn lib. 4. cap. 29. pag. 48. col. 4. circa princ.

והנה הצדוקים אומרים לא נאמין ׃ ולא נשמע לכל מסורת ולכל פירוש כי אם לתורת משה לבד ׃

Et ecce Sadducæi dicunt: Non credimus, & non audiemus vllam tradi-

gandum est, Spiritus Sancti, aliqualem notitiam apud doctiores, & sanctiores Pharisæos extitisse. Quod colligi fortasse poterit ex eodem capite Actor. ver. 9. vbi Pharisæi de Paulo Apostolo (qui se Pharisæum, & filium Pharisæorum exclamando confessus fuerat) ita loquuntur: *Quid si Spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Distinguitur hic Spiritus ab Angelo. Ergo pro Spiritu intelligi videtur *Spiritus Sanctus*. Spiritus enim Sanctus per ora Prophetarum loquebatur, quod Pharisæi credebant; sed quòd Spiritus Sancti Personam crediderint, distinctam à Patre & Filio, asserere non auserim.

צדוקים Sadducæi itaque, non à צדק *Tzèdek Iustitia* dicti sunt, quamuis se צדיקים *Tzadikim Iustos* affectabant existimari, & vocari: vt specioso vocabulo, id apparerent extrinsecus, quod intrinsecus non erant. Erant enim Hæretici, & peruersi homines, superbi, intrinsecus politici, & ad suas partes Principes Iudæorũ trahere conabantur, vti experimento probatum est, quia Ioannem Hyrcanum, quem Iannai Talmudistæ vocant Iudæorum Principem & Summũ Sacerdotem ex Assamonæorum prosapia, ad suam hæresim & errorem pellexerunt.

Sadoch autem & Baithos cum suis asseclis (relicta Iudæa, vbi semen pestiferæ hæresis disseminauerant) ad montem Garizim, vbi Templum ad normam Hierosolymitani Templi ædificatum erat, secedit. Ibi tamquam Principes & Rectores, Sacra adDæmones, ac animas hominum separatas negabant. Pro ly πνεῦμα *Spiritum*, Glossa interlinearis intelligit *Spiritum sanctum*. Lyranus generaliter includit etiam ipsum Deum, ita vt non solùm Personas Diuinas, sed etiam totam substantiam esse spirituale negauissent, cùm dicerent Deum esse corporeum. *Propter quod* (inquit Lyranus) *de libris Sacræ Scripturæ recipiebant tantum quinque libros Moysi, qui minùs expresse loquuntur de istis, quàm libri Prophetarum*. Est tamen verosimile per *Spiritum* intelligi distinctionem Personarum, quam Sadducæi non agnoscebant, & tertiam Personam expresè negauisse. Hanc distinctionem Personarum in Deo, & præsertim Spiritus Sancti etiam multis Pharisæis ignotam, vel negatam fuisse apparet ex eodem Actorum libro cap. 19. 2. vbi Paulus Apostolus Pharisæus cùm esset, & ex genere Pharisæorum, quosdam Discipulos (quos ex Pharisæorum secta olim fuisse credendum est, quia baptizati erant in baptismate Ioannis, qui Pharisæis potissimùm prædicabat in deserto, *progeniem viperarum* eos nominans, vt Matth. 3.7.) cùm inuenisset, dixit eis: *Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus Sanctus est, audiuimus*. Fuit tamen clarè & expresè mysterium SS. Trinitatis cognitũ, & prædicatum in Nouo Testamento cùm in Veteri tantum fuerit obumbratum, & Sanctis Patribus atque Prophetis solummodo reuelatum. Non tamen ne-

duceorum secta comprehendi debent, quia ab ipsis processerunt, quamuis reformati, quia admittunt præmium, & pœnam, & credunt articulum *Carnis resurrectionem*, de quibus aliquid suprà ad num. 156. diximus, & infrà suo loco ampliùs dicemus, cùm de Samaritanis, & Cuthæis, agemus Verbo כומס *Chomâsc*.

Sed quid dicendum de Scribis, & Pharisæis, Herodianis, Hessæis, Nazareis, & Rechabitis? Nonne Hæreseon insimulari debent etiam isti?

Resp. Absolutè Non. Nam istę sectæ non videntur damnatæ, maximè

Nazaræorum, qui instituuntur & approbantur in Veteri Testamento, Numer. cap. 6. per totum.

Rechabitarum autem dogmata approbantur à Sacra Scriptura, Ierem. 35. & laudantur, quia obedierunt præcepto, & custodierunt omnia mandata Ionadab patris eorum; pro quibus promittitur remuneratio ver. 18. & 19. De his aliqua prælibauimus suprà ad num. 192. in *Eldad Haddani* pag. 122. & 123.

Hessæorum item non damnantur dogmata, quamuis ritus, & ceremoniæ illorum non omnes approbandæ vndique videntur. De his nihil in Sac. Scriptura traditum est. Sed ex Iosepho Hist. lib. 13. cap. 8. pauca de ipsis habemus, quæ aptiori loco, sicut & de Scribis, & Pharisæis, & Herodianis consultò, & ex animo tractabimus. Et qua ratione, Hæresis

 Pha-

administrarunt, & à nomine Sadochi huiusmodi Templum, Sadducæorum, & Cuthæorum Domus est appellata.

At si quæras, Fuerintne alię hæreses & sectæ inter Hebræos, præter illam Sadducæorum & Baithusæorum?

Resp. Alias hæreses verè & propriè, præter iam dictam, non extitisse apud Hebræos, dicendum est.

Et si vrgeas dicendo: Nonne Samaritanorum, Cuthæorum, & Karraitarum hæreses inter Hebræos disseminatæ erant? Igitur non vnica tantùm hæresis Sadducæorum, & Baithusæorum inter eos statuenda est.

Resp. Samaritanos, & Cuthæos in vniuersum non fuisse Iudæos, sed Gentiles, ideò Iudæorum Hæretici non sunt habendi, sed Sectarij diuersi, impliciti multis & varijs erroribus; nam ædificato Templo in monte Garizim à Sanaballat Horonite auctoritate Alexandri Magni, tunc cœptum est sacrificari in eo monte, & Templo: & quia huius Templi Sacerdotes plerumq; assumebantur ex cœtu Sacerdotum Iudeorum, & multi ex Iudæis ad hanc sectam transibant; ideò gloriabantur se filios esse Patriarcharum. Hinc Iacobum patrem suum Samaritana in Euangelio vocat, Io. 4. 12. & ver. 20. *Patres nostri in monte hoc adorauerunt &c.* quamuis reuera essent Gentiles, aliquot tamen ritus Hebraicos habebant, & Pentateuchum Mosis retinebant. Karraitæ autem sunt Iudæorum quidam Hæretici, sed sub Sad-

à vero calculo. Nam si ponamus Christum natum anno mundi 3984. vt vult Bellarminus in sua Chronologia, à quo subductis annis 3700. initio sectæ Sadducæorum, relinquentur anni 284. ante Christi natiuitatem, 16. an. minùs 300. à calculo Iudaico. Hinc igitur patet, & secundùm calculum Iudęorum, & secundùm Christianorum, hanc Sadducęorum sectam originem habuisse circa annum trecentesimum plùs minùs ante natiuitatem Domini.

Collige II. promiscuè Sadducęos sacrificasse in Templo montis Garizim, & in Templo Ierosolymitano. In Garizim, quia Sadoch & Baithos Hæresiarchæ ibi sacrificauerunt, ad quorum exemplum etiam alios, qui has sectas sequebantur, idem præstitisse credendum est. In Templo verò Ierosolymitano idem fecisse nulli dubium est; quia familiariter cum cæteris Iudæis, Sadducęi conuersabantur, & in eadem Ciuitate simul habitabant; neque Pharisęi alioquin hypocritæ, & qui cęteris sanctiores existimari & haberi inter populum cupiebant, Sadducęorum conuersationem respuebant, vt apparet ex Actor. cap. 23. 6. vbi in Concilio contra Paulum Sadducęi, & Pharisæi simul coierant. Itaque Sadducęi non respuebant conuersari cum Samaritanis, quorum erat Templum Garizim, neque hi cum illis. Vnde de Sadducæis intelligendum non est, illud Samaritanę apud Io. 4. 9. *Non enim contuntur Iudæi Samaritanis*, pro *Iudæi* cęteri Iudæi non Sadducæorum in Act. Apost. vocetur, declarabimus.

Cæterùm de Sadducæis, pręter ea, quæ in Nouo Testamento habentur, fit etiam mentio de illis apud Hebræos in Talmude Babylonico Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. Cod. יומא *Iomà* cap. 1. Cod. בבא בתרא *Bauà Batrà* cap. 8. Cod. אבות *Auòth* cap. 1. Rasci, Rambam, & alijs expositoribus, ibid. Iosiphon lib. 4. pag. 48. col. 4. Abraham Leuita in Cab. fol 27. col. 1. edit. Venetæ. Iuchassin pag. 15. b. *Scialsc.* autem *hakab.* pag. 23. & pag. 104. de eis ait.

וראיתי כי הצדוקים והביתוסי׳ ב׳ כתות והצדוקי׳ יותר רעים ובלתי מאמינים׃

Vidique Sadducæos & Baithusæos esse duas sectas, Sadducæos autem longe peiores, & ferè nihil credentes.

Ex dictis collige I. Sectam Sadducæorum ortam fuisse circa annum mundi 3460. ante natiuitatem Domini an. 300. quia tunc florebat Antigonus Sochæus. Leusden testatur, Chronologos referre initium huius sectæ ad annum mundi 3700. quod deprehenditur esse falsissimum secundùm calculũ Hebræorum; nam Christus Dominus nascitur an. mundi 3760. ergo hęc secta originem habuisset 60. annis ante Christi natiuitatem, non itaque ducentis fortè annis ante Christum hæc secta vigere potuerit, vt idem Leusden dicit. Sed si sumatur annus natiuitatis Christi non secundùm Hebræos, sed secundùm Chronologos Latinos, non longè aberrabit initium huius sectæ

dicunt Talmudistæ in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 4. & Cod ביצה *Betzà* cap. 2. eundem Gamlielem cum suo Consistorio instituisse precationem contra מינים *Minæos, Hæreticos*, hoc est contra Hebræos ad Christi fidem conuersos. De ea vide Mosen Ægyptium lib. אהבה *Ahauà, De Amore* הלכות תפלה *Halachòth Thephillà* c. 2.

Aliqui minùs cautè Sadduceos cum Samaritanis confundunt, fortassis, quia viderunt multos ex Iudæis in Samariam ad montem Garizim ad sacrificandum transiuisse, & sic promiscuè Sadduceos pro Samaritanis, & vice versa, receptos esse. Ab ipsis etiam, Karræi post aliquot annos orti sunt; quamuis קראים *Karraim, Karræi*, seù *Textuales*, quia Textui & literæ Legis Mosaicæ adhærent, resurrectionem mortuorum non negent, & præmium, & pœnam admittant, dicti sint. Itaq; hæc Sadducæorum secta, & hæresis, multos habuit sectatores, inter quos connumerantur viri Principes, qui Sadducæi effecti sunt, vti Ioan. Hyrcanus Sacerdos magnus, filius Simeonis filij Mathathię Assamonęi, qui postquam multa prælia gloriosè gessisset, & de gentibus varias victorias reportasset, destructo etiam Templo Samaritanorum in monte Garizim. Eliezaris cuiusdam audacia fit Sadduceus, & persequitur omnes חכמים *Chachamim Sapientes* Catholicos, דברי מלכי בית שני *Chronic. Regum Israël*. pag. 90. 91. Alexander etiam Rex cognomento ינאי *Iannai* ex eadem familia Assamonçorum, & Summus Sacerdos, dum in fe-

ducæi, intelligendi sunt.

Collige III. Ex eo, quia Sadducæi negabant immortalitatem animarum, nec præmium, aut pœnam post hanc vitam expectabant, ideò omnem suam beatitudinem ponebant in carnis voluptatibus, de futuro nullam sollicitudinem habentes. Hinc communiter אפיקורסים *Apikorosim Epicuræi* vocabantur, vt potè sectatores dogmatum Epicuręorum, quę in carnalibus delectationibus omnia consistebant; neque viros doctos, ac catholicos audire volebant, sed è contrario illos contemnebant & aspernabantur; ideò, quærentes Talmudistę in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. pag. 99. b. Quis sit Epicuræus? Resp. Epicuræus seù Epicurus est -.

זה המבזה חברו בפני תלמיד חכם :

Qui contemnit socium suum coram sapiente. Alij dixerunt -

אפיקורוס הוי מבזה תלמיד חכם עצמו בגלה פנים בתורה שלא בהלכה :

Epicurus est, qui contemnit sapientem per seipsum proteruè contra Legem (contendit) *non secundùm expositionem Ghemaræ*. Vel Epicuræus est -

הוי מגלה פנים בתורה כגון מאן כגון מנשה בן חזקיה :

Qui publicè & proteruè (insurgit) *contra Legem, vt Maan* (à quo Manichæi) *& Manasses filius Ezechiæ*.

Vocabantur etiam Sadducæi מינים *Minim Hæretici*, quamuis hoc latiori vocabulo, postea intellexerunt Christianos, qui tempore Rabban Gamliel cùm admodum creuissent,

iterum repullulare fecit, vti ſuprà num. 9. & 57. annotauimus, qui Rabbiniſtas multum exagitauerat, & maximè in Hiſpania, vbi auctoritate Rabbi Ioſephi Ben אל פרוג *Al-Parùgh* הנשיא *Hannaſſi Principis*, ſilentium ijs per Alphonſum Regem Caſtellæ impoſitum fuit. *Harrauàd* ibidem pag. 98.b.

Hæc hęreſis aliquibus in locis etiã hodie perſeuerat, vti Conſtantinopoli, Syria, & Africa, ita Ioan. Leo refert in eius deſcriptione pag. 67. & 89. & R. Beniamin in Itinerario pag. 52. ſub nomine *Karraìm* eam intelligit, dum ait, quòd Karraitæ habebant Synagogas Damaſci, & Askaloniæ. &c.

De Baithuſæis autem hoc obſeruandum eſt, eſſe omninò nouum, & à vero alienum, id quod docet Poſtellus in יצירה *Ietzirà* lib. 1. partem illam Talmudis Babylonici בריתא *Baraithà* vocatam, à *Baithuſæis* dici. Illius autem originem, & veram nominis בריתא *Baraitha* etymologiam require infrà, in nomine *R. Iudas Ben Simeonis*. Et hæc de Sadducæis & Baithuſæis ſatis ſint.

רעט' אנטיוכוס איפיפאנים מלך

יון ביר ועוסק היהודים יבא לירושלם ויהרוג בה הרג רב ויחלל את בית המקדש ויעמד בה צלם ויבן במה ויטמאו בה בשר חזיר ויעלו עולות וזבחים טמאים ובטל מהם סבת ראש חדש ומילה: ומתתיה בן חשמונאי ובניו מרדו במלך ויעלו למלחמה מלחמו בו וינצחו ובאו ירושלימה ולבית המקדש ויטהרו מן הטומאות והגלולים שבקשו שמן זית זך להדליק המנורה ולא מצאו כי אם צלוחית אחת אשר היתה חתומה בטבעת הכהן גדול והיה בה כשיעור שדלקת יום אחד והדליקו ממנה שמונה ימים: ועל כן קבעו קיום וחק לעשות חנוכה ימים ימי משתה ושמחה

feſto Scenopegiorum ſacra operabatur, & Thus adolebat in Altari, quidam impingit citrum in frontem ipſius (ſolebant enim Iudęi poſt finem feſti Tabernaculorum, ea quę adhibita erant pro feſti celebratione, vti Palmarum ſpatulas proijcere, Citroſque alter in alterum impingere, vt huiuſmodi genere luſus, feſtum in gaudio & lætitia abſolueretur) Credidit Summus Sacerdos & Rex Alexander, hanc ſibi iniuriam ex animo & mala voluntate Iudæorum illatam fuiſſe, vnde ſubitò inclamauit, *Gladius, gladius*: & ob peruicaciam Sapientum, qui Regi obſtiterunt, iuſſit interfici omnes, tùm in atrio Templi, tùm per vniuerſam Ieroſolymam, & ipſe ad ritus Sadducæorum tranſiuit. Ibid. pag. 91. b. & 92. cuius exemplo primores populi eandem ſectam & hæreſim ſecuti ſunt. Vnde incrementum non modicum accepit vſque ad Romanam captiuitatem, quo tempore & deinceps ita debilitata fuit, vt vix reliquiæ ſupereſſe crederentur. Poſt annum Domini 700. iterum reuiuiſcere cæpit, Auctore quodam ענן *Anano*, & *Saule* eius filio de domo צור *Tzùr*, qui cum dignitatem Gahoniticam in Academia Pumbaditana in Babylonia obtinere non potuiſſet, neque Echmelotarcha creari circa annum mundi 4523. Chr. 763. hanc Sadducæorum hæreſim renouauit. הראב'ר *Harrauàd* in libro *Cab.* pag. 66. & Venetæ edit. pag. 31.

Circa annum mundi 4860. Chriſti 1100. quidam *Abu alpharag*

ובספס ועל כן סיהודים בכל מקוס ובכל ארצות אסר נפכלו סומרים סימים סללס וקרלו יוס סנוכס ויוס משקס ושמחס ומספס סולת ככתב בספרים סלכס ולכי מכיל אותו לספס כפו כולס

279 ANTIOCHI HISTORIA, ita appellatur Hiſtoria impij Regis Antiochi Epiphanis, qui populo Iudaico multa mala intulit, vt habetur etiã in libris Machabæorum, quamuis hæc ab illa in multis diſcrepet. Hanc ex מחזור *Machazore* Hiſpanico poſt ritum celebrandi חנוכה *Encæniorum feſtum*, vbi reperitur, cùm non admodum prolixa ſit, in Latinum traducam, appoſito etiam Hebraico textu, ex qua varietas, & diſcrepantia ab ea, quæ legitur in libris Machabçorum, clarè apparebit; & eſt-

מגלת אנטיוכוס ׃

ויחי כימי אנטיוכוס מלך יון מלך גרול והוא היה ותקיף בממשלתו וכל המלכים ישמעו לו ׃ והוא כבש מרינות רבות ומלכים חזקים והחריב טירותם והיכליהם ושרף באש ואנשיהם בבית האסורים אסר ׃ והוא בנה מדינה גרולה על חוף הים להיות לו לבית מלכות ויקרא לה אנטיוכיא על שמו ׃ וגם בגרים משנהו בנה מרינה אחרת כנגרה ויקרא לה בגרים על שמו וכן שמותן עד היום הזה ׃ בשנת עשרים ושלש שנים למלכו הוא שנת מאתים ושלש עשרה לבנין בית האלהים שם פניו לעלות ירושלם ׃ ויען ויאמר לשריו הלא ידעתם כי יש עם היהודים אשר בירושלם תמה בינינו ׃ לאלהינו אינם מקריבים ורתינו אינם עושים ורתי המלך עוזבים כרי לעשות רתם ׃ וגם הם מיחלים ליום שברון המלכים והשלטונים אומרים מתי ימלוך עלינו מלכנו ונשלוט בים וביבשה כל העולם יתנן בירינו ׃ אין כבוד למלכות להניח אלה על פני הארמה ׃ עתה בואו ונפלה עליהם ונבטל מהם הברית אשר כרת להם שבת ראש חדש ומילה ׃

וייטב הדבר בעיני שריו ובעיני כל חילו ׃ באותה שעה קם אנטיוכוס המלך וישלח את ניקנור משנהו בחיל גרול ועם רב ויבא לעיר יהודה לירושלם ׃ ויהרוג בה הרג רב ויבן במה בבית המקרש במקום אשר אמר אלהי ישראל לעבריו הנביאים שם אשכון שכינתי לעולם ׃ במקום ההוא שחטו את החזיר ויביאו רמו לעזרת הקרש ׃ ובהיות זה כאשר שמע יוחנן בן מתתיה כהן הגרול כי זה המעשה נעשה נתמלא קצף וחימה וזיו פניו נשתנה ויועץ בלבו מה שיכול לעשות על זה ׃ ואז יוחנן בן מתתיה עשה לו חרב שתי זרתות ארך ארכה וזרת רחבה מתחת בגריו עטופו ׃ ויבא ירושלם ויעמוד בשער המלך ויקרא לשוערים ויאמר להם אני יוחנן בן מתתיה באתי לבא לפני נקנור ׃ ואז באו השוערים והשומרים ויאמרו לו הכהן הגרול מהיהורים עומר בפתח ויען נקנור ויאמר להם בא יבא ׃ ואז יוחנן הובא לפני ניקנור ׃ ויען ניקנור ויאמר ליוחנן אתה הוא אחר מן המורדים אשר מררו במלך ואינם רוצים בשלום מלכותי ׃ ויען יוחנן לפני ניקניר ויאמר ארוני אני הוא עתה באתי לפניך את אשר תרצה אעשה ׃ ויען ניקניר ויאמר ליוחנן אם כרצוני אתה עושה קח חזיר ושחטהו על הבמה ותלביש בגרי מלכות ותרכב על סוס המלך וכא׳ מאוהבי המלך תהיה ׃ וכאשר שמע יוחנן השיבו רבר ארני אני ירא מבני ישראל פן ישמעו כי עשיתי פן ויסקלוני באבנים ׃ עתה יצא כלל איש מלפניך פן יודיעון אז ניקנור הוציא כל איש מלפניו ׃ נשא יוחנן בן מתתיה עיניו לשמים ותקן תפלתו לפני אלהיו ויאמר אלהי ואלהי אבותי אברהם יצחק ויעקב ׃ וכן אמר אל תתנני נא ביר הערל הזה וילך וישתבח בבית רגון אלהיו ויאמר אלהי נתנו בירי ׃ באותה שעה פסע עליו שלש פסיעות ותקע החרב בלבו וישלך אותו חלל בעזרת הקרש לפני אלהי השמים ׃ ענה יוחנן ויאמר אלהי לא תשים עלי חטאת כי הרגתיו בקרש עתה פן תתן את כל העמים אשר באו עמו לחצר ליהודה ולירושלם ׃ אז יצא יוחנן בן מתתיה ביום ההוא ולחם בעמ ם ויהרג בהם הרג רב ׃ מספר מהרוגי׳ אשר הרג ביום ההוא שבע מאות אלף ושנים ושבעים

ושבעים אלף אשר הורגים אלה לאלה : בשובו בנה עמור על שמו ויקרא לו ממית החוקים :

ויהי כאשר שמע אנטיוכום המלך כי נהרג ניקנור משנהו צר לו מאר וישלח להביא לו את בגרים הרשע המטעה את עמו : ויען אנטיוכום ויאמר לבגרים הלא ירעת אם לא שמעת אשר עשו לי בני ישראל הרגו חיילי ויבוזו מחנותי ושרי : עתה על ממוניכם אתם בוטחים או בתיכם לכם חם בואו ונעלה ונבטל מהם הברית אשר כרת להם אלהי השמים שבת ראש חרש ומילה : אז בגרים וכל מחנותיו באו לירושלם ויהרוג בהם הרג רב ויגזור בה גזרה גמורה על שבת ראש חרש ומילה : בהיות זה כאשר היה רבר המלך נחפו מצאו איש אשר מלבנו הביאו האיש ואשתו ויפלו אותם כנגד הילד : וגם אשה אשר ילדה בן אחרי מות בעלה ותמל אותו לשמונה ימים ותפל על חומת ירושלם ובנה מהול בירה : ותען ותאמר לך אומרים בגרים הרשע ברית אבותינו לא נבטל ממנו שבת ראש חרש ומילה ומבני בנינו לא יוסר : ותפל בנה לארץ ותפול אחריו וימותו שניהם כאחר ורבים מבני ישראל אשר היו עושים כן בימים ההם ולא שנו ברית אבותם : בזמן ההוא אמרו בני ישראל אלה לאלה בא ונלך ונשבות במערה פן נחלל את יום השבת וילשינו אותם לפני בגרים : אז בגרים הרשע שלח אנשים חלוצים ויבאו וישבו על פי המערה ויאמרו אליהם יהודים בואו אלינו אכלו מלחמנו ושתו מיינינו ומעשינו תהיו עושים : ויענו בני ישראל ויאמרו אלה לאלה ה' זוכרים אנחנו אשר צונו על הר סיני ששת ימים תעבוד וביום השביעי תשבות עתה טוב לנו אשר נמות במערה מאשר נחלל את יום השבת : וכאשר ראו שלא יצאו אליהם היהודים ויביאו עצים וישרפו על פי המערה וימיתו כאלף איש ואשה : ואחרי כן יצא בני מתתיה יוחנן וארבעה אחיו וילחמו בעמים ויהרגו הרגו רב כי בטחו בה' אלהי השמים : אז בגרים הרשע נכנס בספינה אחת וינס אל אנטיוכיא אל המלך ועמו אנשים פליטי חרב : ויען בגרים ויאמר לאנטיוכום המלך אתה המלך שמת צווי לבטל מן היהודים שבת ראש חרש ומילה מרמה גדולה ומרד בתוכה : אשר אם ילכו כל העמים והאומות וכל הלשונות לא יוכלו לחמשה בני מתתיהו מאריות הם חזקים ומנשרים הם קלים ומדובים הם ממהרים : עתה המלך עצתי תיטב עליך ולא תלחם באנשים מעט כי אם תלחם בהם תבוש בעיני כל המלכים : לכן כתוב ושלח ספרי' בכל מרינות מלכותך ויבאו שרי החיילות ולא ישאר מהם אחד וגם פילים מלובשים שריונים עמהם באו :

שנית קם בגרים הרשע ויבא לירושלם בקע החומה נתק המבוא וישבר במקרש שלש עשרה פרצות וגם מן האבנים שבר עד אשר היו כעפר : ויחשוב בלבו ויאמר הפעם הזאת לא יוכלו לי כי רב חילי ועוז ירי ואלהי השמים לא חשב כן :

ובשמוע חמשה בני מתתיה קמו ויבאו למצפת גלעד אשר היה פליטה לבית ישראל בימי שאול הנביא : צום גזרו וישבו על האפר לבקש רחמים מלפני אלהי השמים : אז נפל בלבם עצה טובה יהודה הבכור שמעון השני שלישי יוחנן הרביעי יונתן החמישי אלעזר : ברך אותם אביהם וכן אמר יהודה אורה ממך כיהודה בן יעקב אשר היה נמשל כאריה : שמעון בני אורה ממך כשמעון בן יעקב אשר הרג יושבי שכם : יונתן בני אורה ממך כיונתן בן שאול אשר הרג עם פלישתים : אלעזר בני אורה ממך כפנחס בן אלעזר אשר קנא לאלהיו והציל את בני ישראל : על זה יצאו חמשה בני מתתיה ביום הזה וילחמו בעמים ויהרגו בהם הרג רב ויהרג מהם יהודה : באותה שעה כאשר ראו בני מתתיה שנהרג יהודה שבו ויבאו אל אביהם ויאמר להם למה שבתם : ויענו ויאמרו על אשר נהרג אחינו אשר היה חשוב בכלנו :

ויען מתתיה אביהם ויאמר אני אצא עמכם ואלחם בעמים פן יאבדו בית ישראל ואתם נבהלתם על אחיכם : ויצא מתתיה ביום ההוא עם בניו וילחמו בעמים : ואלהי השמים נתן כל גבורי החיל בירם ויהרגו בהם הרג רב : כל אוחז חרב וכל תופשי קשת שרי החיל והסגנים לא נותר בהם שריד וינוסו שאר העמים למרינות הים : ואלעזר היה מתעסק להמית הפילים ויטבע בפרש הפילים :

וכאשר

Volumen, seu Historia Antiochi.

Et factum est in diebus Antiochi Regis Græcorum: Rex magnus & fortis, eratque potens in dominatione sua, & omnes Reges obediebant ei. Ipse subegit Prouincias multas, & Reges potentes, vastauit Palatia eorum, & Templa succendit igni, hominesque in carcerem conclusit. Ipse ædificauit Ciuitatem magnam in littore maris, vt esset ei habitatio Regia, vocauitque nomen eius, de nomine suo, Antiochiā. Bagris etiam Prorex ædificauit Ciuitatem aliam è regione Antiochiæ, & vocauit eam Bagris iuxta nomen suum, cuius nomen remanet vsque in hodiernum diem. In anno vigesimo tertio Regni eius, ipse est annus ducentesimus tertius decimus ab ædificatione Domus Dei posuit facies suas vt ascenderet Ierosolymam, & respondit, aitque Principibus suis: Nonne scitis, quòd populus Iudæorum, qui est Ierosolymis, sunt contra nos? Dijs nostris non sacrificant, legem nostram non seruant, statuta Regis derelinquunt, vt faciant legem suam. Etiam sperant aliquando frangere Reges, & Principes. Et dicunt; quando regnabit super nos Rex noster, dominabimur in mari, & in arida. totus mundus dabitur in manus nostras. Non est honor Regni ista relinquere super faciem humi. Nunc venite, & cadere faciemus super eos, & cessare faciemus ab eis fœdus, quod excisum est cum eis, scilicet Sabbathum, Calendas, & Circumcisionem. Et placuit verbum in

Ccc ocu-

אן

ובאשר שבו בקשוהו ואחר כן מצאוהו אשר טבע בפרש הפילים

וישמחו בני ישראל כי נתנו בידיהם שינאיהם מהם שרפו באש ומה קררו כחרב ומהם תלו על העץ ובגרים הרשע המטעה את עמו שרפו אותו בני ישראל: ואז אנטיוכוס המלך כאשר שמע אשר נהרגו בגרים הרשע וכל שרי החיל אשר עמו נכנס בספינה חנס למרינת הים ויהי כל מקום אשר היה יבא שמה מוררים בו וקורין אותו הבורח: אחרי כן באו בני חשמונאי לבית המקרש ויבנו השערים הנשברים ויסגרו הפרצות ויטהר את העזרה מן ההרוגים ומן הטומאות ויבקשו שמן זית זך להדליק המנורה ולא מצאו כי אם צלוחית אחת אשר היתה חתומה בטבעת הכהן הגדול וירעו כי היה טהור: והיה בה כשיעור הרלקת יום אחר ואלהי השמים אשר שכן שמו נתן ברכה והדליקו ממנה שמנה ימים, על כן קיימו בני חשמונאי קיום וחוק איסר ובני ישראל עמם כאחד לעשות שמנה ימים האלה ימי משתה ושמחה כימי מועדי הכתובים בתורה ולהדליק בהם נרות להודיע אשר עשה להם אלהי השמים נצוחים: ולכן אסור לספוד בהם ולא לגזור צום ותענית זולתי אשר מקובל עליו מלפני זה ויתפלל לפני אלהיו אך השמונאי ובניו ואחיהם לא גזרו בהם לבטל עבודת מלאכה ומן העת ההיא לא היה שם למלכות יון ויקבלו המלכות בני חשמונאי ובני בניהם מהעת הזאת ועד חרבן בית האלהים מאתים ושש שנים: על כן בני ישראל מהיום ההוא בכל גלותם שומרי הימי האלה ויקראו להם ימי משתה ושמחה בקריאת הלל גמור מחמשה ועשרים לחדש כסליו עד שלשה ימים לחדש טבת: והימים האלה קיימו וקבלו עליהם ועל בניהם ועל בני בניהם עד עולם הכהני הלויים והחכמים אשר היו בבית המקדש ולא יסורו מזרענו מעתה ועד עולם: האל אשר עשה עמהם נס ופלא הוא יעשה עמנו נסים ונפלאות ויקיים בנו מקרא שכתוב כימי צאתך מארץ מצרים אראנו נפלאות אמן:

tem meam facere volueris, accipito nunc Suem, & mactato illum super Aram (Idolorum) *& indueris vestimentis Regijs, & equitabis super equum Regis, & eris tanquam unus ex dilectis eius. Cùm autem hæc audiuisset Ioannes, respondit ei: Domine mi, timeo ego filios Israëlis, ne fortè audiant hæc, & lapident me. Nunc egrediantur omnes à facie tua, ut nesciant, quid ego facturus sim. Tunc iussit Nicanor egredi omnes. Eleuauit Ioannes filius Mathathiæ oculos suos in cælum, & aptauit orationem suam coram Deo suo, & dixit: Deus meus, & Deus Patrum meorum Abrahami, Isaaci, & Iacobi: & sic subiunxit: Quæso ne tradas me in manum incircumcisi istius, ut eat, & laudet in domo Daghon Dei sui; & dicat: Deus meus tradidit illum in manus meas. Ea hora insiliens tribus gressibus super illum, & infixit gladium in cor eius, & proiecit illum vulneratum in atrium Templi coram Deo cælorum. Respondit Ioannes, & dixit: Deus mi, ne imputes mihi in peccatum, quia modo occidi eum in Sanctuario, ne omnes populos, qui cum eo venerant, irritaret contra Iudæos, & Ierusalem. Tunc exijt Ioannes filius Mathathiæ in die illa, & pugnauit contra populos, & occidit eos occisione magna. Numerus interfectorum, qui interfecti sunt in die illa, septingenta millia, & septuaginta duo millia inter se cæsi sunt. In redeundo ædificauit columnam ob nomen eius, & vocauit eam* ממֵּית הַחֲזָקִים *Mimmèth hachazakim, Ob oculis Principum, & in oculis totius exercitus illius. Ea ipsa hora surrexit Antiochus Rex, & misit Nicanorem Proregem cum exercitu magno, & populo multo, & venit ad Vrbem Iudæ, in Ierusalem, & interfecit in ea plurimos, & ædificauit Aram* (Idolorum) *in Sãctuario, in loco, in quo Deus Israël dixerat seruis suis Prophetis: Ibi habitare faciam Diuinitatem meam in æternum. In eo loco mactauerunt Suem, & induxerunt sanguinẽ eius in Atrium sanctitatis. His ita peractis, cùmque hæc audiuisset Ioannes filius Mathathiæ Sacerdos magnus, repletus est ira, & furore. & splendor vultus eius immutatus est. Et consilium inijt in corde suo, quid sibi in hoc casu agendum esset. Tunc Ioannes filius Mathathiæ fecit sibi gladium duorum palmorum, unius spithamæ in longitudine, & alterius in latitudine, & occuluit pallio. Venit itaque Ierosolymam, & stetit in porta Regis, vocauitque ostiarios, & dixit ad eos: Ego sum Ioannes filius Mathathiæ, veni, ut ingrediar coram Nicanore. Tunc ingressi sunt Ianitores, & custodes, dixeruntque ei: Sacerdos magnus Iudæorum stat ad ostium. Et respondit Nicanor, dixitque eis: Ingrediatur. Tunc Ioannes venit coram Nicanore. Respondit Nicanor, & dixit Ioanni: Tu es unus ex rebellibus, qui rebellauerunt contra Regem, & nolunt pacem reddere Regno meo? Respondit Ioannes coram Nicanore, & dixit: Domine mi, ego ipse nunc veni coram te, ut faciam quæcumque volueris. Respondit Nicanor, & dixit Ioanni: Si volunta-*

rum. In tempore illo, dixerunt filij Israël vnus ad alterum. Eamus & habitemus in spelunca, ne fortè profanemus diem Sabbathi. Relatum est hoc corā Bagride. Tunc Bagris impius misit prædones, qui venerunt & steterunt ad introitum speluncæ, dixeruntque: O Iudæi egredimini, venite, manducate panem nostrum, & bibite de vino nostro, & facite opera nostra. Responderunt filij Israël, & dixerunt ad inuicem: Domini memores sumus, qui præcepit nobis in monte Sinai: Sex diebus operaberis, & in die septimo quiesces. Nunc præstat nobis mori in spelunca, quàm profanare Sabbathi diem. Cùm autem vidissent nolle Iudeos ad se venire, tulerunt ligna, eisque appositis ad ostium speluncæ, igni combusserunt, mortuique sunt virorum atque mulierum circiter mille. Post hæc egressi sunt filij Mathathiæ, Ioannes, & quatuor fratres eius, & pugnauerunt contra populos. & interfecerunt plurimos, quia sperauerunt in Domino Deo cælorum. Tunc Bagris impius ingreditur in nauiculam, & fugit ad Antiochum Regem, & cum eo alij qui secum euaserant ex prælio. Respondit autem Bagris, & dixit Antiocho Regi: O Rex, statue præceptum, vt auferatur à Iudæis Sabbathum, Calendæ, & Circumcisio, fraus magna, & inobedientia in eis est. Quòd si omnes populi, nationes, & linguæ pugnauerint contra eos, præualere non poterunt contra quinque filios Mathathiæ. Isti fortiores Leonibus sunt; Aquilis agiliores, Vrsis promptiores. Nunc autem Rex, placeat tibi consilium

OB MORTEM FORTIVM.

Et factum est, cùm audisset Antiochus Rex, quòd occisus esset Nicanor Prorex, angustia nimia fuit illi, & misit, vt ad eum veniret Bagris impius, qui errare fecerat populum suum. Et respondit Antiochus, & dixit ad Bagridem: Nonne nosti, aut non audiuisti, ea quæ fecerunt mihi filij Israël? Interfecerunt exercitum meum, deprædati sunt castra mea, & Principes meos. Nunc super substantias vestras, & super domos vestras, ipsi fiduciam habent. Venite, & ascendamus, & auferamus ab eis fœdus, quod pepigit cum eis Deus cælorum, Sabbathum, Neomeniam, & Circumcisionem. Tunc Bagris, & omnis acies eius venerunt in Ierusalem & interfecerunt in ea interfectione multa, & decreuit in ea decretum perfectum, stabile, contra Sabbathum, Neomeniam, & Circumcisionem. Hoc factum est, secundùm quod locutus fuerat Rex: absconderunt se, inuenerunt virum, qui circumciderat filium suum, adduxerunt virum, & matrem eius, & proiecerunt eos coram infantulo. Mulier quoque, quæ post mortem viri sui octauo die circumciderat puerum, cum eo deiecit se de muro Ierusalem; respondensque dixit: Tibi dicimus Bagris impie: Fœdus Patrum nostrorum non intermittemus, Sabbathum, Calendæ, & Circumcisio à filijs filiorum nostrorum non recedent. Et proiecit filium suum in terram, corruitque post ipsum, & ambo mortui sunt. Multi alij de filijs Israël idem fecerunt in diebus illis, & non mutauerunt fœdus Patrum suo-

runt quinque filij Mathathiæ eodem die, & pugnauerunt contra populos, & occiderunt ex eis occisione multa, & occisus est (etiam) *Iudas. Ea hora, cùm vidissent filij Mathathiæ, quòd occisus esset Iudas, reuersi sunt, & venerunt ad Patrem suum, qui dixit eis; Cur reuersi estis? Responderunt, atque dixerunt: Quia interfectus est frater noster, qui omnibus nobis præstantior erat. Respondit Mathathias Pater eorum. & dixit: Ego egrediar vobiscum, & præliabor contra populos, ne fortè pereat Domus Israël, & vos turbabimini pro fratribus vestris. Et egressus est Mathathias in die illa cum filijs suis, & pugnauerunt contra populos. Et Deus cæli dedit omnes potentes virtute in manum suam, & occidit ex eis occisione prægrandi, omnem apprehendentem gladium, omnem tendentem arcum, Principes exercitus primarios: non relictum fuit ex eis residuum: & fugerunt reliqui populi in Vrbes maritimas. ELEAZAR autem occupatus erat in occisione Elephantum, & immersus est in fimo Elephantum. Cùm autem quæsiuissent illum, inuenerunt eum immersum in stercore Elephantum.*

Et læati sunt filij Israël, quòd traditi essent inimici eorum in manus suas, quosdam ex eis combusserunt igni, alios extinxerunt gladio, reliquos suspenderunt ligno. Bagridem autem impium, qui populum suum (sc. Dei) *errare fecerat, Israëlitæ combusserunt. Tunc Antiochus Rex cùm audisset, quòd interfectus esset Bagris impius, & omnes Principes exercitus, qui erant cum eo, filium meum, ne pugnes contra paucos viros: quòd si pugnaueris, pudore afficieris coram omnibus Regibus. Idcircò scribe, & mitte Epistolas per omnes Prouincias Regni tui, vt veniant Principes exercituum, neque ex eis remaneat quisquam; Elephantes quoque induti loricis cum eis veniant.*

Iterum surrexit Bagris impius, & venit in Ierusalem, scidit murum, euulsit Adytum, & fregit ex Sanctuario tres portas disruptas, lapidesque plurimos (Sanctuarij) *in puluerem comminuit. Cogitauerat in corde suo, atque dicebat: Nunc præualere in me non poterunt, quia exercitum multum habeo, & manum validam; at Deus cæli non putauit hoc. Cùmque hæc audiuissent quinque filij Mathathiæ, surrexerunt, & venerunt in Maspha Galaad, vbi erat residuum* (refugium) *Domus Israël in diebus Saulis Prophetæ, ieiunium indixerunt; sederunt in puluere, vt quærerent miserationes coram Deo cælorum. Tunc cecidit in cor eorum consilium bonum: IVDAS primogenitus, Simeon secundus, tertius Ioannes, quartus Ionathan, quintus Eleazar. Benedixit eis Pater eorum, & ait: Iudas, celebrabo te sicut Iudam filium Iacobi, qui assimilatus est Leoni. Simeon fili mi, celebrabo te sicut Simeonem filium Iacobi, qui occidit habitatores Sichem. Ionathan fili mi, celebrabo te sicut Ionathanem filium Saulis, qui Philistæos occidit. Eleazar fili mi, celebrabo te sicut Phinees filium Eleazaris, qui zelatus est pro Deo suo, & liberauit filios Israël. Contra hunc* (Bagridem) *exie-*

Hinc est, quòd filij Israël à die illo, in omnibus transmigrationibus suis, custodiunt dies istos, & vocant eos dies Conuiuij, & lætitiæ, dum legunt הלל גמור *Hallèl Gamùr, & hoc, à quinta & vigesima* (die) *Mensis* כסלו *Caslèu Nouembris, vsque ad tertiam diem Mensis* טבת *Teuèth Decembris. Dies autem istos statuerunt & receperunt super se, super filios suos, & super filios filiorum suorum vsque in æternum Sacerdotes & Leuitæ, & etiam Doctores, qui fuerunt in Domo sanctificationis, & non recesserunt à semine nostro, ex nunc & vsque in seculum. Deus, qui fecit cum eis miraculum & mirabile, faciat nobiscum miracula & mirabilia, & firmum sit in nobis illud, quod scriptum est* Hos. 2. 15. *Iuxta dies egressionis tuæ de Terra Aegypti, vide re fac nos mirabilia, Amen.*

Notæ in Historiam Antiochi.

Antiochi Regis Græcorum &c. Iste est Antiochus cognomento Epiphanes, hoc est *Nobilis* seù *Illustris*. Hic obses Romanis traditus fuerat à Patre suo Antiocho Magno, quando à Romanis victus, Romam captiuus ductus fuerat: sed eo defuncto, clàm Antiochus filius Roma aufugiens in Syriam venit, Regnum Syriæ fratri suo Seleuco surripit, & contra Ptolemæum Regem Ægypti pugnans, eius Regno potitur; sic cœpit regnare super duo Regna 1. Machab. 1. 18. Superbus Rex & furiosus, ita vt propter insolentiam Επιμανὴς communiter vocaretur. Inprimis, fuit Iudæorum

eo, ingressus in scapham fugit in Prouinciam maritimam. Omnis locus, quò erat venturus, rebellabatur in eum, & vocabant illum הבורח *Habborèach FVGIENTEM. Post hæc venerunt filij HASSAMONAEI in Domum Sanctuarij, & ædificauerunt portas confractas, & clauserunt rupturas, mundauerunt Atrium à cadaueribus, & ab immunditijs; quæsierunt Oleum Oliuæ purum ad accendendum candelabrum, & non inuenerunt nisi tantùm LECYTHVM* (Olei) *obsignatum annulo Sacerdotis magni, & cognouerunt quòd esset Oleū mundum, sed in eo non erat, nisi tantum quantum sufficere poterat per vnicum diem. Sed Deus cæli, qui inhabitare fecit nomen eius, dedit benedictionem, & accenderunt* (Lucernas) *ex eo per octo dies. Ideò statuerunt filij Hassamonæi statutum, & decretum rectum, & filij Israël cum eis pariter, vt agantur, octo diebus istis, dies conuiuij & lætitiæ, sicut in cæteris solemnitatibus descriptis in Lege, & vt accendantur in eis Lucernæ ad docendum, quòd fecerit eis Deus victorias. Et idcircò, prohibitum est in his plangere, aut decernere Ieiunium & afflictionem, exceptis illis, quæ olim in vsum erant. Et orauerunt coram Deo suo. Verum, Hassamonæi, & filij eius, & fratres eorum, non decreuerunt in eis, vt cessarent omninò ab operibus seruilibus: & à tempore illo non fuit ampliùs ibi Regnum Græcorum. Et ista acceptarunt Regnum Hassamonæorum, & filij filiorum ipsorum à tempore hoc, vsque ad desolationem Domus Dei per 206. annos.*

igni, ſcindentes eos. Ibid. ver. 57. & ſeqq. Eodem tempore toto triduo octoginta millia Iudæorum Ieroſolymis interfecit, quadraginta millia in ſeruitutem redegit, non pauciora vendidit. 2. Machab. 5. 14. & ablatis de Templo mille & octingentis talentis, quod videtur factum eſſe ab ipſo Antiocho, quando prima vice Templum expilauerat, reuertitur velociter Antiochiam, vt ex 2. Machab. cap. 5. v. 21. Mutato Templi nomine, quod *Iouis Olympij*, cognominauit, & alteri in monte Garizim pro Cuthæis ædificato, *Iouis Hoſpitalis* nomen indidit. 2. Machab. 6. v. 2. Tam ſæuus & crudelis Tyrannus fuit hic Antiochus, vt Veteris Teſtamenti Antichriſtus crederetur, & de eo intelligenda eſſet Prophetia Danielis cap. 11. Superbè & tyrannicè ſemper regnauit, vnde exoſus & inuiſus omnibus fuit, & inter poſteros eius, & fratris Seleuci, magna & longa de Regni Syriæ iure, & poſſeſſione orta eſt concertatio. Series Regum, qui in Syria tempore Machabæorum certauerunt de Regno, habetur in hoc Schemate.

AN-

rum acerrimus hoſtis, Dei, & Eccleſiæ inimicus. Anno 134. Regni Græcorum aſcendit Ieroſolymam, expilat Templum, Altare aureum, & vniuerſa vaſa aurea, & argentea, & theſauros occultos, quos inuenit, abſtulit, comminuit omnia, & abijt in terram ſuam. 1. Machab. cap. 1. v. 22. & ſeqq.

Poſt duos annos per miniſtros ſuos percuſſit Ieruſalem, Ciuitatem Dauid in Arcem reduxit, & literas ſcripſit omni Regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus, & relinqueret vnuſquiſque legem ſuam. Ibid. v. 43. & ſeqq. Hinc prohibita ſunt holocauſta, & ſacrificia, obſeruatio Sabbathi, & aliarum ſolemnitatum. Iuſſit ædificari Aras, & Templa, & Idola, & immolari carnes Suillas, & pecora communia, & relinquere filios incircumciſos. 1. Machab. 1. v. 48. & ſeqq.

Anno 145. die 15. Menſis כסלו *Caſlèu Nouembris*, ædificauit Idolum ſuper Altare Dei, & per vniuerſas Ciuitates Iuda ædificauit Aras; & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant: & libros Legis Dei combuſſerunt

ANTIOCHVS MAGNVS REX ASIÆ

1. Machab. cap. 8. v. 6.

Seleuchus Philopat. Antiochi M. filius

Antiochus Eupator filius 1. Machab. 6. 17. & 2. Machab. 13. 1. In quo absoluitur 2. Machabæorum liber.

Demetrius filius 1. Machab. 7. 1. Occiditur in prælio ab Alexandro 1. Machab. 10. 50.

Demetrius filius 1. Mach. 10. 67. Capitur ab Arsace Rege Persidis & Mediæ 1. Machabæor. 14. 3.

Antiochus filius 1. Machab 15. 1. In hoc desinit Machabæorum historia.

Antiochus Epiphanes, seù Illustris alter filius, 1. Machab. 1. 11. Moritur in Babylonia 1. Machab. 6. v. 4. & 16.

Alexander filius 1. Machab. 10 1. Amputatur ei caput à Zabdiele Arabe 1. Mach. 11. 17.

Antiochus filius adolescens 1. Machab. 11. 54. Dolo occiditur à Tryphone 1. Machab. 13. 31.

Tryphon regnat pro Antiocho 1. Machab. 13. 32. Fugit naui in Orthosiada 1. Machab. 15. 37. De quo nil aliud in Machabæorum historia.

Tan-

odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur; nemo enim eum poterat propter intollerantiam fœtoris portare; nam in gestatorio portabatur. *Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est.* v. 28. In 1. lib. Mach. c. 6. 8. dicitur: Antiochum in Babyloniam reuersum incidisse in languorem præ tristitia, quia mala, quæ facere vellet, non pro voto euenerant sicut cogitauerat, & mortuum esse ibi anno centesimo quadragesimo nono Regni Græcorum. Et quia extra patriam defunctus est in longinqua regione, ideò 2. Mach. 9. 28. dicitur, *peregrè in montibus miserabili vita functus est*. Ex hoc diuerso modo loquendi in 1. & 2. Machab. libro apparet plures fuisse Auctores historię Machabæorum, vt etiam obseruat Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta, & alij.

Ipse ædificauit Ciuitatem magnam in littore maris &c. & vocauit Antiochiam. Antiochia Syrię Metropolis ad Orontem fluuium sita, Hebræis חמת רבה *Chemàth*, *Rabbà*, teste Hieronymo in Amos cap. 6. & Targum Ierosolymit. Genes. 10. 18. vbi pro ואת החמתי, vertit וית אנטוכיא & *Antiochiam*. Et רבלה *Riblà* vel רבלתה *Riblàtha* ex eodem Hieronymo in Ezechiel. cap. 47. Vocatur magna, ad distinctionem alterius חמת *Chemàth*, quæ etiam tempore D. Hieronymi in Ezech. cap. cit. *Epiphania*, ab Antiocho crudelissimo Tyrannorum, nomine commutato, vocabatur.

An-

Tandem impius Antiochus percutitur à Deo insanabili, & inuisibili plaga, 2. Machabæorum 9. v. 5. *Orabat autem hic scelestus Dominum à quo non erat misericordiam consecutus*, Ibid. ver. 13. quia scelestus erat, nec verè pœnitens. Quænam fuerit ista insanabilis & inuisibilis plaga? Genebrardus in Chronologia putat fuisse Muscam, quæ in eius nares inuolarat, & maximo cruciatu eius interiora sensim depascebatur: adducit Hebræorum testimonium in Tractatu *De Diuortijs*; sed in eo Tractatu nil tale reperire potui. Legitur quidem Cod. גטין *De Repudijs* seù *Diuortijs* cap. 5. הניזקין, quòd in nares Titi Imperatoris post destructum Templum, Musca quædam minima, quam יתוש *Iatùsc* vocant, inuolauerat, & in cerebri cellulas ingressa, ita excreuerat septem annorum spatio, vt post mortem illius, dissecto cerebro, inuenta fuerit magnitudine Pipionis, ponderis duarum librarum. Sed de Antiocho nulla ib. fit mentio: forsan Genebrardus, per errorem, id quod Talmudistæ asserunt accidisse Tito, Antiocho euenisse crediderit. Qualitas autem mortis huius impij non est in dubio reuocanda, cùm apertissimè Scriptura dicat 2. Mach. cap. 9. 5. 6. 9. 10. cum correptum fuisse dolore diro viscerum, & amaris interiorum tormentis; cùm vero de curru caderet, quo impetuosè vehebatur, graui corporis collisione membra vexata esse, ita vt de corpore illius vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent,

cognoscitur ex locis libri 1. Machabæorum, & Historia Iosephi Hebræi paulò suprà citati. Vrbis verò Bagridis è regione Antiochiæ ædificatæ à Bagride, hactenus vllum Geographum meminisse non reperi.

In anno vigesimo tertio Regni eius: ipse est annus 213. ab ædificatione Domus Dei, id est Secundi Templi Ierosolymitani. Hic computus non concordat cum eo, qui in Tabulis Hebræorum reperitur: nam Templi secundi ædificatio ponitur in anno 3408. ab Orbe condito: Principium verò Regni Machabæorum ex ijsdem Tabulis statuitur anno mundi 3653. Anno igitur 245. ab ædificatione secundi Templi, cœpit Regnum Machabæorum, triginta duobus annis segniùs, quàm statuatur in textu. Et tamen Regnum Machabæorum fundatur circa initium Antiochenæ tyrannidis: ergo non multum temporis ab ea distat. Enormius idem calculus aberrat ab eo, qui habetur in libris Machabæorum lib. 1 cap. 1. v. 11. In anno 137. Regni Græcorum cœpit regnare Antiochus Illustris: & anno 145. statuit Idolum super Altare Dei, octo annis postquam regnare cœperat. At initium Regni Græcorum Hebræi statuunt ad annum mundi 3443. vt ex illorum Tabulis, quibus si addentur 145. anni, qui fluxerunt ab initio Regni Græcorum ad statutum Idolum super Altare, fiet summa 3588. à creatione mundi vsque ad profanationem Altaris, postquam non longè cœpit initium Regni Machabæorum. Huius-

Antiochus igitur non magnam Antiochiam condidit, sed Epiphaniam, quam Stephanus Byzantius in Lydia collocat, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. Magna enim Antiochia, vt refert Strabo libro 15. à Seleuco Nicanore condita est, & ob honorem patris, à suo nomine Antiochia appellata. Et cap. 39. v. 5. Ieremiæ, videtur, quòd חמת *Chamàth* potiùs sit nomen Regionis quàm Ciuitatis, & רבלתה *Riblàtha* nomen Vrbis, in qua à Nabuchdonosore ad iudicium vocatus est צדקיהו Sedecias.

Bagris etiam Prorex ædificauit &c. Bagris videtur esse Bacchides, qui primùm partes Antiochi Epiphanis sequebatur, & cui tota Mesopotamia credita erat, sed postea ad Regem Demetrium se conuertit. Ioseph. Hist. lib. 12. cap. 15. & 1. Mach. cap. 7. In Chronica Regum Israël pag. 86. circa fin. inter Duces exercitus Lysię connumeratur בגרים *Bagris*, his verbis:

וליסיאה חצה מחנהו לשלשה כיתות וישם
עלהם שלשה ראשים ניקנור ובגרים ותלמי :

Lysias autem diuisit exercitum in tres phalanges, & posuit super eas tres Duces, Nicanorē, Bagridem, & Ptolomæum. Concordat cum textu 1. Machab. 3 38. vbi legitur: *Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam.* Fortassis Gorgias est idem Bagris, seù Bacchides; nam sicut Nicanor ad partes Demetrij transierat, 1. Machab. 7. v. 27. ita & Bacchides idem fecisse

חרב ארכה phrasis Rabbinica dicenda est.

Numerus interfectorum &c. *septingenta millia, & septuaginta duo millia &c.* Prorsùs incredibile, paucos cum Ioanne milites, occidisse tot centena millia ex Græcis & Gentilibus. Credebam priùs fuisse mendum Typographicum, sed cùm meum exemplar cum alijs contulissem, omnia adinueni habere.

מספר ההרוגים אשר הרג ביום ההוא שבע מאות אלף ושנים ושבעים אלף וכו׳ :

Numerus interfectorum, qui interfecti sunt in illa die, septingenta millia, & septuaginta duo millia &c.

Mulier quoque, quæ post mortem viri sui octauo die circumciderat puerum &c. Simile aliquid legitur in 2. Machab. cap. 6. v. 10.

Eamus & habitemus in spelunca &c. videtur suffuratum ex eodem loco Machabæorum ver. 11. vbi legitur: *Alij verò ad proximas coëuntes speluncas, & latenter Sabbati diem celebrantes, cùm indicati essent Philippo, flammis succensi sunt, &c.*

In diebus Saulis Prophetæ. Vocat Saulem Prophetam, quia 1. Samuel. cap. 19. 24. dicitur: הגם שאול בנביאים *Num etiam Saul inter Prophetas?*

Iudas primogenitus &c. Alio ordine quinque filij Mathathiæ numerantur 1. Machab. 2. 2. Primus, Ioannes, qui cognominabatur Gaddis. II. Simon, qui cognominabatur Thasi. III. Iudas, qui vocabatur Machabæus. IV. Eleazar, qui cognominabatur Abaron. Et V. Io-

iusmodi autem initium ponunt Iudæi ad annum mundi 3653. hoc est 65. annis post computum Græcorum in libris Machabæorum indicatum.

Et misit Nicanorem Proregem &c. Ergo duos Proreges habebat Antiochus; potuit hoc esse, vt Bagris Præfectus vnius Prouinciæ esset, & Nicanor alterius. Sed Nicanor, qui hic dicitur *secundus à Rege*, in libro 1. Machab. cap. 3. 38. amicus tantùm Regis vocatur, & Lysias Prorex Antiochi, illum cum aliquot alijs, Ducem exercitus elegit, & cum quadraginta millibus virorum, & septem millibus equitum misit in terram Iuda. Et quamuis Ierusalem ingressus esset, & ascendisset in montem Sion, & irridens Sacerdotes, eos spreuisset, & polluisset, 1. Machab. 7. 33. 34. attamen non legitur ædificasse Aram in Templo, neque suem, aut alia animalia ibidem sacrificasse, vt legitur in hac Historia.

Cùmque hæc audiuisset Ioannes filius Mathathiæ &c. De Ioanne filio Mathathiæ nihil tale legitur in libris Machabæorum. Sed Nicanor occisus est in prælio; vt legitur ibidem lib. 1. cap. 7. 43. tertia decima die Mensis *Adar*, id est Februarij, & eius capite ac dextera amputatis, suspensa sunt contra Ierusalem. Ibidem ver. 47.

Fecit sibi gladium duorum palmorum &c. Inuerisimile est fuisse hunc gladium quadratæ mensuræ, & ex quolibet latere palmaris; quomodo ergo non acutus gladius infigi potuerit in cor Nicanoris? Itaque ורת ארכה

Dorymini, Nicanorem, & Gorgiam. ver. 38. & percussit exercitum Gorgiæ, 1. Machab. cap. 4. 14. & seqq.

IV. Iterum pugnauit contra exercitũ Lysiæ, & victoriam reportauit, 1. Mach. 4. 34. Postea mundauit Templum, demolitus est Altare profanatum; elegit Sacerdotes, restituit sacrificia, Ibid. ver. 38. & seqq. & instituit festũ dedicationis 25. Mensis Caslèu, Nouembris, Ibid. ver. 59. & seqq Post purgatum Templum à Machabæis, nunquam deinceps Idola coluerunt iudæi. Vndè hoc diuturnum exilium Idololatriæ ascribere non possunt, sed Messiæ crucifixioni adscribendum.

V Contra filios Esau in Idumæa, & percussit eos plaga magna, 1. Machab 5. v. 3.

VI. Conclusit filios Bean in turribus, & incendit turres eorum igni cum omnibus, qui in eis erant, quia erant Iudaico populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via, 1. Machab. 5. 4.

VII. Contra filios Ammon, & Timotheum Ducem ipsorum pugnauit fortiter, & diuersis in prælijs percussit eos, atque contriuit. Ib. v. 6.

VIII. Superuenientibus inimicis à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone in Galilæam, & à Galaad in circumiacentes Iudæorum terras, mittit Simonem fratrem suum in Galilæam, & ipse cum Ionatha alio fratre suo pergit in Galaaditim, relicto Iosepho filio Zachariæ & Azaria Ducibus populi in Iudæa ad custodiam, 1. Mach. 5. v. 10. & seqq.

V. Ionathan, qui cognominabatur Apphus. At in hac historia primò ponitur Iudas, qui vocatur Primogenitus. Simon secundus. Ioannes tertius. Ionathan quartus, & Eleazar quintus. Cùm Iudas tertio numeretur loco in Machabæorum libro canonico, non est credendum, quòd fuerit primogenitus. Constituit autem Mathathias duos filios suos super omnes alios fratres, Simonem, vt potè, quia consilio, & prudentia pollebat, tamquam Patrem cæteris præfecit. Iudam autem, vt vir erat bellicosus, Ducem exercitus Iudæorum contra Græcos elegit, & ideò in initio capitis 3. 1. Machab. dicitur: *Et surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus, filius eius pro eo*, hoc est, vt bella Domini bellaret sicut ipse Mathathias fecerat. Vocabatur autem Machabæus ab Epigraphe in vexillo suo militari inscripta מכבי״ *Machabai*, cuius singulæ literæ sunt initia dictionum illius versiculi מ, כמכה באלם יהוה *Mi-chamòcha baelim Adonài, Quis sicut tu in Dijs Domine*? Exod. 15. v. 11. Fortiter pugnauit primò contra Apollonium, & occidit illum, & abstulit gladium eius, & pugnauit in eo omnibus diebus. 1. Machab. 3. 11. & 12.

II. Contra Seronem Principem exercitus Syriæ, & fugauit eum, Ibidem ver. 13. & seqq.

III. Contra Lysiam hominem nobilem, ver. 32 & socios quos elegerat, nempè Ptolemæum filium

propiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu Regis sexcenti viri. 1. Mach. 6. 42.

XVIII. Exijt, tempore Alcimi impij Sacerdotis, in omnes fines Iudææ, & fecit vindictam in filios desertores. 1. Machab. 7. 24.

XIX. Pugnauit contra Nicanorem in Capharsalama, & ceciderunt de exercitu Nicanoris ferè quinque millia virorum. Ibid. ver. 32.

XX. Secundò, pugnauit contra Nicanorem, & occisus est Nicanor tertia decima die Adar, Februarij. Ibid v. 43. Decretum fuit omnibus annis diem istam celebrandam esse cum lætitia tertia decima die mensis Adar, Februarij. Ex eod. ver. 49.

XXI. Constituit amicitiam cum Romanis. 1. Mach. 8. 23. & seqq.

XXII. Vltimò, posuit Castra in Laisa contra Bacchidem, & tria millia viri electi erant cum eo; sed isti videntes exercitum inimicorum esse viginti millium virorum, & duorum millium equitum, animo consternati, multi subtraxerunt se de castris, & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Cum his paucis contra tantam multitudinem, commisso prælio, cecidit Iudas, & cæteri fugerunt. 1. Machab 9. v. 5. & 18. Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro Patrum suorum in Ciuitate Modin. Ibid. ver. 19. Multa alia operatus est fortiter Iudas, quæ non sunt scripta, teste eodem Machabæorum libro, citato cap. ver. 22.

Post mortem Iudæ, Ducem exerci-

IX. Occupauit Ciuitatem Bosor in deserto Galaad, & occidit omnem masculum in ore gladij, & succendit eam igni. Ibid. ver. 28.

X. Percussit iterum Timotheum; & desiderati sunt ex illius exercitu ferè octo millia virorum. Ibid. v. 34.

XI. Cæpit Vrbem Masphà, occidit in ea omnem masculum, sumpsit spolia eius, & succendit eam igni. Ibid. ver. 35.

XII. Cæpit etiam reliquas Vrbes Galaaditidis regionis, Ibidem ver. 36.

XIII. Pugnauit tertiò contra Timotheum, & Arabes auxiliarios, & contriuit eos; capta Carnaim Vrbe, & Fano succenso, quo se receperant inimici. Ibid. v. 43. & seqq.

XIV. Percussit in Ciuitate Ephron omnem masculum, accepit spolia eius, eradicauit eam, & transiuit per Vrbem euersam super interfectos. Ibid. ver. 51.

XV. Iterum pugnauit contra filios Esau in terra Australi, & percussit Chebron & Villas eius, muros, & turres eius succendit igni. Ib. v. 65.

XVI. In Azoto, diruit aras Idolorum, & sculptilia Deorum suorum succendit igni, & cæpit spolia Ciuitatum, 1. Machab. 5. 68.

XVII. Oppugnauit Arcem in Ierusalem, sed superuenientibus centum millibus peditum, & viginti millibus equitũ, & Elephantibus triginta duobus, doctis ad prælium exercitus Regis Antiochi Eupatoris filij Regis Antiochi Illustris iam defuncti, recessit ab oppugnatione Arcis, & ap-

tur Zabadæi, & accepit ſpolia eorum. Ibid. cap. 12. ver. 31.

Sed quia nimis incautè credit Tryphoni, exercitum validum remittendo ad propria, ſibi tantùm mille viris reſeruatis, Ptolemaide inſidiæ illi parantur, vbi capitur, interfectis omnibus, qui cum ipſo erant. Ibidem ver. 48. & ſeqq.

Tryphon autem pro libertate Ionathanis, duos filios ipſius obſides, & argenti talenta centum à Simone fratre recipit, at liberum non dimittit Ionathan, vt promiſerat, ſed crudeliter occidit illum vnà cum filijs ſuis in Baſcaman. 1. Machab. 13. v. 17. & ſeqq. Regnauit autem Ionathan ſuper Iſraël annis ſex דברי מלכי ישראל דף פ״ח עמוד ב׳. *Ex Chron. Regum Iſraël* pag. 88. b.

Simon frater Ionathæ Mathathiæ ſecundus genitus regnat pro Ionatha fratre ſuo. Ibid. ver. 42.

I. Sepelit oſſa Ionathæ fratris ſui in Modin: ædificato ſuper ſepulchrum Patris ſui, & fratrum ſuorum ædificio alto viſu, lapide polito retro & ante: ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam, Patri & Matri, & quatuor fratribus; his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam, & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare. Ibid. ver. 25. & ſeqq.

II. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſraële, 1. Machab. 13. 41. Et cæpit populus Iſraël ſcribere in tabulis. Anno primo ſub Simone ſummo Sacer-

citus Iudæorum conſtituerunt *Ionatham fratrem ſuum natu minimum*. 1. Machab. 9. 30. 31.

Hic primò vindictam ſumpſit ſanguinis fratris ſui Ioannis contra filios Iambri. Ibid. ver. 36. & ſeqq.

II. Pugnauit contra Bacchidem ad ripam Iordanis, & ceciderunt de parte Bacchidis mille viri. Ib. v. 49.

III. Percuſſit Odaren, & fratres eius, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum. 1. Machab. 9. 66.

IV. Iudicauit populum in Machmas, & exterminauit impios ex Iſraël. Ibid. ver. 73.

V. Oppugnauit Ioppen & obtinuit. 1. Machab. 10. 76.

VI. Pugnauit contra Apolloniū Ducem Regis Demetrij iunioris, & in fugam vertit, & capta Vrbe Azoto ſuccendit eam igni cum reliquis Ciuitatibus per circuitum, Dagonis Fano ſuccenſo vnà cum hominibus, qui in illud fugerant, numero ferè octo millium virorum. Ibid. v. 84.

VII. Tria millia virorum fortium miſit Antiochiam in auxilium Regi Demetrio, qui vnà die occiderunt centum millia hominum in Antiochia, & Ciuitatem ſuccenderunt; & ſpolia multa prædati ſunt, Rege Demetrio liberato à rebellantium inſidijs. 1. Machab. 11. 48.

VIII. Pugnauit in campo Aſor contra Caſtra alienigenarum primò infeliciter, ſed poſtea reintegrato exercitu, victoriam de inimicis reportauit, cęſis de alienigenis tribus millibus virorum. Ibid. ver. 72. & ſeqq.

IX. Percuſſit Arabas, qui vocan-

filium Antiochi Epiphanis, cuius exercitus erat centum millium peditum, & viginti millium equitum, & Elephantorum triginta duorũ, vidit vnam de bestijs loricatam loricis Regis, quæ erat eminens super cæteras bestias, & visum est ei, quòd in ea esset Rex, & cucurrit in medio Legionis interficiens à dextris & à sinistris, & cadebant ab eo huc atque illuc. Et iuit sub pedes Elephantis & supposuit se ei, & occidit eum: & cecidit in terram subter ipsum, & mortuus est illic. Ita ex historia Machabæorum. An verò hic Eleazar sit idem ac Eleazar filius Mathathiæ, procul dubio ex hac historia incertum est. In libro דברי מלכי בית שני *Dibrè Malchè Beth sceni*, *Chronologia Regum* (tempore) *secundæ domus*, pag. 87. b. editionis Forbenianæ in 8. dicitur, quòd iste Eleazar fuerit filius Mathathiæ, & frater Iudæ Machabæi: Narratur ibi prælium commissum inter Iudam & Antiochum Eupatorem, his verbis:

ושם מת אלעזר בן מתתיה אחי המלך יהודה שראה סכין של זהב על פיל אחד וחשב כי על אותו הפיל היה אופטור המלך רוכב כי עשרים פילים היו לו במחנה ויתחזק אלעזר זיין כגבורי יון ימין ושמאל עד שנגע אל הפיל ומפני גובהו לא היה יכול להלחם עם הרוכבים עליו ויתקע את חרבו בכרס הפיל להפיל את המלך ויכרע נתגולל הפיל על אלעזר ומת ויספדו אותו כל ישראל וכו׳:

Et ibi mortuus est Eleazar filius Mathathiæ, frater Regis Iudæ, qui viderat gladium aureum super Elephan-

cerdote. Ibid. ver. 42. Hic computus non coincidit cum eo, quem Iudæi in suis tabulis afferunt. Vide Epochas supra positas pag. 81.

III. Expugnat Gazam, mundat ædes, in quibus fuerant simulachra; collocat in eis viros, qui facerent legem; munit Vrbem, & facit sibi habitationem. Ibid. 47. & 48.

IV. Recipit Arcem Ierosolymitanam, expulsis gentibus, vigesima tertia die secundi mensis (id est Octobris) anno 171. & constituit, vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. Ibid. ver. 51. & seqq. Hi dies hodie non obseruantur à Iudęis.

V. Constituit Ducem totius exercitus sui Ioannem filium suum strenuum militem. Ibid. ver. 54.

VI. Accipit Ioppen in portum, & facit introitum in Insulas maris (mediterranei) 1. Machab. 14. 5.

VII. Renouat amicitiam cum Spartianis. Ibid. ver. 18. & seqq. Item cum Romanis, eisque clypeum mille mnarum mittit. Ibid. v. 24.

VIII. Occiditur in Iericho cum Mathathia & Iuda filijs suis in conuiuio à Ptolemęo, & remanet Ioannes filius eius, cuius gesta scripta sunt in libro dierum Sacerdotij sui. Hic desinit historia sacra 1. lib. Machabęorum cap 16. v. 16. 23. & 24.

De Eleazaro alio fratre Machabæorum, & filio Mathathiæ nihil in Sacra historia habetur. Narratur autem 1. Machab. 6. 43. & seqq. egregium facinus à quodam Eleazaro filio Saura perpetratum: is enim pugnans contra Antiochum Eupatorem

bræum *de Bello Iudaico* lib. 1. cap. 1. Communiter vocantur Machabæi à Iuda Machabæo. Cur autem ita vocatus fuerit, paulò superiùs dictū est.

Eleazar autem occupatus fuerat in occisione Elephantum, & immersus est in fimo Elephantum. Fabulam Rabbinicam redolet: nihil tale inuuitur in libris Machabæorum, nihil apud Iosephum rerum Iudaicarum grauem & diligentem historicum; is enim lib. 1. cap. 1. *de Bello Iudaico* de Eleazaro agens nil aliud refert, nisi facinus ab eo perpetratum in occisione Elephantis, in quo Regem Antiochum insidere credebat. *Qui tamen regebat Elephantem* (inquit Iosephus) *priuatus erat, & si casu fuisset Antiochus, nihil plus Eleazaro præstitisset audacia, quàm ut sola spe præclari facinoris mortem videretur optasse.* Audax igitur fuerat Eleazar, & non ignauus, vt tanquam Scarabeus in stercore volutaretur Elephantum.

Post hæc venerunt filij Assamonæi in domum Sanctuarij &c. Anacronismus est: Hæc purgatio Sanctuarij, restitutio Sacrificiorum, & omnium eorum quæ ad Dei cultum pertinebant in Templo, facta fuerunt ante mortem Iudæ Machabæi, & eo duce, facta est dedicatio Altaris octo diebus. 1. Machab. 4. 41. & seqq. 56. & seqq.

Lecythum olei &c De eo nulla mentio in libris Machabæorum, neque apud Iosephum Historicum. Cur autem ab Assamonæis statutum fuerit, festiuitatem renouationis Templi celebrari per dies octo, nihil in ijs-

phantem quendam, & putauerat quòd super illum insideret Rex Eupator, quia viginti Elephantes erant in Castris eius, Et inualuit Eleazar, & percussit viros Græcorum à dextris & à à sinistris, donec pertingeret ad Elephantem; sed propter illius proceritatem nequiuit pugnare cum insidentibus super eum: Infixit autem gladium suum in ventrem Elephantis, vt cadere faceret Regem, statimque reuoluitur Elephas, & cadit super Eleazarum, & mortuus est. Planxerunt autem illum omnis Israël, &c. Idem asserit Iosephus lib. 1. *de Bello Iudaico* cap. 1. Huic auctoritati opponitur auctoritas libri Machabæorum loco cit. quo Eleazar iste vocatur filius Saura, & non Mathathiæ. Cui responderi poterit: vel quòd in hoc loco ponatur nomen Matris; vel quòd Mathathias etiam Saura vocaretur; cùm non sit nouum in Sacra Scriptura filium à nomine Matris aliquando vocari, & plura nomina eidem homini quandoque attribui. Quæ cùm sint clarissima & nota ijs, qui Sacram Scripturam sedulò reuoluunt, ideò exempla non adducuntur.

Filij Hassamonai &c. Est cognomen Machabæorum; nam Mathathias fuit filius Ioannis, filij Simeonis Sacerdos ex filijs Ioarib, vt in 1. Machab. cap. 2. & in דברי מלכי בית שני *Chronica Regum Domus secundæ* pag. 85. dicitur, quòd fuerit Sacerdos magnus, & vocabatur חשמינאי *Chasemonai*, *Hasmonæus*, ex quo omnes eius posteri *Hasmonæi* seu *Assamonæi* dicti fuere. Vide Iosephum He-

lon. Cod. שבת *De Sabbatho* cap. 2. במה מדליקין *Bammè madlikin*, pagina 21. b. & referuntur ab Auctore libri סמ״ג *Samàgh* pag. 250. b. & in Nouellis expositionibus Eliæ Mizrachitæ ibid. pag. 275. b. Sed diffusè & eleganter à R. Mose Bar Maijmon in libro זמנים *Zemanim*, *De festiuitatibus* הלכות חנוכה *Halachòth Chanuccà* pag. 227. editionis Venetæ in folio apud Aloysium Bragadinum.

Primò, Quòd in honorem huius festi ordinauerunt חכמים *Sapientes*, quòd octo dies, quæ incipiunt 25. die mensis כסלו *Chisleu* sint dies שמחה *Simchà*, *Lætitiæ*, והלל *Vehallèl*, *& laudis*, ומדליקין בהם הנרות *Vmadlikin bahèm hannerròth*, *& accendunt in eis lucernas* vespere propè ostium domus per octo noctes. Per totam octauam prohibitum est ieiunium & luctus, eodem modo ac in diebus פורים *Purrim*, *Festiuitatis Mardochæi & Esthera*. Accensio autem ista luminum ex decreto סופרים *Sopherim*, *Scribarum* instituta est. Omnes tenentur accendere has lucernas, Viri, mulieres, aduenæ, serui &c. Qui lucernam accendit primo vespere festi, tenetur recitare tres benedictiones, hoc est, בא׳י אמ׳ה *Benedictus tu Domine Deus noster Rex mundi &c.* Qui videt accensam, tenetur ad duas tantùm benedictiones. Cæteris verò noctibus, qui accendit, tenetur ad duas; & qui videt, ad vnam tantùm benedictionem.

Quotæ autem candelæ, seù lucernæ accendendæ sint?

Respondent, Præceptum esse in qua- iisdem libris ratio assignatur, potiùs videbatur statuendū hanc Encæniorum festiuitatem tantùm per 7. dies celebrandam, vt fecerat Moses in erectione Tabernaculi in deserto. Leuit. 8. 33. & Rex Salomon in dedicatione Altaris. 1. Paralip. c. 7. 9. Soluitur dubiū ex textu, quia Oleum, quod vix per diem, accensis luminibus sacris, sufficere poterat, Dei benedictione, & miraculo vsque ad octauum diem perdurauit. In memoriam huius miraculi dicitur, statutum fuisse ab Assamonæis celebrandam esse hanc festiuitatem per dies octo, vti hodie obseruant Iudæi, & חנכה *Chanuccà*. *Dedicationem*, seù *Initiationem* vocant. Huius festi dedicationis fit mentio in Euangelio Ioannis 10. 22. sub nomine *Encæniorum*. *Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis, & hyems erat*. Ἐγκαίνια enim *Innouationem*, seù *Dedicationem* significat, sic etiam hodie apud Italos *Encæniare* dicitur, quando quis nouo aliquo indumento amicitur, vt olim etiam à tempore S. Augustini hæc eadem vox apud vulgus in vsu erat, vt ipsemet refert Tract. 48. in Ioan. *Iam* (inquit) *& vsus habet hoc verbum: si quis noua tunica induatur, encæniare dicitur*. Celebratur hoc festum 25. die Lunationis כסלו *Chisleu Nouembris*, quæ in Decembrem incidit, & hyems est. Sed si -

Quæras, Quo ritu & ceremonijs hodie hoc festum חנכה *Chanuccà*, *Encæniorum* celebretur à Iudæis?

Resp. Celebrari secundùm ritus qui describuntur in Talmude Baby-

lucerna si per 20. cubitos in altum extollatur, perinde, aiunt, ac si nihil factum esset, quia lucerna non benè prospicietur.

Si verò aliquod imminens periculum aderit, si huiusmodi lumina ad ianuam, vel ad fenestram exponerentur, tunc dicunt, sufficere exponere intra ianuam, vt hodie faciunt Iudęi per Italiam, vel in medio domus, vel etiam in ipsa mensa, eo tamen casu, volunt, aliud lumen ibi reperiri commune, ne opera profanafiant ad lumen lucernæ festiuæ. Si autem ibi aderit pyra accensa, ad cuius lumen, eadem opera fieri possint, tunc alterius lucernæ communis lumen non requirunt. Si verò congruũ visum non fuerit opera domestica ad lumen flammæ ardentis pyræ, peragere; tunc necesse esse, existimant, præter lucernam festiuam, aliam communem accendere.

Lucernam נרחנכה *Chanuccà* festiuam *à surdo, à stulto*, aut *à puero*, vel etiam *à Gentile* incensam, floccifaciũt, quousque accendatur ab idoneo Iudęo.

Qui intra domum lucernam accendit, & subinde extra ianuam exponit, profanum existimant; volunt enim eam accendi debere in loco suo. Ex lucerna festiua aliam lucernam festiuam accendere licere; sed ex lucerna Sabbathina, lucernam festiuam accendere, nefas esse volunt.

Assumens lucernam de loco suo, & stans accendat, nihil fecisse arbitrantur, quia (aiunt) illi qui vident dicere poterunt, id ad suum commodum, & non pro festiuitatis honore

qualibet domo accendendam esse vnam lucernam, tam si plures homines in ea sint, quàm si vnus tantùm eam inhabitauerit. In honorem autem festi & præcepti solent accendere tot lucernas secundùm numerum hominum, qui in ea habitant. Qui volunt ampliùs honorare hoc festũ, solent prima nocte accendere tot numero lucernas, quot numero homines in ea reperiuntur. Secunda nocte replicant numerum, & sic per totam octauam faciunt: vt v. g. si in ea domo sint decem homines, prima nocte accendunt decem lucernas, secunda nocte accendunt 20. tertia nocte accendunt 30. quarta nocte 40 ita vt in octaua nocte inuenientur 80. lucernæ accensæ. In Hispania autem vsus inualuit (inquit Bar Maijmon ibid.) vt in vnaquaque domo, siuè in ea vnicus tantùm homo sit, siue plures inhabitent, tantùm, prima nocte vnica lucerna accendatur, secunda nocte duæ, tertia nocte tres, & ita deinceps, vt in octaua nocte festi, octo lucernæ illuminatæ cernantur.

Non accendunt has lucernas, nisi postquam Sol occubuerit, quòd si extinguantur, non est necesse vt iterum accendantur.

Oportere, has lucernas palmo ad minus in sinistrò latere extra ianuam domus exponere accensas, nam ad dexteram ingredientibus, affixa est מזוזה *Mezuzà*. Si autem porta communis fuerit, volunt, vt inquilinus accendat lucernam ad fenestram, quæ respicit publicam viam. Hæc autem

eſt memoria feſtiuitatis, non à Deo inſtitutæ, ſed à סופרים *Sopherìm*, *Scribis*, & à חכמים *Chachamìm*, *Sapientibus*? Quòd, poſt Meſſiæ aduentum nulla facienda ſit memoria feſtiuitatum in Lege ſcriptarum, docet Propheta Ierem. cap. 16. 14.

לכן הנה ימים באים נאם יהוה ולא יאמר עוד חי יהוה אשר העלה את בני ישראל מארץ מצרים׃

Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur vltrà: Viuat Dominus, qui aſcendere fecit filios Iſraël de Terra Aegypti, hoc eſt in feſtiuitate Paſchali; in Paſchate enim fiebat commemoratio exitus filiorum Iſraël de terra Ægypti, cuius, tēpore ſc. Meſſiæ, nulla ampliùs fieri debebat commemoratio, ſed tantùm mirabilium, & miraculorū per Meſſiam patratorum, vt legitur in *Medràſc* קהלת *Kohèleth* excuſo cum רבות *Rabbòth* editionis Amſtelodamenſis in fol. pag. 86. col. 1. in princ.

כמה נסים נעשו לישראל משיצאו ממצרים ועד שלא יצאו ישראל ממצרים עליהם הוא אומר אין זכרון לראשונים וגם לאחרונים שיהיו ולמי אני נותן זכרון לנסים של עולם הבא דכתיב ולא יאמרו עוד חי יהוה אשר העלה את בני ישראל מארץ מצרים וגומר׃

Quot miracula patrata fuerunt Iſraëli, antequam egrederentur de Aegypto, & quot poſt illorum egreſſum? De eis ipſe dicit: Non eſt memoria priorum, & etiam poſteriorum qui erant, Eccleſ. 1. 11. *Et quorum miraculorum erit memoria? Eorum, quæ fient tempore venturo* (ſcilicet Meſſiæ) *ſicut ſcriptum eſt: Et non dicetur vl-*

nore hoc feciſſe.

Atria, quæ habent duas ianuas ad diuerſas mundi plagas conuerſas, volunt, vt in vnaquaque illarum apponatur lucerna חנכה *Chanuccà feſtiua*, ne dicant tranſeuntes: Non eſt accenſa lucerna feſtiua ad hanc ianuam; quòd ſi iſtę ianuæ fuerint in eadem mundi plaga, tunc ſufficere volunt, in vna tantùm ianua lucernam appendere. Multa alia ſubtiliter & ſcrupuloſè conſtituunt iſti Doctores Iudaici circa obſeruantiam huius feſti, quæ, tam in accenſione luminaris, quàm in alijs rebus ad ipſum pertinentibus, præcipuè ad præparationem lautiſſimæ Cœnæ requiruntur; volunt, vt non parcatur crumenæ, ſed liberaliter ad conuiuia peragenda, pecuniæ expendantur. Idem feciſſe Iudam Machabæum, refert Ioſephus Hiſtoricus lib. 12. capite 20. qui & hanc ſolemnitatem cum ciuibus ſuis celebrauit, nullumque genus deliciarum reliquit, ſed pretioſiſſimis dapibus eos pauit. Optimo quidem conſilio, hoc feſtum inſtitutum fuerat à Iuda Machabæo, vel à Scribis, & Sapientibus antiquæ Synagogæ in memoriam Templi dedicationis, & reſtaurationis, atque etiam miraculoſi Olei perdurationis; ſed hodie, deſtructo Templo, poſt aduentum Meſſiæ, vana eſt, & ſuperſtitioſa omnis huius miraculoſæ feſtiuitatis memoria. Nam ſi poſt Meſſiæ aduentum, nulla facienda eſt memoria ſolemnitatum in Lege ſcriptarum; quantò magis poſt eiuſdem aduentum, nulla facienda

ritum respiciunt illa verba in textu בקריאת הלל גמור *In lectione Hallèl Ghamùr, laudis perfectæ*, vt explicatum est. Et hæc de Volumine & Historia Antiochi. Quis autem fuerit ille, qui hanc scripserit planè ignoratur. Certum tamen est compilatam fuisse (vt expresse patet ex verbis & phrasi) ex Talmude Cod. שבת *De Sabbatho* cap. 2. vt suprà notauimus. De ea etiam fit mentio in libro דברי מלכי ישראל *Chronicorum Regum Israel* pag. 37. & alterius editionis pag. 84 b. הראב"ד *Harrauàd in Kabala* pag. 57. In מגלת תענית *Meghilàth Taanìth* cap. 9. אמרי בינה *Imrè binà* cap. 51. *Dauid Ganz* ad annum 642. quarti millenarij מנורת המאור *Menoràth hammaòr, Lucerna* 3. tract. 4. parte 2. pag. 54. col. 3. editionis antiquæ, & pag. 48. editionis nouæ.

רפ' **אנפרופיית דוראן ספרדי**

שהיהודי בעצמו נוצרי ואחר כך שנוצרי בעצמו יהודי כתב אגרת אל דור ביניטו כנו' גם כן הנוצרי אחר היה כלוייביוני ואומר בה לא תהי כאבותיך ובאלה הדברים כמה פעמים ביוכרים בה ונכם בספר ובקידם כודם לותו לספיר דת המשיחיים ולהשיב אל דת היהודים ובאלה בי"ו כוונם קלנו עם פי' ולא נוכר שם המחבר ובהשלמת הקבלה רק שם עמוד ב' נוכר שם פריפיטו דוראנטי ואומר שהיה בספר הקב"ר ושחבר

ספר האפו"ד שאומר בר"ת הוא אמר פריפיטו דוראנטי : ועוד אמר: ויש קבלה שהעיד ושב בתשובה עד כן לסוטו : וזה הספר שאפוד הוא על הדקדוק וקראו מעשה אפוד וחבר אותו אל חשדאי כנו :

280 ENPROPHIIATH DVRAN HISPANVS ex Iudæo Christianus,

vltra: *Viuat Dominus, qui ascendere fecit filios Israël de terra Aegypti, &c.*

Dum legunt הלל גמור *Hallel gamùr, Laudem perfectam*. His vocibus innuitur ritus legendi הלל *Hallèl, Psalmodiam* in hoc festo, quæ parum differt ab ea, quæ legi solet in principio Mensis. In eo siquidem post אדני שפתי תפתח וגו' *Domine labia mea aperies &c.* & nonnullas laudes, benedictiones, & confessiones. Tandem benedicunt Deo, his verbis:

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו : לקרוא את ההלל :

Benedictus tu Domine Deus noster Rex mundi, qui sanctificasti nos in preceptis tuis, & præcepisti nobis לקרוא *legere* הלל *Hallèl, Laudem*: & statim cantant Psalmum 113. הללויה הללו עבדי יהוה וגו' *Hallelu-Iah, Laudate serui Dominum &c.* In hoc verò festo, post אדני שפתי תפתח וגו' *Domine labia mea aperies &c.* quibus verbis incipiunt Orationem seu Officium, & recitatis ijsdem precibus ac in initio Mensis vsque ad כי לעולם קוינו לך, *Chi leolàm kiuìnu lach, Quoniam ab æterno sperauimus in te*. Postea adaptant ea, quæ ad hunc festum specialiter spectant, & incipiunt על הנסים *Al hannisìm, Super miraculis &c.* & pergunt ad finem, & dicto אמן *Amen*, benedicunt vt suprà *Benedictus Dominus &c.* וצונו לגמור את ההלל *Et præcepit nobis* לגמור *Ligmòr perficere* הלל *Hallèl, Laudem*. Deinde incipiunt canere eundem Psalmum 113. *Hallelu Iah, Laudate serui Dominum &c.* Ad hunc igitur

mundi 5150. Christi 1390. Ergo verosimile est, circa hunc annum *Peripetum*, seù *Enprophijàth Duran* fidem Christianam suscepisse, & post quatuor annos eandem deseruisse, & postea literas ad filium suum *Bonettum* misisse, de Christiana religione deserenda, sub nomine אל תהי כאבותיך, eumque his expressis verbis & technis ad apostasiam compellasse. Circa verò vtrumque *Nomen* & *Cognomen* idem esse apparet, & si vtrumque, scriptione alteratum deprehendatur Librariorum ignorantia, vt frequenter fit ab imperitis Iudęis. Iste autem *Peripetus* seù *Perpetuus* ex eodem Auctore *Scialscèleth hakkabalà* loc. cit. Scripsit -

ספר האפ'ר *Sèpher Haëphòd*, quod per ר"ת *Rascè Theuòth Initia dictionũ* indicatur, הוא אמר פריפיטו דורן *Hoc dicit Peripetus Durân*. Alij hunc librum vocant מעשה אפוד *Maasè Ephòd*, *Opus Ephòd*, Tit ex Exod, 28. 15. illumque discipulo suo *R. Chasdai* dicauit. Est enim liber Grammaticus admodum doctus, cui præfixit eruditam præfationem de præstantia studij Sacræ Scripturæ, alijsque de rebus eò spectantibus.

אנקלוס הגר ע"ה מסוה בר אחתיה דטיטוס　רפ"ל
קבלה דבריתא בפרק המוכר פירות תניא אנקלוס הגר לומד
ברוכים שעשה בענוים׃ והוא קיבל מרבי אליעזר ומרבי
יהושע וקרנס פ' מומחי תורה מגילה ואינו מן המשנה בברכות
במסכת מגלה פ"ב׃ והיה לו ספת נ' אלפים התחת ליגיה׃
ונבמין פ' הניזקין אנקליס בר קלוניקוס בר אחתיה דטיטוס
וכו'׃ ובתוספות בפרק ס' דדמאי שהמשיר על עצמו כי עם
מירס וחלק עם אחיו היו נוים הוליבו ליס הולם׃ ובמסכת ע"ז
פרק א' נראה שאנקלוס היה עוסק כבן גמליאל הוקן סעו
ת"ה

& ex Christiano iterum Iudæus. Ænigmaticam Epistolam scripsit ad filium suum Dauidem בונישו *Bonettum* Auenione commorantem inter Christianos, qua eum ad Iudaicam sectam reuocare nititur, frequenter hæc verba proferens: אל תהי כאבותיך *Ne sis, sicut* (fuerunt) *Patres tui*. Quibus, & alijs similibus verbis eum ad retinendam Christianam religionem persuadere videtur; cùm interim per hanc antiphrasim, & subdolam loquendi artem, ad Iudaismum allicere nitatur. Reperitur msc. in Bibliotheca Vaticana cum explanatione totius ænigmatis, Anonymo Auctore. In *Scialscèleth hakkabalà* pag. 61. b. fit mentio cuiusdam -

פריפיטו דוראנטי *Perifeto* seù *Perpetui Duranti*, de eo etiam dicit hic Auctor, quòd Iudaismum reliquerat, & ad illud reuersus sit an. mundi 5154. Christi 1394. Vnde suspicari licet, non duos, sed vnum & eundem hominem esse פריפיטו & אנפרופיית: cuius rei non leue inditium est, & apostasiæ tempus non varium, & nominis atque cognominis vtriusque similitudo. Nam circa *Tempus*, anno Domini 1394. Auenione sedebat Clemens VII. Antipapa, & Mense Septembri eiusdem anni creatus ibidem fuit in Antipontificem Benedictus XIII. seù Petrus de Luna, qui ad conuersionem Iudæorum opera S. Vincentij Ferrerij Ord. Pręd. vtebatur, cuius præclara facinora in conuertendis Iudęis habentur apud Auctorē *Scialscèl. hakkab.* pagina 62. b. propè finem, ad annum

אן

ת׳ נשרף עליו אנקלוס הגר כשבעים מנה צורי ׃ לא כן אנקלוס ששמעתם אין הוא אנקלוס בר קלונימוס ׃

281 ONKELO'S HAGHE'R, ONKELOSVS PROSELYTVS, apud Hebræos laudatiſſimus Paraphraſtes Chaldaicus, relicto Idolorum cultu, ad Iudæorum ſacra tranſiuit. Gentiliſmum ita abhorruit, vt portionem facultatum ſibi ex bonis parenrum competentem, tanquam abominabile anathema, in Mare ſalſum, in Aſphaltitem lacum deiecerit. *Toſaph.* in cap. 5. Cod. דמאי *Darmài*, ex *Iuchaſsin* pagina 52. b. Exiſtimant nonnulli ex Cod. גטין *Ghittìn*, *De repudijs*, cap. 5. הניזקין eũ fuiſſe *filium* קלונימוס *Kolonimòs*, & ex ſorore, nepotem טיטוס *Titi*; an verò de Tito Imperatore intelligendum ſit, non ſatis exploratum eſt apud Auctores. Refert R. Samuel Sciullam *in Annotation.* ad lib. *Iuchaſsin* pagina 40. mentionem fieri in eod. Cod. גטין, & cap. 5. de quodam Nerone Principe militiæ, à Cæſare miſſo Ieroſolymam, qui & ipſe Proſelytus factus ſit, antequam Veſpaſianus mitteretur contra Iudæos, cuius ſoror (ſi id verum fuit) potuit fieri, vt Kolonimo in matrimonium iungeretur, ex qua natus ſit Onkelos, quæ poſtea ſequendo fratris & mariti veſtigia, Iudæorum religionem cum filio Onkeloſo ſuſceperit.

Rabbi verò Elias Germanus in procemio ſui *Meturghamàn* expreſsè intelligi vult de Tito Imperatore, dum ait -

אנקלוס היה בן אחותו של טיטוס שהחריב הבית ׃

Onkeloſus fuit filius ſororis Titi, qui vaſtauit Domum; hoc eſt Templum Ieroſolymitanum. Et R. Ghedalia Aben Iachia in *Scialſcèleth hakkab.* pag. 28. circa princip. addit -

כי הוא לא נתגייר אלא אחרי מות טיטוס (דודו) שהחריב הבית ׃

Quòd Proſelytus factus non fuit (Onkelos) *niſi poſt mortem patrui ſui Titi, qui Domum exuſſerat.*

At dicendum eſt, Onkeloſum Bar Kolonimos filium ſororis Titi, de quo in Cod. גטין *Ghittìn* cap. 5. cit. non eſſe Onkeloſum Proſelytum & Paraphraſtem Chaldæum, ratio ſuadet; quia Paraphraſtes hic Chaldæus iam à temporibus Rabban Gamalielis Pauli Apoſtoli Magiſtri Proſelytus erat, illius morti interfuerat, iuſta fecerat, inſumendo in eius funere 70. libras Opobalſami, vt legitur Cod. ע״ז *Auodà Zarà*, *De Idololatria* cap. 1. לפני איריהן pag. 11. circa finem his verbis :

וכשמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אנקלוס הגר שבעים מנה צורי ׃

Cùm autem mortuus eſſet Rabban Gamaliel ſenior, combuſſit ſuper eum Onkeloſus Proſelytus ſeptuaginta libras Opobalſami. Rabban verò Gamaliel 17., vel, vt alijs magis placet, 18. circiter annos ante exuſtum Templum mortuus eſt; quo tempore adhuc Titus Imperator Palæſtinam non inuiſerat, multò minùs credibile eſt, in ea nepotem Proſelytum habuiſſe. Igitur Onkeloſus Paraphraſtes Chaldaicus & Proſelytus, non

eſt

chus Hebraicus translatus est, in linguam scilicet vernaculam, & ab omnibus intellectam; ita vt lingua ipsa Hebraica penitùs inter vulgus obliterata fuerit, neque illius sensus, nisi à doctis Viris perciperetur. Hinc est, quòd Ezra Scriba, quando Legem Domini restaurare aggressus est, & Volumen Legis ex suggestu audiente populo, legit in platea, Nehem. cap. 8. 3. Legit quidem Hebraicè, at, vt benè intelligeretur à populo, Iosue, & Bani, & cæteri Leuitæ, qui ad ver. 7. numerantur, *Legerunt in libro Legis distinctè, & apertè ad intelligendum: & intellexerunt cùm legeretur*, ver. 8. hoc est, idem, quod prælegebat Ezra Hebraicè, legebant & ipsi Chaldaicè, vt vulgus Legem Dei intelligere posset: testis est Codex Talmudicus נדרים *Nedarim*, *De Votis* cap. 4. אין בין המודר pagina 37. b. circa med. qui locum Nehemiæ cap. 8. 8. explicat, & vocem Hebræam Scripturæ מפורש per תרגום *Targum* reddit, id est Paraphrasim Chaldæam, eamque interpretationem vulgarem Pentateuchi Mosis ad commodum, & vsum vulgi Iudaici lingua Chaldaica, & communiori elaboratam, intelligit, qua vtebantur Leuitæ ex libro ad hoc specialiter præparato; & hæc est

Vera origo, & principium Paraphrasis Chaldaicæ Pentateuchi.

Quod cùm Ezra Protoscriba priùs legisset Hebraicè, & subinde Leuitæ interpretati fuissent Chaldaicè, hinc cœ-

est ille, de quo fit mentio in Cod. cit. גטין *Ghittin*, videlicet, non est אנקלוס בר קולונימוס *Onkelòs Bar Kolonimòs*, qui post mortem Titi Iudæus factus est. Adde, Quòd Onkelos Paraphrastes Chaldæus vir fuit pius; at Onkelos Bar Kolonimos impius; & Magus; cùm de eo in Cod. גטין *Ghittin*, *De diuortijs* citato, cap. 3. legatur, *Titum*, & *Balaàm* per incantationem ab eo ab inferis euocatos, vbi etiam horrenda blasphemia de Christo Domino ab eodem profertur. Igitur hic, diuersus est ab illo.

Rursùs; alij nonnulli confundunt hunc Onkelosum cum Aquila Pontico Sacræ Scripturæ Interprete notissimo; & quòd Aquila Chaldaicè *Onkelus* dicatur, refert Bellarminus *De Verbo Dei* lib. 2. cap. 3. sed reuera, alter ab altero differt, vt videbimus in עקילס *Akilàs Aquila*.

Itaque אנקלוס *Onkelos* hic noster, non sub *Hillele* seniore ante Christi natiuitatem, sed sub אליעזר *Eliezaro* magno Hyrcani filio, & Iosue illius Collega floruit, ad quorum vocem & directionē Mosis Pentateuchum, ferè de verbo ad verbum, ex Hebręo in Chaldæum transtulit. Non quòd ipse primus fuerit Auctor Paraphrasis, aut, quòd ante ipsum nulla alia Paraphrasis, seù Translatio Chaldaica Pentateuchi extiterit, cùm in ipsa captiuitate Babylonica, populus Hebræus, ex nimia affinitate linguæ Hebraicæ cum Chaldaica, Chaldaicè facilè loqui didicerit, relicta lingua Hebraica, & in Chaldaicam commutata, in quam & Pentateu-

cos, quem vix duo homines quamuis robusti, de facili sustollere possunt. In eo, eadem methodo, non solùm Pentateuchus, sed & cęteri libri Veteris Testamenti Hebraicè, & Chaldaicè conscripti sunt, charactere quidem maiusculo, quadrato, eleganti, cum suis punctis vocalibus, & accentibus diligentissimè exaratis; ad cuius marginem tam superiorem, quàm inferiorem, & lateralem scripta discernitur vtraque *Massora*, ornata diuersis animalium figuris, & flosculis compositis ex eiusdem Massoræ dictionibus, & sententijs, mira industria & artificio, ita vt pretiosissimum & inęstimabile appareat opus.

Consimile exemplar duobus magnis Tomis distinctum, & elegantissimè in Pergameno conscriptum, ijsdemque characteribus quadratis, punctis insuper vocalibus, & accentibus in vtroque textu appositis, additis Massoretarum annotamentis in interiori, & exteriori margine libri, asseruatur apud *Altam semitam* in ædibus, & selectissimorum librorum Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Camilli Maximi.

Dicet fortassis nonnemo: Si ante Onkelosum Paraphrasis Chaldaica in Pentateuchum à temporibus vsque Ezræ extiterat, ad quid Onkelosi labor in adornanda alia noua Paraphrasi in eundem Pentateuchum?

Resp. Erat quidem ante Onkelosum alia Paraphrasis Chaldaica in Pentateuchum, imò & aliæ in cæteros Sacræ Scripturæ libros, sed non ita

cœpta est consuetudo illa, quæ longo tempore perdurauit, vt singulis Sabbathis in lectione פרשה *Parasca* seù *sectionis Pentateuchi*, priùs legeretur vnus versiculus Hebraicè, & postea idem, repeteretur Chaldaicè (teste Elia Leuita in Pręfat. Meturgam.) vt faciliùs id, quod Hebraicè lectum esset, Chaldaicè intelligeretur; quamuis res præter spem aliter contigisset, quia posterioribus temporibus, meliùs intelligebant Iudæi Hebraicam linguam, quàm Chaldaicam; quia in ea peculiare studium, & diligentiam adhibebant, cùm in Chaldaica, vtpotè omninò deperdita, non tantam curam in addiscendo susciperent: & nisi hoc exercitio etiam hodie vterentur Iudæi, vt singuli seorsim post lectionem *Parasca* eandem etiam Chaldaicè legerent per hebdomadam, actum esset de lingua Chaldaica apud eos, cùm nihil omninò de ea scirent, aut intelligerent. Et vt huiusmodi vsus nullo vnquam tempore memoria dilaberetur; voluerunt antiqui illi Scriptores librorum Sacrorum, vt vnus versiculus Bibliorum Hebraicè scriberetur, posteà Chaldaicè, & sic totam Sacram Scripturam vsque in finem, vbi Chaldaicam Paraphrasim in antiquis Codicibus scriptam cernimus, vt passim videre est in antiquis Codicibus, qui vsque hodie in celebrioribus Bibliothecis asseruantur, potissimùm in Bibliotheca Vaticana: ibi multi hoc stylo scripti visuntur, inter quos est ille maximus Codex membranaceus sub num. 1. inter mmss. Hebrai-

rent homine sapiente, & prouectæ ætatis in Synagoga, vt priùs requirebatur; ne ab indocto, & iuuene Interprete, mendosè redderetur Chaldaicè lex in Sabbatho. Ideò in Cod. חגיגה *Chaghighà*, cap. 1. dicitur, vt refert auctor *Iuchasin* pagina 44. in רבי חוצפית *R. Chotzephith* -

אמר רבי אבהו אין מעמידין תורגמן על הציבור פחות מחמשים שנה ׃

Dixit R. Auhù: Non constituunt Interpretem (Chaldaicum Pentateuchi) *in Ecclesia minorem quinquaginta annis*. Quæ constitutio intelligitur non tantùm de Paraphrasi super Pentateuchum, sed eriam de alijs Paraphrasibus super cæteris Sacræ Scripturæ libris. Isti enim Chaldaicè reddebantur ab Interprete idoneo, docto, & grandæuæ ætatis, quamuis non omnia, quæ Hebraicè legebantur, Chaldaice redderentur ab Interprete: vnde in Cod. מגילה *Meghilà*, cap. 3. הקורא עומד in *Ghemarà* pagina 25. circa finem legitur -

תנן רבנן יש נקרין ומתרגמין ויש נקרין ולא מתרגמין ויש לא נקרין ולא מתרגמין׃ אלו נקראין ומתרגמין׃ מעשה בראשית נקרא ומיתרגם פשיטא מהו דתימא אתו לשיולי מה לפעלה מה למטה ומה לפנים ומה לאחור קמ״ל מעשה לוט ושתי בנותיו נקרא ומתרגם פשיטא מהו דתימא ניחוש לכבודו דאברהם קמ״ל מעשה תמר ויהודה נקרא ומתרגם פשיטא מהו דתימא ליחוש לכבודו דיהודה קמ״ל שבחי הוא דאודי מעשה עגל הראשון נקרא ומתרגם פשיטא מהו דתימא ליחוש לכבודן של ישראל קמ״ל כל שכן דניחא להו דהויא להו כפרה קללות וברכות נקרין ומתרגמין פשיטא מהו דתימא ניחוש דילמא פייגא דעתייהו דציבורא קמ״ל

ita emendatè prodierant, quia secundùm lubitum Librariorum, & eorũ, qui inter alios doctiores videri volebant, multa irrepserant, quæ antiquę, & inter Sapientes receptæ editioni, & lectioni aduersarentur. Vera autem, & genuina Pentateuchi Paraphrasis lectio, per legitimam traditionem à priscis illis Leuitis, qui priùs tempore Ezræ Chaldaicè interpretati sunt Legem, ad tempora vsque R. Eliezaris magni, & R. Iosue, inter Sapientes ore ad os conseruata erat; & ne illa vulgaris Paraphrasis in deterius inter vulgus abiret; hoc opus corrigendum, & emendandum assumpsit Onkelos, quod secundùm traditionem R. Eliezaris, & R. Iosue perfecit, & absoluit, circa ann. mundi 3830. Christi 70. in Iabne Vrbe, vbi Synedrij Senatus, post excisam Ierosolymorũ Vrbem, translatus fuerat. Quamuis Auctor *Scialscel. hakkabalà* pag. 28. id contigisse dicat ad an. mun. 3868. Chr. 108. vt alicubi scriptum se inuenisse testatur. Hac Onkelosi editione vulgata, statim recepta fuit à tota Iudæorum Vniuersitate, & eam legere in Synagogis cœperunt, post lectionem versiculi Hebraici, abrogatis omnibus alijs Paraphrasum editionibus, quas התורגמנים *Hatorgamanim Interpretes*, ex Cod. vel memoriter legere solebant in die Sabbathi. Hinc, talem, ac tantam hæc editio Onkelosi apud Hebræos acquisiuit auctoritatem, vt Sacræ Scripturæ textui æquipararetur; neque ampliùs in traducendo textum Hebraicum in Chaldaicum indige-

אן

קט״לן אזהרות ועונשין נקרין ומתרגמין פשיטא מ״ד ליהוש ריל מ׳ אתו למיעבר מיראה קט״לן מעשה אמנון ותמר נקרא ומתרגם פשיטא מהו דתימא ליחוש ליקרית רדוד קט״לן מעשה פילגש בגבעה נקרא ומתרגם פשיטא מהו דתימא ליחוש לכבודו דבנימן קט״לן הודע את ירושלם את תועבותיה נקרא ומתרגם פשיטא וכו׳ ׃ ואלו נקרין ולא מתרגמין מעשה ראובן נקרא ולא מתרגם וכו׳ ׃ מעשה עגל השני נקרא ולא מתרגם איזהו מעשה עגל השני מן ויאמר משה עד וירא משה תניא ר״ש בן אלעזר אומר לעולם יהא אדם זהיר בתשובותיו שמתוך תשובה שהשיבו אהרן למשה פקרו המינין שנא׳ ואשליכהו באש ויצא העגל הזה ׃ ברכת כהנים נקרין ולא מתרגמין מ״ט משום דכתיב ישא׃ מעשה דוד ואמנון לא נקרין ולא מתרגמין והאמרת מעשה אמנון ותמר נקרא ומתרגם לא קשי׳ הא דכתיב אמנון בן דוד הא דכתיב אמנון סתמא ׃

Tradunt Magistri nostri: Sunt (loca Scripturæ) quæ leguntur, & interpretantur: & sunt quæ leguntur, & non interpretantur: & alia, quæ non leguntur, & non interpretantur. Ista sunt quæ leguntur, & interpretantur.

Opus בראשית Berescith Creationis legitur, & interpretatur absque controuersia. Si ita non dixissem, fortè obijcere posses: Venient, & inquirent, quid esset supra (cælos) quid infra (terras) quid ante (creationem) erat, quid postea futurum erit. Hinc nos intelligimus quod diximus, licere.

Opus Loth, & duarum filiarum eius legitur, & interpretatur planè. Posses obijcere, quod prohibitum sit ob honorem Abraham. Ex eo intelligimus quod liceat. Videlicet hoc non obstante, dicimus licere.

Opus Thamar & Iudæ legitur & interpretatur sine controuersia. Posses obijcere, quòd prohibitum sit ob honorem Iudæ. Id intelligimus quod dictum est licere. Laudandus est, quia confessus est (peccatum suum.)

Opus Vituli primum legitur & interpretatur sine dubio. Posses obijcere seu dubitare de honore Israëlis. Sed intelligimus, id quod dictum est, licere. Quantò magis, quia Iudicium (supplicij) fuit illi in expiationem delicti?

Maledictiones & benedictiones leguntur, & interpretantur sine quæstione. Posses dicere quòd prohibitum sit; quia intellectus posset lædi Vniuersæ Ecclesiæ, dum illa audiuntur. Attamen ex eo intelligimus, quòd liceat.

Animaduersiones & punitiones leguntur & interpretantur planè. Potes obijcere, quòd prohibitum sit, fortassis Venient, Vt obseruent præcepta Dei ob timorem, non ob amorem. Nihilominus interpretantur.

Opus Amnon, & Thamar legitur, & interpretatur sine dubio. Posses dicere, quòd prohibitum sit propter honorem Dauidis. Ex eo intelligimus, quòd liceat.

Opus Concubinæ in Gabaa legitur & interpretatur absque controuersia. Posses obijcere, quòd prohibitum sit propter honorem Beniamin. Id intelligimus, quod dictum est, licere.

Abominationes Ierusalem cognitæ in Ezech. 8. leguntur & interpretantur: Planè &c.

Et ista sunt quæ leguntur, & non interpretantur &c. Opus Ruben legitur, sed non interpretatur &c.

Opus Vituli secundum, legitur, sed

ſent Rectores Synagogæ, parum curarunt. Colligitur hoc ex Lucæ Euangelio cap 4. 18. vbi dicitur Chriſtus legiſſe illud Iſaiæ 61. 1. & 2. *Spiritus Domini ſuper me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* At Chriſtus non ex textu Hebræo videtur legiſſe, ſed ex Chaldaica quadam verſione; quia verba quæ referuntur ab Euangeliſta non omnia reperiuntur in textu Iſaiæ, quamuis ſenſus ſit idem. Locus Iſaiæ Hebraicus eſt -

רוח ארני יהוה עלי יען משח יהוה אתי לבשר ענוים שלחני לחבש לנשברי־לב לקרא לשבוים דרור ולאסורים פקח־קוח׃ לקרא שנת־רצון ליהוה ויום נקם לאלהינו לנחם כל־אבלים׃

Spiritus Domini Dei ſuper me, propterea vnxit Dominus me, ad euangelizandum manſuetis miſit me, ad ligandum faſcia contritos corde, ad prædicandum captiuis libertatem, & vinctis apertionem carceris. Ad prædicandum annum voluntatis Domino, & diem vltionis Deo noſtro, ad conſolandum omnes lugentes. Paraphraſis verò Ionathanis, quæ hodie circumfertur, ita habet -

אמר נביא רוח נבואה מן קדם יהוה אלהים עלי חלף דרבי יתי יי לבשרא ענותניא שלחני לתקפא לתבירי לבא למקרי לדשבן חירו ולדאסירין אתגלו לניהור׃ למקרי שנת רעוא קדם יי ויום פורענות קדם אלהנא לנחמא כל אביליא׃

non interpretatur. Quid eſt hoc ſecundum Vituli opus? Eſt narratio illa, quæ ſecundò de Vitulo fit Exod. 32. v. 21. *Et dixit Moſes ad Aharon &c.* vſque ad ver. 25. excluſiuè: *Et vidit Moſes &c.* His enim quatuor verſiculis reprehenditur Aaron à Moſe, & excuſat ſe Aaron de Vituli conflatilis effectione. *Ex traditione R. Simeonis Ben Eleazaris habemus, quòd homo cautus eſſe debet in ſuis reſponſionibus, quia ex hac reſponſione Aaronis ad Moſen, occaſionem arripere poſſunt Hæretici obloquendi* (ſcilicet contra Deum, quaſi Deus fuerit auctor peccati) *cùm dicatur: Et proiecit illud in ignem, & egreſſus eſt Vitulus iſte.*

Benedictio Sacerdotum legitur, ſed non interpretatur. Et ſi dixeris: Quænam eſt ratio? Quia ſcriptum eſt ישא *Iſſà Eleuet Dominus facies ſuas ad te &c.* Quod ob reuerentiam Domini, vernacula lingua interpretari non debet. Num. 6. 26.

Opus Dauidis & Amnonis, non legitur, neque interpretatur. Sed ſi dixeris: Nonne opus Amnòn & Thamàr legitur, & interpretatur? Facilis erit reſponſio: Non legitur, quia dicitur Amnòn Ben Dauid: & ob illius reuerentiam reticetur. *Legitur;* quia reperitur etiam ſcriptum *abſolutè*, & ſine aliquo addito; *Amnon.*

Quæ quidem conſuetudo legendi Chaldaicè aliquem locum ex Prophetis, videtur extitiſſe etiam tempore Chriſti Domini, quamuis de *ætatis* requiſito, cùm aliàs de morum probitate, & doctrina Iuuenis certi fuiſ-

translationes istæ Hebraicæ in linguam Chaldaicam, Paraphrases communiter vocantur. Paraphrasis enim est alicuius sententiæ per vberiorem sermonem, vt illa dilucidior euadat, explicatio. Hoc exactè in omnibus alijs Paraphrasibus Sacræ Scripturæ obseruatur. In hac autem Onkelosi non item; nam hæc potiùs dicenda interpretatio, quàm Paraphrasis, cùm ferè de verbo ad verbum totum Pentateuchum ex Hebræo in Chaldæum vertat, exceptis nonnullis locis, vt Gen. 49. in benedictionibus Patriarcharum, & alijs quibusdam paucis. In reliquis vniformiter cum textu Hebraico procedit, tùm in distinctione versuum, tùm in punctatione accentuum, ita vt, alter sacer textus appareat: quod in cæteris Paraphrasibus non seruatur.

An verò hæc punctatio moderna sit, vel antiqua: dicendum est, ipsum Onkelosum exactissimè, & quàm diligentissimè suam Paraphrasim adornasse, tùm in compositione historię, quàm in appositione punctorum vocalium, vt ritè & absque errore in Synagogis legi posset; Potuit tamen fieri vt tractu temporis mendosa reddita sit, adeò vt Massorethæ Tiberienses cogerentur illam tam in vocibus, quàm in punctis & accentibus emendare, vt suprà de Textu sacro Sacrorum Bibliorum pag. 151. dictum est: quamuis etiam hodie eadem, Librariorum, & Typographorum ignauia, & ignorantia immunis non sit à vitio corruptionis.

Dixit Propheta: Spiritus Prophetiæ à conspectu Domini Dei, super me transiuit, propterea Vnxit me Dominus; ad euangelizandum mansuetis misit me, Vt confortarem contritos corde; Vt prædicarem captiuis libertatem, & ijs qui vincti sunt, prodire in lucem. Ad prædicandum annum Voluntatis coram Domino; & diem Vltionis coram Deo nostro, vt consolarer omnes lugentes:

Ex hoc loco Euangelij colligitur, tempore Christi aliquam Paraphrasim repertam fuisse, etiam super libris Prophetarum: neque prohibitum fuit ijs, qui quinquaginta annis minores erant, eas publicè in Synagogis legere, aut memoriter recitare. Vnde patet, illam constitutionem Talmudicam citatam, qua prohibetur Chaldaicè interpretari Scripturam, tempore Christi; aut latam non fuisse, aut contrario vsu sublatam.

Sed si quæras, quo nomine Paraphrasis Chaldæa apud Hebræos appelletur?

Resp. Communi & trito vocabulo תרגום *Targùm*, quasi dicas, *Intepretamentum: nam* תַּרְגֵּם *Targhèm* Chaldaicè siuè Syriacè *Interpretari* significat, hoc est, aliquid ex vna lingua in aliam transferre; vnde propriè תרגום *Targùm Translationem* Scripturæ ex lingua Hebraica in Chaldaicam denotat; & quia translationes non semper de verbo ad verbum fiunt, sed potiùs ad sensum, quàm ad verba attenditur ab Interprete, hinc est, quod

agemus, quando alibi congruentiùs tractabimus de Trinitate.

De secunda Persona Sanctissimæ Trinitatis, obscurè quidem in Sacro Textu plerisque in locis traditur notitia; in Targum manifestatur apertè. Petantur exempla ex illis locis, in quibus Hebræus textus habet יְהוָה אֱלֹהִים Paraphrastes Chaldæus habet מֵימְרָא דַיְיָ דַיהוָה *Verbum Domini*, vel מֵימְרֵיהּ *Verbum eius*. Vti sunt loca Genes. cap. 28. ver. 20. 21. *Si fuerit Deus mecum*. Chald. *Si fuerit VERBVM* דַיהוָה *Domini mecum*. Ibid. cap. 31. 49. *Speculetur Dominus inter me, & inter te*. Chald. *Speculetur VERBVM* דַיהוָה *Domini inter me, & inter te*:

Exod. cap. 2. ver. 25. *Et vidit Deus filios Israël, & cognouit Deus*. Chald. *Et nota fuit coram Domino subiectio filiorum Israël, & dixit IN VERBO SVO vt liberaret eos* יְהוָה *Dominus*.

Hinc patet redemptionis opus VERBO attribui, vt & in sequentibus locis.

Exod. cap. 16. 8. *Non contra nos murmurationes vestræ, sed contra Dominum*. Chal. *Non est contra nos murmur vestrum, sed contra VERBVM* יְהוָה *Domini*.

Ibid cap. 19. ver. 17. *Et eduxit Moses populum in occursum Domini*. Chald. *Et eduxit Moses populum in oc-*

Dices, Si Onkelosi Paraphrasis sit vitiata & corrupta, quid vtilitatis ex ea percipere poterimus?

Resp. Paraphrasim hanc Onkelosi, dicimus non fuisse corruptam ab Hebræis dolo malo, ac data opera; sed incuria Scriptorum & Impressorum, in ea aliqua vitia, & errores irrepsisse, sicut communiter contingit in editione omnium librorum. Et ob id, non est reijcenda, imò in existimatione maxima habenda; quia Iudæi nullo modo eam negare audent; & si aliquando cum ipsis est ineunda concertatio de mysterijs fidei Christianæ, auctoritates ex hac Paraphrasi desumptæ, valdè probabunt intentionem nostram; & ex ea persæpè Iudæis, dogmata nostra clariùs ostendere poterimus, quàm ex ipso Sacro Textu. Sit exemplum: Sanctissimæ Trinitatis Personæ, nonnunquam in Hebraico textu adumbrantur, in Chaldæa Paraphrasi non raro clarè indicantur. De prima Persona non affero exempla, quia Hebræi non negant Deum esse Patrem, quamuis *personaliter* id non intelligant, sed tantùm per ordinem ad creaturas, vt dicit Isaias cap. 63. ver. 16. *Tu enim Pater noster &c. Tu Domine Pater noster, redemptor noster &c.* & cap. seq. ver. 8. *Et nunc Domine, Pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* Sed scire debent Iudæi, quòd nomen *Pater* in Diuinis, priùs dicitur de Deo, quàm de creatura, vt docet D. Thom. p. p. qq. 33. art. 2. ad 4. de qua re fusè

cap. 31. v. 5. & 21. & alibi: cùm Paraphrasis Onkelosi apertè dicat מְשִׁיחָא *Mesciebà*, *Messias*, *Christus*. Iniquè atque malignè contorquent Scripturas Iudæi contra verum sensum eiusdem Scripturæ explicatum ab antiqua Ecclesia Iudaica, cuius sensus relatus est ab Onkeloso in sua Paraphrasi, & hoc secundùm sententiam vniuersæ Synagogæ Iudaicę, quæ semper, ita hanc Paraphrasim extulit, vt non tantùm textui Sacro æquipararit, sed etiam omnia, quæ in monte Sinai tradita fuere, in ea contineri, & renouari asseruerit. Vnde R. Salomon Iarchi in cap. 2. קדושין *Kiddufcin*, *De Sponsalibus* ait -

אנקלוס לא מרעתו תוסיף שהרי מסיני נתן אלא שנשתכח וחזר ויסדו :

Onkelos non ex sua scientia aliquid addidit, quia iam in monte Sinai datum fuerat; sed quod obliuioni traditum erat, iterum stabiliuit. Et in *Scialsceleth hakkabalà* pag. 28. b. circa principium dicitur

תרגום היא קבלה למשה מסיני

Targum, hoc est Paraphrasis Chaldaica, *tradita est Mosi Magistro nostro in Sinai.* Apud autem Ecclesiam Catholicam hæc Paraphrasis quamuis maximè ad Sacrum Textum Hebraicum accedat, nihilominùs authoritatem canonicam non habet, sed recipitur, vt recipiuntur cætera Doctorum scripta, & explanationes in Sacram Scripturam; ideòque

occursum VERBI יהוה *Domini*. Item cap. 32. ver. 20, 21. 22. Leuit. cap. 20. ver. 23. cap. 26. 46. Num. cap. 11. ver. 20. cap. 23. 21. Deuter. cap. 1. v. 30. 32. Cap. 2. ver. 7. Cap. 3. ver. 12. Cap. 4. ver. 24. 37. Cap. 5. ver. 5. Cap. 9. ver. 3. Cap. 20. 1. Cap. 31. 6. 8. Num. cap. 14. v. 9.

Tertia autem persona Sanctissimæ Trinitatis, quando ex nomine יהוה vel alio quolibet, quo de Spiritu Sancto, eiusque operibus accipiendum sit; sub nomine שכינתא *Diuinitatis* explicatur à Paraphraste. Exempla petantur ex Genes. 9. 27. Exod. cap. 15. 17. Cap. 17. 7. Cap. 33. 3. & 5. Cap. 34. v. 6. 9. Num. cap. 11. 20. Cap. 14. 42. & Cap. 16. ver. 3.

Detur etiam exemplum in dogmatibus, Gen. 49. 10. *Non auferetur* שבט *Scèuet Sceptrum de Iuda &c.* Iudæi, vt eludant hanc clarissimam prophetiam de tempore aduentus Messiæ, dicunt pro שבט *Scèuet*, non *Sceptrum*, sed *Virgam* indignationis Dei esse intelligendam. Redarguit hoc iniquorum Iudæorum cauillum Paraphrasis Onkelosi, dum pro שבט *Scèuet*, Chaldaicè reponit, לא יעדי עביד שולטן מרבית יהודה *Non auferetur habens principatum à domo Iuda.* Et quod sequitur, *Donec veniat* שילה *Scilò qui mittendus est*, perperam explicant alij pro *Silò*, in quo Arcam Domini stetisse legitur 1. Samuelis

que

vti videre est in multis editionibus Venetis, præcipuè apud Ioannem de Gara anno mundi שׁ״ט 350. min. supput. Christi 1590. in 8. vna cum Targum Ionathan, & Ierosolymit. Incipit hæc Paraphrasis Onkelosi,

בקדמין ברא יי ית שמיא וית ארעא.

In principio creauit Deus cœlos & terram. Illam Paulus Fagius Latinam fecit, & ad singula capitula breues annotationes adiecit, excusa est Argentorati an. 1546. in fol. Latinè etiam reddita fuit, & addita vnà cum textu Chaldaico in magnis Biblijs cum versionibus Latinis, vti Regijs, Parisiensibus, & Anglicanis, & seorsim excusa reperitur non semel, sed præcisè in Biblijs Fortunati Fanensis, Venetijs apud Antonium Pinellum 1609. in fol.

Præter hunc Onkelosum, alij etiam fuerunt Paraphrastes Chaldæi, vti Ionathan Ben Vzielis, qui Targum in Prophetas anteriores, & posteriores scripsit. Et R. Ioseph Cœcus, in Psalmos, Prouerbia, & Iob. De quibus suo loco dicetur. At *Targum in Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiast. & Esther* Anonymi Auctoris esse censetur. Idem iudicium est ferendum circa תרגום שני *Targum sceni, Paraphrasim secundam in Estheram*. Vide etiam Verbo תרגום *Targum*.

Cæterum ad mortem Onkelosi quod attinet, quamuis aliquod certum temporis spatium assignare non possimus, longæuam tamen vitam habuisse dicendum est. Peruenit enim

que absque piaculo, liberè in disputationibus negari illius auctoritas poterit, quamuis id faciendum esse, propter illius venerandam antiquitatem, de facili non consulerem.

Scripsit autem Onkelos suam Paraphrasim tantùm in Pentateuchum, vnde audiendus non est Galatinus lib. 1. cap. 3. circa finem, vbi ait: *Hic etiam Ankelos* (pro *Onkelos*) *totam Bibliam* (pro *tota Biblia*) *in Chaldæum vertit atque exposuit. Cuius editio atque expositio, quamuis nunc præterquam in Pentateuchum, vix alicubi reperiatur*. Galatinus enim non omnia quæ scripsit, ad trutinam veritatis reuocauit, sed ea, quæ audiuit, aut alicubi legit, facillimè credidit, & pro veris in librum suum reclusit. Nil tale apud antiquos, & fide dignos Auctores legitur: Habetur in Cod. מגילה cap. 1.

תרגום של תורה אנקלוס הגר אמרו מפי ר׳ אליעזר וכו׳. ושל נביאים יונתן בן עוזיאל וכו׳.

Quod Targum Pentateuchi dixerit Onkelos ex ore Eliezeris &c. & (Targum) *Prophetarum dixerit Ionathan Ben Vzielis &c.*

Inuenitur typis excusum *Targum Onkelosi* in Biblijs Regijs ad calcem Sacri Textus. In maioribus Biblijs Hebraicis Venetis, Basileensibus, Hanouianis, Parisiensibus, & Anglicanis ad læuam Hebraici textus in altera columna; in alijs Biblijs minoribus non rarò eodem modo seorsim in columna è regione Sacræ Scripturæ vnà cum Postilla R. Salomonis infernè apposita reperitur,

רעל

אנשי טבריא כתב רבת ר׳ אליה הבחור בהקדמה השלישית לספר מסורת המסורת כי היו בעלי המסורת ואמר שטבריה היא מעזיא והיו שם חכמים גדולי׳ ובקיאי׳ במקרא ובפי לשון הכל אחר היסורים אשר היו בדורות ההם ואחריהם לא קמו כמותם והם קבלנו כל הנקוד: ולא היה כן כי בעלי המסורת והנקודים הם אנשי כנסת הגדולה כמו נראה במקומו: וטבריה אין היא מעזיא כי אם היא טבריה על שפת הים כינרת ובתוך הים הוא אמרו כי שם באר של מרים ובתוך העיר ביבי עמודי דהב נראים ל׳ אמי ול׳ אסי ואחר לעיר מצפון שם קבורת הרמב״ם ועליו ציון וסמוך מדרש קטן: ושם קבורת רבי יוחנן ורב הונא ובסמוך מדרש אח׳ ושם קבורת רבן יוחנן בן זכאי ותלמידיו והמערה שכנגד הפתח היא מערת קבורת ריב״ז: וכנגד הפתח של עיר בהר בית קבורות ושם מערה וקבר ל׳ חייא ובניו יהודה וחזקיה ורב הונא ריש גלותא: ולמעלה מהמערה זו מערה אחרת ושם ל׳ עקיבא וך׳ אלף תלמידיו קבורים בחמים טבריה: ולצד דרום על דרך חמי טבריה שם קבורת ל׳ מאיר ותלמידו של אלישע אחר: ובסמוך בשיפוע ההר מערה ושם קבורת ר׳ אמי ור׳ אסי: ואצל העיר עוקפת חומה בזמן השולטן סלימאן: ועל אנשי טבריה אמרו חכמים בפסחים פרק א׳ אמר רבי דוסתאי בר ינאי מפני מה אין חמי טבריה בירושלים כדי שלא יהא עולי רגלים אומרים אלמלא לא עלינו אלא לרחוץ בחמי טבריה: ונשים הרבה שותים אותם ויוצאים נקיים מן הגוף כמו כדאיתא במשנה מסכת מכשירים פרק ששי: אלו לא מטמאין ולא מכשירין וכו׳: רבי יוסי אומר חוץ מדמו והשותה מי טבריה אע״פי שיוצאין נקיים:

282 ANSCE' TEVARIA', VIRI TIBERIENSES. Ex ſententia Eliæ Leuitæ in libro ſuo מסורת המסורת *Masòreth hammasòreth* primi fuerunt inuentores מסרה *Maſoræ*. Quod quàm falſum ſit oſtendemus *Verbo* כנסת הגדולה *Chenèſeth hagghedolà*, *Synagoga magna*, vbi, quid ſit, & à quibus inuentã ſit *Maſora* demonſtrabimus. Hic quædam pauca de Viris Tiberienſibus dicemus, & quid nim ad centeſimum fermè annum: nam, & ſi Hillelis & Sciamai non floruerit tempeſtate, eos tamen vidiſſe, & allocutos fuiſſe ex teſtimonio R. Simeonis Ben Iochai in ſuo libro זהר *Zòhar*, *Paraſcià* אחרי מות *Acharè mòth*, ad ver. 4. cap. 18. *Iudicia mea facietis &c.* Leuitici perſpicuum eſt. Ibi enim pag. 73. paulò ante finem dicitur.

הלל ושמאי רחבי אמרו לאנקלוס ולא אדיעו ליה מלת דאוריתא עד ראתגור:

Hillèl & Sciamài dixerunt Onkeloſo, nolumus te docere Legem, antequam circumcidaris. Hillel autem moritur anno mundi 3791. tribus annis ante paſſionem Domini, vt videbimus in *Hillele*. Ergo eo tempore ad minimùm 17. aut 18. annos habere debuiſſet *Onkelos*. Sicque an. Chriſti 13. natus deprehenditur, aut decimo quarto. Si autem verum eſt, quod ſcribit R. Ghedalias Aben Iachija in *Scialſcèleth hakkabalà* pagina 28, Onkeloſum an. mun. 3868. nempè Chriſti 107. ſuam Paraphraſim abſoluiſſe, liquidò patet, eum ad annum 94. aut 95. perueniſſe, eoſque ſuperaſſe credi etiam poteſt. Sicque circa annum Domini 107. aut 108. obijſſe Onkeloſum, improbabile non eſt, quadraginta circiter annis poſt combuſtũ Templũ.

De Onkeloſo præter loca ex Talmude, & alijs Auctoribus citata, fit mentio in מורה הנבוכים *Morè hannebuchim* par. 1. cap. 27. יוחסין *Iuchaſin* pag. 52. b. *Scialſcèl. hakkab.* pagina 27. b. & 28.

nibus stabiles habitatores efficeret, maximè autem paterna lege transcribens, in qua significatur, Vt habitatio septem dierum ciuem loci perficiat. His faustissimis principijs, non modicum incrementum sumpsit hæc Ciuitas, in quo perdurauit, etiam post desolatum Templum, & euersam Vrbem Ierosolymorum: nam Synedrium siuè Senatus magnus, decima & vltima translatione, eò translatum est. Ex Cod. ראש השנה *Rosc hasciana* cap. 4. pag. 31. b. in princ.

ומצפורי לטבריא וטבריא עמוקה מכולן שני ושפלת מארץ תדברי ומעפר תשח אמרתך׃

Et ex Tzipurri in Tiberiadem; Tiberias autem erat profundior omnibus, sicut dictum est: Et humiliabis te, de terra loqueris, & de puluere humile erit eloquium tuum. Isai. 29. 4. Et hæc fuit decima & vltima Synedrij translatio, vti alibi de Synedrio seù magno Senatu agentes, videbimus. Adaptant locum Isaiæ ad sententias in Tiberiadis Senatu latas, tanquam ex loco humili, hoc est profundo, quia Tiberias sub monte posita est, (teste Iosepho lib. 3. *De Bello Iudaico* cap. 27. Venetæ, & antiquæ editionis) & *Tzipurrì*, seù *Sephora* in monte. Hinc צפורי *Tzipurrì* quasi צפור *Tzippòr*, *Auis*, seù *Auicula*, quia è longinquo, vt Auis in cacumine montis posita, cernatur à viatoribus: vnde, quia Sol tardiùs suæ lucis radios in ea sub Horizonte remitteret; seù veriùs in Tzippori longiori temporis mora apparerent solares radij, quàm in Tiberiade, quæ cùm quid scripserint, aut præstiterint, referemus.

Τιβεριάς *Tiberias* Vrbs est Galilææ ad oram laci Genesareth sita. de qua Iosephus libro 18. antiquit. cap. 7. antiquæ editionis ita loquitur: *Herodes autem Tetrarcha ad magnam amicitiam Tiberij peruenit, ædificans Ciuitatem, quam ex eius cognomento Tiberiadem denominauit: mœnibus eam firmis, fortibusque circumdans, in regione Galilææ iuxta stagnum Genesar,* quod postea Mare Tiberiadis in Euangelio vocatum, & ob præsentiam Domini nobilitatum, vbi post resurrectionem manifestauerat se Petro, & alijs Discipulis suis, Ioan. 6. 1. & cap. 21. 1.

Hæc Vrbs, quæ nomen suum lacui, seu, ex more Scripturæ, Mari Galilææ, nomen dedit, ab ipso exordio fundationis, inter alias Vrbes Terræ sanctæ, percelebris habita est. *In hanc* (vt inquit Ioseph. cit.) *confines plurimi confluxere, atque etiam ex tota Galilæa non parua multitudo concurrit. Ex omni quoque regione, quæ sub illo* (scil. Herode) *fuerat constituta, ab eo coacti conueniunt, vt ibidem commanerent: Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia transferuntur. Suscepit etiam quotquot hincinde veniebant inopes & egenos; plerosque etiam quos liberos non esse constaret, quibus tamen securitatem libertatis attribuit, & beneficia plura contulit; Vt hoc inuitamento nollent ex illa Ciuitate discedere. Priuatas etiam domos ex proprijs opibus fabricabat, terras largiebatur, Vt in his om-*

temporibus, Vrbs Tiberias opibus, & viris literatura insignibus abundabat: at hac nostra ætate nihil præclarum in ea cernitur, præterquædam rudera antiquæ illius felicitatis & doctrinæ exigua monumenta. Duæ Academię hodie in ea visuntur, vt refert Auctor *Epistolæ Genealogiæ Iustorum Terræ Israëlis*, vna parua, alia mediocris, vtraque extra Vrbis mœnia, non procul à sepulchro R. Iochanan Ben Zachai. Hæc Vrbs absque muro cùm esset vsque ad tempora Solimani Turcarum Imperatoris Arabum incursionibus de nocte ex nauiculis irruentium, & deprædationibus exposita fuit, quæ tandem muro cincta ab eodem Solimano, vt legitur in laudata Epistola, illius habitatores ab omni Arabum molestia liberi, hodie quietè viuunt.

Ex his, quæ de Vrbe Tiberiade diximus, manifestè apparet error R. Eliæ Leuitę, qui in tertia præfatione Libri מסורת המסורת *Massòreth Hammassòreth* ait טבריא *Tiberiadem* אית מסיא esse *Mæsiam*. *Mæsia autem* (inquit Munsterus annot. super hunc locum) *regio est in Ponto seu Bithynia, aut potiùs in Paphlagonia, in qua secundùm Pomponium sunt Tiberitæ, quos ipse tamen vocat Taberenos. Strabo verò vocat eos Tabarnos, & Hermolaus castigator legit Tiberenos, & sunt confines Chalybibus*. Tabulæ autem veteris Geographiæ nobis duplicem Mœsiam exhibent, superiorem, & inferiorem; inferior ad Pontum Euxinum vsque extenditur, superior, tota mediterranea est; & inter Seniorum; sed Academia Tiberiensis non ob id dissoluta fuit, quamuis omne ius dicendi, ad Academias Babylonicas in Nardea & Phombadita translatum esse videretur. Remanserant etiam docti viri in Tiberiade, vt apparet ex D. Hieronymo, qui seculo subsequente viuebat post annum Domini 400. Is enim ad Domnionem & Rogatianum scribens, vt ex præfatione in librum Paralipomenon habetur, ait: *Denique, cùm à me nuper literis flagitassetis, vt vobis Paralipomenon latino sermone transferrem; de Tiberiade quendam Legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis*. Tempore igitur D. Hieronymi adhuc in Tiberiade docti viri reperiebantur, quorum doctrina ad discipulos transmissa vsque ad tempora R. Aben Ezrę floruerat; is enim peragratis diuersis regionibus, Palæstinam quoque perlustrauit, & Doctores Tiberienses Tiberiade inuisit, eosque allocutus est, vt ipse testatur in *Parascià* תרומה *Therumà* cap. 25. v. 21. Exodi, vt suprà notauimus ad pag. 152. Hoc accidit circa annum Domini 1190. Itaq; à tempore D. Hieronymi vsque ad tempus Aben Ezræ semper extiterunt viri docti in Vrbe Tiberiade, hoc est per 800. annorum spatium. Nam Diuus Hieronymus anno Domini 400. & Aben Ezræ anno eiusdem Domini 1190. viuebant. Antiquis igitur

aut leprosus eo tempore, quo cum cæteris puteorum aquis commiscentur, ex illis biberet, vel ex his corpus ablueret, illicò sanaretur. Legitur in libro כל בו *Col-bò* דין הבדלה *De separatione festi à feria*, num. 41. circa finem; quòd quidam vir ęgrotus, qui potissimùm herpetibus, & gangrenicis vlceribus laborabat, volens his languoribus liberari, mittit vxorem suam, vt post Sabbathi vltimam absolutam benedictionem pro separatione diei festi à feria, hauriat eo instanti aquam ex puteo suæ domus. Non citò reuertitur mulier, vt volebat maritus, Venit tandem, vrceum aquæ plenum in scapulis baiulans, sed excandescens vir ob moram mulieris, illam obiurgat, perterrefacta muliercula, ex scapulis desilit vrceus & frangitur, guttulæ nonnullæ insiliunt in vlcera ægroti, quæ illicò sanata sunt. Quid si totum illius corpus ablutum fuisset? Porrò, his verbis, hæc fabula, ex citato loco refertur.

ונהגו הנשים לדלות מים במוצאי שבת תכף ששמעו ברכו שמצינו בהגדה שבארה של מרים בימה של טבריא וכל מוצאי שבת מחזירין על כל מעינות ועל כל בארות וכל מי שהוא חולה ויזדמן לו מים וישתה אפילו כל גופו מוכה שחין מיד נרפא׃ ומעשה באדם אחד שהיה מוכה שחין והלכה אשתו במוצאי שבת לשאוב מים ונתעכבה יותר מדאי ונזדמן לה בארה של מרים ומלאה כדה מאותן המים כיון שבאת אצל בעלה כעס עליה ומרוב כעסו נפלה כדה משכמה ותשבר הכד ונפלו מטפי המים על בשרו ובכל מקום שנתזו המים נרפא השחין ועל זה אמרו חכמים לא עלתה בידו של דגן אלא רגזנותו ולכך נהגו לשאוב מים בכל מוצאי שבת׃

ter vtramque Dacia intercluditur, in hac superiori Mœsia Taurunum Vrbem ponunt, de Tiberitis nihil in eis. Miror itaque quomodo Tiberitæ Mœsiæ noti fuerint Eliæ, cùm Mœsia ipsi vix Munstero, alioquin non indocto Geographo nota fuerit; nam illam in Bythinia, aut potiùs in Paphlagonia reponit, quæ sunt Prouinciæ Asiæ minoris; Mœsia autem in Europa est supra Macedoniam, iuxta omnes Geographos. Confer. Cluuerium, & alios.

De lacu verò Tiberiensi seù Genesarethano, vnum mirabile prædicant fabulosi Iudæi: dicunt בתוך הים בארה של מרים *In medio illius maris, reperiri puteum Mariæ*; nempè puteum illum, qui in deserto filios Israël pręcedebat, hunc ob Mariæ Mosis, & Aaronis sororis meritum, fuisse à Deo traditum, volunt Doctores Iudæi, eiusque aquas defecisse statim post mortem Mariæ, cuius gratia concessus fuerat Israëli. Ideò legitur in מגילת תענית *Meghilàth Taanìth* pagina 51.

בעשרה בניסן מתה מרים הנביאה ונסתם הבאר׃

Decima die Nisan Martij moritur Maria Prophetissa, & occluditur puteus. In medio aquarum maris Tiberiadis ad hodiernum vsque diem reseruari hunc puteum aiunt Iudæi; cuius aquas tota die Sabbathi illic detineri, sed absoluto festo, protinus commisceri cum alijs terrarum aquis, docent. His mirificam sanandi virtutem attribuunt, vt si quis ægrotus,

ci ita nominatum fuisse, ad quem peruenerunt filij Israël: ait enim.

ומשם נסעו ישראל אל מקום הנקרא באר כי הא׳ בארה תחת אל כה״א מצרימה וזאת הבאר גם היא היתה פלא ואיננה הבאר הנקרא באר מרים לפי דעתי רק היה המקום שצוה משה והפרוהו שרי ישראל במשענותם ומיד נבקעו מים :

Et inde profecti sunt (filij) Israël ad locum Vocatum באר *Beèr Puteum, quoniam* ה *He* (vocis) בארה *Beèra stat pro* אל *AD, Vel pro* (IN) *sicut* ה *He in Voce* מצרימה *Miizràiema, hoc est in Aegyptum. Et huiusmodi Beèr Puteus, etiam fuit mirabilis; sed non fuit puteus Mariæ, Vt puto, sed fuit locus, Vbi Moses præceperat, & Principes Israëlis foderunt baculis suis, & protinus disruptæ sunt aquæ.*

Hæc, de Putei Mariæ virtute ad corporis infirmitates sanandas fabula, forsan originem habuit ab aquis Thermalibus non longè à Tiberiade nostra scaturientibus, de quibus loqui videtur משנה *Misnà* Cod. מכשירים *Machsciriìm* cap. 6. המעלה *Hammaalè* §. 7.

השותה מי טבריה שיוצאין נקיים :

Qui bibit aquas Tiberiadis, quæ egrediuntur limpidæ. Et R. Moses Ægyptius addit:

ומי טבריא הן מים שיש בהן איבות שמשתלשלים בהן כששותין אותם יוצאים המים זכים כמו שנשתנו :

Aquæ autem Tiberienses, sunt aquæ, quæ habent qualitatem solutiuam, & limpidæ egrediuntur, Vti sunt potæ. Similes soluendi facultates in acidulis

Solent mulieres haurire aquas in exitu Sabbathi, statim postquam audierint ברכו *BARECHV, BENEDICITE; nam inuenimus in* הגדה *Hagadàh, quòd Puteus Mariæ* (sit) *in mari Tiberiadis, & eius aquæ in fine Sabbathi communicantur cum cæterorum fontium & puteorum aquis. Omnis autem infirmus, cui obueniunt istæ aquæ, aut ex eis bibit, quamuis totum corpus ipsius Vlceribus læsum fuerit, illicò sanatur. CASVS. Homo quidam erat Vlceribus plagatus, eius Vxor in exitu Sabbathi iuerat ad hauriendam aquam, sed moram faciebat plusquam par esset. Occurrerunt autem ei aquæ putei Mariæ, quibus hydriam suam repleuit; cùm autem peruenisset coram marito, hic indignatus aduersus eam, & ita in iram erupit, Vt præ illius timore hydria ceciderit ex humeris Vxoris; sicque confracta est: nonnullæ guttulæ istius aquæ casu in crura illius deciderunt, Vbi Vlcera erant, statimque ex tactu aquæ sanantur. Ob id dixerunt Sapientes:* לא עלתה בידו של רגזן אלא רגזנותו *Lo alethà bijadò scel raghazàn, ellà regazanuthò: Nihil ascendit in manus iracundi, nisi ipsius iracundia. Et idcircò solent* (mulieres) *haurire aquas in omni exitu Sabbathi.* Superstitiosa mulierculárum obseruatio, fota à multorum Rabbinorum superstitiosa doctrina de puteo Mariæ, eiusque aquæ virtute mirifica, quam solidè refellit R. Aben Ezræ ad locum Numer. capite 21. ver. 16. ומשם בארה *Et inde in puteum.* Negat enim absolutè hunc puteum Mariæ, sed nomen lo-

hauriendi copia, & loci amœnitas commendaret, repurgato fonte, additis ampliore ædificatione salientibus, vmbraque arborum inducta, publicæ vtilitati consuluit. An. Sal. M DC LXI.

Extra Portam Ostiensem, & vltra Basilicam S. Pauli Apostoli tribus circiter milliaribus ab Vrbe, non longè etiam à Tiberi fluuio erumpit alia consimilis aqua, sed acidior, quā easdem prorsùs virtutes, & facultates habere, ex frequenti illius vsu cognitum est. Acidulæ istæ, vt sunt potæ, ita limpidę egrediuntur, sed Tiberienses ab his nostris differunt, quòd illæ Thermales, seù calidæ sunt, nostræ verò frigidæ. Ex Thermalibus illis aquis Tiberiensibus, putant aliqui Tiberiadem olim חמת *Chamàth*, quasi *Thermalem* vocatam fuisse: vnde in Talmude Cod. מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 6. in principio legitur -

חמת זו טבריא ולמה נקרא שמה חמת על שום חמי טבריא :

Chemàth ista est Tiberias. Et quare vocatur nomen eius Chemàth? Propter חמי *Chammè* (aquas calidas) *Tiberiades*. Hinc patet, præter Antiochiam, חמת *Chamàth*, vt suprà pag. 392. col. 2. etiam alias Vrbes, & præsertim Tiberiadem, ab aquis Thermalibus eodem nomine חמת *Chemàth* insignitā fuisse, vt ex textu Talmudis allato, notum est. Non solùm potabiles erant hę aquę, quamuis calidæ; sed etiam ad balnei vsum adhibitæ, corporibus medebantur. Qua

lis Romanis aquis, reperiuntur; nam extra Portam Flaminiam non longè à Ponte Miluio dextrorsum ad ripam Tiberis, profluit aqua limpida, frigida, gustu acida, sed non iniucunda, quæ ad satietatem, & vltrà pota, miros sanitatis effectus in humano corpore producit, aluum soluit, inflammationes reprimit; obstructiones viscerum tollit, renes abstergit, & lapillos in ijs enatos discutit, calculosque in vesicis frangit, ac propellit. Vnde inibi visitur Pauli V. Pontificis Maximi in marmorea tabula inscriptio cum his versibus, quibus succinctè huius aquæ virtutes exprimuntur:

PAVLVS V. PONTIF. MAX. An. Sal. M DC XIII. Pontif. sui IX.

Renibus, & stomacho, spleni, iecorique medetur:
Mille malis prodest ista salubris aqua.

Vltimò, Alexander VII. Pontif. Max. pulchro, & conspicuo ædificio ex lapide Tiburtino constructo, hanc aquam in tres fontes corriuatam ad commodiorem populi vsum exornauit, vt ex inscriptione in tabula marmorea ibi apposita, apparet, quæ est -

ALEXANDER VII. PONT. MAX.

Vt acidulæ salubritatem nitidiùs

R. Meir diſcipulus אלישע אחר, *Eliſciàh Achèr*, & in ſpelunca ad radicem montis *R.* אמי *Amè*, & *R.* אסי *Aſiè*. Septentrionalem verſus ex altera parte ſepultus eſt הרמ'ב'ם *Harambàm*, hoc eſt *R: Moſes Bar Maijmonis* cognomento *Aegyptius* cum titulo ſepulchrali. Iuxta inferiorem Academiam ſepultus eſt *R. Iochanan*, & *Rau* כהנא *Cheanà*; & propè alteram Academiam ſepultus eſt *R. Iochanan Ben* זכאי *Zaccài* cum diſcipulis ſuis, cuius titulus eſt è regione oſtij Gymnaſij. In ſpelunca autem, quæ in monte reperitur, ibi ſepultus eſt *R* חייא *Chijà* & filij eius, ſcilicet Iudas & Ezechias. Rabbi autem Chija erat Aechmelotarcha. In altera autem ſpelunca ſuperiori, ibi ſepultus eſt *R. Akibà*. Viginti verò millia diſcipuli eius ſepulti ſunt per circuitum Vrbis Tiberiadis. Hęc ex Epiſtola ſuper relata. Sed ad Doctores Tiberienſes reuertamur.

אנשי טבריא *Viros Tiberienſes* inuentores punctorum, & Operis Maſſoretici fuiſſe aſſerit R. Elias Leuita anno à deſolatione ſecundi Templi 436. Chriſti 503. quam ſententiam refutauimus ſupra in Diſſertatione *De punctorum origine*, pag. 141. Et ne actum iterum peragamus, illuc benignum Lectorem remittimus. De Maſſora autem infra agemus Verbo כנסת הגדולה *Chenèſeth haghedolà*, *Synagoga magna*, vbi veros Auctores Maſſoræ oſtendemus, Viris Tiberienſibus refutatis.

Interim de ijſdem Doctoribus Tiberienſibus dicimus, eos quidem fuiſſe

Qua de re ר׳ רוסתאי בר ינאי *R. Doſthài Bar Iannài* quærit in Cod. פסחים *Peſachim*, cap. 1. pag. 8. b.

מפני מה אין חמי טבריא בירושלם ׃

Quare non ſunt aquæ calidæ Tiberiadis, in Ieruſalem? Et reſpondet

כדי שלא יהא עולי רגלים אומרים אלמלא לא עלינו אלא לרחוץ בחמי טבריא ׃

Ne aſcendentes ad feſta dicerent; eos aſcendiſſe niſi ad lauandũ in Thermis Tiberienſibus.

Non deſunt etiam in agro Romano Thermales aquæ; nam extra Portam Capenam, via Appia, vltra Baſilicam S. Sebaſtiani ad Catacumbas mei tituli Abbatiam, non longè à Circi Antonini Caracallæ veſtigijs, & propè dirutum aquæ Tepulæ ductum, inter vineta, ebullit aqua, qua in vſum lauacri ex balneo aſſumpta, à ſanitate, quam paſſim ægris corporibus reſtituit, *Aquam ſanctam* vocant.

Cæterum de acidulis Romanis aquis, ac Thermalibus, videndi ſunt Gabriel Fallopius *De medicatis aquis* pag. 28. Andreas Baccius *De Thermis* lib. 1. cap. 21 Leonardus Floràuantes in Phyſicæ libello lib. 3. capite 22. Ioannes Baptiſta Barpi Bellunenſis, *Ricor* 2. pag. 103. Floràuantes Martinellus in *Roma Sacra* pag. 35. 36. & 37.

Aquæ autem Thermales Tiberienſes (vt refert Epiſtola itineraria Terræ ſanctæ relata, Verbo טבריה ſunt extra Vrbem iuxta viam ad Meridionalem plagam, vbi ſepultus eſt

1553. apud Cornelium אדיל־קינד *Adelkinàd* de domo Leui. In fol. Scripsit
חשב האפוד *Chèsceu haëphòd*, *Cingulum*, singularis artificij *Ephod*, seù *Superhumeralis*, Tit. ex Exod. 27. v. 28. Liber est Geometricus, si credere velimus Hottingero Class. XI. Biblioth. Orient.

רפו' **אפוקראט יוני** שר וראש הרופאים
חבר ספר אפוריסמוש והם פרקים מהרפואות ונעתקו מלשון יון אל לשון עברי ונמצאו כ"י בווטיקאנו : וגם יש גם כן כמה פרקים מהרפואה אל אותו המחבר ונכתבו אל שם דון בנשת שנת ה' קע"א ליצירה :

286 HIPPOCRATIS COI *Aphorismorum Liber* Hebraicè extat msc. in Biblioth. Vaticana incerto traductore. Papyr. in 4.

Alia nonnulla *Capitula ad Medicinam spectantia eiusdem Hippocratis* scripta in gratiam *Don Banast* anno mundi 5171. Christi 1411. Ibidem reperiuntur msc. Papyr. in fol.

Eiusdem *Aphorismorum Liber* Hebraicè studio Marci Antonij Caiotij vnà cum versione Latina & Græca, typis Ludouici Grignani Romæ prodijt anno Domini 1647. in 8. Hunc Caiotius primò habuit ex Bibliotheca Plantauitiana in Gallia, sed mutilum, absque titulo, & fine; postea aliud exemplar integrum in Italia nactus, cum Plantauitiano contulit, & vt suprà (vt ipsemet ad Lectorem ait) copiam cunctis doctiorum Idiomatum cultoribus fecit.

רפו' **אף חכמתי רפואה :** שם ספר על הרפואות :

se viros doctos, & diligentes circa correctionem Textus Sacræ Scripturæ, tam quoad voces, quàm quoad puncta & accentus: de quibus nil aliud agemus, cùm suprà ad pag. 151. & 152. satis superque actum sit.

דקד' **אנשי כנסת הגדולה :**
עיין כנסת הגדולה .

283 VIRI SYNAGOGÆ MAGNÆ. Vide *Synagoga magna*.

דקד' **רבי אנשל** חבר ספר השרשים מלשון הקדש ואשכנזי ונדפס בקראקא שנת שמ"ד לפ"ק :

284 R. ANSCE'L, nomine tantùm notus. Scripsit -
ספר השרשים מלשון הקדש ואשכנזי *Lexicon Hebræo-Germanicum*. Impressum Cracouiæ anno ש"מד 344. min. supput. Christi 1584. ex Buxtorf. in Biblioth. pag. 431.

דקד' **אפודי.** חבר' פירוש על מורה הנבוכים להרמב"ם ונדפס עם אותו הספר ועם פירוש שם טוב ון' קרשקש נדפס בסביונטה שנת שי"ג לפ"ק :
חבר גם כן חשב האפוד על הדקדוק .

285 ÆPHODI, seù ÆPHODÆVS scripsit -
פירוש על מורה הנבוכים *Pirùsc al morè hanneuuchim*, *Commentarium in librum*, cui titulus est, *Director perplexorum R. Mosis Aegyptij*. Extat excusus cum eodem *Morè*, & alijs duobus *Commentarijs R. Scem Tou*, & *Aben Krèskas* Sabionetæ sub dominio Vespasiani Gonzagæ anno mundi שי"ג 313. minoris supput. Christi

287 APH CHACHA'MTHI RE'PHVA', *Etiam sapui medicinam*. Titulus Libri Medici. Ex Hotting. Class. X. Biblioth. Orient.

רפח׳ **קדוש איפיפאניו נולד יהודי**

בארץ מגיב היא ארץ אשור שנת ל אלפים פה״ לבריאת
עולם ונולד שנת רפ״ה לביאת משיחנו הוא היה תלמיד לרבי
טרפון אשר לקח אותו לבן וירשו אחר מותו כל הנכסיו ;
ובשומע כי כל מעשים היהודים ושל ישוע הנוצרי אדונינו
בא אל האמונה ונטבל על ידי לוקא חסיד והוא היה בן יו״
שנים ; אחר כך הלך לאלכסנדריה של מצרים ויצא בלותם
העיר ל עקילס חכם גדול והתוכח עמו על ביאת משיח
ומוך שדבר היה כי גם הוא נעשה נוצרי ונטבל מאלכסנדרוס
הכהן של עיר אלכסנדריה ; ויצא איפיפאניוס אל גבול
פלשתים של מנזרים ויסד בגיסטריה וגם הוא היה בעל ניסים ;
ונתגבר השמועה ויברח מאותו מקום ויבא לרכה פלשתים
ואחר כך בא אל איי כפתור וגם שם הכהנים בוחרו יחד
על שמיחת הכהון אשר בשם תמת לפני פסיס וכו׳ ;
ויקחו את איפיפאניוס וישמו אותו ויעשו אותו לכהון
בקהילת קדש העיר סלאמינה ; ואחר הדברים האלה בא
איפיפאניוס אל קוסטאנטינה אל מלך ארקאדיוס ויצא אותו
באח יחי שני חייך ; ויתן איפיפאניוס אל המלך ימי שני
חנוכי שמה ועשר שנים ושלש שנה ושלשה חדשים היו ימי
שני חיו ; כלותו הימים נכנס איפיפאניוס בספינה לשוב
ונעת שם ; לו אחר תשתלמים ויבא אל איפיפאניוס השם
ויסלח ידו בטלת הספינה ויזוק בכבוד לירלא עולת בסרו
והוא השם נשא כך רגלו וחכך במבוא ויבא אל קנת הספינה
ויעת ; והוי ביום השלשי והשולמים לקחו מברח ושמו אתו
אבל רגלי איפיפאניוס והניחו אל גופו ויעד קם וחי ויחי גם
בגם ; ונפל איתקה ועמד על כל הכהנים בספינה והבאו
לכנים הגלה אל עיר קונבטאנציס ויקחו את גוף איפיפאניוס
ויקברוהו בכבוד גדול בבית הכנסת ונידו עשה יהוה נסים
רבים : וימת איפיפאניוס הצדיק שנת ל׳ אלפים קסד״ ליצירת
והיא שנת ית״ לביאת משיחנו ; והוא חבר כמה חבורים
בלשון יון והם נעתקו בלשון לטין ובלשון הלשון תמכא אותם ;
והתחילה חבר ספר יקר נגד המינים ומינותיהם שהיו בזמני
המינים ; ואחר כך עשה אותו בקיצור ; חבר גם כן ספר
על המדות והשקלים ; ונמצא חבור אחר על י״ב אבני

קדש של אפוד ; ושאר חבוריו אין בלשון לטין וגם
מקבל אותם ;

288 S. EPIPHANIVS Salaminæ priùs; deinde Vrbis Constantiæ, quæ in Cypro est, Episcopus, Genere Iudæus, parentibus pauperibus; nascitur in Prouincia Phœniciæ, in Pago tribus milliaribus ab Vrbe Eleutheropoli distante. In literis Hebraicis à ר׳ טרפון *R. Tarphon Tryphone* imbuitur, à quo & in filium adoptiuum suscipitur, quo mortuo, omnium ipsius facultatum etiam heres fit; sed diuina virtute illustratus, & à quodam Abbate sanctimonia insigni, nomine Luciano, in mysterijs nostræ fidei probè instructus, sacra baptismatis vnda abluitur, anno ætatis suæ decimo sexto. Statim post susceptum Baptisma, ad Monasterium Luciani aduolat, vbi in disciplina Monastica, & in exscribendis libris sacris se exercens, mirificè proficit, ita vt multis etiam miraculis eum Dominus illustrauerit. Sed cùm ob infinitam populorum frequentiam in eo Monasterio quietiùs viuere non valeret, cogitauit in Ægyptiorum deserta secedere, nauem ingreditur, & in Ægyptum nauigans, appulit Vrbem Alexandriam. Nondum ferè Vrbem ingressus fuerat, cùm occurrit ei quidam Iudæus nomine *Aquila* Legis peritus & Magister. Cæpit Epiphanius cum eo de Lege disserere, multisque quæstionibus de Christo in medium allatis, tota dies in disputationibus consumpta est. Rursus die sequenti, restaurata disputatione, in eum deuentum est,

est. Tertio verò die Nautæ, qui cadauer illud portabant, tulerunt propè Epiphanium. Postquam autem eum ad pedes Epiphanij adduxissent, vt mortuus eos attigit, statim viuus surrexit; cecidítque timor super omnes, qui in naui erant. Constantiam igitur nauigantes, & descendentes de naui, tulerunt corpus Beati Epiphanij, & in Ecclesia summo honore sepelierunt, præcedentibus, & subsequentibus innumeris miraculis. Eius mors videtur accidisse anno Domini 403. Arcadij & Honorij Imperatorum anno nono, anno antequam à sua Sede Ioannes Chrysostomus pelleretur.

Scripsit Epiphanius aduersus omnes Hæreses libros (inquit D. Hieronymus) *& multa alia, quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter verba lectitantur. Superest vsque hodie, & in extrema senectute varia cudit opera.* Hæc S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Non lego in hoc loco apud Hieronymum, *Epiphanium anno quartodecimo Theodosij adhuc superfuisse*, puta an. Dom. 422. vt scribit Bellarminus *De Scriptoribus Ecclesiasticis*. Vnde verum esse potest, id quod diximus, S. Epiphanium ad superos ascendisse anno Domini 403. quo anno S. Hieronymus adhuc viuebat; & cùm centum quindecim annos, & menses tres vixerit, vt ipse eodem die, quo mortuus est, Arcadio Imperatori dixerat. Consequens est, vt anno Domini 288. tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum Epiphanium

est, vt Aquila veritati cedens, Christo Saluatori crediderit, & ab Athanasio Alexandrino Episcopo baptizatus fuerit. Epiphanius autem in superioris Thebaidis partes secedens, in Nitria habitauit, vbi miraculis clarus, cupiens hominum laudes declinare, iterum in Palæstinam nauigat, deinde in Cyprum. Vix in terram descenderat, cùm ab Episcopis, qui erant congregati pro electione Episcopi Salaminæ, cuius Pastor nuper defunctus erat, Diuina sic disponente clementia, cognitus; Episcopus Salaminiorum, quamuis inuitus, ordinatus est. Diù præfuit huic Ecclesię mira sanctitate & doctrina, vsque ad Arcadij Imperatoris tempora, à quo aliquando interrogatus, *Quot annos esset natus?* Respondit, *Centum & quindecim, & tres menses.* Constantinopoli enim tunc erat ob causam S. Ioannis Chrysostomi, qui cùm apud Imperatricem reuocationem sententiæ exilij Chrysostomi impetrare non posset, eodem die, quo de ætate ab Imperatore interrogatus fuerat, nauem conscendit, in qua spiritum Deo reddidit, pronunciatis priùs cælestibus monitis, omnibus, qui secum aderant. Vnus verò ex Nautis, cui adhuc viuens Epiphanius dixerat: *Noli tentare, ne tenteris*; currens ad pedes corporis defuncti, voluit aperire vestem Epiphanij, & videre, an esset circumcisus: Epiphanius autem vt iacebat mortuus, dextero pede sublato, eum impegit in faciem, & iecit eum vsque ad puppem Nauis, & mortuus

ſcopum Hieroſolymorum, D. Hieronymo Presbytero Interprete, ex interpretatione Iani Cornarij Medici Phyſici. Excuſa Pariſijs apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat ſub Pelicano, monte D. Hilarij 1566. reperitur in fol. Circa quam notandum eſt, quod ſub finem huius Epiſtolæ aliquid videtur additum ab Iconoclaſtis, illud nempè, quando dicit: *Contra Scripturæ auctoritatem eſſe, quòd in Eccleſia pendeat imago hominis*; quæ verba inſerta fuiſſe ab Hæreticis nullum dubium eſt; cùm & alia duo ſimilia loca in eius ſcriptis immixta fuiſſe ab Hæreticis probet Epiphanius Diaconus in VII. Synodo act. 6. contra Conciliabulum Conſtantinopolitanum ſub Leone Iſaurico, quo Sacræ Imagines damnatæ fuerant. Vnde quando à Gregorio Epiſcopo (qui & ipſe aliquando Iconoclaſta fuerat, & conuerſus ad meliorem mentem hæreſim hanc damnauerat) pro Hæreticis in Synodo loquebatur his verbis: *Epiphanius enim Cyprius, inter Anteſignanos præclarus ſic inquit: Eſtote memores dilecti filij, nec in Eccleſiam Imagines inferatis, nec in Sanctorum cæmeterijs eas ſtatuatis, ſed perpetuò circumferte Deum in cordibus veſtris. Non enim fas eſt Chriſtianum per oculos ſuſpenſum teneri, ſed per occupationem mentis.* Epiphanius autem Diaconus pro Synodo ita reſpondit:

Decet omnem Chriſtianum cùm libros aliquos adulterinos audit, aut legit, reſpuere, nec omninò animum adhi-

nium noſtrum natum eſſe dicamus. Opera eius, quæ hodie extare deprehenduntur, ſunt -

I. *Opus panarium contra omnes hæreſes*, quæ tunc ad octoginta numerabantur, habes in Tom. II. Lib. III.

II. Ἀγκυρωτὸς *Ancyrotos*, liber ita inſcriptus.

III. *Anacephaleoſis*, ſiuè *Summa Panarij*, ſeù *Pannij*.

IV. *De menſuris, & ponderibus*, liber.

V. *De duodecim gemmis, quæ erant in veſte Sacerdotali Aaronis*, ad Diodorum Tyri Epiſcopum, Iola Hierotarantino Interprete, excuſus reperitur Græcè & Latinè Tiguri 1565. in 8.

VI. *De natura lapidum & gemmarum* liber, quem inſcripſit περὶ λίθων. eius meminit S. Hieronymus ad cap. 54. Iſaiæ. Quando autem hæc ſcribebat Hieronymus, iam Epiphanius mortuus erat, quia *Sanctæ & Venerabilis memoriæ*, eum vocat. Hunc librum, ipſemet Epiphanius eidem Hieronymo tradidit, vt ipſe teſtatur in Commentarijs ſuper caput 28. Ezechielis. De eo etiam fit mentio in Epiſt. 128. ad Fabiolam, *De Veſte Sacerdotali*, vbi eum Sanctum Papam Epiphanium vocat; ſicut & in *Apologia aduerſus Ruffinum ad Pammachium & Marcellinum* ob quinque linguarum peritiam, videlicet Syræ, Hebrææ, Græcæ, Ægyptiacæ, & Latinæ eundem nominat πεντάγλωττον.

VII. *Epiſtolam ad Ioannem Epi-*

fines seculorum occurrimus, & indigni sumus, vt discipuli eorum vocemur, recipiemus? Præsertim cùm falsò contra Ecclesiam edita sint. Apage cum ista impia & intolerabili editione. Neque hic linguas suas acuant, & exerceant vaniloqui isti accusatores rectè sentientium, quasi illi, qui antiquam Ecclesiæ traditionem recipiunt, Beato Epiphanio aduersentur. Nequaquam. Commentarium enim illud reijcimus, Beatum autem Patrem Catholicæ Ecclesiæ Doctorem cognoscimus. Nam & Diuini Patres qui in Quarta vniuersali Synodo fuerunt congregati, Epistolam, quæ nomine Ibæ Episcopi Edessæ ad Marin Persam circumferebatur, anathemate damnauerunt quasi Nestorio consentientem. Eodem etiam modo, qui in Sacra Quinta Synodo conuenerunt: ipsum autem Ibam nequaquam; non enim demonstrari poterat, quòd esset Ibæ. Quamobrem in anathematismis non ipsum Ibam deuouerunt, sed Ibæ Epistolam. Dicebatur enim Ibæ, cùm tamen illius nequaquam esset. Iudicate ergo omnes qui auditis, & verum à falso discernite, quia editiones istæ, non sunt Beati istius Patris, sed potiùs Manichaicæ, quas veluti amara bile plenas fugiamus; Manichæi enim, & quicumque confusionis fuerunt auctores, contemplationem istam nunquam ferre potuerunt &c. Ex quibus patet, verba illa: *Contra Scripturæ auctoritatem esse, quòd in Ecclesia pendeat imago hominis*, non esse S. Epiphanij, sed ab Hæreticis in eius Epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum

bibere. Nam & inter Epistolas Diuini Apostoli quædam fertur ad Laodicenses, quam Patres nostri tanquam alienam reprobauerunt. Ad hæc Manichæi Euangelium secundùm Thomam inuexerunt, quod Ecclesia Catholica meritò (vt impium) auersatur, quemadmodum etiam id quod nunc è Beato Patre nostro Epiphanio dictum est, cùm illius nequaquam existat. Diuinus enim hic Pater octoginta capitum librum edidit, in quo omnes hæreses Gentiles & Iudaicas, item quotquot post Christianismum susceptum inuectæ sunt, damnauit; in quo proculdubio & eam posuisset, quæ de Imaginibus ab illis fertur, si alienam à Christi religione hanc existimasset. Ita & libros illos contra Imagines nemo Christianorum; præter istos nouitatis Magistros; recepit. Quòd si tanto tempore in Ecclesia non sunt recepti, quam ob rem nunc à nobis recipi debeant? Attendamus autem qui floruerint per tempora supradicti Patris nostri Epiphanij in Ecclesia, quos tanquam gloriosos Doctores, & tuta munimenta Ecclesiæ dicere possumus. Profectò Basilius Magnus, Gregorius cognomento Theologus, Gregorius Nyssensium Episcopus, quem omnes Patrum Patrem vocant, Chrysostomus; præter hos etiam Ambrosius, Amphilochius, Cyrillus Hierosolym. Episcopus! Quòd si is, qui hanc expositionem Doctorum contra venerandas Imagines edidit, ait se à Sanctis Patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuisse receptum, quomodo ea, quæ Sancti Patres non probauerunt, nos qui circa

Palmarum sermo Græcolatinus. Consaluo Ponce Interprete. Excusus fuit Romæ anno 1578. in 4.

Opera verò Græcè impressa repeririuntur Basileæ anno 1544. in fol.

Opera eius Græco-Latina ex versione Dionysij Petauij Aurelianensis Soc. Iesu in duos Tomos distincta, excusa fuerunt Parisijs, sumptibus Michaëlis Sonnij, Claudij Morelli, & Sebastiani Cramoysi via Iacobæa 1622. in fol.

רפט׳ **אפריון שלמה** הוא ספר על סודות הקבלה׃

289 APIRIO'N SCELOMO', TORVS NVPTIALIS, seù THALAMVS SALOMONIS, Tit. libelli continentis res profundas *De mysterijs Cabalæ*. vt ait Hottingerus in Biblioth. Orient. Class. VIII.

רצ׳ **ר׳ אפרים** תלמיד הרב אלפס כתב בספרו על הלכות הרי״ף ׃ ונזכר השגות כנגד ר׳ זרחיה המשיג על הרב אלפס ומחה בעד רבו ׃

290 RABBENV EPHRA'IM vnus ex præcipuis discipulis הרי״ף *Hariph Rau Alphes*. Scripsit quædam - על תלמוד בבלי *Super Talmud Babylonicum*, Opera quidem legalia, sed apud Hebræos magnæ existimationis, pro quibus adeptus est honorē tituli רבינו *Rabbenu, Magistri nostri*. In eis defendit Magistrum suum Rau Alphes contra R. Zerachiam, cuius animaduersiones animaduersionibus reijcit, & confutat. Viuebat circa annum mundi 4910. Chr. 1150. *Iuchass.* p. 131. & *Scialscel. hakkab.* pag. 53. ר

inserta fuisse. Discipuli etiam eius post mortem ipsius, in honorem Dei & B. Epiphanij memoriam Templum dedicauerunt, & ibidem illius Imaginem collocauerunt, quod certè non fecissent si aliter à Magistro Epiphanio docti fuissent. Hoc apud eundem Epiphanium Diaconum in 6. actione eiusdem VII. Synodi post verba superiùs allata, ita legitur: *Etenim Templum dedicauerunt in Cypriorum Insula eius Discipuli, nominantes illud eiusdem Vocabulo Patris; & cum multis alijs titularibus picturis, Imaginem eius in ipso Templo locauerunt; & si iste taliter Venerabilium abominaretur Vultum Imaginum, quomodo Discipuli eius imaginaliter hunc depingerent?* Adde, quòd nunquam prohibitum inuenitur in Scriptura, Imaginem hominis in Ecclesia pendere debere; imò contrarium legitur Exod. cap. 25. 18. 22. & 37. 7. Item 1. Reg. cap 9. & 7. passim leguntur Cherubim in forma humana à Mose in Tabernaculo, & à Salomone in Templo Dei collocata. Vnde illa sententia indigna est Epiphanio viro doctissimo æquè ac sanctissimo.

VIII. *De Prophetarum Vita & interitu* Commentarius Græcus vnà cum interpretatione Latina Albani Torini, prodijt Basileæ apud Andream Cratandrum 1529. in 4.

IX. *Oratio de fide Catholica, & Apostolica Ecclesia*, in Latinum versa per Vitum Amerpathium, impressa Augustæ Rhetię 1548. in 8.

X. *Ad Phisiologum*, & *in die*

רנ"א **ר׳ אפרים מבונה אשכנזי**

חבר בקשה אם אפס רובע הקן וכו׳ ונדפס בתפלות הספרדים בסדר התפילות ימים נוראים דף קמ"ג דפוס ויניציאה שנת לפ׳ הישו"עה:

291 R. EPHRA'IM DE BONA GERMANVS. Scripsit - בקשה *Bakescià, Deprecationem*, quam reperies in prima parte Machazoris Hispanorum, in ordine Precum dierum נוראים *Terribilium*, pag. 143. editionis Venetæ anno mundi לפ׳ הישו"עה 5426. Christi 1666. in 8. & incipit: אם אפס רובע הקן וכו׳:

רצ"ב **רבי אפרים בן יוסף** חבר ספר בבושרות ונחלק בב׳ חלקים: בחלק הראשון יש בו שירות וזמירות: ובחלק שני קינות: נדפס בקראקא שנת שס"ח:

292 R. EPHRA'IM BEN IOSE'PH Scripsit - ספר בבושרות *Sèpher bacosciaròth, Librum in compedibus*, Tit. ex Psal. 68. 7. Liber est *Carminum Hebraicorum*. Diuiditur in duas partes. In prima continentur שירות וזמירות *Sciròth vezmiròth, Cantica & Psalmi iucundi*. In secunda, קינות *Kinnòth, Threni, Neniæ, & lugubres Cantilenæ*. Excusus Cracouiæ anno mundi ש"ס 368. min. supputat. Christi 1608. In 4. Vide Buxtorf. in Bibliotheca Rabbinica pag. 431. secundæ editionis.

רצ"ג **ר׳ אפרים בר׳ יעקב מווינא**

כתב סיפור על ר׳ אמנון ממגנצ"א והובא בפירוש המחזור בפי׳ ונתנה תוקף קדושת היום שבבולוניי"א חלק שני בסדר תפלות של ראש השנה: עיין ר׳ אמנון דמגנצא סימן רע"ב:

293 R. EPHRA'IM BEN IAACOB VIENNENSIS. Scripsit - מעשה ר׳ אמנון *Maasè R. Amnon, Opus* (quod acciderat) *R. Amnon*. Refertur in *Machazore* Bononiensi in *Commento super ritum celebrandi initium anni*. Vide Verbo *R. Amnon Moguntinus* num. 272.

רצ"ד **ר׳ אפרים לינגלין מפראגה**

היה בשנת ה׳ אלפים שע"ה לפ"ק ויושב בעיר פראג וחבר כמה חיבורים:

א׳: עוללות אפרים והם דרשות:

ב׳: פי׳ כלי יקר ושפתי דעת על התורה:

ג׳: שו"ת:

294 R. EPHRA'IM LIGLIN PRAGENSIS, floruit an. 375. Chr. 1615. Scripsit varia Opera, sed præcipuè - עוללות אפרים *Olelòth Ephràim, Racemationes Ephraim*. Tit. ex Isai. 17. v. 6. Est *Liber Concionum*. Scripsit - כלי יקר *Cheli iekàr, Vas pretiosum*, Tit. ex Prou. 20. 15. Sunt luculenti *Commentarij super Pentateuchum Mosis*. Aliud insuper *Commentarium super eundem Pentateuchum* scripsit, quod appellauit - שפתי דעת *Siphtè Dàath, Labia scientiæ*. Tit. ex Prouerb. 14. v. 7. Scripsit etiam - ש"ת *Sceelòth vtsciuòth, Quæsita & responsa legalia*.

רצ"ה **ר׳ אפרים ראש ישיבה מלימבורג אשכנזי** חבר עיר גבורים

והוא ה׳ דרשות על התורה נדפס בבזיליאה שנת ש"ם לפ"ק:

295 R. EPHRA'IM *Archisynagogus, & Rector Academiæ Limburgen-*

genſis, *Germanus*. Scripſit - - עיר גבורים *Ir Ghibborrìm*, *Ciuitatem fortium*, Tit. ex Prou. 21. 22. Sunt *Conciones ſuper Pentateuchum*, excuſæ Baſilææ anno mundi 330. min. ſupput. Chriſti 1580.

רצו' **ר' אפרים מזרחי** חבר ספר על מהלך ז' כוכבי לכת ׃ וחבר ביאור על פרקי אבות ׃

296 R. EPHRA'IM MIZRACHI' ORIENTALIS. Scripſit Librum - על מהלך ז' כוכבי לכת *Al Mahalàch ſcibhà Cochauè lècheth*, *De motu ſeptem Planetarum*. Scripſit etiam - ביאור על פרקי אבות *Biùr al Pirkè Aùoth*, *Explanationem ſuper Capitula Patrum*.

רצז' **ר' אפרים פיטן** כתב פיוט על ספר עקדת יצחק ׃ ושמו אם אפו וכו' ׃

297 R. EPHRA'IM. POETA: vt apparet ex Carminibus, quæ in principio nonnullorum librorum cernuntur, & præcipuè libri עקדת יצחק *Akedàth Itzchàk* antiquæ editionis, fuit elegans Poëta. In his legitur nomen ſuum, quod ex initialibus literis iſtorum Carminum conflatur.

רצח' **אקילה הגר** ר' עיין אנקלוס ועקילס הגר ׃

298 AQVILA PROSELYTVS. Vide אנקלוס *Onkelos*, & עקילס הגר *Akilàs haghèr*, *Aquila Proſelytus*.

רצט' **ארזי לבנון** ספר כולל על חבורים ׃ הראשון הוא מדרש כונן ׃

ב' ׃ ספר האמונה והבטחון להרמב"ן ׃

ג' ׃ ספר הניקוד לר' יוסף ג'יקטיליא ׃

ד' ׃ סוד החשמל לר' יוסף הנ"ל ׃

ה' ׃ מעין החכמה ׃

ו' ׃ ספר פרקי היכלות לר' ישמעאל ׃

ז' ׃ כללי מדרש רבה לר' אברהם עקרא ׃

ונדפס בויניציאה שנת שס"א לפ"ק בבית יואן דיגארה על ידי אליעזר בן ישראל פורזינו ׃

299 ARZE' LEVANO'N, CEDRI LIBANI, Tit. ex Pſal. 104. v. 16. Liber incerti Auctoris complectens alios ſeptem libros, ſeù veriùs Tractatus diuerſos, quorum -

Primus vocatur מדרש כונן *Midràſc Conèn*, *Expoſitio ſtabiliens*, Tit. ex Prou. 3. 19. *Stabiliuit cælos intelligentia* &c. De eo agetur ſuo loco.

II. ספר האמונה והבטחון *Sèpher haëmunà Vehabbittachòn*, *Liber Fidei*, *& Spei* R. Moſis Bar Nachman. De eo ſub ipſius nomine.

III. ספר הניקוד *Sèpher hannikùd*, *Liber punctationis*. Vide *R. Ioſeph Gigatella*.

IV. סוד החשמל *Sod hachaſcmàl*, *Secretum*, ſiuè *Myſterium Chaſmàl*, eiuſdem Auctoris. Ibidem.

V. מעין החכמה *Maaijàn hachochmà*, *Fons Sapientiæ*.

VI. פרקי היכלות *Pirkè hechalòth*, *Capitula Aedium*, ſeù *Templorum*. Vide *R. Iſmaël*.

VII. כללי מדרש רבה *Chelalè Midràſc Rabbà*, *Concluſiones Gloſſarij magni*. Vide *R. Abraham Akrà*, num. 104.

In his citatis locis agitur de ſingulorum iſtorum Operum argumento. Hic liber excuſus fuit Venetijs anno mundi ש"ס 361. minoris ſupputationis, Chriſti 1601. apud Ioannem de

ſit *Liber legalis de Hebræorum ritibus fusè tractans, excuſus* בשונצין *Soncinnæ*. Et addit: *Fateor autem ingenuè, me neſcire vbi ſit iſta Soncinna, niſi ſit fortè Oppidulum illud Coloniæ ditionis Telonio notum, quod SVNS vulgò nuncupatur*. Miror ſanè Plantauitium virum in Rabbinicis (vt mihi perſuaſum ſemper fuit) non mediocriter verſatum, non animaduertiſſe in varijs, & multiplicibus editionibus librorum Hebræorum, ſatis ſuperque conſtare de Oppido Soncini; præſertim in libro עקרים *Ikarrim* R. Ioſephi Albo, editionis prædicti Soncini anni לפ"ק 246. min. ſupput. Chr. 1486. vbi dicitur, quòd Soncinum ſit in Lombardia ſub Mediolanenſium Ducum ditione.

Soncinum itaque (quod Plantauitius *Soncinnam* vocat) eſt Oppidum in Italia in Prouincia Lombardiæ inter Cremonam & Brixiam propè Ollij fluminis dexteram, ad Orientem Vrbis Mediolani, ſpectans ad Marchionatum Dominorum de Stampa, ſitum ſub lætiſſimo cælo, quapropter, multitudine habitatorum, adeò excreuit, vt plurimis Italiæ Ciuitatibus æquiparari poſſit: abundat opibus, & viris vndiquaque doctrina, pietate, & religionis zelo præſtantibus. Paulus Barbus ex Ord. Prædicatorum, Bernardus Couus, & Guido Zappa doctiſſimi Viri inde prodiere. Et hodie ex eodem Ordine Prædicatorum ſumma cum laude Romæ in ſupremo S. Inquiſitionis Tribunali apud Reuerendiſſimum P. Dominicum Mariam Puteo-bonel-

de Gara opera Eliſciamaà Ben Iſraëlis חצפרוני *Haziphroniti*. In 4.

ש' ארטוס • מעשה ארטוס המלך ספור טבלה העגולה ונשברה : וזה הענין בכתב כתוב בספר נכתב מקצת על קלף ומקצת על הנייר בדף שלא אכל פיו קטן : ובדף ע"ד כתב זאת המעשה אשר נעתק מלשון ספרדי אל לשון עברי :

300 ARTV'S, ſeù HISTORIA ARTVS REGIS, qui ad menſam rotundam ſedebat, & caſu confracta eſt. Refertur diſtinctè in Codice mſc. Bibliothecæ Vaticanæ in folio partim membranaceo, partim papyraceo, pag. 74. Ibi dicitur, quòd ex lingua Hiſpana traducta fuerit in linguam Hebraicam.

ש"א אריאיטי חבר חבור א' לא ב' לידי ידוע על זה ענין : והוא נזכר בספר שלשלת הקבלה דף נ"א עמוד ב' :

301 ARIETI, ſeù REATINVS, ſcripſit quædam Opera, quæ ad manus meas non peruenerunt. Huius Auctoris perſępè fit mentio in *Scialſcèleth hakkabalà*. Vide pag. 51. b. eiuſdem *Scialſcèleth*.

ש"ב אריה לאנדו • לנדו מפרנק חבר ספר אגור כפי דעת הגאון פלאנטאוויציו שלה אגור סימן י"ד : וספר אגור על הדינים הוא חבר ר' יעקב בן רבי יהודה לנדו כמו נגלה בהקדמת ספרו :

302 ARIE לאנדו LANDO, ſiuè R. IVDAS לנדו LANDO, ſecundùm quod refert Plantauitius in ſua Biblioth. num. 14. Scripſit librum אגור *Agùr, Collectionis*. & ait, quòd

cognominari *Soncinates*, siuè etiam *ex Soncini familia*. Testis est R. Ghedalia Aben Iachija in *Scialscèl. hakkabalà* pag. 62. b. vbi ait :

ברור הזת (ר״ל שנת ר״מ לפ״ק) צמחו אנשים ממשפח׳ שונצינו אשר התמידו כמה וכמה שנים שהדפיסו הרבה ספרים עבריים שהיו תועלת גדול לישראל וראיתי בהקדמת המכלול שהדפיסו בקוסטנטינה שאומר אני גרשון איש שונצינו בן ההר׳ משה בן החכם המופלג רבי ישראל נתן בן שמואל בן הר״ר משה והוא דור ה׳ להר״ר משה משפירה הנזכר בתוספות ׃

In hac generatione (*id est circa annum mundi 240. min. supput. Christi 1480.*) *floruerunt Viri de familia Soncini, qui plures annos perdurarunt, & quamplurimos libros Hebræos impresserunt maxima vtilitate totius Israëlis. Vidi etiam in præfatione libri* מכלול *Michlòl editionis Constantinopolitanæ, vbi scriptum extabat. Ego Gerson Soncinas filius sapientis Rabbini Mosis, filij sapientis & excellentis Rabbi Israelis Nathan, filij Samuelis, filij Rabbi Mosis. Hæc est quinta generatio ad R. Mosen de Spira, cuius mentio fit in* תוספות *Tosaphòth.* Et in fine libri מבחר הפנינים editionis antiquæ in 4. legitur :

וישמע יהושע שר וקצין בן כמ״ר ישראל נתן איש שונצין וכו׳ ׃

Exaudiuit Iosuè Princeps, & Dux filius gloriosæ excellentiæ Rabbi Israëlis Nathan de Soncino &c. Inde colligitur, quòd R. Israël Nathan plures filios habuerit Impressores, Rabbi Mosen, & R. Iosuè; iste enim Son-

nellum Nob. Sauonen. eiusdē S. Officij Commissarium Generalem ministerium primi Socij exercet Adm. Reu. P. Magister Raymundus Nidi de Soncino, vir in humanis insuper & Diuinis apprimè eruditus, qui duos magnos Tomos rerum ad Sac. Tribunal Inquisitionis pertinentium composuit, & apud eundem mmssc. reperiuntur, sed propediem typis tradentur, & publici Iuris fient, magna omnium eruditorum expectatione, & desiderio. Porrò Soncinum Oppidum diù sub Mediolanensium Ducum imperio fuit, inde ad Gallorum Regis dominatum transiuit, postea Venetorum Reipub. aliquandiù paruit. Demum, armis subiecta Mediolanensium ditione à Carolo V. Imperatore, ab eodem, titulo Marchionatus nobilitatum, Maximiliano Stampæ Patritio Mediolanensi ob præclara ab eo, tempore belli, anno 1535. patrata facinora, concessum est. Ferè tunc temporis frequentibus belli cladibus, & direptionibus ad solum ferè æquatum erat, sed postea, sub florentissima, ac pacatissima Hispanorum Regum Monarchia, ad pristinum decorem, opulentiam, & populi multitudinem redactum est; ita vt verè de eo dicatur à Ioanne Baptista Nicolosio in *Herculis* parte 3. *Terram frugiferam Colonis nunquam destitui.* Ex hoc igitur Oppido, primò prodierunt in Italia Impressores librorum Hebræorum ex Iudæis, qui quidem, & si ex Mose Spirensi Germano traxerint originem, voluerunt tamen ex Soncino,

in locis illam quàm diligentiſſimè exercuerunt: non tamen multum curarunt apponere nomen proprium, ſed plerumquè libros à ſe impreſſos ſolo cognomine איש שונצינו *Iſc Soncino, Viri Soncinatis*, vel מבני שונצינו *Mibnè Sonzino, ex filijs*, ſeù *hæredibus Soncini* indicarunt. Aliquando nomen & cognomen appoſuerunt, ſed locum & annum editi libri neglexerunt. Sic in prima facie libri משל הקדמוני *Maſcial Hakadmoni* intra imaginem inſcriptum מגדל עוז שם יי *Turris fortitudinis Verbum Domini*, legitur:

גרשם המחוקקי כהה״ר משה ז״ל זרע ישראל איש שונצינו ׃

Gherſciòm Typographus filius ſapientis illius Rabbi Moſis, memoria eius ſit in benedictione, ſemen Iſraelis Vir Soncinas.

Nonnunquam, nomen Impreſſoris reticuerunt, ſicut & annum, & locum impreſſionis, indicato tantùm nomine familiæ Soncinatis, & Principis, ſub cuius ditione liber impreſſus eſt, vt videre eſt in frontiſpicio libri אגור *Agùr*, vbi habetur:

נדפס שנית ומוגה על ידי צעיר המחוקקים קטן התלמידים מבני שונצינו בשנת השלישית לאדונינו האפפיור קלימינטו השביעי הש״י יחייהו וימלא משאלות לבו וחפצו אמן ׃

Excuſus ſecundò, & correctus per manum minoris inter Impreſſores, & minimi inter diſcipulos ex filijs Soncinatibus, anno tertio Domini noſtri Papæ Clementis VII. Dominus, qui benedictus ſit, viuere eum faciat, & adimpleat

Soncini imprimi curauit *Miuchàr happeninìm* anno mundi לל״פ 244. minoris ſupput. Chriſti 1484. vt in vltima linea iſtius paginæ videre eſt. In Codice Sacror. Bibliorum, quem penes me habeo in folio impreſſum Soncini anno mundi לפ״ק 248. Chriſti 1488. per eundem R. Ioſuè filium R. Iſraël Nathan. Idem R. Ioſuè vocatur ר׳ יהושע שלמה בן ישראל נתן *R. Ioſue Salomon filius Iſraëlis Nathàn*.

Sed ne aliquis dicere poſſit, nunquam Soncini Artem impreſſoriam librorum Hebraicorum extitiſſe; ſed quando dicitur איש שונצינו *Vir Soncini*, non intelligi, quòd ille liber in Oppido Soncini ſit excuſus, ſed quòd Typographus extiterit de familia *Soncini*.

Reſpondeo. Quamuis verum ſit, hos Iudæos Impreſſores librorum originem duxiſſe ex Oppido Soncini, ideoque איש שונצין *Viros Soncinates* cognominatos fuiſſe; verum etiam fuit, eandem Artem Chalcographicam in eodem Soncini Oppido primò exercuiſſe, & exinde in alias Italiæ, & etiam Orientis partes illam aſportaſſe. Huius rei tot teſtes adhiberi poſſunt, quot Codices impreſſi cernuntur apud Soncinum in Lombardia ſub dominio Mediolanenſiũ Ducum: vt legitur in libro עקרים Ioſephi Albo mox citato, & alibi paſſim. Nonnulli huius familiæ Impreſſores Artem hanc Typographicam Brixiam, poſtea Bononiam, & deinde Ariminum, Piſaurum, & Fanum Fortunę tranſtulerunt. Quibus

ſis, & anni, vt videre eſt in fine libri מחברות ר׳ עמנואל *Mechaberòth R. Immanuělis*. Ibi enim legitur -

ותשלם כל מלאכת ספר זה הנקרא מחברת עמנואל על ידי צעיר המחוקקים גרשם המחוקק בן הה״ר משה זצ״ל זרע ישראל איש שונצינו: ותהי השלמתו פה בריסה אשר תחת ממשלת השררה מויניציה יר״ה . היום יום שני בשבת כ״ו לחדש מרחשון שנת חמשת אלפים ור״נב לבריאת עולם ׃

Completum eſt omnè opus; operis iſtius libri vocati Mechabberoth Immanuël, per manum exigui Impreſſoris Gerſom Typographi filij ſapientis Rabbini Moſis (memoria iuſti ſit in benedictione) ſeminis Iſraëlis Viri Soncinatis. Fuitque perfectum hic Brixiæ, quæ eſt ſub Dominio Reipublicæ Venetæ, exaltetur maieſtas eius. Hodie die ſecunda Sabbathi (fer. 2.) *26. menſis Marcheſcuàn* (Octobris) *anno 5252. à creatione mundi*, id eſt Chr. 1492. in 4.

Iſte R. Gerſon filius Moſis, Conſtantinopoli poſtea Typographicam aperuit domum, & ad annum vſque duodecimum Regni Solymani peruenit, hoc eſt ad an. Chriſti 1530. ad hunc enim annum, duodecimus Regni Solimani annus incidit. Et eo anno inuenitur excuſus liber מכלול *Michlòl*, vt ex fronte ipſius manifeſtè apparet, & nos in R. Dauid Kimchi infra oſtendemus. Dum adhuc Conſtantinopoli viguerat Typographia Soncinatum, exoritur Venetijs circa initium præteriti ſeculi Daniel Bombergus Antuerpienſis: is ſub Fr. Felice Pratenſi in Hebraicis benè inſtructus, Chalcographicam pro libris

pleat petitiones cordis ſui, & deſiderium eius, Amen. Hinc facilè colligi poteſt annus, & locus impreſſionis: nam tertius annus Pontificatus Clementis VII. incidit in annum Domini 1525. Et quia Impreſſores Soncinates in ſtatu Eccleſiaſtico primò Typographicam artem exercuerunt Bononiæ, veroſimile eſt, hunc librum illic impreſſum fuiſſe, aut ſaltem in alio loco Summo Pontifici ſubiecto, vbi Soncinates eandem Impreſſoriam artem exercebant.

Aliquando indicauerunt nomen, cognomen, & locum impreſſionis, ſed annum non notarunt: ſic in fine libri כל בו *Col bò* legitur -

ותהי השלמתו ע״י צעיר המחוקקים מבני שונצינו והוא גרשם ארימינו וכו׳ ׃

Perfectus fuit (hic liber) *per manum minimi Impreſſoris ex filijs Soncinatum, & ipſe eſt Gerſon* (peregrinus ibi) *Arimini* &c.

Perſæpè nomen Soncini, vbi impreſſus fuerat liber, appoſuerunt, notatis etiam nominibus, menſis, & anni impreſſionis, ſed nulla alia facta mentione, nominis, neque cognominis Impreſſorum, vt in fine libri בחינת עולם *Bechinàth olàm*, vbi habetur -

פה שינצינו כ״ד בכסליו רמ״ה ׃

Hic Soncini 24. (die) *Chiſleu, Nouembris* (an.) 245. (Chr. 1485.)

Aliquando tandem clarè, & per extenſum appoſuerunt nomen libri, Impreſſoris, cognominis, loci impreſſionis, diei, hebdomadæ, men-

אר

Agùr cuidam ר׳ אריה לאנדו *Rabbi Ariè Lando* attribuit. Et quia Buxtorfius in sua Bibliotheca Rabbinica primæ editionis de libro אגור *Agùr* dixerat; *Author eius R. Iacob* לנדא *Landau*: Plantauitius in sua, num. 14. de eodem libro agens, dicit: *Buxtorfio solus libri titulus notus, imò & in Auctoris nomine lapsus est.* Ego, vt potè veritatis amator, quid de hoc libro sentiam, in medium proferam. Et primò dicam, Buxtorfium hunc librum non vidisse, pro certo habeo, quia in secunda editione Biblioth. in eodem libro אגור *Agùr* hæc, quæ sequuntur, addita sunt à Io: Buxtorfij filio: *In Vno Catalogo dicitur esse* ס׳ דינים ופסקי הלכות *Liber rituum & decisionum iuris: Alius scribit, esse Elementale Grammaticum. Fortè diuersi sunt eiusdem nominis.* Ergo Buxtorfius Pater hunc librum non vidit, & Buxtorfius filius, ea verba addidit ex diuersis Catalogis librorum ad se transmissis, vnde nec ipse librum אגור *Agùr* vnquam habuit, aut vidit. At ego, quia apud me habeo prædictum librum אגור *Agur*, cuius Auctor est R. Iacob Lando, & tractat *De Ritibus & decisionibus dubiorum in ijs emergentibus*, dicendum est, fideliter fuisse à Buxtorfio patre ascriptũ R. Iacobo Lando. Et quia Plantauitius ait excusum fuisse בשונצין *Soncinæ*, suspicor eundem librum ad manus Plantauitij non peruenisse, sed illius notitiam ex aliquo mendoso Catalogo habuisse; quia in exemplari, quod apud me reperitur, non Soncini dicitur excusus, sed מבני שונצינו *Mibenè*

bris Hebraicis imprimendis multis sumptibus, & indicibili labore Officinam aperuit, & anno mundi 271, min. supput. Christi 1511. primum Codicem Sacrorum Bibliorum cudere cæpit in 4. Postea subsecuti sunt infiniti propemodum libri Hebraici ab eo impressi summa diligentia, ita vt nullus alius eum vicerit. Post illum in eadem Vrbe secuti sunt alij, qui in ædibus proprijs, Hebræorum librorum Typographiam exercere permiserunt. Hi sunt Iustiniani, de Gara, de Bragadinis, Zanetti, & alij. Non defuerunt per Italiam aliæ Ciuitates, & loca, in quibus aliquandiù Hebraici libri excusi fuerunt, vti Riuæ Tridenti, Sabionetæ, Mantuæ, Cremonæ, Veronæ, Neapoli; quibus in locis vel omninò hæc Impressoria Ars hodie omissa, vt Sabionetę, Cremonæ, Neapoli, & alibi: vel tam fœdè exercita, ac nihil eo peius in hoc genere cerni possit. Superioribus annis vires videbatur reassumpsisse Liburni in Etruria, in quo totius Orbis celeberrimo Emporio, industria, & impensis R. Iedidiah Ben R. Isaac Gabbai Typographica Officina ea in Vrbe erecta, vbi excusi fuerunt quamplurimi Hebræorum libri non oscitanter, inter quos est magnus ille liber ילקוט *Ialkut* eum Commentarijs R. Abrahami Ben Samuelis Ghedaliæ, de quo suprà egimus ad num. 120. at ibidem non diũ perdurauit hæc Impressoria ars; & hodie vix vestigia illius apparent. Sed à quo digressi sumus, ad Plantauitium reuertamur. Is librum אגור

ובמסכת סופרים פרק קמא הלכה ז׳ מעשה בחמשה
זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית׳ והיה היום קשה
לישראל כיום שנעשה העגל שלא היתה התורה יכולה להתרגם
כל צרכה ׃ והלכה ח׳ ׃ שוב מעשה בתלמי המלך שכנס
שבעים ושנים זקנים וכו׳ ככל נוסח שבבבלי שכתוב׳ רק במקום
ובשאר ארצות כתוב ובארץ כנען ׃ ועל הארנבת
לא נזכר שום טעם ׃ ובסוף מגלת תענית לפי הנוסח שבידנו
בדפוס יש ימים שמתענין בהן מן התורה (שנזכר ודאי
תורת חכמים) בשמונה בטבת נכתבה התורה יונית בימי תלמי
המלך והחשך בא לעולם שלשה ימים ׃ ובבראשית רבה פרש׳
בראשית פרשה י׳ בסוף הפרשה ׃ תלמי המלך שאל את הזקני׳
ברומי בכמה ימים ברא הקב״ה עולמו אמרו לו לששה ימים ׃
ולא אפשר שיהיה תלמי מלך מצרים הנזכר במלכי יון
ולא הזקנים ההם הוא וזקניו של סנהדרין לא נשתבררה
לרומיים ובימות היוונים של רומיים לא הוכרה מי ששמו
פולוניאלוס ובכן תלמי שבכל דורו היה שמו בכותבו הדבר
והזקנים שאמר ברומי ואמר כלו בלחו ׃ וביוסיפון פרק השמנה
עשר כאומר כי הכהן הגדול אשר היה בירושלם בימים ההם
אלא אל תלמי המלך שבעים זקנים כהנים חכמים ואת אלעזר
הכהן בראשם הוא אלעזר הכהן שהכה אשר כוון ונוסף
בכתובות ההוא על ידי פוליפוס הרשע בימי אנטיוכוס המלך
הטהור והכרת על קדושת התורה וכו׳ ׃ וגם כן הוא שעות כי
הזקנים היו ע״ב כמו כראה במסכת מגילה הנזכרים ולא ע׳ ׃
ורלוי לבקש אם ואת העתקת הזאת של חמשה חומשי תורה
לבד או כל המקרא ויש עדים לכאן ולכאן כי נמצא בהם
חמשים תורה שרוצו לכל המקרא ולעדיים רומו של חמשה
לבד ומדברי ארסטיאש הוא וגם בדברי בעל חכמים אחרים
כראה שאינו אלא החומש ׃ ויוסיפון בן גוריון בפרק י״ו אומר
ויכתבו החכמים את ספר התורה ואת שאר ספרי המקרא כ״ד
ספרים ויעתיקום מלשון הקדש ללשון יונית ויביאום לפני
המלך וכו׳ ׃ ע״ב לשונו ׃ אם כן נראה בבירור כי כל ספרי
הקדש כ״ד עשרים וארבע העתיקו בלשון יונית ע״ב זקנים ההם ׃

303 ARISTEAS ſiuè ARISTÆVS Ptolemęi Philadelphi Ægypti Regis, ac illius Bibliothecæ augendæ Miniſter, ad Philocratem fratrem ſuum de LXXII. Interpretibus hiſtoriam ſcripſit. Hanc *Azarias* מן הארומים *Min Haa-*

nè Soncino, à filijs ſeù hæredibus Soncinorum, loco & anno non notatis. Vnde dubitandum non eſt, fuiſſe huius libri Auctorem *R. Iacobum Ben Iuda* לנדו *Lando*. *Iudæ* nomen vulgariter Hebræi vocant *Leonem*, ſeù אריה *Ariè*, ne exoſi habeantur à Chriſtianis, qui hoc nomen *Iuda* valdè abhorrent. Hinc forſan ſcriptum reperit Plantauitius *Leonem* pro *Iuda*; & *Ariè* pro *Leone*, Auctorem huius libri ſuſcepit. Non errat tamen, quando dicit, quòd ſit *Liber legalis de Hebræorum ritibus fusè tractans*. Excuſus etiam fuit (vt audio) Venetijs apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno mundi 306. Chriſti 1546.

סג׳ **אריסטיאה** עבד מלך תלמי באליכסנדריאה
של מצרים כתב לפילוקרלטי אחיו ספר על אודות העתק
תורת משה בימי תלמי המלך שנעש׳ על ידי ע״ב זקנים ׃
וזה תלמי היה חכם ומסיר והשתדל ככחו לקבץ ספרי הדתות מכל
אומות העולם אשר ימצאו במלכותו ויקרא אל אריסטיאה
ואל אנדריאס אנשי חסד ויאמר להם המלך לכו אל ארץ
ישראל אל ירושלם אל אלעזר הכ״ג ושאלתם ממנו לשלום אלי
משכתי היהודים אשר בירושלם היודעים לשון יונית והמה
יבאורו לי ספר תורה אשר להם ׃ ויתן מתנות רבות בידיהם
ליתן אותם לכ״ג ולחכמים אשר בירושלם ׃ ואלעזר כ״ג שלח
ע״ב זקנים חכמים ונבונים עם התורה כתובה באותיות
מוזהבות על קלפים דבוקים יחד באופן שלא אפשר להכיר
מקום חבורם יחד ׃ ויקבלם המלך בשמחה גדולה ויהי שישבו
אותו ז׳ ימים רצופים ׃ ואחר כך הובאו אל אי רחק שפת
הים רחוק מאליכסנדריאה כמו מיל ונתנו לכל א׳ מהם חדר ׃
ובכל יום יבאו מחדר ויבאו אל היכל גדול ושם הסכימו יחד
בדבריהם אחת והעתיקו ספר תורה בדברים אחרים ושינו י״ג
דברים כמו גרסינן במסכת דמגילה פ״ק דף ט׳ ׃ תניא מעשה
בתלמי המלך וכו׳ ׃ כמו שנכתב לעיל ׃ ואותו מאמר
המכלפו בירושלמי במגילה ׃ ובמכילתא בא אל פרעה ׃

ואטוטי בני ישראל לא שלח ידו ׃ לא חמר אחד מהם נשאתי (את צעירת הרגלים אשר וכו׳) אשר חלק ה׳ אלהיך אתם להאיר לכל העמים (תחת כל השמים אשר לא צויתי וכו׳) וילך ויעבוד אלהים אחרים אשר לא צויתי לעובדים ׃ וכתבו לו צעירת הרגלים ולא כתבו לו את הארנבת מפני שאשתו של תלמי ארנבת שם השלא יאמר שחקו בי היהודים והטילו שם אשתי בתורה ׃

Idem replicatur in מסכת סופרים *Masſèchetth Sopherim*, cap. 1. הלכה ח׳ *Halachà* 8. vbi aliquot particulæ interſeruntur, quas per parentheſim in textu Hebraico annotauimus. Iſtius Talmudici loci ſenſum membratim, prout res exegerit, Latinè reddemus, & quanti ponderis ſit, examinabimus. Dicitur igitur:

Exemplum in Ptolemæo Rege, qui introduxit LXXII. Seniores, & eos recluſit in ſeptuaginta duabus cellulis, & non eis retexit, quare recluſerit. Ingreſſus eſt ad vnumquemque, & dixit: Scribite mihi Legem Moſis Magiſtri veſtri. Poſuit Deus ſanctus, benedictus ſit, in corde ſingulorum conſilium, & conuenerunt omnes in eandem ſententiam, & ſcripſerunt ei (Legem ſeorſim, & tredecim tantùm loca mutauerunt, &c.) De his -

Quæritur primò, Quis fuerit iſte Ptolemæus Rex? R. Salomon ibidem ait: תלמי מלך מצרים היה *Ptolemæus Rex Aegypti fuerat*. Non eſt nouum, quòd omnes Reges Ægypti poſt Alexandrum Magnum ex Græcanica natione vocati fuerint *Ptolemæi*; ſed cùm præter generale Ptolemæi nomen, aliud inſuper peculiare, per quod vnus ab altero ſecerni poſſet, attribuebatur; inquirendum eſt, quiſ-

Haadomim, de *Rubeis* ex Græco in Hebræum ſermonem conuertit, vocauitque הדרת זקנים *Hadràth Zekenim*, *Decorem Senum*, & in libro מאור עינים *Meòr Enàim* incluſit.

De Hiſtoria LXXII. Senioribus, qui rogatu Ptolemæi Philadelphi Regis Ægypti primò Sacros Codices ex Hebræo in Græcum idioma ſolemniter tranſtulerunt, præter Ariſtæam, etiam alij quamplurimi antiqui Auctores mentionem faciunt. Ioſephus, Philo, Tertullianus, Athanaſius, Epiphanius, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & alij. Nos autem ea, quæ de his Interpretibus dicunt Talmudiſtæ in medium proferemus; & ſi quid conſonum erit cum doctrina noſtrorum Patrum, recipiemus, contraria refutabimus. De his Interpretibus in Codice מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 9. poſt med. ita habetur -

מעשה בתלמי המלך שכינס שבעים ושנים זקנים והכניסן בשבעים ושנים בתים ולא גילה להם על מה כינסן נכנס אצל כל אחד ואחד ואמר להם כתבו לי תורת משה רבכם נתן הקב״ה בלב כל אחד ואחד עצה והסכימו כולן לדעת אחת וכתבו לו (תורה בפני עצמה ושלשה עשר דבר שינו בה ואלו הן) אלהים ברא בראשית ׃ אעשה אדם בצלם ובדמות ׃ ויכל ביום הששי וישבת ביום השביעי ׃ זכר ונקבה בראו ולא כתבו בראם ׃ הבה ארדה ואבלה שם שפתם ׃ ותצחק שרה בקרוביה ׃ כי באפם הרגו שור (איש) וברצונם עקרו אבוס ׃ ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על נושא בני אדם ׃ ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצות (ובארץ כנען ל׳ שנה) ו״ד מאות שנה ׃ וישלח את זאטוטי בני ישראל ואל

Senioribus constaret, si isti Seniores Alexandriam ad Ptolemæum missi fuissent; totus Senatus, & etiam ipse Summus Sacerdos (quia & ipse vnus ex Synedrij Senatoribus, imò & ipsummet totius Sanhedrin Caput & Princeps erat) cum eo Ierosolymâ discessisset, & in Ægyptum transmigrasset, quod indecorum, & maximè Iudaicę Reipublicæ præiudiciale, damnosumque fuisset; deinde ex Iosepho loco cit. & Aristæo constat, multa pretiosa donaria à Ptolemæo Eleazaro Summo Sacerdoti fuisse missa in Ierusalem. Ergo Eleazar non fuit vnus ex Interpretibus; qui in Ægyptum ierant. Potuit tamen fieri, vt Summus Sacerdos Eleazar aliquot ex Senatoribus Magni Concilij inter cęteros Interpretes numerarit: & forsan de his intelligendus est textus Talmudicus מסכת סופרים *Massècheth sopherim*, cap. 1. הלכה ז *Halachà* 7. quando ait –

מעשה בחמשה זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית.

Exemplum (sit) *in quinque Senioribus, qui scripserunt Ptolemæo Regi Legem Græcè*. Et quia immediatè sequenti *Halàchà* dicitur, quòd isti Seniores Interpretes, fuerint numero LXXII. non est dicendum, quòd in vna, & eadem ferè periodo existat contradictio, sed, vel quòd quinque Seniores primo loco nominati, diuersę dignitatis à reliquis fuerint; inter quos accensendus videtur Eleazar ille senex, de quo in 2. libro Machabæorum cap. 6. fit mentio, & qui ob

quisnam ex Ptolemęis fuerat ille, sub quo Scriptura Sacra in Græcum versa est. Irenæus lib. 3. cap. 25. & Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. scribunt, id euenisse sub Ptolemæo Lagi filio, qui anno circiter 300. ante Christum natum regnauit. Iosephus verò lib. 12. antiquit. cap. 2. Philo lib. 2. *De Vita Mosis*, Tertullianus in *Apologetico*, cap. 18. Athanasius in *Synopsi*, Epiphanius *De Mensuris*, *& ponderibus*, sub Ptolemæo Philadelpho, qui proximè Ptolemæo Lagi filio successit, hanc 70. Interpretum translationem reponunt, quibus accedit auctoritas Aristæi testis oculati, cui præstanda est fides, ipse enim hoc Opus translationis rogatu Ptolemæi Philadelphi factum esse asserit, & à quo ad Eleazarum Principem Sacerdotum missus fuerat, vt ab eo doctos Interpretes obtineret, sicut & fecit, & reuersus in Ægyptum, eidem Interpretationi interfuit, vt refert Iosephus lib. 12. antiquit. cap. 2. Itaque Rex ille fuit Ptolemæus Philadelphus, vt suprà in vestibulo huius Dissertationis statim diximus.

Quæres 2. Quinam fuerint isti 70. Interpretes, cuius ordinis, stirpis, & doctrinæ apud Hebræos; & LXXII. cùm essent, cur Septuaginta communiter vocentur?

Resp. Fuisse doctissimos Iudæos, Senes, prudentia, & gratia Diuina, repletos. Non tamen fuerunt ex ordine Synedrio, seu Senatorio: nam cùm magnum Concilium, quod סנהדרין *Sanhedrin* vocant, LXXII.

circa principium refert ex ſententia aliorum, quòd -

תלמי נכתבה לו התורה בלשון יונית שה׳ה מתעולל ומתאנה על ישראל ומבקש תואנה בתורתם לתוצאם מן הכלל כי רבת צררוני מנעורי וגו׳ ׃ הנה כל ספורי אריסטיאה וידידיה אלכסנדרי ויוסיפון ושאר כותבי המעשה הזה יכחישוהו שהרי לכמה אותות התודע איך לב תלמי ועבדיו היה נכון עמנו ועם תורתנו ׃

Ptolemæus ſcripſerat ſibi Legem lingua Græca, vt occaſionem haberet decipiendi Iſraëlem, & quærendi offendiculum in Lege eorum, vt ſic eos allicere poſſet ad deſerendam religionem. Quoniam multæ ſunt anguſtiæ noſtræ à iuuentute noſtra &c. Ecce omnes Hiſtorici, Ariſtæus, Philo Alexandrinus, Ioſiphon, & reliqui Scriptores huius Hiſtoriæ mentiri eos faciunt; quoniam ex diuerſis ſignis cognoſcitur, quomodo intentio Ptolemæi, & ſeruorum ſuorū fuerat recta erga nos, & Legem noſtram. Hactenus Azarias, qui capire octauo, credit huiuſmodi ieiunium indictum eſſe ob vnam ex duabus cauſis; vel, quòd ipſi Interpretes ante diſceſſum Ieroſolymis ieiunium indixerint, vt hæc tantorum virorum itineratio proſperè fieret, & Legis tranſlatio in bonum cederet Iſraëli, exemplo Eſtheræ, & Philonis, qui antequam ad Caium proficiſceretur, & illa ad Regem accederet, ieiunauerunt; vel quia timerent, ne honorificæ legationes, & munera à Ptolemæo Summo Sacerdoti miſſa, infauſta & pernicioſa futura Iudæis, & finem pernicioſum habitura. Ideò, vt omnia hæc mala auerterentur, ieiunium proclama-

ob patrias leges interfectus eſt, quem Ioſephon Ben Gurion cap. 17. omnium Interpretum Principem & Caput facit; vel quòd quinque ex illis LXXII. ab omnibus electi fuerint, vt huic Operi Legis transferendæ ſpecialiter aſſiſterent, verſionem adornarent, eamque in quotidianis ſeſſionibus, in publica aula, vbi omnes conueniebant, in medium proferrent, calculis omnium approbandam, vel improbandam, quibus deinde ab Auctore מסכת סופרים *Maſsècheth ſopherim*, totum traductionis opus attribuitur, propter quod maximas laudes reportare debuiſſent; ſed Iudæorum iniquitas, pro laude vituperium, & pro merito peccatum illis attribuit; nam dicunt, non minùs ab his Interpretibus piaculum commiſſum, ac ſi Vituli conflatile efformaſſent: vnde ſingulis annis huiuſmodi delictum Ieiunio expiari credunt, die ſcilicet octauo טבת *Teuèth, Decembris*, de quo in מגילת תענית *Meghillàth Taanìth* ita legitur -

בשמונה בטבת נכתבה התורה יונית בימים תלמי המלך והחשך בא לעולם שלשה ימים ׃

Octauo die menſis Teuèth (Decembris, Ieiunium, eò quia) *ſcripta ſit Lex Græcè in diebus Ptolemæi Regis, & tenebræ venerunt in mundum per tres dies*. Et hoc eſt quod addunt Talmudiſtæ in loco cit. *Sopherim* -

והיה היום קשה לישראל כיום שנעשה העגל וכו׳ ׃

Et fuit ille dies grauis Iſraëli, ſicut dies quo factus eſt Vitulus. Azarias de Rubeis cap. 7. אמרי בינה pag. 46.

Ex Tribu Ephraim: Samuel, Iosephus, Iudas, Ioathes, Gabel, Dositheus.

Ex Tribu Beniamin: Isaëlus, Ioannes, Theodosius, Arsamenes, Abiethas, Ezecelus.

Contra hunc Catalogum LXXII. Interpretum ab Aristæo assignatum, & à Sixto Senen. in Biblioth. Sancta, & à nonnullis alijs approbatum, potest obijci. Ex captiuitate Babylonica non redierunt, nisi tantū pars Tribus Iudæ & Beniamin. Ergo inter Hebræos Ierosolymitanos tempore Domus secundæ, quo Sacra Scriptura in Græcum versa est, non erant Viri cæterarum Tribuum. Ergo falsum est quod dicitur, ex omni Tribu sex Seniores electos fuisse pro Interpretibus; ideoque fictitia sunt nomina recensita in Catalogo allato.

Resp. Negando absolutè, non redijsse ex captiuitate Babylonica etiam aliquot ex decem Tribubus Israëlis, quia hęc liberatio ex Babylonica seruitute fuit vniuersalis, vt dicitur in libro Esdræ cap. 1. v. 1. & seqq. *In anno primo Cyri Regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum: & traduxit vocem* בכל מלכותו *IN OMNI REGNO SVO, etiam per Scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus Rex Persarum:* כל ממלכות הארץ נתן לי יהוה אלהי השמים *OMNIA REGNA TERRAE dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt edificarem ei Domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de VNIVER-*

marunt, quod tamen hodie amplius non seruatur. Quidquid sit, quod de tenebris dicitur, cùm apud probatos Authores nulla mentio fiat, fabulam esse Rabbinicam credimus.

Cuius autem Stirpis, seù Tribus fuerint isti Interpretes; dicimus cum Aristæo Auctore huius Historiæ, eos ex qualibet Tribu sex fuisse. Eorum nomina ex eodem sunt.

Ex Tribu Iuda: Iosephus, Ezechias, Zacharias, Ioannes, Ezechias, Eliseus.

Ex Tribu Ruben: Iudas, Simon, Samuel, Adæus, Mathias, Eschemias.

Ex Tribu Gad: Nehemias, Iosephus, Theodosius, Baseas, Ornias, Datis.

Ex Tribu Aser: Ionathas, Auxeas, Eliseus, Ananias, Chabrias, Sachus.

Ex Tribu Nephthalim: Isachus, Iacobus, Iesus, Gabateus, Simon, Leui.

Ex Tribu Manasse: Iudas, Iosephus, Simon, Zacharias, Somelus, Selemias.

Ex Tribu Simeon: Sabatheus, Iason, Iesus, Theodorus, Ioannes, Ionathas.

Ex Tribu Leui: Theodosius, Iason, Iesus, Theodorus, Ionas, Ionathan.

Ex Tribu Isachar: Theophilus, Abraham, Arsamis, Iason, Endemias, Daniel.

Ex Tribu Zabulon: Ieremias, Eleazarus, Zacharias, Baneas, Elisæus, Datheus.

Ierusalem redierunt. Et quamuis sub Dario Rege reductio populi, & Templi ædificatio absoluta fuerit, attamen hæc gloria Cyro attribuitur, quia sub eo cæptum huiusmodi opus fuit. Confer cap. 5. libri Ezræ v. 13. & seqq. Ideò benè poterant tempore Ptolemæi, aliqui Viri docti ex omni Tribu in Iudæa reperiri, qui vtraque lingua, Hebraica scilicet, & Græca instructi, Sacram Scripturam in hanc potuissent linguam transferre.

Dices: Iosephus lib. 12. cap. 2. Antiq. refert quòd hortatu Regis Ptolemæi, quidam Elisæus Sacerdos vnus è Senioribus antequam ad mensam accederent, perorauit. At in Catalogo ab Aristæo exhibito, tres ex Senioribus, Elisæi nomine, nuncupantur, vnus ex Tribu Iuda, alter ex Tribu Asser, tertius ex Tribu Zabulon, nullus ex Tribu Leui, ex qua solummodo Sacerdotes assumebantur. Ergo vel falsum est, quod refert Iosephus; vel Catalogus Aristæi suspectus redditur.

Resp. Magis credendum esse Aristæo, qui huic negotio interfuit, quàm Iosepho, qui post aliquot sæcula, ea quæ de hac Historia scripsit, ex eodem Aristæo suscepit; potuit enim falli in nomine exscribendo. Vel dici potest: nomine *Sacerdotis* in hoc loco, intelligi *Principem*, vti intelligitur illud Exod. 2. 16. *Erant autem* ולכהן מדין *Sacerdoti Madian septem filiæ, &c.* id est *Principi Madian* vt explicat *Rasci*. רב שבהן *Magno inter eos*, hoc est *Principi* inter Madianitas. Et 2. Samuel. cap. 8.

VERSO POPVLO EIVS? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet Domum Domini Dei Israël, &c. Per Prouincias, & Ciuitates Regni Medorum dispersæ fuerunt Tribus Israël à Salmanasar Rege Assyriorum, vt habetur ex 2. Regum 18. cuius Regnum in manus Cyri Persarum Regis peruenit. *Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus &c.* Potestatem igitur fecit omnibus redeundi in Ierusalem, igitur ex omnibus Tribubus, quia omnes subiectæ suæ potestati erant, redierunt in Ierusalem. Et hoc est illud, quod dicit Deus per Isaiam cap. 44. 28. *Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis.* R. David Kimchi optimè hunc locum explicat cùm dicit -

בעבור כרש אומר שהוא רועה שלי כלומר שינהג את צאני והוא ישראל ׃

Per Cyrum dicit, quia ipse est pastor meus, ac si dicat: Quia ducit oues meas, quæ sunt Israël. Itaque si Cyrus tamquam Pastor Israëlis gregem ducere debebat, vt ait Kimchius, ergo totum Israëlem, quia totus Israël est populus Dei, quamuis non omnes egressuri erant, & rediturì in terram Israël, quia talis egressio, & reuersio voluntaria fuit, & non coacta מי בכם מכל־עמו *Quis in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus eius cum eo,* ויעל לירושלם *Veiàal Lirusciàlàim, Et ascendat in Ierusalem.* Ergo Vniuersalis, & spontanea. Igitur ex quacumque Tribu aliqui in

pretatio, Interpretatio LXX. eo modo, quo dicuntur LXX. Discipuli Domini, quamuis fuerint LXXII. sicut & apud Romanos, Centum viri appellabantur hi, qui nonnullas causas cognoscebant, quamuis reuera essent Centum & quinque viri, quia terni ex singulis Tribubus assumebantur; & cùm Tribus Romanæ essent triginta quinque, numerus inde virorum elicitus erat 105. breuitatis autem gratia vocabantur Centum viri, quia numerus rotundus faciliùs memoriæ mandatur & exprimitur, quàm numerus tortus; sic eodem modo vocãtur LXX. Interpretes pro LXXII. Adde etiam, quia antiqui solebant abbreuiatè scribere *Sept.* vnde inualuit vsus legendi *Septuaginta*, pro *Septuaginta duobus*, quæ lectio, vt potè breuior, communiter ab omnibus ferè recepta fuit, & propagata; reuera autem fuerunt שבעים ושנים זקנים *LXXII. Seniores*, vt dicitur in textu. Sequitur -

והכניסן כשבעים ושנים בתים וכו׳ ׃

Et eos inclusit in 72. cellulis, &c. Idem affirmat Iustinus Martyr in *Paranet. ad Græcos* pag. 13. edit. Parisiensis an. 1615. in fol. qui loquens de Septuaginta Interpretibus, inter alia ait: *Atque vt illi extra omnem turbam constituti, primo quoque tempore interpretationem absoluerent, non in Vrbe ipsa, sed septem ab ea stadijs, vbi Pharos extructa est, pari cum Interpretibus numero domunculas exstrui præcepisse* (Ptolemæum) *vt sigillatim pro se quisque interpretationem perficeret &c.* Et post pauca: *Hæc vobis Viri Græci,*

ver. 18. *Et filij Dauid* כהנים היו *Sacerdotes erant.* Targum Ionathan. רברבין הוו *Magnifici erant.* Et R. Leui Ben Gersom ait: ר׳ל׳ שרים ומושלים *Hoc est Principes, & Dominatores erant.* Sed ad propositum nostrum, meliùs dicit R. Dauid Kimchi; nam postquam dixerat גדולים היו *Magnates erant*, addit ex Rabbinis, quòd Sacerdotes vocabantur, quia erant Doctores; nã *Doctores, Sacerdotes quandoque vocantur.* Eius verba sunt -

ובדברי רבותינו ז״ל תלמידי חכמים היו ׃

Et apud Rabbinos nostros b. m. Doctores erant. Et addit -

ולמה קראם כהנים מה כהן גדול נוטל חלק בראש אף תלמיד חכם נוטל חלק בראש ׃

Et quare (Doctores) *vocantur Sacerdotes? Nam sicut Summus Sacerdos tollit præcipuam portionem, sic quoque Doctores faciunt.* Cùm autem isti LXXII. Seniores omnes doctissimi essent, meritò nomine Sacerdotum vocari potuerunt; non vnus, aut alter tantùm, sed etiam omnes, sicut vocantur ab Aristæo, vt refert Eusebius *De præp. Euang.* lib. 8. capite 1. & Ioseph. lib. 12. antiquit. cap. 2. *Et petierunt omnes Sacerdotes Interpretes, Seniores, &c.*

Cur autem Interpretes isti, LXX. communiter vocitentur? Dicimus, quòd quáuis LXXII. Presbyteri delecti fuerint ab Eleazaro Summo Sacerdote seni per singulas Tribus, vt scribit Aristæus, & Iosephus; vsus tamen inualuit vt vocentur LXX. Seniores Interpretes, & illorum inter-

domo propè litus stante, apta secretis ad cognitionem negotiorum. Vbi eos perducens, petebat omnia quæ opus habebant ad Legis interpretationem; vt ipsis præsentibus dicerent, vt alacriter, & incessanter opus implerent. Cùmque illi munificenter & laboriosè cautam interpretationem facerent, vsque ad horam nonam in hoc sedentes, ad curam corporis vertebantur, &c. Hinc D. Hieronymus *Præfatione* suprà cit. habet: *In vna Basilica congregatos contulisse.*

Sed quid dicendum ad auctoritatem Iustini Martyris? Non mirum videri, si Iustinus crediderit Iudæis referentibus, & rudera quędam ostendentibus in Pharo Insula, atque dicentibus, se à maioribus accepisse, ea esse vestigia ædicularum LXXII. Interpretum. Quia vir candidę mentis (ita erat Iustinus) facilè credidit, maximè ea quæ si crederentur, beneuolentiam non modicam credenti conciliarent, & si non crederentur, nullum animæ detrimentum afferrent. Istius generis sunt, quæ de facili credidit Iustinus Martyr; & multò minùs mirandum, si nonnulli alij posteriores eadem crediderint Sancto Martyri bona fide referenti. Sed textum Talmudicum prosequamur -

נכנס אצל כל אחד ואחד ואמר להם כתבו לי תורת משה רבכם ׃

Ingreditur (Ptolemæus) *ad vnumquemque, & dixit eis: Scribite mihi Legem Mosis Magistri vestri.*

Hinc quæritur, An LXX. Interpretes solum Pentateuchum Mosis trans-

cì, non vt fabulam, neque vt confictam historiam renunciamus; sed quia ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus: ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus, &c. Hactenus Iustinus Martyr. Nihilominus cum D. Hieronymo dicimus, hanc de 72. cellulis esse Iudaicam & Talmudicam fabulam, is enim eam irridet Præfatione in Pentateuchum, dum ait: *Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit.* Eusebius etiam, qui lib. 8. capite 1. *Præpar. Euang.* de hac translatione Sept. ex professo tractat, & verba Aristæi repetit, nullam de his cellulis mentionem facit. Aristæus ipse de hac re, vt potè testis oculatus, & à quo Eusebius accepit, integram historiam, scribens, de hisce LXXII. cellulis, nec verbum quidem facit. Sicut nec Iosephus Historicus lib. 12. cap. 2. *antiquit.* is enim ibi videtur indicare, quòd Ptolemæus in Pharo Insula, quæ Alexandriæ ponte coniungitur, hos Interpretes iusserit collocari, non autem in diuersis cellulis recludi, sed assignata Aula magna, in ea vsque ad nonam huic interpretationi operam dederint. Verba Iosephi sunt: *Postquam verò tres excesserunt dies, congregatus eos* (LXXII. Seniores) *Demetrius, transijt ad stadium Maris, & vnum transiens pontem* (qui Insulam continenti adiungit) *adijt partes Aquiloni coniunctas, conciliumque fecit in*

di etiam reliquas partes totius Veteris Testamenti, vt in *Ghemarà*, Codice סנהדרין *Sanhedrin*, cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 91. b. propè finem, qui volentes probare resurrectionē mortuorum ex Lege, afferunt testimonia ex Prophetis, & Hagiographis. Aiunt enim.

אמר ר' יהושע בן לוי מניין לתחיית המתים מן התורה שנ' אשרי יושבי ביתך עוד יהללוך סלה (תהלים פד': ה') הללוך לא נאמר אלא יהללוך מכאן לתחיית המתי' מן התורה: א"ר חייא בר אבא אמר ר' יוחנן מניין לתחיית המתים מן התורה שנ' קול צופיך נשאו קול יחדו ירננו (ישעיה נב': ח') רננו לא נאמר אלא ירננו מכאן לתחית המתי' מן התורה:

Dixit R. Ieosciuà Ben Leui: Vndè probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Scriptura dicit (Psal. 84. 5.) *Beati habitatores domus tuæ adhuc laudabunt te in æternum. Laudant, scriptum non est, sed Laudabunt. Hinc* (probatur) *resurrectio mortuorum ex LEGE.* Insuper: *Dixit R. Chijà Bar Auà, Dixit R. Iochanan: Vnde probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Scriptura dicit* (Isai. 52. 8.) *Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem simul præconia dicent: Non præconia dicunt, sed præconia dicent scriptum est. Hinc* (probata est) *resurrectio mortuorum ex LEGE.* Eodem modo aliquando fit in Nouo Testamento Ioan. 15. 25. vbi citantur verba Psalmi 34. 19. sub nomine Legis. Dicitur enim: *Sed vt adimpleatur sermo, qui in Lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.* Et 1. Corinth. 14. 21. *In Lege scriptum est: Quor*

transtulerint, an verò totam Sacram Scripturam Veteris Testamenti?

Resp. Quidquid dicant reliqui, nos dicimus, solum Pentateuchum Mosis in Græcum translatum fuisse à LXXII. Senioribus, prima illa, ac solemni translatione.

Probatur auctoritate Aristæi, qui loquendo de hac translatione, semper *Legis translationē* eam vocat; & nunquam ab eo de alijs Libris Prophetarum fit mentio.

Probatur secundò auctoritate Iosephi Historici, Is enim in *Prologo* in libros antiquitatum, & in lib. 12. cap. 2. earundem apertè docet, solam Legem Mosaicam, nempè Pentateuchum Mosis translatum fuisse in Græcum sermonem. In Prologo itaque sic inquit: *Ptolemæorum secundus Rex maximè circa disciplinam, & librorum collectionem studium habens; in nostra præcipuè Lege opus suæ largitatis ostendit, & constituta eius festinauit Græca voce transferri.* Et paulò infra: *Neque enim ille* (Ptolemæus) *omnem descriptionem à translatoribus accepit, quando ea tantummodo quæ Legis sunt, hi qui ad explanationem missi fuerant Alexandriam, tradiderunt.* Et libro 12. cap. 2. de ijsdem Interpretibus ait: *Manè autem ad aulam venientes Ptolemæum salutabant, & rursus ad eundem locum redibant, & manus in mari lauantes, & seipsos purificantes, ita Legis interpretationi vacabant. Itaque transcripta Lege &c.*

Scio quidem apud Talmudistas nomine *Legis* aliquando comprehen-

rint, quod non est verisimile, tam breui tempore, totum Vetus Testamentum absolui potuisse, maximè quòd omnes simul à mane vsque ad horam nonam in Aula magna, dubia conferentes, vnanimiter & concorditer translationem adornarint, vt ex Iosepho suprà vidimus. Non itaque singuli singulas partes Veteris Testamenti seorsim interpretati sunt, vt aliqui minùs rectè existimarunt. At -

Si quæsieris, Quinam fuerint illi, qui cæteros Sacros libros in Græcum sermonem transtulerint, & nomine LXX. Interpretum euulgauerint: quam denominationem vsque ad hodiernum diem perseuerare in Ecclesia cernimus?

Resp. Nonnullos existimare, Ptolemæum petijsse à Summo Sacerdote, vt pro interpretatione non tantùm Pentateuchi, sed & aliorum librorum Prophetarum ad eum mitteret LXXII. Interpretes, quemadmodum Aristæus, & Andreas eius Collega eidem Ptolemæo persuaserant his verbis, vt legitur in libro יוסיפון *Iosiphòn Ben* גוריון *Guriòn* capite 17. pag. 31. col. 4. editionis Venetæ anni ט״ל.

ואם על המלך טוב יכתוב אל ירושלם אל הכהן הגדול והוא ישלח אליך מחכמי היהודים אשר בירושלם היודעים לשון יונית והמה יבארו לך את ספר התורה אשר אתם ושאר ספרי הנביאים עמהם וכו׳.

Et si Regi placuerit, scribatur in Ierusalem ad Summum Sacerdotem, & ipse ad te mittet sapientes Iudæos ex Ieru- *Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic &c.* Quæ verba sunt Isaiæ cap. 28. 11. Si igitur hoc modo dilatanda essent verba Aristæi, & Iosephi Historici, dum apertè dicunt Legem tantùm à LXXII. Senioribus fuisse interpretatam, vis maxima verbis istorum Auctorum inferretur; nam ex verbis Iosephi liquidò patet *Legem* ab eo contra distingui à cæteris libris sacris. Et ex loco citato, hęc contradistinctio apertissimè apparet, dum dicitur: *Neque enim ille* (scilicet Ptolemæus) *omnem descriptionem* (videlicet totius Sacræ Scripturæ) *à Translatoribus accepit, quando ea tantummodo quæ LEGIS sunt, tradiderunt.* Et quòd hęc fuerit sententia Iosephi affirmat Diuus Hieronymus in *Comment. ad cap.* 2. *Micheæ* ad ver. *Mulieres populi mei eiecistis &c.* vbi hæc leguntur: *Iosephus enim scribit, & Hebræi tradunt, quinque tantùm libros Legis Moysi ab eis translatos, & Ptolemæo Regi contraditos.* Et in *Proœmio Quæst. Hebraic. in Genes.* idem affirmat, quemadmodum etiam facit in *Comment. in Ezechielem* cap. 5. Et quamuis apertè hanc sententiam non tueatur Hieronymus, quia ex ore aliorum loquitur; attamen libro 4. in *Ezechielem* cap. 16. in eam propendere videtur, dum ait: *Quamquam eruditi solos quinque libros Moysi ab eis* (LXXII. Senioribus) *interpretatos probent.*

Probatur III. Ex eodem Aristæo & Iosepho habetur, quòd LXXII. Seniores, septuaginta duorum dierum spatio hanc translationem absolue-

quòd fuerit prior inter omnes Interpretes, nullibi me ita legiſſe memini. Legi quidem in יוחסין *Iuchaſsin* pag. 14. b. de Eleazaro decrepito, qui fuerat vnus ex LXXII. Interpretibus, ſed quòd Princeps illorum fuerit, ibi non legitur. Verba *Iuchaſsin* ſunt -

ואז אלעזר הישיש החסיד הוכה במכות ויצאת נפשו לחיי העולם הבא ׃ וזה אלעזר הישיש הוא מהע״ב זקנים שהעתיקו התורה לתלמי מלך מצרים ומלך יון ׃

Tunc Eleazar decrepitus pius, percutitur percuſſionibus; & egreditur anima eius, vt viueret in ſæculo futuro: Iſte autem Eleazar canus fuit, vnus ex LXXII. Senioribus, qui tranſtulerunt Legem Ptolemæo Regi Aegypti, & Regi Græcorum. Et paulò poſt de eodem ſubiungit -

ואז שלח מיד לירושלם בעבור אלעזר הישיש וע״ב זקנים ועשה להם כבוד גדול ושמח שמחה גדולה וכו׳ ׃

Et tunc (Ptolemæus) *ſtatim miſit in Ieruſalem per Eleazarum decrepitum, & per LXXII. Seniores, & magnificè honoratus eſt eos, & lætatus eſt lætitia magna, &c.* His auctoritatibus concludi poteſt, quòd Eleazar non fuerit caput omnium Seniorum, neque Sacerdos, vt dicit Ioſiphon citatus, ſed ita vocari, vt & reliqui Interpretes, modo ſuprà explicato, quia omnes fuerunt Doctores. Adde, quòd in lib. 2. Machab. cap. 6. in quo de Eleazaro à Philippo propter patrias leges nonagenario occiſo, fit mentio, ver. 18. vocatur Eleaza-

ruſalem, ſcientes linguam Græcam; & ipſi interpretabuntur tibi librum Legis, & reliquos Prophetarum libros, qui apud ipſos ſunt, &c. Et ſequenti pag. col. 1. habetur -

וישלח אליו הכהן שבעים זקנים כהנים חכמים ואת אלעזר הכהן בראשם הוא אלעזר הכהן אשר בוחן ונוסה בנסיונות המות על ידי פיליפוס הרשע בימי אנטיוכוס המלך האכזר ונהרג על קדושת תורת יהוה וכו׳ ׃

Et miſit ad eum Sacerdos ſeptuaginta Seniores Sacerdotes ſapientes; & Eleazar Sacerdos caput eorum erat: iſte eſt Eleazar Sacerdos, qui probatus & tentatus tentationibus mortis fuerat, per manus Philippi impij, in diebus Antiochi Regis crudelis, & occiſus ob ſanctificationem Legis Domini, &c. Et paulò poſt ſequitur -

ויבארו הכהנים את ספר התורה ואת שאר ספרי המקרא כ״ד ספרים וימליצום מלשון הקדש ללשון יונית ויביאום לפני המלך ואלעזר בראשם וכו׳ ׃

Et explicauerunt Sacerdotes librum Legis, & reliquos libros Scripturæ, viginti quatuor libros, & interpretati ſunt eos ex lingua ſancta in linguam Græcam, & adduxerunt eos coram Rege. Et Eleazar primus illorum erat, &c. Sed auctoritates iſtius libri non magni momenti ſunt, quia hic liber, vt videbimus in יוסיפון *Ioſephon Ben Gurion*, ſuppoſititius eſt, & recenter compilatus à quodam Rabbino, in quo multa mendacia ineptè cumulauit; vti eſt illud de num. LXX. Seniorum. Illud autem, quod dicitur de Eleazaro Sacerdote,

cinia, Regum, & Principum Iudæorum gesta, Sententiæ quoque, & spirituales eruditiones continebantur, in suam linguam transferri iussisse; neque paruipendere voluisse, à sua Bibliotheca excludere; potissimùm, cùm tot sumptus impendisset, tot munera in Iudæam transmisisset, & tot millia Iudæorum capita libertate donauisset pro sola Iudaicarum Legum translatione. His itaque præmissis, facilè conciliari poterunt illæ duæ opiniones, quarum altera vult, Pentateuchum Mosis solùm in linguam Græcam fuisse translatum; & altera, quæ asserit, cum Pentateucho, etiam alios Sacros Codices Prophetarum scilicet, & Hagiographorum in eandem linguam traductos. Sicque dicendum erit: Quòd primò, Septuaginta duo Interpretes euocati fuerint à Ptolemæo pro translatione solius Pentateuchi, quem deinde solemni illa translatione transtulerint: at postea habita notitia à Ptolemæo, cæterorum quoque Sacrorum Codicum, & ab eodem rogati, illos etiam Græcè vertisse. Et hoc modo intelligendi sunt illi Patres, quando dicunt, Septuagin. Interpretes omnes Sacros Codices Veteris Testamenti Græcè transtulisse, vt Iustinus Martyr in *Dialogo cum Tryphone*, Irenæus lib. 3. cap. 25. Clemens Alexandrinus lib. 1. *Stromatum*, Epiphanius *De mensuris & ponderibus*, & Eusebius lib. 8. cap. 1. *Præparat Euang.*

Illa verò ratio quæ adducitur ad probandum, totam Sacram Scripturam traductam fuisse à LXXII. eò quia *zarus Vnus de primoribus Scribarum*, non autem Sacerdos. Si autem iste fuerat vnus ex LXXII. Interpretibus, forsan Eleazar ille, qui ab Aristæo inter viros de Tribu Zabulon numerat, erat.

Alij verò existimant, reliquam partem Sacrorum Bibliorum, hoc est Prophetas, & Hagiographa, post solemnem illam translationem Iudaicarum Legum à LXXII. Interpretibus adornatam, & à Rege, cunctoque populo laudatam, commodiori temporis spatio ab ijsdem in eandem Græcam linguam translatam fuisse. Quæ sententia probabilitate non caret: nam & si prima intentio Ptolemæi Regis in eo fixa videatur, vt singularum Nationum Legibus suam Bibliothecam exornaret, ac proinde cùm in eam Syrorum Legem transtulisset, vt Iosephus circa princip. cap. 2. lib. 12. antiquit. refert, Legumque Iudæorum Volumina Regali Bibliothecæ quoque digna existimasset; non ob id, cæteros Codices aliarum gentium gesta narrantes, vel reconditas doctrinas continentes, respuere voluisse, credibile est: imò Demetrio Phalaræo suæ Bibliothecæ Præfecto mandauit, vt per vniuersam terram inuenta Volumina congregaret, & si quid voluntate & industria, seù curiositate ipsius audisset dignum, acquireret. Verosimile igitur est, vt Rex Ptolemæus, qui tanta curiositate libros conquirebat, etiam antiquissimos, & Sacros Iudęorum Codices, Prophetarum scilicet, & Hagiographorum, in quibus Vati-

anno mundi 3500. ante Christum natum 260. & à morte Alexandri Macedonis an. 46. nam Alexander interficitur anno 454. ante Christū natum 306. secundùm quod scribit Dauid Ganz in suo צמח דוד. Eodem etiam anno regnare cœpit in Ægypto Ptolemæus Lagi filius cognomento *Soter*: regnauit autem 40. annis scilicet vsque ad annum 3494. ante natum Christum 266. quo anno cœpit regnare Ptolemæus Philadelphus. Cùm verò Eleazar Sūmus Sacerdos floruerit tempore Iosè Ben Iochanan, qui anno 3500. ab Orbe condito traditionem ab Antigono receperat, vt dictum est: restat, vt dicamus, eodem anno 3500. vel paulò post, Eleazarum etiam in Summum Sacerdotem electum fuisse, sex annis post suscepta Regni gubernacula à Rege Ptolemæo Philadelpho, anno scil. ante natiuitatem Domini 260. At cùm Dauid Ganz dicat, Ptolemęū iussisse verti Legem in linguam Græcam opera LXXII. Seniorum, anno 515. min. supput. consequenter dicendum est, hoc factum fuisse anno 15. Summi Sacerdotis Eleazaris, & anno 21. Regni Ptolemæi, & hoc, secundùm calculum Hebræorum, qui tamen non multum aberrat ab anno 17. Regni eiusdem Ptolemæi, quem Epiphanius assignat pro translatione Legis Mosaicæ. Incidit igitur hæc translatio, secundùm Hebræorū computum, anno mundi 3515. vt vult etiam R. Dauid Ganz, ante Christi natiuitatem anno 245. Hinc patet, quàm erronea sit Chronologia Alste-

quia Apostoli vsi sunt Græca versione in testimonijs Prophetarum citandis, nulla est; quia tempore Apostolorum alia versio Græca existebat, illa videlicet, quæ (vt refert Clemens Alexandrinus 1. *Stromatum*) antequam rerum potiretur Alexander Magnus, incerto tamen Auctore, prodierat, ex qua testimonia ab Apostolis Græcè citata desumi poterant. De hac editione, vide Bellarminum *De Ver. Dei*. lib 2 cap. 5. At versio illa, cuius meminit Alstedius in *Thesauro Chronologiæ* pagina 106. quam dicit à quibusdam Iudæis anno mundi 3630. ante Christum natum 130 sub Ptolemęo Lagi filio conuersam fuisse in linguam Græcam, est fictitia, & ab eodem Alstedio excogitata. Quòd si vera extitisset, etiam ab illa, sua loca citata Apostoli desumere potuissent. Si verò

Quæras, Quo anno hæc LXXII. Interpretum celebris translatio facta fuerit?

Resp. Cùm sub auspicijs Ptolemæi Philadelphi, & Eleazaris Summi Sacerdotis hæc translatio facta inueniatur, dicendum est, hoc translationis opus incæptum fuisse anno mundi 3515. ante natum Christum an. 245. die 8. טבת *Teuèth*, Decembris, & absolutum 5. die ניסן *Nisan*, Martij. Patet: nam Auctor *Scialscèl. hakkab*. pag. 23. ait, Eleazarum Summum Sacerdotem, qui Septuaginta duos Seniores Ptolemæo transmiserat, floruisse tempore Iose Ben Iochanan; hic verò Cabalam à Magistro suo Antigono receperat

אפילו אות אחת באשר מיני צבעונין או בזהב. הרי אלו פסולין׃

Etiam vnica litera alio aliquo colore, aut auro (Liber Legis) *profanus erit*.

Quòd etiam membranæ libri Legis Sacri, glutino aliquo vniri non debeant, sed neruis idonei animalis assui, probatur ex eodem R. Bar Maimonis lib. cit. cap. 10. vbi recensentur omnia, quibus Legis liber profanatur, inter quæ §. 20. ponitur -

שתפר היריעות בלא גידים טהורה׃

Si consutæ fuerint membranæ sine neruis (animalis) *mundi*, *seù idonei*, quantò magis, si aliquo alio glutino compactæ fuerint?

Dices, Hæc scriptionis prohibitio, ne literis aureis fiat, est tantùm Rabbinorum Talmudistarum, non autem aliorum veterum Doctorum. Ergo, etsi hodie non licet alio quàm atramento scribere Legis librum, antiquitùs tamen non erat sic. Ideò liber sacer potuit esse literis aureis exaratus, & ex eo facta esse potuit translatio à LXX. Senioribus.

Respondeo negando assumptum. Incumbit enim aduersarijs onus probandi tempore Eleazaris Sacerdotis magni, librum Legis sacrum, literis aureis potuisse scribi: nos autem probamus contrarium; auctoritate Ghemaræ, Cod. ערובין *Iruuin*, c. 1. pag. 13. מטילין קנקנתום לתוך הדיו *Ponunt Kankantòm*, *Chalcanthum in medio atramenti*, dum illud componunt pro scribendo ס״ת *Sèpher Thorà*, שבותבין ממנו׃ספר תורה ut exponit Auctor ס״מ״ג

stedij, qua statuitur Regnum Ptolemæi Lagi filij, ad annum vsq; 3630. centum triginta sex annis post adeptum Regnum à filio suo Ptolemæo Philadelpho: quod quàm stultum sit, nemo non videt.

Quæri etiam potest: Vtrum Septuaginta duo Seniores in transferendis Sacris Codicibus vsi sint exemplari Hebraico, vel Chaldaico, siuè Targumico?

Resp. Pentateuchum Mosis à Septuaginta duobus Interpretibus, ex Codice Hebraico, sed profano, non autem ex Sacro ס״ת *Sèpher Thorà* in Arca religiosè asseruato, aut ex Codice Chaldæo seù Targum translatum esse.

Prob. Quia Legum libri membranacei ab Eleazaro Alexandriam ad Ptolemæum transmissi, ex testimonio Iosephi lib. 12. antiq. cap. 2. literis aureis conscripti erant, & membranæ inter se adeò diligenter compactæ, vt illarum compago incomprehensibilis esset, de qua re Ptolemæus valdè obstupefactus est. At ס״ת *Sèpher Thorà*, *Liber Legis Sacer* prohibetur scribi aureis literis; sicut & illius membranæ glutino aliquo vniri. Ergo: Minor probatur auctoritate Rabbinorum R. Mosis de Kotzi pagina 107. libri ס״מ״ג. & R. Mosis Ægyptij lib. אהבה *Ahauàh* הלכות תפלין וכו׳ cap 1. §. 4. quo ostenditur modus conficiendi atramentum ad scribendum ס״ת. Et §. 5. quo expressè prohibetur scribi ס״ת *Sèpher Thorà* alio colore quàm nigro; & si in eo scripta fuerit -

Col. Allobr. ãn. 1613. in fol. apertè colligi, translationem LXX. ex exemplari Chaldæo fuisse adornatam, nam: *Reddita sunt* (inquit Philo) *propria proprijs nominibus, Græcis ad Chaldaica exactè respondentibus, quo meliùs perciperetur rerum notitia, &c.* Et post pauca: *Id experimentis quotidianis creditū, siuè Chaldæus Græcam linguam, siuè Græcus Chaldæam didicerit, in vtraque Scriptura tum Chaldaica, tùm eius interpretatione miratur germanitatem, imò rerum, verborùmque consonantiam adorat, non Interpretes illos, sed Initiatores & Prophetas appellans, &c.* Ergo.

Resp. Philo, quamuis genere Iudæus esset, natione tamen erat Ægyptius, & ea tempestate Græcus vocari poterat, cùm tota Ægyptus sub Græcorum potestate esset: Iudæis autem Alexandrinis magis familiaris erat lingua Græca, quàm ipsa Hebraica, idcircò Philo Græcè, non autem Hebraicè, sua opera scripsit; & quia Græcis, magis nota erat lingua Chaldaica, quàm Hebraica; cùm illa propter Imperium Assyriorum, esset lingua viua, qua etiam vulgari sermone vtebantur Hebræi; Hebræa verò erat tamquam lingua mortua, quia doctrinalis tantùm erat, & solis Iudæis nota, ideò communiori vocabulo vsus est Philo, sumens Chaldæam linguam pro Hebræa.

Si verò instabis; nonnulla loca reperiri in translatione LXX. quæ inueniuntur in Targum, & non in textu Hebræo, vt Gen. 4. 8. *Transeamus in campum*, & alia id genus similia. Resp.

Samàgh Halachòth Sèpher Thorà, pag. 107. col. 2. circa princip. Igitur ex alio Codice, quàm sacro adornata fuit translatio LXX. Seniorum.

Quòd autem Pentateuchus ex Codice Chaldæo, seù Targum, non fuerit translatus. Probatur; Quia Paraphrases longè posteriores sunt, quàm fuerit hæc translatio, vt vidimus in Onkeloso, & videbimus in Ionathane Ben Vzielis. Ergo.

Dices; Ex dictis in Onkeloso, Paraphrasis Chaldaica suum natale cognoscit tempore Ezræ, ergo prior est, quàm sit translatio LXX. Interpretum. Ergo illo exemplari vti potuerunt Septuaginta Interpretes in translatione.

Resp. Cùm exemplaria Paraphraseωn Chaldaicarum ex quibus adornauit suam Paraphrasim Onkelos, hodie ampliùs non existant, gratis potest dici, quòd ex aliquo illarum exemplari sit adornata translatio Septuaginta Seniorum, quia nihil poterant Interpretes ex eo exemplari aliquid addere, aut minuere, quod in Hebraico non esset. Inuerosimile autem est, voluisse Summum Sacerdotem, Leges Hebræorum alio idiomate, quàm Hebraico Regi Ptolemęo transmittere: nam tunc eum magis offendisset, quàm honorasset; & Rex suspicari potuisset, se delusum à Summo Sacerdote, cùm pro Hebræorum Legibus, Leges Chaldæorum, à quibus Hebręi ortum ducebant, ad eum transmisisset.

Dices, Ex Philone Iudæo lib. 2. *De vita Mosis* pag. 510. editionis

refutauimus fabulam illam de septuaginta duabus cellulis, & similiter refutata manet etiam alia de singulis exemplaribus à singulis Interpretibus translatis, quæ inde consequitur, & additur in Parenthesi ex sententia Codicis סופרים *Sopherim* cap. 1. Sed cùm in textu dicatur, quòd LXXII. Seniores in eandem sententiam conuenerint -

Quæret nonnemo: Quomodo tam faciliter, potuerint isti Interpretes, in eandem sententiam conuenire, vt nulla inter eos exorta fuerit discrepantia?

Resp. Quia isti Interpretes, quamuis veri Interpretes, & non Vates fuerint, vt ait D. Hieronymus in *Præfat. in Pentateuchum*, nihilominùs Spiritu Sancto repleti fuerunt, & à Deo electi, vt hac translatione Scripturarum in linguam Græcam edita, viam sterneretur ad promulgationē Euangelij, ideò eodem Spiritu Sancto assistente, faciliter propositas difficultates resoluebant. Vnde Iustinus Martyr in *Confutatione ad Græcos* ait: *Septuaginta istos viros non solùm eadem sententia, verum etiam eisdem esse verbis in translatione vsos, ac ne vna quidem dictione alium ab alio dissensisse*. Diligentiam etiam humanam in hac translatione non omiserunt, cùm singulis diebus in vnum coëuntes in Aula, duo, vel ad summum tria capitula Pentateuchi examinare potuerint, & commodissimè in linguam Græcam transferre, sine prorsùs aliqua controuersia. Nam Pentateuchus in 187. capitula diuiditur, quæ

Resp. Omnia, quæ apud LXX. Interpretes inueniuntur, quæ non sunt in textu Hebræo, dicimus addita fuisse ab ijs, qui plùs sapere voluerunt, quàm oportebat. Et quamuis non defuerunt Librarij, qui multa vel addiderunt, vel ademerunt à versione LXX. attamen si conferatur textus Græcus ex LXX. cum textu Hebręo, & Paraphrasi Chaldæa, inuenietur magis conformis Hebræo textui, quàm Chaldæo. Ergo euidens signum est, ex Hebræo exemplari, & non ex Chaldæo, versionem LXX. Seniorum fuisse adornatam. Et quod dicitur de Pentateucho Chaldaico, idem dicendum est de Pentateucho Samaritano; quia si propter allatas rationes, Summus Sacerdos Pentateuchum Chaldaicū Regi Ptolemæo non transmiserit; quantò magis credendum est, non transmisisse Samaritanum, vt potè alienæ Religionis, & cuius lingua exosa, sicut & ipsi Samaritæ erant? Quòd si hoc fecisset, sibi illudere putauisset Ptolemæus. Neque valet, multa loca in translatione LXX. Seniorum reperiri, quæ similia sunt cum ijs, quæ in Pentateucho Samaritano reperiuntur. Nam eodem modo dicimus, vt suprà; eas, à sciolis paulatim, additas esse. Sequitur textus Talmudicus.

נתן הקבה בלב כל אחד ואחד עצה והסכימו
כולן לדעת אחת ובתבו לו (תורה בפני עצמה :)

Posuit Deus sanctus benedictus ipse, in corde singulorum consilium, & conuenerunt omnes in eandem sententiam, & scripserunt ei (Legem seorsim. Iam

si in 72. dies, quibus absoluta fuit translatio repartiantur, singulis diebus capitula 2. & ferè $\frac{2}{3}$ capituli contingет. Hac igitur diligentia obseruata, præter vllum ad miracula recursum, vt dicunt Philosophi, potuerit translatio concedi. At nos, & si eos non Vates fuisse credamus, saltem tanquam Vates suam Interpretationem adornasse credimus. Philo verò lib. 2. *De Vita Mosis* editionis citatæ pag. 510. eos omninò Vates esse asserit, dum ait: *Quod in eo secessu* (scilicet in Pharo Insula) *cùm consedissent solitarij, nemine interueniente arbitro præter naturæ partes &c. tanquā numine correpti prophetabant, non alia alij, sed omnes ad verbum eadem, quasi quopiam dictante singulis inuisibiliter, &c.* Sed prosequamur textum Hebraicum -

ושלשה עשר דבר שינו בה ואלותן אלחים
ברא בראשית וכו׳ ׃

Tredecim autem loca mutarunt, quæ sunt 1. Deus creauit in principio &c.

Ex hac Talmudis historia, Tredecim loca habentur, quæ mutata dicuntur à LXXII. Interpretibus. Quorum singula ordinatim, secundum quod in textu ponuntur, referemus.

Primus locus est Genes. 1. ver. 1. בראשית ברא אלהים *In principio creauit Deus*. Talmudistæ aiunt, LXXII. Seniores vertisse אלהים ברא בראשית *Deus creauit in principio &c.* Glossa. *Rasci* -

שלא יאמר בראשית שם הוא ושני רשויות הן
וראשון ברא את שני ׃

Ne diceret (Ptolemæus) בראשית *Berescith est nomen* (proprium) *Ideò duæ potestates sunt, seu principia, quorum vnum alterum creauit.*

II. Locus est Genes. 1. ver. 6. נעשה אדם בצלמנו כדמותנו *Faciamus hominem in imagine nostra, secundùm similitudinem nostram*. Ipsi transtulerunt אעשה אדם בצלם ובדמות *Faciam hominem in imagine, & in similitudine*. *Rasci* explicat -

שמכאן פקרו האומרים לומר שני רשויות הן
דכתיב נעשה אדם ׃

Quia hinc præsumptuosi dicere potuissent, Duæ sunt potestates. En scriptum: Faciamus hominem &c.

III. Genes. 2. ver. 2. -

ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו אשר עשה
וישבת ביום השביעי וגו׳ ׃

Et perfecit Deus in die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit in die septimo ab omni opere suo quod fecerat. Interpretes mutauerunt -

ויכל ביום חששי וישבת ביום השביעי ׃

Et perfecit in die sexto, & requieuit in die septimo. *Rasci* -

שלא יאמר א״כ עשה מלאכה בשבת והא כתיב
ויכל ביום השביעי ׃

Ne diceret: Si ita est, ergo operatus est in Sabbatho, quandoquidem scriptum sit: Et perfecit in die septimo.

IV. Genes. 5. v. 5. זכר ונקבה בראם *Masculum & fœminam creauit eos.* Ipsi autem dixerunt -

זכר ונקבה בראו ולא כתבו בראם ׃

Masculum & fæminam creauit eum, & non scripserunt, creauit eos. Rasci -

דמשמע שני גופין ברא כל אחד זכר ונקיבה שני פרצופים לכך כתבו בראו שכך נברא אדם בשני פרצופים ׃

Vt literaliter cognosceret, quòd duo corpora creauerit (Deus) *vnumquodque masculum & fœminam, duas scilicet personas; idcircò scripserunt, Creauit eum; quia hoc modo creatus fuerat Adam, in duabus scilicet personis.* Erronea Rabbini expositio, quam nos supra refutauimus. Videsis pag. 67. col. 1. & seqq.

V. Gen. 11. 7. הבה נרדה ונבלה שם שפתם *Agite, descendamus, & confundamus ibi labium eorum.* Ipsi transtulerunt הבה ארדה ואבלה שם שפתם ׃ *Age, descendam, & confundam ibi labium eorum.* Rasci nihil habet in hoc loco.

VI. Genes. 18. ver. 12. ותצחק שרה בקרבה *Et risit Sara intra sese.* Soniores verterunt: ותצחק שרה בקרוביה *Et risit Sara in propinquis suis. Rascì* explicat -

בקרוביה שלא יאמר על אברהם לא הקפיד דכתיב ויצחק. ועל שרה הקפיד לפיכך כתבו ובקרוביה לומר אברהם בלבו והיא אמרה בקרוביה ׃

In propinquis suis. Ne diceret (Ptolemæus) *de Abrahamo non curauit* (Moses) *scribere: Et irrisit. Et de Sara curauit; idcircò scripserunt* (Interpretes) *Et in propinquis suis, Quasi dicere* (voluissent) *Abraham* (risit) *in corde suo, & ipsa dixit, In propin-*

quis suis, (ne risisse videretur.)

VII. Genes. 49. ver. 6.

כי באפם הרגו איש וברצונו עקרו שור ׃

Quoniam in furore suo occiderunt virum, & in voluntute sua eradicauerunt murum. Hoc modo hunc locum mutauerunt -

כי באפם הרגו שור וברצונם עקרו אבוס ׃

Quoniam in furore suo occiderunt bouem, & in voluntate sua extirpauerunt præsepe. Rasci -

שלא יאמר רוצחנים היו אבותיכם שהרי אביהם מעיד עליהם שהם הרגו איש לכך כתבו שור שלא היו חשובין בעיניו אלא כבהמות ולא הקפיד על הבהמות ׃

Ne diceret: Homicidæ erant Patres vestri, dum illorum Pater (Iacob) *testatur contra eos, quòd ipsi occidissent Virum, idcircò scripserunt Bouem &c.*

VIII. Exod. 4. ver. 20.

ויקח משה את־אשתו ואת־בניו וירכבם על־החמור ׃

Et tulit Moses Vxorem suam, & filios suos, & equitare eos fecit super Asinum. Septuaginta verterunt -

ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על נושא בני אדם ׃

Et tulit Moses Vxorem suam, & filios suos, & equitare fecit eos super id quod gestat filios hominis. Rasci -

נושא בני אדם דמשמע גמל שלא יאמר משה רבכם לא היה לו סוס או גמל ׃

Quod gestat filios hominum, intelligitur Camelus; Ne diceret (Ptolemæus) *Moses Magister vester non habe-*

bebat neque Equum, neque Camelum.

IX. Exod, 12. ver. 40.

ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה ׃

Et habitatio filiorum Israël, quæ habitauerunt in Aegypto, triginta anni & quadringenti anni. Ipsi autem (sublatis triginta annis) rotundè scripserunt, *quadringenti anni*, addita particula (*& in reliquis terris*)

ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצות ד׳ מאות שנה ׃

Et habitatio filiorum Israël, quæ habitauerunt in Aegypto, & in reliquis terris quadringentorum annorum (fuit) Glossa *Rasci* -

ובשאר ארצות׃ שלא יאמר שקר כתוב בתורה שהרי קהת מיורדי מצרים היה וכשאתה מונה שנותיו של קהת ושנותיו של עמרם ושנותיו של משה כולן אין מגיעות לד׳ מאות שנה כ״ש שהרבה משנות הבנים נבלעין בתוך שנות האבות אלא שמנה הכתוב מיום שנגזרה גזרת גלות. מצרים בין הבתרים ומשם עד שנולד יצחק שלשים שנה ומשנולד יצחק עד שיצאו ישראל ממצרים ד׳ מאות שנה צא מהם ששים של יצחק ומאה ושלשים שהיה יעקב כשבא למצרים נשארו מאתים ועשר ובן היתה הגזרה כי גר יהיה זרעך בארץ לא להם ולא נאמר במצרים אלא בארץ לא להם וכשנולד יצחק היה אברהם גר בארץ פלשתים ומאז עד שיצאו ממצרים נמצא יצחק וזרעו שהן זרעו של אברהם גרים ושלשים של קודם לכן לא נמנו מגזרה דהא זרעך כתיב ׃

Et in reliquis terris. (Apposita sunt) *ne diceret* (Ptolemæus) *Mendacium in Lege scriptum est: nam Kaàth ex descendentibus in Aegyptum*

fuit; cùm autem numeraueris annos Kaàth, annos Amram, & annos Mosis, omnes simul non pertingunt ad quadringentesimum annum, eò magis quia adduntur annis filiorum inclusis in annis Patrum. Verùm Scriptura numerat à die, quo decisum fuit decretū exilij Aegyptiaci בין הבתרים *Ben habbetharìm Inter diuisiones* (de quibus Gen. 15. 9. & seqq.) *& inde vsque ad natiuitatem Isaaci* (sunt) *triginta anni. Et à natiuitate Isaaci vsque ad exitum Israëlis de Aegypto, quadringenti anni. Ex istis sunt sexaginta anni Isaaci; centum & triginta quibus vixerat Iacob quando ingressus est in Aegyptum, supersunt adhuc 210. At decretum fuerat:* Quoniam peregrinum erit semen tuum in terra non sua. Gen. 15. 13. *Quando autem natus est Isaac, erat Abraham peregrinus in terra Philistinorum, & hinc vsque ad exitum de Aegypto, inuenitur Isaac & semen eius, quod est semen peregrinum Abrahami. At anni triginta anteriores idcircò non numerantur, quia hoc decretum scriptū fuerat* (propter semen Abrahami quia scriptum est) זרעך *Zarachà, semen tuum.*

X. Exod. 24. ver. 11. Pro -

ואל אצילי בני ישראל לא שלח ידו ׃

Et super selectos (Optimates) *filiorum Israël non misit manum suam.* Ipsi mutauerunt hunc locum, & legerunt -

וישלח את זאטוטי בני ישראל ואל זאטוטי בני ישראל לא שלח ידו ׃

Et misit minimos filiorum Israël, & ad

& ad minimos filiorum Israël non misit manum suam. Glossa *Rascè* -

ואטוטי לשון חשיבות אבל נערי לשון קטנות ויאמר גרועים שלכם שלחתם לקבל פני שכינה, ואל ואטוטי בני ישראל באותה פרשה עצמה ולפי שכתבו ואטוטי תחלה חזרו וכתבום בשמם הראשון ולא כתבו ואל אצילי בני בני ישראל:

ואטוטי *Zattuttè minimos, est Titulus æstimationis, at* (si dixissent) נערי *Naarè paruulos, fuisset Titulus contemptibilis; & dicere potuisset* (Ptolemæus) *plebeios* (& abiectos) *qui erant inter vos, misistis recipere facies Diuinitatis. Et ad* ואטוטי *Zattuttè minimos filiorum Israël. In eadem ipsa sectione. Et quia iam primò scripserant* ואטוטי *Zattuttè, replicant* (eandem vocem) *& scribunt idem nomen, vt priùs,* *& non scribunt* ואל אצילי *Veèl atzilè, & ad Optimates filios filiorum Israël &c.*

XI. Numer. 16. ver. 15.

לא חמור אחד מהם נשאתי:

Non Asinum vnum ab eis accepi. Mutauerunt -

לא חמד אחד מהם נשאתי:

Non desiderabile aliquid ab eis accepi. Rascè -

שלא יאמר חמור לא לקח אבל חפץ אחר לקח:

Ne diceret (Ptolemæus) *Asinum non accepit, sed quicquid desiderauit, accepit.*

XII. Deuteronom. 4. ver. 19.

אשר חלק יהוה אלהיך אתם לכל העמים תחת כל השמים:

Quas (Stellas) *partitus est Dominus Deus tuus eas omnibus populis sub omnibus cælis.* Verterunt -

אשר חלק יהוה אלהיך אתם להאיר לכל העמים וילך ויעבוד אלהים אחרים אשר לא צויתי לעובדי׳:

Quas partitus est Dominus Deus tuus eas ad illuminandum omnes populos: & abijt, & seruiuit Dijs alienis, quibus non praeceperam seruire. Rascì -

להאיר לכל העמים שאם לא כן יאמר בן נח מותר בע״ז ומדרשו להחליקן כרברים כדי לטורדן מן העולם: אשר לא צויתי לעובדם שאם לא כתבו לעבדם משמש אשר לא צויתי שיהיו ויאמר אם כן אלו הוא חן שעל בורחו נבראו:

Ad illuminandum omnes populos: quod si ita non esset (scriptum) *dixisset* (Ptolemæus) *filijs Noè Licita est Idololatria; & de ea disputant in Scholis, vt illam extrudant ex mundo. Quibus non præceperam seruire; quòd, si non scripsissent* לעובדם *ad seruiendum eis. Sol, cui non praecepi quòd sit; dicet* (Ptolemæus) *Si ita est, ipse est, qui ex necessitate creatus est.*

XIII. Tandem illud Leuit. 11. ver. 6. vbi *Lepus* vocatur ארנבת *Arnèueth*, mutauerunt in צעירת הרגלים *parua pedibus.* Cuius rei causam affert *Ghemarà* -

מפני שאשתו של תלמי ארנבת שמה שלא יאמר שחקו בי היהודים והטילו שם אשתי בתורה:

Quia Vxor Ptolemai ארנבת *Arnèueth vocabatur: Ne diceret* (Ptolemæus) *Illuserunt mihi Iudæi, ponendo nomen Vxoris meæ in Lege.*

הרא״כד *Harrauad* autem circa principium דברי מלכי בית שני *Diurè malchè*

beth

ceret : Quisnam indicauit vobis illud ; quod erat in corde suo ?

VI. כי באפם הרגו שור וברצונם עקרו אבוס : *Quoniam in furore suo occiderunt Bouem , & in voluntate sua extirpauerunt præsepe .*

שלא ילעיג המלך ויאמר מה ענין איש אצל שור ׃

Ne Rex irrideret ; atque diceret : Quid sibi vult virum cum Boue ?

VII. ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על נושא אדם ׃ *Et tulit Moses Vxorem suam , & filios suos , & equitare fecit eos super id quod gestat hominem .*

שלא יבזה המלך למשה רבינו שרכב חמור ׃ ושלא יאמר היאך נשא חמור אחד אשה ושני בני ׃ אין זה אלא מפני ענוּת ובזיון ׃

Ne Rex sperneret Mosen Magistrum nostrum Asinum equitantem . Neque diceret : Quomodo vnus Asinus portare potuerit Vxorem , & duos filios ? Non ita est ; sed propter humilitatem , & contemptum (sui , ita scripsit Moses) .

VIII. ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצות שלשים שנה וארבע מאות שנה ׃

Et habitatio filiorum Israel , quam habitauerunt in Aegypto , & in reliquis terris quadringentorum triginta annorum fuit .

שאילו במצרים לא ישבו אלא ר״י שנה ׃ וזהו שרמז להם יעקב אביהם רד״ו שמה ׃ וחשבון ארבע מאות ושלשים שנה הוא משנת לידת יצחק שהיה לו לאברהם זרע קדש ׃

Quoniam isti in Aegypto non habitauerunt nisi 210. annis . Et hoc est symbolum illorum : Iacob pater eorum רד״ו *Redu descenderunt illuc* (ר״ד״ו numerat 210.) *Numerus autem quadringentorum triginta annorum sumitur* ab

beth sceni , eadem loca transcribit, sed alias diuersas rationes adducit, ob quas existimat Septuaginta illa mutasse.

I. בראשית ברא אלהים *Deus creauit in principio*, ait -

שלא להקדים שום דבר על שם אלהים ׃ ומפני שבלשון יון המוקדם הוא הפועל והמאוחר הוא הפעול ׃

Ideò, ne aliquid, Dei nomen antecederet : Item ; Quia in Græco idiomate , id quod antecedit est actiuum , & quod postponitur est passiuum .

II. אעשה אדם בצלם ובדמות *Faciam hominem in imagine, & in similitudine :*

שלא ישמע כמי שמתיעץ עם אחרים ׃

Ne audiret , quasi ab alijs consilium caperet .

III. ויכל אלהים בששי וישבות ביום השביעי ׃ *Et compleuit Deus in sexta , & requieuit in die septima .*

שלא יראה כאילו עשה ביום השביעי כלום והשלים בו ׃

Ne videretur (Deum) *aliquid fecisse in die septima , cùm aliquod in ea compleuisset .*

IV. הבה וארדה ואבלה שם שפתם *Age , & descendam , & confundam ibi labium eorum .*

שלא יראה בלשון רבים ׃

Ne appareret (Deum) *loqui pluraliter .*

V. ותצחק שרה בקרוביה *Et risit Sara in propinquis suis .*

שלא יתעולל המלך ויאמר מי הודיעכם מה שבקרבה ׃

Ne occasionem preberet Regi , vt di-

dixe

XIII. ואת הארנבת קראו צעירת הרגלי׳
מפני שאשתו של המלך ארנבת היה שמה שלא
תאמר הלעינו בי היהודים ׃

Et Leporem Vocauit, paruam pedibus: quia Vxor Regis Lepus vocabatur; Ne diceret (Ptolemæus) *Mihi illudere Voluerunt Iudæi.*

Hactenus de tredecim mutationibus, vti ab Harrauàd referuntur loco citato. Sed illius explicationes non admittuntur à Rabbinis, quia videntur declinare à communi antiquorum Rabbinorum sensu & sententia. Vnde Auctor אמרי בינה *Imrè binà* capite 7. de hisce tredecim mutationibus loquens ait -

והרא״בד ז״ל בספר הקבלה שלו הביא לשון הבבלי הנזכר עם פירושים מדעתו ונראה לי שאין להעמיק בדברי החבור ההוא כי איננו תמיד על דעת רבותינו ׃

Rabbi autem Abraham Ben Dauid b. m. in libro suo Cabalæ adducit textum Babylonicum (Talmudis) *cuius meminimus, cui* (adiungit) *ex intellectu suo expositiones. At mihi videtur, quòd non sint fundatæ in verbis illius Codicis, quoniam non sunt secundùm sententiam nostrorum Doctorum.*

Ista autem loca, quæ à Talmudistis in Codd. *Meghillà*, & *Sopherim* afferuntur tamquā mutata à LXXII. Senioribus, etiam referuntur à multis Iudæorum Auctoribus, præsertim ab Auctore עין ישראל *En Israël* in eodem Cod. *Meghillà* cap. 1. num. 9. pag. 145. col. 4. editionis nouæ Venetæ an. 1624. ילקוט *Ialkùt* sect. בראשית *Bereschith* pag. 4. b. editionis Liburn. anno ס״ק. מאור עינים *Meòr enàim*,

ab anno natiuitatis Isaaci, qui fuerat Abrahami semen sanctum.

IX. ואל אצוטי בני ישראל לא שלח ידו ׃
Et ad minimos filiorum Israël non misit manum suam.

כלומר ואפילו לקטנים שבהם לא שלח ידו ׃
שלא יאמר האצילים נמלטו אבל נערי בני ישראל
לא נמלטו ׃

Ac si diceret: Etiam ad paruulos suos non misit manum suam. Ne diceret: Maiores, seù ætate grandæui liberati fuerunt, sed paruuli filiorum Israël non fuerunt liberati.

X. לא חמוד אחד מהם נשאתי׳ *Non desiderabile aliquid ab eis accepi.*

שלא יאמר חמור לא נשא אבל שוחד אחר
לקח ׃

Ne diceret (Ptolemæus) *Asinum non accepit, sed alia munera accepit.*

XI. אשר חלק ה׳ אלהיך אותם להאיר לכל
העמים ׃

Quas partitus est Dominus Deus tuus eas ad illuminandum omnes populos.

שלא יאמר הרי חלק הקב״ה אותם לכל העמים
ונתן להם רשות שיעבדום ׃

Ne diceret (Ptolemæus) *En partitus est eas Dominus omnibus populis, & dedit eis potestatem seruiendi eis* (hoc est Idololatrandi.)

XII. וילך ויעבד אלהים אחרים אשר לא
צויתי לעבדם ׃

Et abijt, & seruiuit Dijs alienis, quibus non præceperam seruire.

שלא יאמר ככר קראם לאלילים אלהים ׃

Ne diceret (Ptolemæus) *Iam Idola vocauit Deos.*

plaria transcripta fuere fidelissimè, addita etiam Lege, ne quis auderet aliquid ex ea addere, vel minuere. Ista Hebraicè leguntur apud Auctorem *Scialscéleth hakkabalà* pag. 24. circa medium, his verbis.

ואחר כך דימטריו שר אליסנדריאה קרא אליו כל אלה הזקנים יחד . וכל היהודים שהיו בערי מלכות טולומיאו הנז' ואחרים גם כן ויקרא באזניהם נוסח ההעתקה וישר בעיני כלם . ויאמרו כי היא ישרה מאד ונעשו ממנה העתקות הרבה עם צווים שלא להוסיף ולא לגרוע מאומה מנוסח ההעתקה וכו' .

Postea Demetrius Princeps Alexandria, Vocauit Seniores istos ad se insimul: vocauit quoque omnes Iudæos, qui erant in Vrbibus Ptolemai, & alios etiam, legitque in auribus eorum exemplar translationis, & rectum fuit in oculis omnium, & dixerunt: Quia ipsa (translatio) *admodum recta est. Et ex ea facta sunt multa exemplaria; præceperuntque, ne iisdem aliquid adderetur, aut minueretur &c.* Non recta autem translatio fuisset, si aliquid in ea mutatum esset, maximè in ipsomet principio Legis; quia quis tam mentis hebes fuisset, quin agnosceret hanc mutationem, *Deus creauit in principio &c.* pro *In principio creauit Deus?* Insulsa autem est ratio, quæ à *Rasci*, & alijs Talmudistis datur, videlicet: Ne diceret Ptolemæus בראשית *Berescith* est nomen proprium, ideò duo sunt principia, quorum vnum alterum creauit, quia בראשית *Berescith*, ponendum non erat in versione Græca, sed transferendum ex Hebraica lingua, & illius significa-

ca-

in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 7. pag. 45. b. cir. princ. & מכילתא *Mechilthà* sectione בא *Bò*, *Ingredere*, *Parascià* 14. pag. 7. col. 1. §. ומושב.

Quærendum est: An reuera ista loca à LXXII. Interpretibus mutata fuerint, vti Talmudistæ referunt?

Resp. Ista tredecim loca relata à Talmudistis, non fuerunt mutata à LXXII. Senioribus, sed à nugacibus Iudæis excogitata, vel vt mysteria nostræ fidei eludant, vel vt Mosen excusent, vel vt ipsos Interpretes prudentia commendent.

Probatur I. Quia Aristæus dicit, (referente Iosepho lib. 12. antiquit. c. 2.) eos Legem benè interpretatos fuisse, ideoque Sacerdotes Interpretes petijsse, vt illius interpretatio permaneret immobilis, & quod à Præsidibus gentium iudicatum fuerat benè se habere, sempiterna memoria firmaretur. Ergo.

Dices: Ex hoc testimonio non excludi has mutationes; nam Præsides gentiles, quia indocti erant linguæ Hebraicæ, animaduertere non potuerunt errata, vel mutata in Interpretatione, sed illam lingua Græca lectam approbarunt.

Resp. Etsi hoc imponi possit Præsidibus istis Græcis, non tamen est imponendum viris doctis Iudæis Alexandrinis, qui vtramque linguam callebant; hi enim exemplar translationis (instante Demetrio Bibliothecæ Ptolemæi Præfecto) legi audierunt, & testimonium perhibuerunt, Iudæorum Legem optimè fuisse translatam, ex qua deinde, diuersa exem-

in die septimo.

III. Locus est VII, ex Gen. 49. v. 6. *Quia in furore suo interfecerunt homines, & in cupiditate sua subneruauerunt Taurum.*

IV. Est VIII. *Assumens autem Moses vxorem, & paruulos, imposuit eos super subiugalia.*

V. Est IX. Exod. 12. 4. *Habitatio autem filiorum Israël, quam habitauerunt in terra Aegypti, & in terra Chanaan, anni quadringenti triginta.* In numero annorum conuenit cum textu Hebræo, sed pro (*reliquis terris*) ponitur (*& in terra Chanaan*) sicut etiam habetur in exemplari ex מסכת סופרים vt suprà in textu Talmudico per Parenthesim, annotauimus. Explicationem autem illam *Rasci* de computu annorum 430. quibus filij Israël habitauerunt in Ægypto, & in reliquis terris, non vnicam tantùm, aut leuem difficultatem habet, quas in hoc loco prætererire consultiùs putamus, breuitatis amore. Videat Lector benignus, si placet, pag. 169. & seqq. vbi nonnulla ex eodem *Rasci* ad hæc pertinentia retulimus.

VI. Est XI. apud eos ex Num. 16. 15. *Non desiderium vllius eorum sumpsi.*

Locus autem X. ex Exodo 24. v. 11. vbi Hebraicus textus habet: *Et super selectos filiorum Israël non misit manum suam.* Et mutatio Talmudica LXXII Seniorum: *Et misit minimos filiorum Israël, & ad minimos filiorum Israël non misit manum suam.* Græca lectio LXX. hodie legit: *Et de electis Israël, non dissonuit,* nec

catio reponenda in Græca translatione, sicut hodie legitur: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, *In principio fecit Deus &c.* Ergo fictitia & imaginaria est talis mutatio &c.

Probatur II. Quia omnes istę mutationes hodie in textu Græco, qui putatur esse LXXII. Interpretum, non reperiuntur, quamuis nonnullæ non longè abeant ab illis. Loca autem, quæ hodie in textu Græco habentur, & conueniunt cum textu Hebraico, sunt -

I. *In Principio fecit Deus &c.*

II. Locus, est IV. in ordine eorum Genes. 52. *Masculum & fœminam fecit eos.*

III. Est V. Gen. 11. 7. *Venite & ascendentes confundamus ibi linguā eorum.*

IV. Est VI. Gen. 18. 12. *Risit autem Sara in semetipsa.*

V. Est XII. Deuter. 4. 19. *Quæ distribuit Dominus Deus tuus ea omnibus, quæ sunt sub cælo.*

VI. Est XIII. apud eos ex Leuit. 11. 6. *Leporem.*

Loca autem, quæ vtcumque coincidunt, vel aliqua ex parte sunt similia ijs, quæ allata sunt à Talmudistis.

I. Est II. apud eos ex Genes. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem,* sub qua intelligitur (*nostram*) Vndè nihil videtur hic locus differre à textu Hebraico.

II. Est III. apud eos ex Genes. 2. v. 2. *Et consummauit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit, & requieuit*

& ducentos annos. Hebr. *Quinque annos, & centum annos*. Et ver. 7. *Septem annos, & septingentos*. Hebr. *Et octingentos*. Ibid. v. 9. *Et vixit Enos annos centum nonaginta*. Hebr. *Nonaginta*. Ver. 10. *Quindecim annos, & septingentos*. Hebr. *Octingentos*. Ver. 12. *Et vixit Cainan septuaginta & centum annos*. Hebr. *Septuaginta*. Ver. 13. *Quadraginta & septingentos annos*. Hebr. *Octingentos annos*. Ver. 15. *Et vixit Maleleel quinque & sexaginta & centum annos*. Hebr. *Quinque annos; & sexaginta annos*. Ver. 16. *Triginta & septingentos*. Hebr. *Octingentos*. Ver. 21. *Et vixit Enoch, quinque & sexaginta & centum annos*. Hebr. *Quinque & sexaginta*. Ver. 22. *Ducentos annos*. Hebr. *Trecentos*. Ver. 25. *Et vixit Mathusala septem annos, & sexaginta, & centum*. Hebr. *Septem, & octoginta, & centum annos*, Ver. 26. *Duos, & octingentos*. Hebr. *Duos, & octoginta annos, & septingentos*. Ver. 28. *Et vixit Lamech octo & octuaginta & centum annos*. Hebr. *Duos, & octoginta, & centum annos*. Ver. 30. *Quingentos & sexaginta & quinque annos*. Hebr. *Quinque, & nonaginta, & quingentos*. Ver. 31. *Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti & quinquaginta tres anni*. Heb. *Septem, & septuaginta, & septingenti*: Gen. cap. 10. v. 24. Sept. *Et Arphaxad genuit Cainan, & Cainan genuit Sala*. In Hebr. non habetur *Cainan*. Sept. idem repetunt in cap. 11. v. 12. at in Hebr. nihil de *Cainan*. Et in eo capitulo omnes ferè numeri annorum

nec Vnus.

Dices: Ex his locis, quæ aliquam affinitatem habent cum mutationibus allatis ex Ghemarà, maximè probantur eædem mutationes, quòd fuerint ab ijsdem Interpretibus.

Resp. Imò ex eisdem probari, mutationes illas non fuisse à LXX. Senioribus, sed excogitatas à Talmudistis iunioribus, qui cùm legissent in textu Græco has varias lectiones, eas in suam Talmudicam farraginem inuexerunt. At si

Replicaueris: Ex hoc concludi, ea loca ab Interpretibus mutata fuisse; quia si in textu Græco LXXII. Seniorum inueniuntur: ergo ab ijsdem apposita fuerunt; ergo ab eis mutata.

Resp. Negando consequentiam, Quia non ista loca solum discrepare reperiuntur à textu Hebraico, sed multa etiam alia sunt, quæ ab eodem differunt. Ergo & illa fuerunt variata à LXXII. Interpretibus? Hebræi non admittent hanc consequentiam, quia solummodo tredecim loca ab eis esse mutata docent: ergo nec illa admitti debet. Loca autem Pentateuchi discrepantia à textu Hebraico, vel redundantia, ex multis, ista pauca, exempli gr. ponuntur: Gen. 4. 8. Sept. legunt: *Transeamus in campum*; in textu Hebræo nihil tale legitur. Gen. 5. 3. Septuag. *Vixit Adam triginta & ducentos annos*. Hebr *Et centum annos*. Ibid. v. 4. *Facti autem sunt dies Adam &c. septingenti anni*. Hebr. *Octingenti*. Ibid. v. 6. *Vixit autem Seth quinque*

à *Gentilibus*, & ab omnibus *primæuæ Ecclesiæ Christianis*; & si illa hodie reperiretur, vti ab eis translata erat, pari quoque honore habenda esset: sed quia innumeris erroribus hodie scatere deprehenditur, vt omninò aliam faciem habere videatur, ideò illam honoris prærogatiuam, amisisse; neque à Vulgata, ad eam appellandum esse, dicimus. Huius conclusionis singulæ particulæ probandæ erunt.

Prima particula est: Sacram Scripturam Græcè à LXXII. Interpretibus traductam, semper maximo honore à Gentilibus habitam. Probatur auctoritate Iosephon Ben Gurion cap. 17. pag. 32. col. 1. post med. Testatur enim Iosephon, Regem Ptolemæum magna lætitia affectum fuisse postquam audiuerat vniformitatem traductionis omnium Interpretum, laudauisse, & Legem Domini præ omnibus cæteris Legibus, & Libris, quos attulerant ex alijs Nationibus, Præpositi ad inquirendos libros, Aristæus & Andreas, commendasse. Verba Iosephon sunt.

וישמח המלך מאד על זה ויאמר אל אריסטיאוס ואנדריאוס יהי האלהים בעזרכם אשר יעצתם אותי על אמת ונכון כי עתה ידעתי אשר ספרי היהודים כדת הם הם ספרי האמת מכל ספרי אורות הדתות ובלב מבינים תנות חכמה ויתר ספרי הדתות אשר לאומות העולם הלא המה הכל ותהו ושוא ואין בם מועיל ונביאיהם חזו שוא ותפל:

Et lætatus est Rex valdè super hoc (opere translationis) *& dixit ad Aristæum & Andream: Sit Deus in auxilium vestrorum, pro eo quòd consilium dedistis mihi, verum & rectum: quia nunc*

rum à Sept. assignati in vitis filiorum Noë, semper differunt ab ijs, qui assignantur in Textu Hebræo. Gen. 26. ver. 32. Septuag. habent: *Non inuenimus aquam*. Hebr. *Inuenimus aquam*. Totum oppositum.

Multa alia loca discrepantia inter textum Sept. & Hebraicum assignari possent, sed breuitati studentes, relinquimus. Quæ omnia videntur alterata & mutata ab Amanuensibus & Græculis Scriptoribus sciolis, qui non intelligentes linguam Hebraicam, conferre non valuerunt Codices Græcos deprauatos cum Codicibus emendatis Hebraicis, & corrigere; aut ad normam antiquorum Codicum Sept. optimorum suos transcribere; vel quia copiam non habuerunt, aut illos inquirere parum soliciti fuerunt. Vnde factum est, quòd paulatim, crescente numero exemplariorum hoc modo deprauatorum; Scriptura Sacra Sept. Interpretum, erroribus scatens (quamuis sine læsione Sacrorum dogmatum in ea contentorum) longè lateque per vniuersum Orbem Christianum propagata sit. Hinc igitur.

Quæri potest: Quam auctoritatem hæc LXXII. Interpretum translatio Sacræ Scripturæ, olim habuerit apud Gentiles, & alios primæuæ Ecclesiæ Christianos; & quam hodie apud eandem Ecclesiam Catholicam habeat?

Resp. Cùm Sacra Scriptura fidelissimè à LXXII. Interpretibus in linguam Græcam translata fuerit, semper maximo in honore habita est

citate percutitur. Et cùm ad se reuersi humiliter à Deo veniam suppliciter peterent, ille recepit sensum; hic visum. Confer Iosephum Historicũ lib. 12. *antiquit.* cap. 2. cir. fin.

Secunda particula Conclusionis est: Eandem Sacram Scripturam LXXII. Interpretum, summo in honore & pretio habitam fuisse à Christianis primæuæ Ecclesiæ.

Prob. Quia Apostoli, cùm Græcè loca Scripturæ citare voluerunt, ex ea protulerunt, & cæteri nascentis Ecclesiæ Christiani primùm ea vsi sunt. Vnde Hieronymus de eadem LXX. Interpretum versione loquens ad *Chromatium Præfat. in lib. Paralipom.* ait: Eam semel aures hominum occupasse, & nascentis Ecclesiæ roborasse fidem, eamque multis seculis Ecclesia Catholica secuta est. Ergo in maximo pretio habita est &c.

Tertia particula, nempè: Hodie innumeris erroribus scatere LXX. Interpretum versionem. Probatur ex D. Hieronymo *Præfat. in lib. Paralip.* cit. vbi ait: *Si Septuaginta Interpretum pura, vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me Chromati &c. impelleres, vt Hebræa Volumina Latino sermone transferrem &c. Nunc verò cùm germana illa & antiqua translatio corrupta sit, atque violata &c.* Quod & ijsdem verbis repetit *in Apologia aduersus Ruffinum*. Ergo. Idem affirmat Augustinus de versione Latina ex Sept. translata, Epist. ad Hieronymum, quæ est 88. inter Epistolas D. Hieronymi, qui de Sept. Interpr. versione lo-*nunc cognoui, quòd libri Iudæorum sint veraces, & fideles præ omnibus libris Legum inuentionum: & in corde, qui considerant eos, quiescit scientia. At cæterarum Legum libri, qui sunt penes mundi Nationes, nonne vanitas, vacuitas, & inanitas est in eis, & nulla vtilitas; Et Prophetæ eorum prophetauerunt vanitatem?*

Idem refert Iosephus Historicus *De antiquit.* lib. 12. cap. 2. ex Interpr. Ruffini, his verbis: *Gauisus ergo Rex, & videns voluntatem suam ad vtilem rem esse profectam, & delectatus, relectis Legibus, & sensum, & sapientiam, & Legislatores obstupescens, ad Demetrium sermones facere cepit; quòd ita mira existeret Legislatio, vt nemo neque Historiographus, neque Poëta meminisset eius.*

Tantaque fuit huius translationis publica lætitia, vt Græci & Ægyptij, (sicut refert Philò lib. 2. *De vita Mosis* pag. 510. circa finem edit. cit.) singulis annis in illius memoriã apud Pharum festa celebrarent. Atque adeò in honore apud Gentiles, eadem Græca translatio est habita, vt qui eam ausu temerario in rem profanam conuertere tentassent, à Deo percussi, temeritatis & blasphemiæ pœnam luerint. Sic Theopompus, qui post Xenophontem historias Græcas scripsit, & in eis innumerabiles admiscuit fabulas, volens quoque Sacras Historias eis inserere, mente turbatur; & Theodectus Tragediarum Poëta, cum nisus fuisset in aliquo Dramate eorum meminisse, quæ in Diuino Volumine continentur, cæ-

תלמי המלך שאל את הזקנים ברומי בכמה ימים ברא הקב"ה עולמו אמרו לו לששה ימים וכו' ׃

Ptolemæus Rex interrogauit Seniores in (Vrbe) *Roma*: *Quot diebus creauit Deus sanctus benedictus ipse, mundum suum? Responderunt ei: Sex diebus &c.* Si locus iste intelligendus est de Ptolemæo Rege Ægypti, & de Senioribus Interpretibus; vtique impertinens est, Ægypti Regem Seniores Interpretes de Mundi creatione, Romæ eos interrogasse. Numquid Ptolemæus Rex Ægypti aliquando Romæ fuit, aut Iudæos Ierosolymitanos S. Scripturæ Interpretes Romam aduocauit? Si Iudæi perfricto vultu id affirmare præsumpserint, procul dubio, non solùm inter historiæ ignaros, sed etiam inter vertiginosos homines, & phanaticos connumerari poterunt: error tamen inesse videtur in ברומי *Berômi*, voce corrupta *In Roma*, seù *Roma*, quæ corrigenda credimus, & eius loco reponenda ברמה *Beramà*, *In excelso*, in loco sublimi; ex Solio Regio, ita vt sedente Ptolemęo inter Seniores in Regio Solio, ex eo de multis interrogasset Seniores, inter quæ potuit esse illa petitio, de diebus creationis mundi; quamuis inter quæsita Ptolemæi ab Aristæo in suo libro recensita, ista non reperiatur. De his quęsitis etiam Iosephus Historicus libro 12. cap. 2. *antiquit.* loquitur his verbis: *Præterea Rex quantum satis ei visum est, cepit philosophari, & vnumquemque eorum* (Seniorum) *naturales percunctari sermones, & ad contem-* loquens, hoc modo ait: *Quæ* (Septversio) *in diuersis Codicibus ita varia est, vt tolerari non possit; & ita suspecta, ne in Græco aliud inueniatur, vt inde aliquid proferri, aut probari dubitetur*. Ergo vtraque versio, tam Grę-ca quàm Latina Septuag. Interpretum fœdissimè corrupta est. Quod si non esset deprauata, sicut antiquitùs in summa veneratione erat, ita & hodie esset; sed quia nitidam illam antiquam faciem iam diù deperdidit, ideò nonnulli in ea sententia fuerunt, vt existimarent, LXXII. Seniorum Interpretationem omninò interijsse; quod ego non ausim affirmare: sed sicut temporibus D. Hieronymi, & Augustini ita corrupta & vitiata erat, vt vix tolerari posset, vt idem Augustinus affirmat, quid censendum est post XII. & ampliùs secula ab Hieronymi & Augustini temporibus? Vnde meritò, absque publica auctoritate ea relicta, versionem à Hieronymo ex Hebraico fonte adornatam, aut Vulgatam Italicam versionem ab eo emendatam, vel approbatam; tamquam Scripturæ Sacræ authenticum exemplar Ecclesia Catholica recepit, & Sacrum Tridentinum Concilium approbauit. De qua fortassis, Deo propitio, commodiori loco aliquid dicemus:

Tandem castigandus est locus ille in פרשה בראשית רבה *Bereſcith Rabbà* פרשה *Paraſcià* 10. circa finem, in quo legitur, Regem Ptolemæum Romæ interrogasse LXX. Interpretes: quot diebus Deus absoluerit Mundi creationem? Illius verba sunt -

que Iudæus, & Zonaras Annalium Tom. I. partim tacito, partim expresso Auctoris nomine, multa ex hoc libro citant. Contra quem Ludouicus Viues ad cap. 42. lib. 18. *De Ciuit. Dei*, & Leo à Castro *Præfatione in Comment. Isai. cap.* 35 insurgunt; sed Bellarminus Aristæum egregiè defendit lib. 2. cap. 6. *De Verbo Dei*, & *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, *De LXXII. Interpretibus*, *& de Aristæo*. Huius Aristæi nomen apud Auctores Hebræos, aut in *Ghemarà* non inuenio; ideò miror, quomodo Viues, & à Castro dicant, hunc librum non esse veri Aristęi, sed ab Hebręis confictum, cùm apud eos, neque libri istius, nec nominis quidem memoria extet. Vnus solus Azarias de Rubeis modernus Rabbinus illius meminit, quia illum Hebraicè vertit, non integrum quidem librum, sed bonam ipsius partem, omissis nominibus LXXII. Interpretum, forsan ne cogeretur fateri reuersionem nonnullorum ex singulis Tribubus Israëlis tempore Cyri; quamuis obiectioni contra Catalogum LXXII. Interpretum, quo singula illorum nomina recensentur, si cui displiceret, occurri potuisset; vt videlicet, eos non ex qualibet Tribu selectos, quæ ex Iudęorum sententia non extabant, sed nomine singularum Tribuum, seni delecti fuerint, vt omnes Tribus Israël repræsentarent, eo prorsùs modo, quo in transitu Iordanis, Iosue 12. lapides in eodem Iordanis alueo posuerat in memoriã duodecim Tribuum Israël. Cui repli-

templationem quæstionis accendere, cùmque illis ad omnia respondentibus, quæ eis obiecta essent, & explanantibus, gauisus (est Ptolemæus.)

Cæterum de Aristæi Historia Septuaginta duorum Interpretum, testimonium reddunt -

I. Iosephus Hebręus *Antiquitatum Iudaicarum* lib. 12. cap. 2. *Et qui vult singula cognoscere* (inquit) *quæ in conuiuio parata sunt* (à Ptolemæo Rege LXXII. Interpretibus) *legat Volumina Aristæi, quæ propter hæc conscripserat, & agnoscet*.

II. Tertullianus in *Apologetico aduersus Gentes* cap. 18. *Affirmauit hæc vobis* (LXX. Interpretum sententiæ communionem) *etiam Aristæas &c.*

III. Eusebius *De præparatione Euangelica* lib. 8. cap. 1. *Quam rem* (Legis Mosaicæ Translationem) *Aristæus vir doctus, vtpotè qui rebus aderat, diligenter conscripsit &c.* Et capite 3. ait: *Hæc Aristæus alter ex Legatis conscripsit*.

IV. Epiphanius libro *De ponderibus & mensuris*. *Primi Interpretes Diuinæ Scripturæ fuerunt ex Hebraica lingua in Græcam, LXXII. Viri, qui eandem primam interpretationem tempore Ptolemæi Philadelphi intepretati sunt &c. velut tradit Aristæus libro suo*.

V. Hieronymus in *Præfat. in Pentateuchum*. *Et nescio quis primus Auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit &c. cùm Aristæas eiusdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς &c. nihil tale retulerit*. Idem repetit in *Apolog. contra Ruffinum*. Philo quo-

belium 1536. in 8. vnà cum Olympiodori Scholijs in Ecclesiast. & Georgij Neocæsariensis in eundem metaphrasi. Et ibid. apud Ioan. Oporinum ex versione Matthiæ Garbitij in 4. Latinè etiam reperitur in ΜΙΚΡΟΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΝ pag. 494. edit. Basileænsis apud Henricum Petri 1550. in fol. Et in Biblioth. Veter. Patrum Tom. 7. secundæ & tertiæ editionis, & Tom. 1. editionis Coloniæ Agrippinæ 1618. pag. 1.

VI. ש״ות *Sceelòth Vnscuuòth Quesita & Responsa*, seù *Decisiones forenses*, quæ excusæ reperiuntur Venetijs anno לפ״ק 312. min. supputat. Christi 1552. apud Aloysium Bragadinum In fol. Scripsit -

VII. הנהגות *Hannagòth Consuetudines ad mores reformandos, vitamque instituendam piam, ac deuotam*. Libellus est, 132. constans præceptis, & admonitionibus; reperitur circa finem libri תפוחי זהב *Tepuchè Zahàu* R. Iechielis מילי *Meli*. Excus. Mantuæ an. 383. Christi 1623. In 12.

In Bibliotheca Collegij Neophytorum Romæ extat Libellus msc. Asceticus, in cuius pag. ל״ס 49. inseritur Tractatus cum eodem Titulo, qui est -

הנהגות אשר תקן הרב רבינו אשר אבי רבינו יעקב בעל הטורים.

Consuetudines, quas ordinauit Rau Rabbènu Ascèr pater Rabbenu Iacobi Auctoris טורים *Turrim*. Est ferè idem cùm superiori, quamuis aliquando ab eo deflectat. Buxtorf. in sua Bibliotheca Rabbinica secundæ editionis, R. Ascero attribuit quendam librum Titulo insignitum -

VIII. מתנות *Mathanòth* seù ס׳ מתנות *Sèpher Mathanòth Liber Donorum*, de cuius argumento nihil habet, & ego aliunde de eo aliam notitiam non habeo.

Aduertendum est circa opera Talmudica huius Auctoris, quòd illa composuerit secundùm stylum Rau

סנהדרין *Sanhedrin De Concilio Senatorio*.

מכות *Maccòth De Flagellationibus*, & inscribitur אשרי *Asceri Ascereus*.

שבועות *Sceuunghòth De Iuramentis*.

עבודה זרה *Auodà Zarà De Idololatria*.

In quinto Ordine קדשים *Kodascim De Sanctitatibus*, In -

חולין *Cholìn De Profanis*.

בכורות *Bechuròth De Primogenitis*.

In sexto Ordine טהרות *Taharòth De Purificationibus*, In -

מקואות *Mikuaòth De balneis*.

נדה *Niddà De Menstruata*.

In his Tractatibus Talmudicis, scripsit R. Ascer, in quorum calce reperiuntur hæc eius Commentaria additis פיסקי הרא״ש *Piskè Harròsc Conclusionibus*, vt suprà dictum est. Confer Talmud Babylonicum editionis Venetæ, Cracouiensis &c.

V. Scripsit etiam eruditam *Dissertationem* super illud commune Iudaicum effatum אין מזל לישראל *En Mazàl Le-Israèl Israèl subiectus non est alicui Planetæ*. Reperitur msc. in Biblioth.

opera sua טורים *Turim* composuit, & vxorem suam ibidem ferro à R. Iuda fratre suo necatam, ne fidem Christi susciperet, amisit. Sed de his alibi.

Præter R. Meir, habuit etiam Rau Ascer alium præceptorem, is fuit eius frater R. Chaijm, qui anno mundi 5074. Christi 1314. obijt.

Sciendum est etiam, quòd in Hispania tempore R. Ascer inter Iudæos viuebat *R. Isaac Ben Israël* sapientissimus Mathematicus & Astronomus, qui vt rem gratam faceret R. Ascero, (eodem flagitante) composuit illud præclarum Volumen Astronomicum, vbi de omnibus Astronomiæ partibus luculenter pertractat, sed præsertim de Calendario, Anno communi, & Embolismico, & cæteris, quæ ad stabiliendum Paschatis festum, à quo cæteræ festiuitates dependent, admodum conducunt. Vnde, nihil intentatum reliquit, vt ea dilucidè explanaret, vocauitque יסוד עולם *Iesòd olàm Fundamentum Mundi*, de quo suo lòco agemus.

Subscripsit etiam Decreto, quod sapientes Barchinonéses tulerunt, ne Iuuenes ante 20. annum ætatis Philosophiæ operam darent, vti notauimus supra pag. 2. col. 1. Auctor verò *Scialscèleth hakkabalà* extendit ante 25. annum, sicut se legisse in eodem lib. מנחת קנאות *Minchath kenaòth* asserit; his verbis.

וראיתי בספר מנחת קנאות כי בגזרות שעשו קהלות ברצלונה שנת ה' אלפים ס"ר שלא ללמד בחכמה יוונית עד שיגיע הלימד אל כ"ה שנים חתום

Alphes, & R. Mosis Ægyptij, sed ampliùs addidit suprà Ægyptium, quia *Aegyptius* (vt refert *Iuchassin* pag. 133.).

לפי שהרמב"ם כתב כדברי נבוא' בלי ראיה:

Scripserat (librum suum) *tamquam prophetiam, absque vlla ratione*. At R. Ascer doctrinam suam rationibus confirmauit.

Reliqui quatuor filij Rau Ascer; nempè *Eliakim*, *Moses*, *Elazar*, & *Simeon* omnes docti fuerunt, & Toleti varia opuscula scripserunt super *Decisiones & Ritus Talmudicos*, quæ tractu temporis perierunt, vt dicitur in Epistola R. Chasdai Krèsckas: & ex his, nihil superfuit, nisi opera R. Iacobi Auctoris טורים *Turrim*, qui, vt scribit Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pag. 61. לא בא עם אביו לספרד *non ierat cum patre suo in Hispaniam*; quod tamen videtur pugnare cum eo, quod suprà dixerat pag. 60. *R. Iudam*.

הרג את עצמו (בטוליטולה) ואשתו וחמותו שהיתה אשת רבי יעקב אחיו:

occidisse seipsum Toleti, vxorem suam, socrum eius, quæ erat Vxor Rabbi Iacobi fratris sui, anno mundi, vt diximus, 5128. Sed si beǹè perpendantur verba Auctoris *Scialscèleth hakkabalà*, nullam in eis inesse repugnantiam, aut inconueniens aliquod inueniemus: nam ipse dixerat, R. Iacobum non iuisse *cum patre suo in Hispaniam*, potuit tamen ire post discessum patris aliquo tempore post, sicut de facto iuit, quamuis tempus præcisum ignoretur. Toleti enim

החיצונים *hachitzonim extraneis* ampliat ad omnes שאינם מאמינים באמונתנו *qui non credunt fidei nostræ*, id est Iudaicæ. Et hic præsens R. Ascer in eundem locum explicat, Hæreticorum libros esse ea interpretamenta Sacræ Scripturæ non secundùm mentem Doctorum Synagogæ. תנא inquit -

סיפרי מינים אותם שפי' התורה לפי רעתם ולא סמכו על דברי חכמים כי יש בדבריהם צד מינות וכל מקום שנקרו המינים אחז"ל שתשובתם בצירן ואפילו דברים טובים שבהם אסור לקרותן וכו' ׃

Est traditio, quòd sint libri Hæreticorum (hi quibus exponitur Lex.) *Quia huiusmodi expositio Legis est secundùm illorum mentem, & non innititur verbis sapientum, quoniam est in illorum verbis pars hæreticalis; & vbicumque præsumunt Hæretici, dixerunt sapientes nostri b. m. quòd eorum responsa sint penes eos. Et etiam verba bona quæ in eis sunt, prohibitum est legere &c.* Hinc patet vsum prohibendi libros Hæreticorum, falsa dogmata docentes, vel aliquid contra bonos mores continentes antiquissimum esse, cùm de eo fiat mentio non solùm à R. Akibà, qui tempore Hadriani Imperatoris viuebat; sed etiam à Iosepho Historico lib. 20. *Antiquit.* cap. vlt. & propè finem innuatur his verbis: *Quippe cùm apud nos non recipiant eos, qui elocutionem multarum gentium didicisse noscuntur.* Imò hæc consuetudo longè antiquior Iosepho Historico esse censetur, cùm ad tempora חוני המעגל *Choni Hammanghel*, qui longè ante Christi natiuitatem vixerat, referri posse credimus: nam eo

חתום תחתיו הרשב"א מברצלונה והרא"ש מטוליטולה ׃

Et vidi in libro Minchàth kennaòth, quoniam in Decreto, quod fecerunt Synagogæ Barcinonenses anno 5064. Chr. 1304. ne addiscat sapientiam Graecanicam (Iuuenis) *donec attingat annum 25.* (ætatis.) *Sub eo subscripsit Harrisc̈bà R. Salomon Aben Addèreth Barcinona, & Harròsc R. Ascèr Toleti.* Adeò abominabantur antiqui Iudæi Philosophicas scientias, vt non solùm interdictum eis esset studere in illis, verùm & ipsi Philosophici libri prohibebantur, ac si essent Hæreticorum. In hunc sensum Bartenora explicat illud R. Akibæ in *Miscnà* Codice סנהדרין *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek* pag. 90. vbi ait -

ר' עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים ׃

R. Akibà dicit: Etiam qui legit in libris extraneis, non habebit partem in sæculo futuro: Glossator R. Obdias Bartenora vocem החיצונים *extraneis* exponit pro -

ספרי מינים כגון ספרי ארסטוט היוני וחבריו ובכלל זה הקורא בספר דברי הימים של מלכי הגוים ובשירים עגבים ודברי צחוק שאין בהם חכמה ולא תועלת אלא אבוד זמן בלבד ׃

Libris Hæreticorum, veluti sunt libri Aristotelis Græci, & sociorum eius. Sub hac generali regula (comprehenditur is) *qui legit in libro Chronicorum Regum Gentilium, & in Poëmatibus amatorijs, & lasciuis, in quibus nulla est sapientia, neque vtilitas, sed tantùm iactura temporis.* At Auctor כף נחת *Caph nàchath* eandem vocem

סי' אשר ונפתלי : עיין בני אשר ונפתלי ,

312 ASCER & NEPHTALI. Vide *Benè Ascèr*, & *Nephtali*.

סי' ר' אשר בן ר' פרץ מיניצא


היה דופס בנאפולי שנת ה' אלפים רנ"ב ליצירה והביא לדפוס ס' אבן סיני בבית ר' עזריה בר' יוסף כמו נראה במ' ב' ובסוף המאמר ב' ובפרק תשי"ג :

313 R. ASCER BEN R. PE'RETZ DE NICIA (ignoratur an de Nicia Ciuitate Ducis Sabaudiæ, an verò de Oppido huius nominis in Marchionatu Montisferrati intelligi debeat) Artem Typographicam librorum Hebraicorum exercebat Neapoli anno 5252. Christi 1492. in domo R. Azariæ Ben R. Ioseph, vbi & opera Auicennæ in fol. excusit, vt apparet ex eisdem operibus, lib. 2. *Maamàr* 2. cap. 713. in fine.

סי' רבי אשר מבני שונצינו

היה דופס ספרים בעיר פאנו בשנת ה' אלפים ונדפס מאות ליצירה :

314 R. ASCER EX FAMILIA SONCINATVM, de quibus suprà pag. 431. & seqq. Artem Impressoriam exercebat in Fano Fortunæ, & ab eo multi libri Hebraici sunt excusi, quorum nonnulli notantur suis quibusq; locis.



eo viuente lata fuit sententia illa.

ארור מי שיגדל חזיר , וארור מי שילמד לבנו חכמת יונית :

Maledictus sit qui nutrit porcum; & maledictus sit, qui docet filium suum linguam Græcanicam, id est Philosophiam, à qua processit prohibitio librorum perniciosorum. Videsis in חוני המעגל.

Tandem referendum est, id quod notat Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pagina 113. nempè, quòd tempore huius R. Ascer, h. e. בשנת כמו ה' אלפים נ' circa annum 5050. Christi 1290.

היה ראשית מלכות בית גונזאגה במנטווה :

Fuit initium Regni Domus Gonzagæ Mantuæ (in Italia) quod non longè distat à vero. De huius autem familiæ origine, solidiùs multi ex nostris scripsere, & inter alios, lingua Italica, Comes Alphonsus Loschius eruditè præstitit.

Obijt R. Ascer Toleti anno mundi 5081. Christi 1321. teste R. Menachem citato *in Præfatione* libri צדה לדרך *Tzedà Laddàrech*, non an. 5088. Christi 1328. vt vult *Iuchassin*, & ex eo *Tzèmach Dauid Ganz*, & alij. וכבוד עשו במותו *Et honorificè sepultus est*, ex eodem R. Menachem; quia reputabatur vir pius: nam assistebat operarijs, quando azyma parabant pro festo Paschatis, eos sollicitando. & proprijs manibus adiuuando. Papæ, magnum virtutis opus! שלחן ערוך הלכות פסח *Sciulchàn arùch Halachòth Pèsach*, num. 460.

ב

שטו באר הגולה ולא נזכר שם המחבר והוא ביאור לכל הגדות קשות אשר בתלמוד בבלי וירושלמי

315 BEER HAGGOLA', *Puteus captiuitatis*, Tit. Libri, & est *Elucidatio omnium* הגדות *Hagadòth Allegoriarum hyperbolicarum*, quæ in Talmude Babylonico, & Ierosolymitano reperiuntur. In Biblioth. Rabbin. Buxtorf. pag. 318. secundæ editionis non exprimitur vtrumque Talmud.

שיו באר משה והוא ביאור כל המלות הנמצאות בתורה בלשון עברי ובלשון אשכנזי :

316 BEER MOSCE', *Explanauit Moses*, Tit Libri ex Deuteron. 1. 5. est *Dictionarium* omnium vocum Libri Pentateuchi Mosis Hebraicè, & Germanicè. Excusum Pragæ anno 5364. Christi 1604. ex eodem, pag. 319.

שיז בואציו חכם גדול בן המשיחיי חבר ספר מהנחמת הפילוסופיאה והעתיק מלשון לטין אל לשון העברי אל שמואל בן בנבשת ספרדי: ונמצא בי׳ בואטיקאנו

317 BOETIVS *De Consolatione Philosophiæ* traductus ex lingua Latina in Hebræam à R. Samuele Ben בנבשת *Banàst* Hispano. Habetur in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

שיח בונאסטרוק דסממסטרי שבאלמגרה היה בשנת ד׳ אלפים תתקע״ה עשה שאלות ותעיד בעל שלשלת הקבלה דף נ״ג כי הוא ראה אות מהחבר שאלות אחד ביד א׳ מחכמי דורו בקונטרס ישן

318 BONASTRO'K DE SAMASTRE, quod est in Almagra Oppidum. Scripsit quasdam *Quæstiones*, quarum aliquod quæsitum in vetusto quaternione in manibus cuiusdam Doctoris vidit R. Aben Iachija, vt testatur in suo libro *Scialscèleth hakkabalà* pag. 53.

שיט׳ בוניט דילטיש היהודי חבר ס׳ על הכוכבים וכו עשוי בלי ספק טבעת התכונית על ענין אורך הכוכבים: וחבר אותו בלשון לטין והדפס בעיר ארכוורני שנת ה׳ אלפים רנ״ו לבריאת עולם, ושלח אותו לכבוד האפיפיור אליכסנדרו ששי השישודים קראו אפיפיור.

319 BONETVS DE לאטיש LATIS Hebræus Medicus Prouenzalis, scripsit *De Annuli Astronomici vtilitate* librum vnum ad Alexandrum VI. Pontificem Maximum. Hic enim adinuenit digitalem annulum, in quo delineatis Signorum Zodiaci gradibus, & duodecim anni mensibus, miro artificio adinueniri potest quotidie locus Solis, & eius altitudo. Item Signum & gradus ascendens; duodecim domicilia Cæli; Horę diei, ac noctis; quantitas earundē; ascensiones rectæ, & obliquæ; altitudo Stellarum; loca Planetarū; directus ne, an retrogradus sit Planeta; latitudines Ciuitatum, & altitudines Turriū. Compositus ab Auctore lingua Latina non ineleganti, quamuis se excuset in fine libri hoc disticho -

Parce precor, rudibus quæ sunt errata Latino,

Lex

Lex Hebraea mihi est, lingua Latina minùs.

Excusus est cum Annulorum trium diuersi generis Instrumentorū Astronomicorum per Ioannem Dryand. Medicum & Mathematicum Marpurgensem. Marpurgi apud Eucharium Ceruicornum Agrippinatem an. 1537. in 4. & ibidem an. 1557. apud eundem, nisi sit error Impressionis, & pro 1557. reponendum sit 1537. nam characteris & chartae qualitas omninò eadem esse videtur.

שכ׳ ר׳ בוסטנאי ׃ מעשה רבי

בוסטנאי ראש הגולה אשר בבבל והם הפעם הזה על מה שבא לישראל על ידו ועל אשר חותמי בית דוד בטופסים נותן ובו׳ וכו׳ ׃ נדפס בחבור מעשיות מהמדרשות והאגדות ׃ בדפוס בוירונה שנת תז׳ לפק ׃ ואחר כל שלשלת הקבלה דף לו׳ כי בימיהם כבשו מלכות ישמעאל על מלכות פרס ׃ ומלך ישמעאל הנקרא עלי נתן בת מלך רבי בוסטנאי ונתן לו לאשה בת מלך פרס אשר נתגיירה ׃ וזה היה בשנת ד׳ אלפים שס״ ליצירה ׃

320 BOSTANNA'I, seù *Historia R. Bostannài Principis Captiuitatis in Pumbeditâ Babyloniae: De ijs quae tempore suo Iudaeis acciderunt:* Item *De Sigillis Domus Dauid, & quomodo in ipsis insculpta erat Musca &c.* Reperitur inter Historias Talmudicas excerptas ex *Midrasiòth*, & *Haggadòth* antiquorum. Excusa Veronae anno 407. min. supput. Chr. 1647. in 8. De eo fit mentio à R. Dauid Ganz ad an. 440. quinti millenarij, Christi 680. Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pag. 36 ait: *Tempore huius Bostannai, Ismaëlitas debellasse Regem*

Persarum, cuius filia ab Ali Rege Ismaëlitarum tradita fuit R. Bostannai in Uxorem, & Hebraea effecta est. Haec accidisse circa annum mundi 4360. Christi 600. scribit.

שכ״א ר׳ בחיי בן אשר ן׳ חלאויר ׃ חאליודה מסראגוסטה

אשר בארגון ספרד היה תלמיד הרשב״א תל׳ ר׳ שלמה ן׳ אדרת משנת הנ׳ לפרק השפי עוד היה ראש ישיבה בברצילונה כי בשנת ה׳ אלפים ועל מקומו בשילקו ובשנת הנ״ לפק תלמידו בחיי נמשם רב דיין כי היה חכם ומקובל גדול וחבר בעה ספרים והלשון עמם הוא ׃

ביאור על התורה והוא על שלשה דרכים ׃ על דרך הפשט ׃ על דרך המדרש ועל דרך הקבלה ׃ ונדפס בדפוס בנאפולי שנת רנ״ב ולא נזכר שם הדופס ולא מקום הדפוס ׃ גם נדפס בפיזארו שנת רע״ז ׃ על ידי גרשם לוי שונצינו ׃ ג׳ בריווה שנת רפ״ו על ידי בני שונצינו ׃ ד׳ בויניציאה שנת ש״ז ׃ ושלישי׳ בבית ד״ יל בומברגי עם עיון מבאן כבי ויריה בכן מקורתו ׃ וגם נדפס בריווא די טרינטו ׃ שנת שם בן

ס׳ כד הקמח והם בו דרשות בעניינים שונים ׃ שהיו בעה הדברים הצריכים לאדם בהנהגתו ׃ ונתוסף בדפוסות של ויניציאה שנת שו״ מורה מקום מתלמוד הבבלי גם מהלכות ומאמרים ׃ והכר עוד

ס׳ שלחן ארבע ונחלק לארבעה שערים ׃ השער א׳ בביאור דיני הברכות על השלחן ונמים טעמים על הדברים שיש בהמים ושיו בקשורת הנגיו ׃

השער השני בביאור טיבות הסעודה ובוונת תפלות האדם באכילתו ׃ וטעם תענית הסעודה ביום הכפורים ׃ וטעם שאשר בנשר לאדם הראשון והיתה להם ׃

השער הג׳ בביאור המוסר והדרך אשר צריך לאדם על השלחן והזמן הנכון לאכילה וכו׳ ׃

והשער הרביעי בביאור הסעודה המתוקנת לצדיקים לעתיד לבא וכיוצא נפלאות ודוסגות ׃ ובו ביאור ענין המן שבעים ׃ ונדפס כמה פעמים ונפרט בויניציאה בבית מרקו אנטוניאו יוסטיניאן שנת ש״ו לפק עם מורה מקום הפסוקים ומאמרי התלמוד ׃ ונדפס ב׳ במנטובה סיבן ראם ושם כתוב

שלחן

mentis tam fertilis est, vt frequenter ex ea, versatus in lingua Hebraica, multa colligere posset nostræ fidei non inutilia, quamuis Auctoris intentio longe abeat à nobis, cùm sæpè in nos irruat, & oblatret; omnia tamen maledicta in nouis editionibus expuncta sunt. Itaque eiusmodi *Elucidatio* -.

I. Excusa fuit an. mundi ה׳ 207. min. supput. Christi 1447. septem annis post nouum scribendi genus sine calamo inuentum. Locus impressionis supprimitur.

II. Pisauri anno לפ"ק 274. Christi 1514. apud Gersonem ex hæredibus Soncinæ familiæ.

III. Arimini an. לפ"ק 286. Christi 1526. apud hæredes familiæ eiusdem.

IV. Venetijs anno ה׳ 304. Chr. 1544. Et ibidem an. ה׳ 306. Christi 1546. apud Danielem Bombergum, opera & studio R. Mosis Ben Zachariæ Sacerdotis de Corfù cum locis Scripturæ in margine annotatis. Omnes istæ editiones sunt in folio characteribus quadratis, & in Bibliotheca Vaticana cum alijs mmssc. eiusdem Auctoris asseruantur. Minori charactere excusa fuit Riuæ Tridenti an. mun. ש"ט 319. m. sup Chr. 1559. in fol. par. Buxtorf. in Bibliot. Rabb. pag. 319. 2. edit. dicit extare quasdam ביאורי בחיי *Elucidationes Bechai*, rerum difficilium, Cabalisticarum præsertim, quæ in Bechai occurrunt. Has ego non vidi, nisi forsan fallatur Buxtorfius ex titulo ביאור *Biur* apposito in elucidationibus suis

שלחן ארבע לר' בחיי בר' אשר ן' חלאוה : והלוהם ליברלריה של ולטיקלנו כמיין קמ"ו כמנא כ"י

ס' מאיר עינים והוא פירוש על דרך הקבלה על מעשה עופפי עורה ולא נזכר שם המחבר ובתוך דבריו נראה שהוא תלמיד הרשב"א שמזכיר תמיד ומורי הרשב"א ואולי הוא ר' בחיי. וכתו נראה בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנת של"ב ר' בחיי חבר כמה ספרים על הקבלה ואלו הם

אהל מועד. ספר האמונה. ס' העשיריה. ספר העיון. וסוד יהוה.

321 BECHAII, seù BACHIE' BEN ASCER Cæsaraugustanus Aragonensis Hispanus, discipulus הרשב"א *Harrischà*, hoc est R. Salomonis Ben Addèreth, qui anno 66. sexti millenarij adhuc Synagogam Barcinonensem regebat, & hospitio R. Ascer Germanum receperat, vt diximus suprà num. 311. Cepit *Harrischà* Iura Iudaica explanare anno 5040. Christi 1280. vnde an. 5051. Christi 1291. hic eius discipulus inter Doctores clarere visus est, edito *Commentario in Legem Mòsis*, de quo statim dicemus. Præter Iudaici Iuris prudentiam, quam optimè à Magistro suo *Harrischà* didicerat, etiam insignis Cabalista fuit, & non ignarus Philosophiæ, vndè nonnullos libros eruditè scripsit, inter quos primò est recensenda -

ביאור על התורה *Biùr al Hattorà* *Elucidatio in Legem Mosis*; quam anno 51. minoris supputationis, vt ipsemet scribit sect. בראשית anno scil. Christi 1291. euulgauit, & sub nomine בחיי *Bechaij*, seù vt alij legunt, *Bachiè*, circumfertur. In ea totus Pentateuchus elucidatur, triplici via, Litterali, Allegorica, & Cabalica; & in adducendis antiquorum Com-

306. min. ſupputat. Chriſti 1546. apud Marcum Antonium Iuſtinianum, charactere Rabbinico, ſed grandiuſculo, & eleganti, cum locis Sacræ Scripturæ, & Talmudis in margine appoſitis. In frontiſpitio hæc verba leguntur.

ספר כד הקמח שחבר הרב רבינו בחיי הדיין ז"ל וכו' ויש בו דרשות במספרם ששים ששים חמת הדברים הצריכים לאדם בהנהגתו דברים מספרים כבוד אל וקדושתו ונתוסף בהדפסת זו"ה החבור המורה מקום מתלמוד הבבלי גם מהארבע ועשרים ׃

Liber Cadi farinæ, quem compoſuit Rau Magiſter noſter Bechaij Haddaiiàn Iudex, b. m. &c. complectitur ſermones numero ſexaginta. Sexaginta enim verba ſunt homini perneceſſaria, & ad vſum ipſius. Verba quæ enarrant gloriam Dei & ſanctitatem eius. Et in hac impreſſione indicantur loca Talmudis Babylonici, & 24. librorum Scripturæ.

Et quia hic Auctor vocatur *Bechaij Iudex*, nullo alio Patris nomine addito, ſuſpicio eſſe poteſt, an ſit *Bechaij Ben Aſcer*, an verò *Bechaij* antiquior, cognominatus הזקן *Hazzakèn Senior*, de quo ſequenti num. Creſcit ſuſpicio ex eo, quia hunc *Bechaij* ſeniorem etiam Iudicem communiter appellant. His non obſtantibus.

Dicendum eſt, quòd *Bechaij Haddaiiàn* notatus in præfato libro *Cad Hakkèmach*, & *Bechaij Ben Aſcer*, ſunt vnum & idem. Patet ex eo, quia omnes Auctores, nemine excepto, vt videbimus in fine huius Auctoris, omnes (inquam) tribuunt hoc opus Cad

ſuis ſuper Pentateuchum Moſis.

כד הקמח *Cad hakkèmach Cadum farinæ*, Tit. ex 1. Reg. 17. 14. Sunt variæ *Expoſitiones* diuerſorum locorum Sacræ Scripturæ iuxta diuerſas materias appoſitè ſelectas, ſecundùm quòd aliqua litera Alphabeti initio ſuo occaſionem tractandi dederit; nam ordine Alphabetico materiæ iſtæ ſunt diſpoſitæ, vt v. g. in litera ח pro Argumẽto aſſumitur חתן בבית הכנסת *Sponſus in Synagoga*. Et pro Themate affertur illud Iſa. c. 33. 17.

מלך ביפיו תחזינה עיניך תראינה ארץ מרחקים׃

Regem in pulchritudine ſua videbunt oculi tui: videbunt terram longinquam; explicatur hic verſiculus varijs modis, applicatur Diuinæ Maieſtati exiſtenti in Eccleſia tamquam Sponſo, & deinde deſcenditur ad carnalem Sponſum, & ad lætitiam ſeptem dierum *Nuptiarum &c.* Aliud exemplum. In eadem litera ח. Argumentum חתן על השלחן *Sponſus ad menſam. De Nuptialibus conuiuijs*, ex Cant. Cant. cap. 5. 1. *Veni in hortum meum ſoror mea Sponſa, collegi myrrham meam cum aromate meo, comedi fauum meum cum melle meo; bibi vinum meum cum lacte meo: comedite ſocij; bibite & inebriate vos dilecti.* Multis modis hæc verba explicantur; ſpiritualiter ea intelliguntur de Anima, quæ Sponſa vocatur &c. omnia auctoritatibus Script. & Ghemaræ probantur; opus certè nõ aſpernendum, & Concionatoribus valdè vtile, cùm varijs eruditionibus ſit refertum. Excuſ. Venetijs anno ש"ו

uandas; de ordine sedendi, de tempore refectionis; & de modestia inter comedendum. Probantur hæc omnia varijs exemplis Sacræ Scripturæ.

In Quarto agit *De Conuiuio corporali, & spirituali Iustis præparato in seculo futuro*: & in eo inuestigantur multæ Rabbinicæ rationes ex Scripturis malè intellectis, & ex Talmude haustæ, quas dulciores super mel, & fauum esse existimat. Vbi etiam agitur *De Resurrectione mortuorum*. Et quia in hoc loco *De Conuiuio Iustis in seculo futuro parando* fit mentio, non iniucundum erit referre, quid de hoc conuiuio dicant, & doceant Iudæi. Sit igitur -

De Rabbinico Conuiuio, quod Iudæi tempore sui deplorati Messiæ expectant, Dissertatio: vbi de triplici ferculo Leuiathan, Beemòth, & Ziz Sadài.

VBique prædicant Iudæi, postquam Messias suus ex quatuor terræ angulis Iudæos collegerit, & in terram olim antiquis Patribus repromissam, introduxerit, restaurata Ierosolyma, Templo reædificato, & legitimis restitutis; tandem omnia complenda sumptuosissimo epulo, in quo trium tantùm animalium opiparè condita fercula apponentur, Marini, Terrestris, & Volatilis. Hæc expiscari, venari, & aucupari credunt ex Sacris literis: nam versatissimi isti Rabbini in Mari magno Scripturarum Sacrarum fragili, & emarcido

Cad Hakkèmach R. Bechaij Ben Ascer. Vocatur autem *R. Bechaij Haddaijàn Iudex*, quia cùm esset doctus Iuris Consultus, Ius Iudæis dicebat. Isti autem Rabbini postquam semel nomen Iudicis adepti sunt, illud nunquam relinquunt. Quòd autem Auctor *Spicilegij* in fine libri *Iuchasin* positi, & alij vocent *R. Bechaij Seniorem* הדיין *Haddaijàn Iudicem*, id propterea faciunt, quia & ipse Iudicis officium exercuerat. Vterque igitur *Bechaij* Iudex fuit, & vterque aliquando ab Auctoribus appellatur *Haddaijàn*. Porrò hic noster הדיין *Haddaijàn* etiam scripsit -

שלחן ארבע *Sciulchàn harbaà Mensam quadratam*; vbi de benedictionibus, vrbanitate, & alijs ceremonijs in mensa seruandis agitur. Diuiditur in quatuor שערים *Sciaarìm Portas* siuè *Tractatus*.

In Primo tractat *De benedictionibus seruandis à Iudæo in mensa*, cum auctoritatibus petitis ex Ghemarà. *De octo speciebus aromatum, quæ ingrediebantur suffitum Mosaicum, & horum rituum* rationes adducit.

In Secundo declarat, *Quomodo Iudæus se gerere debeat in ipsa comestione, & ad quem finem comedere debeat, & cur in die ieiuniorum, maximè in die expiationum abstinendum sit à cibi sumptione.* Declarat etiam *Finem, ob quem antiqui Patres conuiuia instituerunt, & exercuerunt.* Et *Quare primo nostro Parenti esus carnium fuerit interdictus, & Noacho concessus.*

In Tertio proponit, & explicat *Documenta, & Vrbanitates in mensa ser-*

stis in seculo futuro: nam si ambo creuissent, & propagata fuissent, mundus coram eis non subsistitisset. Ex hoc intelligitur, quid sit Leuiathan Iudæorum, Pistrix scilicet vastissimæ molis vnicus in Mari magno, in Oceano, occidendus tempore Messiæ, & parandus in mensa Iustorum. Sed qua arte capietur, & occidetur? Omnia docent Rabbini, vt videbimus. Interim de Leuiathano nihil intactum relinquunt: nam postquam carnes illius deuorandas Iustis obtulerint, & residuum per plateas Ierusalem vendendum exposuerint; pellem quoque eius in varios vsus adaptant, ex qua, vel Tuguria contra Solis ardorem fabricant, vel vmbellas: vel Torquem efficiunt, vel Amuletum de collo pendens componunt, distribuuntque Iudæis secundùm ipsorum merita. Reliquum quod de pelle superest, pretiosissimis peristomatibus confectis, ea super muros Ierusalem expandunt, ad quorum splendidissimum iubar illecti Orbis terrarum populi, & Reges, cum gaudio magno pergent in Ierusalem, iuxta illud Isaiæ 60. v. 3. *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui:* Ibi submissis vultibus deprecabuntur Iudæos, vt eos velint pro famulis & seruis habere, qui hilari vultu suscipientur in famulos, ita vt singulis Iudæis 2800. ex alijs Nationibus seruituri sint. Hoc colligere existimant ex Zachariæ Prophetia cap. 8. 23. *Et apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent oram Viri Iudæi; dicen-*

cido nauigio futilium commentationum nauigantes, ineuitabili animæ naufragio miserrimè se committunt, ipsorum & Iudaicæ plebis æterna iactura: quibus (vt faciliùs capiantur, & captæ firmiùs retineantur) escam hamo hærentem ostendunt conuiuij lautissimi, dapibus pretiosissimis instructi ex carnibus *Leuiathan, Becmòth,* & *Ziz Sadài.* Sed antequam conuiuium hoc Iudaicum describamus, operę pretium erit, priùs singula hæc animalia ex lacunis & lucis Ghemaræ venari, & capi; capta exponi, exposita intueri, & illorum vastissimam molem admirari: ex his enim cognoscemus quantùm sublimis fuerit antiquorum Rabbinorum intellectus, qui hæc omnia excogitarunt, & in Talmudicis Tabulis tanquam Dei oracula ex Sina monte accepta, redegerunt, & indoctæ ac rudi Iudæorum plebi vendiderunt vt Sacra.

Primò itaque dicunt, quòd illud Genes. 1. ver. 21. *Et creauit Deus* את התנינים *Cetos magnos*, intelligendum esse de לויתן *Leuiathan*, cuius mentio fit apud Iob, lib. Psalmorum, & Isaiam. Ita intelligit R. Salomon Iarchi ex antiquorum commentis, vbi sic ait

בדברי אגדה הוא לויתן ובן זוגו שבראם זכר ונקבה והרג את הנקבה ומלחה לצדיקים לעתיד לבא שאם יפרו וירבו לא יתקיים העולם בפנים

In Aggadàh, dicunt esse Leuiathàn & coniugem suam, quos creauit marem & fœminam: sed fœminam occidit, & sale condiuit, facturus epulum Iu-

cendo: Ibimus vobiscum, quia audiuimus Deum esse vobiscum. Vbi R. Salomon -

עשרה אנשים: משבעים אומות, הרין שבע מאות לכל כנף וכנף הרי לארבע כנפות תלית אלפים ושמונה מאות:

Decem homines, ex singulis septuaginta Nationibus sunt 700. *pro qualibet ora Vestis; at istæ sunt quatuor, ergo erunt bis mille & octingenti Viri* (pro singulis Iudæis.) Hæc omnia cum impudentissimo abusu Sacrarũ Scripturarum docent Talmudistæ. Sed potissimùm in Codice בבא בתרא *Baua Batrà* cap. 5. הספינא *Hassephinà* pag. 75. hæc quæ sequuntur de Leuiathano habentur -

אמר ר׳ יוחנן עתיד הקב״ה לעשות סעודה לצדיקים מבשרו של לויתן שנאמר (איוב מ׳ כ״ה) יכרו עליו חברים ואין כירה אלא סעודה שנאמר (ב׳ מלכים ו׳ כ״ג) ויכרה להם כירה גדולה ויאכלו וישתו ואין חברים אלא תלמידי חכמים שנאמ׳ (שיר ח׳ י״ג) היושבת בגנים חברים מקשיבים לקולך השמיעיני: והשאר מחלקין אותו ועושין בו סחורה בשוקי ירושלם שנאמ׳ (איוב מ׳ כ״ה) יחצוהו בין כנענים ואין כנענים אלא תגרים של׳ (הושע יב׳ ח׳) כנען בידו מאזני מרמה לעשק אהב ואיבעי אימא מהכא אשר (ישעיה כ״ג) סוחריה שרים כנעניה נכבדי ארץ ואמר רבה אמר ר׳ יוחנן עתיד הקב״ה לעשות סוכה לצדיקים מעורו של לויתן שנ׳ (איוב מ׳ כ״ו) התמלא בסוכו׳ עורו זכה עושין לו סוכה לא זכה עושין לו צילצל שנ׳ (שם) ובצלצל דגים ראשו זכה עושין לו צילצל לא זכה עושין לו ענק שנ׳ (משלי א׳ ט׳) וענקים לגרגרותיך: וכה עושין לו ענק לא זכה עושין לו קמיע שנ׳ (איוב מ׳ כ״ד) ותקשרנו לנערותיך. והשאר פורסו הקב״ה על חומת ירושלם וזיו מבהיק מסוף העולם ועד

סופו של׳ (ישעיה ס׳ ג׳) והלכו גוים לאורך ומלכים לנוגה זרחך:

Dixit R. Iochanàn: Præparauit Deus sanctus benedictus facere conuiuium Iustis in futurum ex carnibus Leuiathan, sicut scriptum est (Iob cap. 40. 25.) יכרו Cœnabunt super eum socij: *neque est* כירה cœnatio *nisi conuiuium, S. D.* (2. Reg. 6. 23.) Et præparauit eis כירה conuiuium magnum, & comederunt & biberunt: *neque SOCII sunt, nisi Doctores Rabbini, S. D.* (Cantic. 8. 13.) O' habitans in hortis socij, attendentes voci tuæ audire fac me. *Et quod reliquum erit, diuident, & ex eo facient mercaturam in plateis Ierusalem, S.D.* (Iob 40. 25.) Dimidiabunt eum inter negotiatores. *Et non sunt* negotiatores, *nisi mercatores, S. D.* (Hosea 12. 8.) Mercatoris in manu eius statera dolosa, opprimere dilexit. *Et si opponere aliquid volueris* (alio modo: & probabis ex Isai. c. 23. 8.) Cuius negociatores Principes mercatores eius inclyti terræ. *Et dixit Rabbà: Dixit R. Iochanàn: In futurum, paratus est Deus sanctus benedictus facere Tabernaculum Iustis ex corio Leuiathan, S. D.* (Iob 40. 26.) Nunquid replebis in vmbraculis pellem eius. *Meretur, faciunt ei Tabernaculum. Non adeò meretur, faciunt ei Vmbellam, S. D.* (Ibid.) In vmbella piscium caput eius. *Meretur, faciunt ei Vmbellam; non adeò meretur, faciunt ei Torquem; S. D.* (Prou. 1. 9.) Et Torques gutturi suo. *Meretur, faciunt ei Torquem; non meretur, faciunt ei Amuletum, S. D.*

thano vlterius dicant, referamus.

In eodem Cod. *Bauà Batrà* pagina 74. circa fin. legitur; Leuiathan vnico die cibari quodam pisce minimo inter bestias maritimas, eum tamen esse 300. leucarum in magnitudine asseritur. Verba Talmudis sunt -

רב ספרא משתעי זימנא חדא הוה קא אזלינן בספינתא וחזינן ההוא כוורא דאפקיה לרישיה מימא ואית ליה קרני וחקיק עליה אנא בריה קלה שבים והוינה תלת מאה פרסי ואזילנא לפומיה דלויתן ׃ אמר רב אשי ההוא עיזא דימא הוא דבחישא ואית לה קרני ׃

Ràu Siphrà narrauit mihi; Aliquando cùm essem in Naue, vidimus quendam piscem, qui caput extollebat supra aquas, & habebat cornua, & erant incisa in eis (hæc verba) *EGO SVM CREATVRARVM MINIMA, QVAE SVNT IN MARI, & erat 300. leucarum, & ingrediebatur in os Leuiathan.* Glossa Rasci, שיאכילנו היום *Vt esset ei cibus vnius diei. Dixit Ràu Ascè: Illa est Capra marina, quæ omnia inuestigat, & habet cornua.* En magnitudinem Leuiathani! Est prouerbium: *Ab vngue Leonem*, hoc est, ab vngulæ magnitudine, animalis cognoscitur moles. At Leuiathan piscis cùm sit, vngulas habere non potest. Ideò ex oris hiatu, docent nos Mathematici isti Talmudistæ Leuiathani magnitudinem metiri. Per regulam proportionum excrescere eam faciunt in immensum. Ergo (dices) Si Leuiathan vastissimum sit animal marinum, erit quoque sordidum, immun-

S. D. (Iob 40. 24.) Et ligabis eum puellis tuis. *Et quod ex corio* (Leuiathan) *superfuerit, expandet Deus sanctus benedictus super murum Ierusalem, & splendor eius lucebit ab vno extremo ad aliud extremum mundi, S. D.* (Isai. 60. 3.) Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.

Hæc de Leuiathano ex R. Salomone, qui ex Talmude Cod. *Bauà Batrà* citato ea habuit, vbi pag. 74. b. de eodem circa medium adduntur -

אמר רב יהודה אמר רב כל שברא הקב״ה בעולמו זכר ונקבה בראם אף לויתן נחש ברח ולויתן נחש עקלתון זכר ונקבה בראם ואלמלא נזקקין זה לזה מחריבין כל העולם כולו מה עשה הקב״ה סירס את הזכר והרג הנקבה ומלחה לצדיקים לעתיד לבא שנ׳ (ישעיה כ״ז ׃ א׳ ׃) והרג את התנין אשר בים ׃

Dixit Ràu Iudas, Dixit Ràu: Quicquid Deus sanctus benedictus creauerat in mundo suo, masculum & fœminam creauit eos: etiam Leuiathan serpentem oblongum, & Leuiathan serpentem tortuosum, masculum & fœminam creauit eos; & si alter alteri se iunxisset, euertissent totum mundum? Quid fecit Deus sanctus benedictus, euirauit masculum, & occidit fœminam, & saliuit pro Iustis in seculo futuro, S. D. (Isai. 27. 1.) Et occidet Cetum qui in mari est.

Putant locum Isaiæ de Leuiathano serpente vecte, & serpente tortuoso, intelligendum esse de Cete quinto die creatis; quod quàm falsum sit, infrà ostendemus. Interim quid somniantes Rabbini de Leuia-

quia scriptum est (Iob 41.9.) *Oculi eius Ut palpebræ auroræ*. Maxima igitur est bellua ista marina, de qua non cessant Iudęi in principalioribus ipsorum libris inculcare magnitudinem, fortitudinem, pulchritudinem, & alias prærogatiuas, quas illi attribuunt Multa ex his referuntur in מדרש *Medràsc*, quæ exscribuntur in ילקוט *Ialkùtt* super Iob c. 40. num. 927. hoc modo - .

אמר רבי לוי כל מי שמקיים מצות סוכה בעולם הזה אף הקב״ה מושיבו בסוכו של לויתן לעתיד לבא שנ׳ התמלא בשכות עורו וגו׳ : את מוצא בשעה שבאו הייסורין על איוב היה עומר וקורא תגר אחר מרת הרין שנ׳ (איוב כג״ : ג׳ :) מי יתן ידעתי ואמצאו ארעת מלים יענני אמר לו הקב״ה איוב מה אתה עומר ואומר מי יתן ידעתי ואמצאתו הרי עורו של לויתן שאני עתיד לעשות לצריקים לעתיד לבא אם חסר אני מטלית אחת ממנו : ישלי למלאת שנ׳ (איוב מ׳ : כו״ :) התמלא בשכות עורו : וא״ת עורו של לויתן אינו דבר חשובה אמר רבי פנחס הכהן בר חייא ורבי ירמיה בשם ר׳ שמואל בר רב יצחק פספסי הרוחות שלא מכהות גלגל חמה שנ׳ (איוב ט׳ : ז׳) האמר להרס ולא יזרח (שם מא״ כא״ :) ירפר חרוץ עלי טיט : אין לך מזוהם של רג אלא מקום רפירתו ומקום רפירתו של לויתן יפה של זהב לכך נאמר ירפר חרוץ עלי טיט : דבר אחר האומר לחרס ולא יזרח מקום רפירתו חרוץ הוא זהב שנ׳ ירפר חרוץ עלי טיט : (שם מא״ : ו׳ :) גאות אפיקי מגני׳ : אלו קשקשים שלו סגור חותם צר : רבי אבא בר כהנא ורבותינו שברים אחר מהן אומר מוגר כל חותמות הצרכים וחבריו אומרים סוגר כל חותמות חמצרכים : דבר אחר אמר ר׳ ברכיה הכהן אמר הקב״ה סגרתי עליו וחתמתי עליו וחצרתי דבר אחר גאות אפיקי מגנים שיש לו גאות של מעלה הקדוש ברוך הוא אומר למלאכי

חשרת

mundum, & abominabile. Nam Pisces quò maiores, eò visu horribiliores, & gustu deteriores sunt.

Non, respondent Hebręi, sed Leuiathan est visu delectabilis, & gustu cunctis alijs piscibus exquisitior; cuius rei signum est, quia si eius caro, quæ seruatur pro conuiuio salita, bona est, quanto melior erit illius qui viuus reseruatur? Et ad aspectum, quod attinet, quid dicemus? Si ad lumen, & splendorem pellis Leuiathan ambulabunt gentes & Reges; consequens est, quòd sit animal pulcherrimum & speciosissimum. Vnde hanc Leuiathanis pulchritudinem Iudęi probare intendunt ex oculis ipsius; nam quidam Rabbinus aliquando in mari conspexit quoddam lucidum instar Solis, & ab alio Rabbino edoctus fuit, illud fuisse oculos Leuiathan. Refertur hoc in eodem Codice *Bauà Batirà* pag. 74. b. paulò ante med. his verbis -

ת״ר מעשה ברבי אליעזר ורבי יהושע שהיו באין בספינה והוה רבי אליעזר ישן ורבי יהושע ניעור נזדעזע ר׳ יהושע וניעור ר׳ אליעזר א״ל מה זה יהושע מפני מה נזדעזעת א״ל מאור גדול ראיתי בים אמ׳ לו שמא עיניו של לויתן ראית דכתיב (איוב מא״ : ט׳ :) עיניו כעפעפי שחר : .

Est traditio; Casus in R. Eliezer, & R. Iosue. Dum sulcabant mare, R. Eliezer dormiebat, & R. Iosue vigilabat; Contremuit vehementer R. Iosue; & euigilare fecit R. Eliezer; qui dixit: Quid hoc est R. Iosue, quia ita contremuisti? Dixit ei: Luminare maius vidi in mari. Dixit ei (R. Eliezer) *Forsan oculos Leuiathan vidisti.*

השרת ררו ועשו עמו מלחמה . מיר יוררים
ועושים עמו מלחמה ולויתן הולה פניו ומלאכי
השרת רואים אותו ומתבהלים מיראתו ובורחים
שנאמר משאתו יגורו אלים ואין אלים אלא מלאכי
השרת שנאמר כימי בשחק יערוך לה׳ רמת
לה׳ בבני אלים . משברים יתחטאו מהו משברים
יתחטאו לומר לך כשהוא מבקש לאכול היא
מקיש בזנבו ועושה שבר בים והרנים מתכוונים
ובאים שם והוא אוכל ואין יתחטאו אלא כוונה
במה ראת אמר קולע באבן אל השערה ולא יחטיא
והקדוש ברוך הוא אומר למלאכים שלו חרבות
וררו עליו מיר נוטלים חרבות ונותנים עליו ולא
איכפת ליה שנאמ׳ ישיגהו חרב בלי תקום חנית
מסע ושריה כשם שהחנית הזו בורח מן השריין
כך הוא בורחת מעורו של לויתן והברזל חשוב
לו בתבן שנ׳ יחשב לתבן ברזל לעץ רקבון נחושה .
הם נוטלים עליו קשתות ומורים עליו חצים ולא
איכפתלו שנא׳ לא יבריחנו בן קשת והם נוטלים
אבני קלע וזורקים עליו והוא סבור שהוא קש של
לקש נהפכו לו אבני קלע . כקש נחשבו תותח
וכתיב ירתיח כסיר מצולה ים ישים כמרקחה
במעשה בשמים ישים ים במה ראת אמר רוקח
מרקחת מעשה רוקח . אחריו יאיר נתיב יחשב
תהום לשיבה . לפי שהוא יושב על תהום סבור
ששם הוא יושב מה הקב״ה עושה מביא בהמות
ולויתן והם עושים מלחמה זה עם זה דכתיב אחד
באחד יגשו ורוח לא יבא ביניהם ואין רוח אלא
מלאכי השרת שנקראו רוחות שנ׳ עושה מלאכיו
רוחות מיר בהמות ולויתן מתדבקים זה עם זה
שנ׳ איש באחיו ידובקו ומשהם מרבקים זה בזה
אינם מתנפסין זה מזה שנ׳ יתלכדו ולא יתפרדו
מה הקב״ה עושה רומז ללויתן והוא מכה את
הבהמות בסנפיריו ושוחטו ורומז לבהמות והוא
מכה את לויתן בזנבו וממיתו מיר מה הקב״ה
עושה נוטל עורו של לויתן ועושה סוכה לצדיקים
דכתיב התמלא בסכות עורו ובצלצל דגים ראשו .
ר׳ נחמן ורבי הונא ור׳ לוי בר שלום אחד מהם
אומר מקיש כצלצלו ואומר כל מי שעשה מצות
יבא ויטול ויאכל מראשו וטעמו בטעם ראש של

דג שכים טבריא וחברו אומר מקיש בצלצלו
ואומר כל מי שעשה מצות רגליות יבא ויאכל
מראשו וטעמו כטעם הדג שבים הגדול מיר הם
באים ונכרים עליו שנ׳ יכרו עליו חברים מי שחבר
עצמו במצות . דבר אחר **יכרו עליו**
חברים חבורות חבורות יש בעלי מקרא יש
בעלי משנה יש בעלי גמרא יש בעלי אגדה יש
בעלי מצות יש בעלי מעשים טובים כל חבורה
וחבורה באה ונוטלת חלקה ושמא תאמר יש
ביניהם מריבה תלמוד לומר יחצוהו בין כנענים
אל תהי קורא אלא בבין כנעניים אלו הפרגמטוטין
כשם שפרגמטטוטין הללו כשיש להם אבן טובה
בשותפות הם מוכרים אותה ברמים ובשהם באים
לחלוק רמיה אינם עושים מריבה אלא כל א׳ ואחד
בא ונוטל חלקו לפי רמים שנתן כך לעתיד לבא
אין ביניהם מריבה אלא כל א׳ ואחד מן הצדיקים
יבא ויטול שכרו לפי מעשיו לכך נאמר יחצוהו
בין כנענים אלו פרגמטיטין וכתיב אשר סוחריה
שרים כנעניה נכבדי ארץ .

Dixit R. Leui: Quicumque obseruat preceptũ Tabernaculorum; etiam Deus S. B. sedere illum faciet in Tabernaculo Leuiathan tempore futuro, S. D. (Iob 40. ver. 26.) Replebis in vmbraculis pellem eius &c. *Quando venerunt flagella super Iob stabat & legebat quandam causam criminalem, S. D.* (Iob 23. 3.) Vtinam scirem & inuenirem eum (v. 5.) Scirem eloquia responderet mihi. *Dixit ei Deus sanctus benedictus: Iob vbi es? Et dicito:* Vtinam scirem & inuenirem eum! *Istud est corium Leuiathan, quo ego in futurum* (Tabernaculum) *faciam Iustis. Si deficiam* (in merito) *palliolum vnum* (quo amiciar, fiet mihi.) *Habeo plenitudinem* (meritorum) *vt dicitur* (Iob

eius timebunt fortes; *& non sunt fortes, nisi Angeli ministerij, S. D.* (Psal. 89. 7.) Quoniam quis in æthere æquabitur Domino: assimilabitur Domino in filijs אלים Angelorum? *Sequitur* (Iob 41. 16.) A contritionibus purgabunt se? *Quid sibi vult, A contritionibus purgabunt se? Vult dicere: Quod quando* (Leuiathan) *quærit cibum, indurat caudam suam, & facit fractionem in mari: & pisces congregantur, & veniunt illuc, & ipse cibat se illis, & non purgant se nisi intentione, S. D.* (Iud. 20. 16.) Omnis hic funda iaciebat lapidem ad capillum, & non aberrabat. *Et Deus sanctus benedictus dicit Angelis: Arripite gladios. & descendite super eum. Protinus arripiunt gladios, & irruunt in Leuiathan, & non possunt inflectere illum, S. D.* (Iob 41. 17.) Attingens eum gladio, & non stabit: lancea profectionis, & lorica. *Quemadmodum lancea aufugit à lorica, ita* (Angelorum lancea) *aufugit à corio Leuiathan; & ferrum reputabitur ei vt palea, S. D.* (Ibid. v. 18.) Reputabit quasi paleam ferrum: & quasi lignum putridum æs. *Ipsi accipiunt arcus, & iaciunt super eum sagittas, & non inflectunt illum, S. D.* (Ibid. v. 19.) Non fugabit eum filius arcus. *Accipiunt lapides, & funda proijciunt super Leuiathan, & ipse putat quòd sit stipula, S. D.* (Ibid. v. 19. & 20.) In stipulam versi sunt ei lapides fundę. Sicut stipula reputatæ sunt catapultæ. *Et scriptum est* (Ibid. v. 21.) Feruescere faciet veluti ollam, profundum maris, ponet veluti vas vnguen-

(Iob 40. 26.) Nunquid replebis in vmbraculis pellem eius? *Et si dixeris: Pellis Leuiathan non est res pretiosa, & honorabilis. Dixit R. Pinchàs Sacerdos Bar Chijà, & R. Ieremias nomine R. Samuelis Bar Ràu Isaac, frusta* (seù ipsius squammæ) *dilatatæ obtenebrant Orbem Solis, S. D.* (Iob 9. 7.) Qui dicit Soli, & non orietur. (Ibid. 41. 21.) Sternet acutum super lutum, non tibi est coinquinatio piscis, *sed locus strati sui, & locus strati Leuiathan pulchrior est auro, idcircò dicitur*, Sternet acutum super lutum. *Alio modo*: Qui dicit Soli, & non orietur, locus strati sui חרוץ *Charrùtz est aurum S. D.* Sternet aurum super lutum. Corpus illius (Ibid. 41. 6.) fortitudines scutorum; *ista sunt squamæ illius*; clauso sigillo arcto. *R. Auà Bar Chaanà, & Rabbini nostri qui ista declarant, Vnus ex eis dicit: Claudit omnia sigilla necessaria: At socij eius dicunt: Claudit omnia sigilla* (rerum) *necessariarum Aliter: Dixit R. Berachià Sacerdos: Dixit Deus sanctus benedictus: Clausi super eum, & obsignaui illum, & arctaui. Alia expositio*: גאוה אפיקי מגנים *Gahauà apikè maghinnim, superbia fortitudinum scutorum; quia habet* (Leuiathan) *superbiam celestem; & Deus sanctus benedictus dicit Angelis ministerij: Descendite, & committite cum eo prælium, statim descendunt, & præliantur cum eo. Leuiathan roborat vultum suum, & Angeli ministerij videntes illum conturbantur ab eius aspectu, & fugiunt, S. D.* (Iob 41. 16.) Ab altitudine

erit tamquam sapor capitis piscis, qui est in mari Tiberiadis. Et socius eius dicit: Arguit contra בצלצלו in vmbraculo eius, *Aitque: Quicumque fecerit praeceptum ascendendi ad solemnitates, veniet, & manducabit de capite* (Leuiathan) *& sapor eius sicut sapor piscis, qui est in mari magno; subitò ipsi venient, & coenabunt super eum. S. D.* (Iob 20. 25.) Coenabunt super eum socij, *qui scilicet consociatus fuerit praeceptis. Alio modo:* Coenabunt super eum socij, *id est cateruatim:* (Multae enim sunt societates Iustorum) *nam alij sunt* (Doctores) *Biblici; alij Misnaci; alij Ghemarici; alij Allegorici; alij obseruatores praeceptorum; & alij operatores bonorum operum: Omnis societas & societas veniat, & accipiat portionem suam. Et si mihi tu dixeris: Erit inter eos lis. Scriptura statim occurrit:* Diuident illum inter negotiatores. *Ne legas, nisi* כנעניים *Chananaeos, Isti sunt Mercatores: nam sicut Mercatores, qui habent lapidem pretiosum in communi societate vendunt illum, & accipiunt pecuniam, illamque inter se diuidunt, & secundùm portionem pecuniae, quam in emptione gemmae vnusquisque contulerat, partem suam sine aliqua lite, aut controuersia, accipit: ita in tempore futuro, non erit inter eos iurgium, sed vnusquisque ex Iustis ingredietur, & accipiet mercedem suam secundùm opera sua. Idcircò dictum est:* Et diuident illum inter Mercatores. *Et scriptum quoque est* (Isai. 23. 8.) Cuius negotiatores Principes, mercatores eius inclyti terrae. Has

guentationis, sicut opus aromatum ponet mare, *sicut dicitur* (Exod. 30. v. 25.) Pigmentum vnguenti, opere pigmentarij. (Iob 41. 23.) Post eum lucere faciet semitam, reputabit abyssum quasi senescentem. *Eo, quia ipse habitat super abyssum, existimatur quòd ibi ipse habitet. Quid facit Deus sanctus benedictus, prodire facit Behemoth & Leuiathan, & isti ad inuicem praeliantur, sicut scriptum est* (Iob 41. 7.) Vnus contra vnum admouentur, & ventus non ingredietur inter eos. *Et quid est ventus nisi Angeli ministerij? qui vocantur ventus, seù spiritus, S. D.* (Ps. 104. 4.) Qui facit Angelos suos spiritus. *Statim Behemoth & Leuiathan conglutinantur ad inuicem, S. D.* (Iob 41. v. 8.) Vnus alteri coniungetur. *Et postquam alter alteri coniunctus fuerit, nunquam separabuntur. S. D.* (Ibid.) Capient se, & non separabuntur. *Quid faciet Deus sanctus benedictus? Annuet Leuiathano, qui percutiet Behemothem pinnis suis, & interficiet. Et annuet Behemothi, qui & percutiet Leuiathanum cauda sua, & cadet. Protinus Deus sanctus benedictus quid faciet? Accipiet pellem Leuiathani, & faciet Tugurium pro Iustis, sicut scriptum est* (Ibid. 40. 26.) Nunquid replebis in Tabernaculis pellem eius, & in vmbraculo piscium caput eius? *R. Nachman, & R. Hunna, & R. Leui Bar Scialòm, vnus ex ipsis dicit: Oppono* בצלצלו in vmbraculo eius, *& dico: Omnis qui obseruauit praecepta veniet, & accipiet, & manducabit de capite* (Leuiathani) *& sapor ipsius*

ollam profundum. *Et nisi occultasset caput suum in horto deliciarum in Paradiso, nulla creatura stare posset ob odorem illius*, S. D. (Ibidem v. 22.) Mare ponet vt ollam pigmenti. *Et quando sitit, facit porcas & porcas, seu sulcos & sulcos in mari*, S. D. (Ibid, v, 23.) Post eum lucere faciet semitam. *Dixit R. Achà Bar Iacobi: Abyssus non reuertitur in robur suum vsque ad 70. annos*, S. D. (Ibid) Reputabit abyssum ad senectutem, & non est senectus minor 70. annorum.

Quid vltra addendum est de enormissima Leuiathani proceritate, quandoquidem supra dorsum immensam Oceani aquarum molem sustineat? Imò totius mundialis machinæ pondus על גפא חדא *super vnica ala* leuissimè portet, vt ex traditione Talmudica legitur in זהר *Zohar* super Exod. pag. 108. b. editionis Mantuanæ in 4. post §. ואם. Non Leuiathano tantùm stupendam magnitudinem attribuunt Talmudistæ, sed etiam alijs Balænis incredibilem prorsùs corporis vastitatem donant: neq; vlla ex parte cedere volunt Olao Magno Gotho, quamuis inter hunc & illos maxima intersit differentia; nam eorum, quæ ab Olao referuntur, fides penes eundem remanet; at, quæ à Talmudistis narrantur, non sunt in dubium reuocanda.

ואפילו אמרו לך חכמים על ימין שהוא שמאל ועל שמאול שהוא ימין לא יזוז מדבריהם ׃

Et quamuis dixerint tibi sapientes, dexterā esse sinistrā, & sinistrā esse dextrā, non debes vnquam ab eorum verbis re-

Has prærogatiuas attribuunt Leuiathano Iudæi. Sed si Leuiathano tanta virtus & fortitudo inest, quomodo expiscandus erit, & extrahendus de mari? Talmudistæ ingeniosi adinuenerunt modum; Piscatorem faciunt Gabrielem, & hamo suo extrahet illum... In *Bauà Batrà* capite *Hassephinà*, pagina 74. & 75. legitur -

בבא בתרא הספינה דף ע״ד ע״ב בסוף ובתחילת דף ע״ה ׃ אמר ר׳ יוחנן עתיד גבריאל לעשות קנוגיא עם לויתן שנ׳ תמשוך לויתן בחכה ובחבל תשקיע לשונו ׃ ואלמלא הקב״ה עוזרו אין יכול לו שנ׳ העושו יגש חרבו ׃ כי אתא רב דימי אמר ר׳ יוחנן בשעה שלויתן רעב מוציא הבל מפיו ומרתיח כל מימי שבמצולה שנ׳ ירתיח כסיר מצולה ואלמלא מכניס ראשו לגן עדן אין כל בריה יכולת לעמוד בריחו שנ׳ ים ישים כמרקחה ובשעה שצמא עושה תלמים תלמים בים שנ׳ אחריו יאיר נתיב אמר ר׳ אחא בר יעקב אין תהום חוזר לאיתנו עד שבעים שנה שנ׳ יחשיב תהום לשיבה ואין שיבה פחותה משבעים ׃

Cod. *Bauà Batrà* cap. *Hassephinà* pag. 74. b. *in fine*, & *in princ.* pag. 75. *Dixit R. Iochanàn: Facturus est Gabriel venationem cum Leuiathano*, S. D. (Iob 40. 20.) Detrahes Leuiathan hamo; & fune demerges linguam eius? *Et nisi Deus sanctus benedictus auxiliaretur ei, quicquā in eum facere minimè potuisset*, S. D. (Ibidem v. 14) Qui fecit eum, applicabit gladium suum? *Quando venit R. Dimi, dixit R. Iochanàn: Quando Leuiathan est famelicus, educit halitum de ore suo; & contremiscere facit omnes aquas, quæ sunt in profundo*, S. D. (Iob 41. 22.) Feruere faciet veluti

non ita inuerisimiliter. Ait namq; *Sub Polo Arctico, ob frigorum vehementiam, & validas tempestates, nullam inibi in altum crescere arborem, è cuius asseribus erigi possint necessariæ ædes: ideò prouida natura incolis prospexit, vt ex ingentissimis belluarum costis fabricare valeant domos, & reliqua necessaria in eisdem*: sed non ausus est dicere; ex vnius Balænæ ossibus, multas Ciuitates ædificari potuisse. Sed pergamus ad reliqua: Ait Rabbà Bar Bar Channà ibid.

זימנא חדא הוה קא אזלינן בספינתא וחזינן ההוא כוורא דיתבא ליה חלתא אגביה וקדח אגמא עילויה סברינן יבשתא היא וסלקינן ואפינן ובשלינן אגביה וכד חם גביה איתהפיך ואי לאו דהוה מקרבא ספינתא הוה טבעינן.

Aliquando æquora sulcantes, vidimus Piscem supra dorsum sabulum habentem, in quo & herbæ germinabant: putauimus Insulam quandam esse, eò ascendimus, ignem parauimus, vasa cum cibarijs igni apposuimus elixandis: calefit non admodum post immanis belluæ dorsum, vertit se; & nisi prastò essemus in Nauigium prosilire, mergebamur in vndis. Non absimile quidpiam refert Olaus lib. 21. cap. 25. Sed audiamus maiora à nostro Rabbà Bar Bar Channà. Ibid.

ואמר רבה בר בר חנה זימנא חדא הות אזלינן בספינתא ומסגיא ספינתא בין שיצא לשיצא דכוורא תלתא יומי ותלתא לילותא איהו בזקיפא ואנן בשיפלא וכי תימא לא מסגיא ספינתא טובא כי אתא רב דימי אמר כמיחם קומקומא דמיא מסגיא שיתין פרסי ושדא פרשא גירא וקדמא ליה ואמ' ר' אשי ההוא גילדנא דימא הוא דאית ליה תרי שיצי

Et

cedere, teste R. Ioseph Albo in *Ikkarrim, Maamàr* 3. cap. 23. pagina 94.

Quæ autem de Bestijs Marinis & Balænis leguntur in Talmude, hic enarrabimus, & vesanam mentem *R. Bar Bar Channà*, qui ista refert, patefaciemus.

In Cod. *Bauà Batrà* cap. *Hassephinà* sæpiùs citato, pag. 73. b. non longè à principio ita legitur.

אמר רבה בר בר חנה זימנא חדא הוה קא אזלינן בספינתא וחזינן ההוא כוורא דיתבא ליה אכלה טינא באוסיה וארחוהי מיא ושדיוה לגודא וחרוב מיניה שיתין מחוזי ואכול מיניה שיתין מחוזי ומלחו מיניה שיתין מחוזי ומלאו מחד גילגלא דעיניה תלת מאה גרבי משחא וכי אהדרן לבתר תריסר ירחי שתא חזינן דהוה קא מנסרו מגרמיה מטללתא ויתבו למבנינהו הנך מחוזי.

Dixit Rabbà Bar Bar Channà: Aliquando Nauem conscendimus, & vidimus quendam Piscem, in cuius nares ingressus erat Vermiculus טינא *Tinnà, occiditur, & à maris procella in aridam proijcitur. Cuius impetu sexaginta maritimæ Vrbes subuersæ sunt, & aliæ sexagintà cibarum se carne illius; & quod reliquum fuit, aliæ sexaginta Vrbes sale condiuerunt. Ex vna autem pupilla illius oculi, trecenta dolia olei impleuerunt. Completo verò anno, iterum per eadem loca transeuntes, vidimus secantes ossa illius, ex quibus eædem Vrbes restauratæ sunt.* Quod hic dicitur de structurà sexaginta Ciuitatum ex vnius Ceti ossibus valdè hyperbolicum est. Equidem simile quid refert Olaus Magnus lib. 21. capite 22. *De Gentibus Septentrion.* sed

dam tenerrimi Vituli præparata. Is in principio rerum ad hunc finem creatus à Deo fuerat enormissimę magnitudinis mas & fœmina, idcirco multitudinis numero בהמות *Behemòth Iumenta* efferuntur, & sub eodem vocabulo vterque intelligitur. Ista inter se non copulantur, nec gignunt; quia Deus marem euirauit, fœminam refrigerauit, & in vtroque extinxit ardorem libidinis. Noluit tamen occidere fœmellam, & sale condire, sicut fecerat de Leuiathano fœmina; quia carnes iumentorum salitæ non sunt adeò iucundi saporis, sicut carnes piscium. Hæc Rabbinorum deliria leguntur in Talmude Cod. *Bauà Batrà* cap. *Hassephinà* pag. 74. b. his verbis paulò post med.

ואף בהמות בהררי אלף זכר ונקבה בראם
ואילמלא נזקקין זה לזה מחריבין כל העולם כולו
מה עשה הקב״ה סירס הזכר וצינן הנקבה ושמרה
לצדיקים לעתיד לבוא שנ׳ (איוב מ׳ י״א) הנה
נא כחו במתניו ואונו בשרירי בטנו: הנה נא כחו
במתניו זה זכר ואונו בשרירי בטנו זו נקבה: התם
נמי ליסרסיה לזכר וליצננה לנקבה דגים פריצי
וליעביד אפכא אי בעית אימא נקבה מלחה מעלי
ואיבעית אימא משום דכתיב (תלים ק״ד: כ״ו) לויתן
זה יצרת לשחק בו בהדי נקבה לאו אורח ארעא
הכא נמי לימלחה לנקבה בשרא מליחא מעלי
בשרא מליחא לא מעלי:

Et etiam Behemòth in montibus mille, masculum & fœminam creauit eos: & si alter alteram conscendisset, destruxissent vniuersum Orbem. Quid fecit Deus sanctus benedictus? castrauit marem, & refrigerauit fœminam, & reseruauit pro Iustis in seculo futuro, S. D. (Iob 40. 11.) Ecce nunc virtus

eius

Et dicebat Rabbà Bar Bar Channà: Aliquando Mare sulcantes, nauigium inter duas pinnulas Piscis cuiusdam ferri animaduertimus versus caudam eiusdem; hoc modo tribus diebus, & tribus noctibus nauigauimus, Piscis quoque versus nos natabat sub Naui. Et si dixeris: Non velis, ventoque secundo Nauem æquora sulcasse. Audi quid dicat Ràu Dimì: Spatio quo aqua igni applicatur, vt ebulliat indebete, 60 leucarum itineris conficiebat Nauis. Et si aliquis ex arcu emisisset sagittam, priùs vtriusque commune propositum signum, vel metam attigisset Nauis, quàm sagitta. Deinde dixit Ràu Ascè; Hic Piscis est גילדנה *Ghildenà maritimus pisciculus, quia duas habet alas seù branchias;* nam Pisces magni vnam tantùm branchiam habent. Sequenti pag. 74. circa fin. ex R. Iochanan dicitur.

ר׳ יוחנן משתעי זימנא חדא הוה קא אזלינן
בספינתא וחזינן ההוא כוורא דאפקיה לרישיה
מימא ודמיין עיניה כתרתי סיהרי ונפוץ מיא מתרתי
זימיה כתרי מברי דסורא

R. Iochanàn narrare solebat: Quòd aliquandò Nauem conscenderas, & viderat quendam Piscem caput supra fluctus attollentem, cuius oculi tam magni & lucidi apparuerunt, vt Lunæ magnitudinem æquare viderentur: & in altum veluti quoddam diluuium è naribus eructabat aquas, ad instar duorum fluminum Syriæ.

Et hæc de Aquatilibus Talmudis, & de Leuiathano parando in conuiuio. In quo præter Piscis, aderunt etiam carnis fercula; ex carne cuius-

לקיש אמר בהמה אחת היא רבוצה על אלף הרים ואלף הרים מגדילין לה מאכל לאכילתן של צדיקי והיא אוכלת מאי טעמא (ישעיה סה׳, י׳) והיה השרון לנות צאן ، ורבנן אמרי בהמה אחת היא ורבוצה על אלף הרים ואלף הרים מגדלין לה מיני בהמות והיא אוכלת מאי טעמא של (איוב מ׳ ، ט״ו) וכל חית השדה ישחקו שם، ואפשר כן אית בעיר אכיל בעיר וכו׳ :

Pro eo quòd prohibitum fuit (Iudæis) *aliquot inter animalia* (in vſum cibi) *recompenſauit* (Deus) *concedendo illis* Beehemòth bearerè àleph Iumenta in montibus mille (Pſal. 50. v. 10.) *R. Iochanan , & Reſc Lakiſc , & Rabbini noſtri* (inter ſe diſſident.) *R. Iochanan dixit : Behemà , eſt quoddam animal, quod depaſcit mille montes , & mille montes producunt ei herbas cuiuſque generis , quas deinde comedit, S. D.* (Iob 40. 15.) Quoniam germen montes afferent ei. *Et Reſc Lakiſc dixit: Behemà , eſt animal, quod depaſcit mille montes, & mille montes afferunt ei cibum* (conuenientem palato) *Iuſtorum. Et ratio habetur ex* (Iſai. 65. 10.) Et erit השרון Haſciaròn planities ad habitaculum pecorum. *Et Magiſtri noſtri dicunt :* בהמה *Behemà , eſt animal , quod depaſcit mille montes, & mille montes nutriunt omnes ſpecies animalium , quibus. vescitur Behemà. Cuius rei ratio eſt ; quia dicitur* (Iob 40. 15.) Et omnes beſtiæ agri ludent ibi. *Siquidem brutum deuorare brutum eſt poſſibile &c.* Ex carnibus igitur huius Iumenti fiet ſapidum epulum Iudæis.

Sed nunquid huic ſumptuoſiſſimo conuiuio defuerint volatilia ? Minimè verò : nam vnicum Volatile omn-

eius in lumbis eius , & fortitudo illius in vmbiliculo ventris eius. Ecce nunc virtus eius in lumbis eius , *en maſculum*. Et fortitudo illius in vmbiliculo ventris eius ; *en fœminam. Sic etiam debebat caſtrare* (Leuiathan) *maſculum , & refrigerare fœminam. Non. Quia piſces ſunt laſciui. Et ſi contrarium tenere volueris , dicam aliter : Fœmina* (piſcium) *ſalita eſt bona. Sed ſi vis dicam alio modo : Iam ſcriptum eſt* (Pſal. 104. 26.) Leuiathan iſtum quem formaſti ad ludendum cum eo. *Indecens eſt cum fœmina ita peragere. Sed ſi dixeris : Quòd etiam hic debebat ſalire fœminam* (Behemòth ?) *Reſpondetur : Piſcis ſalitus eſt bonus, caro autem* (terreſtrium animalium) *ſalita non eſt bona.*

Notandū illud, Behemòth in montibus mille , deſumptum eſſe ex Pſal. 50. 10. vbi R. Salomon non ſolùm aſſerit eſſe animal reſeruatum pro Iuſtis in conuiuio futuro, ſed etiā addit.

שהוא רועת אלף הרים ליום וכל יום ויום הם צומחים ،

Illud mille montes paſcere quolibet die , & iterum quotidie in eis herbas creſcere. Quod idem legitur in Talmude , & alibi , & præcipuè in ויקרא רבה *Vaijkrà Rabbà* סדר אחרי מות *Sèder hacharè mòth* פרשה כ״ב *Paraſcià* 22. pag. 191. col. 1. circa fin. edit. Amſtelod. in fol. hoc modo.

תחת איסור בהמות (התרתי לך) בהמות בהררי אלף : ר׳ יוחנן וריש לקיש ורבנן : ר׳ יוחנן אמר בהמה אחת היא ורבוצה על אלף הרים ואלף הרים מגדלין לה כל מיני עשבים והיא אוכלת שנ׳ (איוב מ׳ : ט״ו) כי בול הרים ישאו לו، וריש

descendamus igitur, & refrigeremus animas nostras (id est immergendi corporis gratia in breui aqua) *& egressa est* בת קלא *Bath kalà vox* (de cœlo) *qua dixit: Ne descendatis huc, quia cecidit ibi securis Fabro lignorum ab hinc septem annis, & adhuc in terram non peruenit: non quòd aqua profunda sint, sed propter velocem illorum motum*. (Rasci: *Propter velocitatem fluminis.*) *Dixit Rau Ascè: Ipse est Z I Z SADA'I, sicut scriptum est*. Et Ziz Sadài mecum est. (Psal. 50. 11.) De hoc Passerculo Talmudico fit etiam mentio in ויקרא רבה *Vaijkrà Rabbà*, פרשה *Parascià* 22. circa fin. & eum datum esse in supplementum Auium immundarum, ideò inter Aues mundas censeri; & ad magnitudinem eius quod attinet, ait: alis suis, cum eas expandat, Solem eclipsari. Verba *Rabbòth* sunt -

תחת איסור עופות זיז עוף טהור הוא, הה״ד ידעתי כל עוף הרים וזיז שדי עמדי׃ אמר ר׳ יהודה בר׳ סימון בשעת שהוא פורש את כנפיו מכהת גלגל חמה הה״ד (איוב ל״ט׃ כ״ו׃) המבינתך יאבר נץ יפרוש כנפיו לתימן׃

Pro eo, quia prohibuerat (Deus) *quædam volatilia*, (concedit) *Ziz volatile mundū. Illud est quod scribitur* (Psal. 50. 11.) Cognoui omne volatile montium, & Ziz agri mecum est. *Dixit R. Iudas Ben R. Simonis: Ea hora, qua ipse* (id est Ziz) *expandit alas suas, obtenebrat sphæram Solis. Illud est quod scriptum est* (Iob 39. v. 26.) Nunquid propter intelligentiam suam volabit נץ Nèz Accipiter, extendet alas suas ad Austrum.

omnium vices supplebit, & magnitudine sua ingluuiei Iudæorum satisfaciet, & ventres replebit. Hic erit *Passer solitarius*, vocatus זיז שדי *Ziz Sadài*, quem ex quibusdam Sacræ Scripturæ locis aucupantur Talmudistæ. Primò, ex Psal. 50. 11. vbi nos legimus: *Et pulchritudo agri mecum est*; ipsi vt fabulam firment, legunt וזיז שדי עמדי *Et Ziz campi mecum est*, quasi Ziz sit Auis singularis, quæ ob ipsius excellentiam & magnitudinem semper sit apud Deū. Vnde Paraphrastes Chaldæus vocat -

תרנגול ברא דקרצולי שרין בארעא ורישית מטי בשמיא׃

Gallum syluestrem, cuius Tali firmantur in terra, & caput extenditur vsque ad cælos. Huius Auis magnitudo habetur etiam in Talmude Cod. בבא בתרא *Bauà Batrà* cap. חספינה *Hasfephinà* pag. 73. b. paulò post med. ex Rabbà Bar Bar Channà, vbi sic legitur -

אמר רבה בר בר חנה זימנא חדא הוה אזלינן בספינתא וחזינן ההוא ציפרא דקאים עד קרצוליה במיא ורישיה ברקיע ואמרי ליכא מיא ובעינן ליחות לאקורי נפשין ונפק בת קלא ואמר לן לא תיחותו הכא דנפלא ליה חציצא לבר נגרא הא שב׳ שני ולא קא מטיא לארעא ולא משום דנפישי מיא אלא משום דרדפי מיא אמר רב אשי ההוא זיז שדי הוא דכתיב וזיז שדי עמדי׃

Dixit Rabbà Bar Bar Channà: Aliquando cùm essemus in Naui, vidimus illum Passerem, qui stabat vsque ad talos in aquis, & caput habebat in firmamento (cæli) *& diximus: Forsan in hoc loco non profunda est aqua*,

שבעה *submerſit*, ממה שבתוכה *eo* (liquore) *intra* (ouum) *exiſtente*. Et quod ex carnibus iſtius ſit parandum conuiuium tempore futuro, ſcilicet Meſſiæ, teſtatur R. Elias Leuita in תשבי *Tisbi* ad vocem יוכנה -

יש עוף גדול הנקרא בר יוכנה והפליגו בגודל ביצתה במסכת בכרות, גם שמעתי שעתיד הקב״ה לעשות ממנו סעודה לצדיקים עם הלויתן ושור הבר:

Reperitur quedam magna Auis Vocata Bar Iuchnê, cuius ouum miræ magnitudinis eſſe dicunt in Maſsècheth Bichurròth. Etiam audiui, quòd Deus ſanctus benedictus tandem in futuro ſeculo ex ea Iuſtis paraturus ſit conuiuium vnà cum Leuiathano, & Boue ſylueſtre. Idem affirmat hic noſter Auctor Bechaij in præſenti libro שלחן ארבע *Sciulchàn arbaà*; Tract. 4. circa principium -

ושם לויתן בדגים ובר יוכני בעופות שנבראו ביום חמשי ונקרא לויתן על שם שהוא מזמן לצדיקים וכן בהמות בהררי אלף שנבראו ביום ששי עם בריאת האדם וקודם לו:

Et ibi erit Leuiathan inter piſces; & Bar Iuchnè inter aues, quæ creata fuerunt die quinto: & Vocatur Leuiathan, pro eo, quia eſt cibus Iuſtorum: & ſic Behemòth in montibus mille, quæ creata ſunt die ſexto, ante creationem hominis. Hinc patet, *Ziz Sadài*, & *Bar Iuchnè* eſſe vnum & idem Volatile, de quo Auctor כפתר ופרח *Caphtòr vpèrach* pag. 113. valdè ſe torquet in allegorizando, dum pro *Bar Iuchnè* intelligi vult Rabbinus, Magiſter, pro *Ouo*; Diſcipulus, pro 60. Vr-

At ſi dixeris: Caro huius ingentis Auis axari non poterit; non enim veru tam grande adinueniri, aut haſta aliqua ferrea corpus illius ſuſtentari, aut ſuper prunas gyrari induſtria humana valebit. Carnes enim volatilium aſſatæ guſtu ſunt gratiores. Reſpondent ſapientiſſimi illi Rabbini in eodem loco citato in *Vaijkrà Rabbà*, hanc delicatiſſimam Auiculam aſſatam, habituram omnem ſaporem, ſingulari quodam priuilegio; id probatum eſſe exiſtimant ex nomine ipſius זיז *Ziz*: nam dicunt -

ולמה נקרא שמו זיז שיש בו כמה מיני טעם מזה ומזה:

Cur Vocatur nomen eius זיז *Ziz?* Reſp. *Quia ſunt in eo diuerſæ ſpecies ſaporis* מזה ומזה *Mizè vmizè hinc & inde*, hoc eſt, huius & illius.

Hoc monſtruoſum Volatile in Talmude Codice בכורות *Bichurròth*, cap. 9. vocatur בר יוכני *Bar Iuchnè*, cuius proceritas colligitur ex ouo illius: nam cùm iſtud caſu ex nido aliquando decidit, trecentas miræ magnitudinis Cedros eradicauit, & ſexaginta Vrbes ſubuertit, ex eodem Cod. *Bichurròth*, cap. מעשר בהמה *Maaſsèr Behemà*, pag. 57. b. circa medium, vbi ſic legitur -

פעם אחת נפלת ביצה בר יוכני וטבעה ששים כרכים ושברה שלוש מאות ארזים:

Aliquando cecidit ouum Bar Iuchnè & ſubmerſit ſexaginta Vrbes, & confregit trecentas Cedros, (Gloſſa Raſcì בר יוכני עוף הוא *Bar Iuchnè eſt Auis*,

baà, quamuis Conuiuium tempore Messiæ parandum intelligere velit de Conuiuio Animæ, non corporis; spirituali, non materiali: attamen asseueranter dicit, intelligendum esse etiam de Conuiuio corporali, vti antiqui Rabbini intellexerunt, quorum sententiam improbare non audet, sed illam potiùs confirmare videtur. Inde refert, & laudat locum Auctoris. צרור החיים in quo dilucidè habetur, materialiter & ad literam omnia intelligenda esse, maximè ea, quæ de Leuiathano, & epulo parando à Messia, traduntur ab antiquis. Illius verba sunt pag. 9. col. 3. -

יש עלינו בהכרח להאמין כי כפשוטן הדברים בסעודה גופנית מלבד סעלת השכלית שהרי אמרו בפרק הספינה רף ע״ה׃ אמ״ר יוחנן עתיד הב״ה לעשות סעודה לצדיקים מבשרו של לויתן שנאמר (איוב מ׳׃) יכרו עליו חברים ואין כירה אלא סעודה שנאמר (מלכים ב׳ ו׳׃) ויכרה להם כרה גדולה ואין חברים אלא ת״ח שנאמר (שיר ח׳׃) חברים מקשיבים לקולך השמיעני והשאר אוצרים אותו ועושים בו סחורה בשוקי ירושלם שנאמר (איוב מ׳׃) יחצוהו בין כנענים׃ וכבר ידעת לדברי ר״זל שהולכים בלשונם אחר לשון התורה וכשם שיש בתורה מאכלים המותרים והאסורים את זה תאכלו ואת זה לא תאכלו וכתיב מבשרם לא תאכלו ואין לומר שהוא משל חס ושלום אלא כפשוטו ממש כן כשאמרו כבאן מבשרו של לויתן יש לנו לומר בוראי שאינו משל אלא כפשוטו ממש וכן אמרו עוד עתיד הב״ה לעשות סוכה לצדיקים מעורו של לויתן שנ׳ (איוב מ׳׃) התמלא בסוכות עורו זכה עושין לו סוכה לא זכה עושין לו גל שנ׳ (שם) וכצלצל דגים ראשו והשאר פורשו הב״ה בחומות׳ ירושלם וזיוו מבהיק מסוף העולם ועד סופו שנ׳ (ישעיה ס׳׃) והלכו גוים לאורך׃ מכל זה יתבאר כפי׳ כי הדברים כפשוטן בבשרו ממש

Vrbibus, 60. Tractatus Talmudis, & pro *trecentis Cedris*, trecentæ *Halachòth* Lectiones eiusdem Talmudis. Sed nil proficit, cùm hanc fabulam ad literam intelligat R. Salomon, Princeps & Caput omnium Expositorum. Quippè qui explicando בר יוכני *Bar Iuchnè* ait, quòd sit עוף גדול *Oph gadòl*, *Auis magna*, & non Rabbinus Magnus. Et illud: *Submersit sexagintea Vrbes*, dicit בחלבון וחלמון שלה *Albumine*, & *Oui vitello*, videlicet materia illa alba & flaua in Ouo *Bar Iuchnè* existente, qua rupta, veluti à rapidissimo torrente, Cedrorum syluam, prostratam, & Vrbes submersas fuisse. Quid deinde Allegoriæ, aut Analogiæ esse potest inter Ouum, & Discipulum? Dices: Sicuti ex Ouis excluduntur pulli, quibus Auium species conseruantur; ita ex Discipulis, tanquam Ouorum fertilissimo seminario egrediuntur Magistri & Doctores, quibus Scientiæ conseruantur in æuum. Benè quidem. Sed Tractatus Talmudici num. 60. Vrbibus comparati, super arenam ædificati esse cernuntur, & sine prorsùs aliquo fundamento; 300. quoque Lectiones Talmudicæ sine radice veritatis existere intelliguntur, quæ quidem ab vno Ouo delapso, & confracto, puta ab vnico Discipulo, eradicari & absorberi valeant, Auctore *Caphtòr*. Vah, quam benè fundata & firmata est doctrina Talmudica, quæ tota ab vno Discipulo subuerti potest! Noster quoque Auctor in hoc suo libro שלחן ארבע *Sciulchàn ar-*

זבעורו ממש בבשרו ממש למאכלם של צדיקים שהטריחו עצמו בתורה ובמצות ועורו ממש להבריק דירותם כדי שתתפרסם מעלת' בעמים איך עבדו להק"בה ותחזיקו בתורתו ובמדותיו כענין שכתוב (מלאכי ג') ושבתם וראיתם בין צדיק לרשע בין עובד אלהים לאשר לא עבדו : ובן כתיב (ישעיה ס"ה) הנה עבדי יאכלו ואתם תרעבו הנה עבדי ישתו ואתם תצמאו הנה עבדי ירונו מטוב לב ואתם תצעקו מכאב לב ומשבר רוח תיילילו :

Neceſſariò debemus credere literaliter ea, quæ de epulo corporali dicuntur, ſecluſa intellectuali excellentia: nam in capitulo הספינה *Haſſephinà De Scapha* pag. 75. *Dixit R. Iochanan: In futurum Deus ſanctus benedictus paratus erit facere conuiuium Iuſtis ex carne Leuiathan, S. D.* (Iob 40. 25.) Cœnabunt ſuper eum ſocij. *Neque aliud eſt* Cœna, *niſi Conuiuium, S. D.* (2. Reg. 6. 23.) Et præparauit eis, apparatum magnum, & comederunt. *Et non ſunt* Socij *niſi* Doctores, *S. D.* (Cantic. 8. 13.) Socios attendentes voci tuæ audire me fac. *Et reſiduum reponent & facient ex eo mercaturam in plateis Ieruſalem, S. D.* (Iob 40. v. 25.) Dimidiabunt eum inter negotiatores. *Iam ex verbis Doctorum noſtrorum b. m. intellexiſti; quomodo ipſi ſecundùm ſenſum Legis incedant, eo ſanè modo, quo in Lege aliquid permittitur, vel veſci prohibetur: vti quando dicitur,* Iſta comedetis, & hæc non comedetis. *Et alibi:* De carne eius non manducabitis. *Hæc autem, allegoricè, aut parabolicè fuiſſe dicta, abſit, vt dicamus, ſed propriè & literaliter intelligenda ſunt: ſic, quando de carne Leuiathan locuti ſunt*

(Doctores). *debemus dicere veraciter; quòd non parabolicè, ſed literaliter, & propriè* (locuti ſint). *Rurſus dixerunt: Quòd in futurum Deus ſanctus benedictus faciet Iuſtis Tugurium ex corio Leuiathan, S. D.* (Iob 40. 26.) Nunquid replebis in Tugurijs pellem eius? *Meretur? Fiet ei Tugurium. Non meretur? Fiet ei Vmbella, S. D.* (Ibid.) Et in Vmbella piſcium caput eius. *Et reſiduum expandet Deus ſanctus benedictus ſuper muros Ieruſalem, & ſplendor eius lucebit ab vno in aliud extremum mundi; S. D.* (Iſai. 60. 3.) Et ambulabunt Gentes in lumine tuo. *Totum hoc declaratur in Commentarijs, quoniam verba* (accipienda ſunt literaliter) *pro vera & pro pura Carne, pro vero Corio, pro vero cibo Iuſtorum, qui in Lege, & in præceptis laborauerunt. Et ex vero Corio* (Leuiathan) *ſplendere faciet habitationes* (Iudæorũ) *quando expandetur in honorem illorum. De populis* (quomodo hæc intelligi debeant) *ſeruierunt ne & ipſi Deo ſancto & benedicto, aut apprehenderunt legem eius, & illius virtutes ac mores?* (De Gentilibus autem intelligendum eſt) *illud quod ſcriptum eſt* (Malach. cap. 3. 8.) Et conuertimini, & videbitis inter Iuſtum, & impium, & inter ſeruientem Deo, & eum qui non ſeruit ei. *Et* (Iſai. 65. 13.) Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis; ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur, & vos pudore afficiemini: ecce ſerui mei iubilabunt præ iucunditate cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, &

præ

to, carnium nausea tolleretur, & appetitus esset irritamentum, & stimulus. Ampliùs.

Deest panis vitæ fulcimentum, & basis Conuiuiorum: & quamuis solus panis ad vitam conseruandam non sufficiat, attamen sine pane, cætera fastidio sunt, quamuis delicata & opiparè apposita; & fames sine pane vix sedatur. Vnde igitur tanta panum prouisio, pro tot centenis Iudæorum myriadibus fiet? Breuis est, sed prægnans Rabbinorum responsio: ex spicis Tritici, quæ tempore Messiæ in altum ita assurgent, vt Palmarum altitudinē exæquare possint. Grana enim, quæ ex geniculis istius Tritici extuberari volunt, lumbos & renes ingentium Boum magnitudine superabunt, & è glumis folliculisq; paruo negotio excident: nam ventorum vi exagitatis, & inter sese concussis, in candidissimum, atque præstantissimum farinæ florem resoluentur. Hinc, siliginis montes cernere licebit, ab omnibus furfuribus exactissimè repurgatæ: ad hos accedent Iudæi; quantùm voluerint, accipient; & placentas, ac offas parabunt ad lubitum. Referunt hoc Talmudistæ in Cod. כתובות *Chetubbòth*, *De Instrumentis dotalibus*, cap. 3. שני דייני *Duo Iudices*, pag. 111. b. circa medium, aiuntque.

תנו רבנן יהי פיסת בר בארץ בראש הרים אמרו עתידה חטה שתתמר כדקל ועולה בראש הרים שמא תאמר יש צער לקוצרה תלמוד לומר ירעש כלבנון פריו הקדוש ברוך הוא מביא רוח מבית גנזיו ומנשבת עליה ומשרת את סלתה ואדם

præ contritione spiritus vlulabitis.

Ecce quomodo clarè patet, omnia, quæ de Conuiuio tempore Messiæ Iudæorum parando dicuntur, intelligi debere verè, & propriè, & secundū quod litera Talmudica sonat; & non parabolicè, aut allegoricè, vt nonnulli Iudæorū moderni Auctores, qui, hæc priscorum Rabbinorum deliria in explicandis Scripturis cernentes, ad altiorem sensum eleuare, infelici quidem successu, conati sunt; nam & ipsi in ineptias prolapsi, ad similitudinem eorum, qui post naufragium inter vndas & maris vortices iactati alter alterum liberare tentantes, tandem vtrique à fluctibus absorbentur. Sic infelicibus istis expositoribus euenit; dum enim alterius dicta explanare quis tentat, ipse quoque in deteriora ruit; vti perspicuum est in omnibus expositoribus istarum, & similium fabularum, quæ in Talmude passim afferuntur. Vide insulsas illorum explanationes in libro כפתור ופרח *Caphtor Vpèrach*. Sed ad Conuiuium Iudaicum redeamus.

Iam Mensis apposita vidimus lautissima fercula; ex Volatili זיז שדי *Ziz Sadài*, qui & בר יוכני: ex quadrupede *Behemòth*: & ex *Balæna Leuiathan*. Salsamenta nunc desunt, sed ea suppeditantur ex carnibus Coniugis huius Ceti, quæ statim, vt creata fuerat, (ne totus mundus ingentibus Balænis repleretur si fœtasset) à Deo interfecta, & in frusta dissecta, ac salita, pro Iustis in hoc Conuiuio alendis, ad delicias reseruata est; vt ex hoc sapidissimo condimen-

יוצא לשדה ומביא מלא פיסת ידו וממנה פרנסתו ופרנסת אנשי ביתו עם חלב כליות חטה : אמרו עתידה חטה שתהא כשתי כליות של שור הגדול ואל תתמה שהרי שועל קינן בלפת ושקלוהו ומצאו בו ששים ליטרין בליטרה של ציפורי :

Legunt Magiſtri noſtri (Pſal. 72. v. 16.) Erit placenta frumenti in terra in capite montium. *Dixerunt: In futurum* (tempore Meſſiæ) *Triticum palmeſcet*, (ſeù ad inſtar columnæ excreſcet) *ſicut palma*, *& aſcendet in capite montium*. *Sed fortaſſe*, *dices; moleſtia erit* (& ſudor) *in metendo*. *Scriptura dicit* (Ibid.) Concutietur quaſi Libanus fructus eius. *Deus ipſe ſanctus benedictus adducet ventum de theſauris ſuis*, *& flabit ſuper eum*, *& ſeparabit ſimilam eius*, *& homo exibit in agrum*, *& adducet plenum pugnum ſimila*, *& ex ea ſuſtentabit ſe*, *& familiam ſuam cum adipe renum tritici* (Deuter. 32. 14.) *Dixerunt: In futurum*; *Triticum* (ſeù geniculum tritici) *erit ſicut duo renes Bovis magni*. *Nec mireris*, *quia aliquando Vulpes nidificauit in Rapa*, (& reſiduum) *librauerunt*, *& inuenerunt pondus ſexaginta librarum ponderis Tziporrai*. (Raſci -

(שועל) ניקב בו עד שעשה לידתו בתוכו ואף על פי כן שקלו את המותר ששים ליטרין :

(*Vulpes*) *perforauit* (Rapam) *ibique manſit*, *quouſque in ea peperiſſet*; *& quamuis ponderaſſent reſiduum*, *inuenerunt illud ſexaginta librarum*. Magna vtique Rapa cerebrum eſt Rabbinorum! Nec mirum ſi Talmudiſtæ dicant Vulpem ſibi paraſſe latibulum intra craſſitiem Rapæ; dum

R. Simeon aſſerat patrem ſuum ſibi Braſſicæ caulem reliquiſſe, quo tamquam ſcala aſcendendo, & deſcendendo ſit vſus; vt ibidem paulò poſt legitur his verbis -

אמר רבי שמעון בן תחליפא קלח של כרוב הניח לנו אבא והיינו עולים ויורדים בו כסולם :

Dixit R. Simeon Ben Tachliphà; *Caulem Braſſicæ nobis reliquit Pater*; *& aſcendebamus & deſcendebamus per eum*, *ſicut per ſcalam*. Proršùs ridiculi ſunt iſti Rabbini. De huiuſmodi placentis tempore Meſſiæ parandis fit mentio etiam in Cod. שבת *Sciabbàth* cap. 2. במה מדליקין pag. 30. b. in fin. Et in libro ספרי *Siphrè*; ſect. האזינו *Haazìnu*, *Audite*, ad ver. 12. cap. 32. Deuter. *Dominus ſolus dux eius fuit*. col. 225. de eodem pane Iudaico ita legitur circa princ. columnæ -

עתיד אני להושיב אתכם בנחת רוח בעולם ואין עמו אל נכר שלא יהו בכם בני אדם שעוסקים בפרגמטיא של כלום כענין שנאמר יהי פיסת בר בארץ שיהיו חטים מוציאים גלוסקאות כמלא פיסת יד ירעש כלבנון פריו שיהיו חיטים שפות זו כזו ונושרות סולתן בארץ ואת בא ונוטל הימנה מלא פיסת יד של יד כדי פרנסתך :

In futurum ego redire faciam vos in mundum in quiete ſpiritus. Et non erit cum eo Deus alienus: *quia non erunt inter vos homines exercentes mercaturam aliquam*; *ſecundum illud* (Pſal. 72. 16.) Erit placenta frumenti in terra. *Quoniam genicula tritici producent placentas ſicut plenitudinem volæ manus*. Concutietur tamquam Libanus fructus eius: *quia genicula tritici conquaſſabuntur*, *& relinquetur*

tur ſimilia in terra. Et venies, & accipies dextera plenitudinem placentæ quantum volæ manus, ut ſuſtentare te poſſis.

Abundantia panum igitur erit in Conuiuio Iudæorum; ſed Vinum, vnde ſibi comparabit Meſſias? De Vino etiam prouiderunt prouidi, & prudentes Talmudiſtæ Rabbini, de quo hoc modo loquuntur in Codice כתובות *Chetubbòth* pag. 111. b. paulò poſt med. ad ver. 14. cap. 32. Deut. *Et ſanguinem Vuæ bibes merum.*

אמרו לא כעולם הזה העולם הבא העולם הזה יש בו צער לבצור ולדרוך העולם הבא מביא ענבה אחת בקרון או בספינה ומניחה בזוית ביתו ומספק ממנה כפיטום גדול ועציו מסיקין תחת התבשיל ואין לך כל ענבה וענבה שאין בה שלשים גרבי יין שנאמ׳ ודם ענב תשתה חמר אל תקרי חמר אלא חומר כי אתא רב דימי אמר מאי דכתיב אוסרי לגפן עירה אין לך כל גפן וגפן שבארץ ישראל שאין צריך עיר אחת לבצור ולשורקה בני אתונו אין לך כל אילן סרק שבארץ ישראל שאינו מוציא משוי שתי אתונות ושמא תאמר אין בו יין ת״ל כבס ביין לבושו ושמא תאמ׳ אינו אדום ת״ל ודם ענב תשתה חמר ושמא תאמר אינו מרוה ת״ל סותה שמא תומר אין בו טעם ת״ל חכלילי עינים מיין כל חיך שטועמו אומר לי לי ושמא תאמר לנערים יפה ולזקנים אינו יפה ת״ל ולבן שני מחלב אל תקרי לבן שנים אלא לבן שנים פשטיה דקרא במאי כתיב כי אתא רב דימי אמר אמרה כנסת ישראל לפני הקב״ה רבונו של עולם רמוז בעיניך דבסים מחמרא ואחוי לי שניך דבסים מחלבא מסייעיה לר׳ יוחנן דאמר ר׳ יוחנן טוב המלבין שיניו לחבירו יותר ממשקהו חלב שנ׳ ולבן שינים מחלב אל תקרי לבן שינים אלא לבון שינים רב חייא בר אדא מקרי דרדקי דריש לקיש הוה איפגר תלתא יומי ולא אתא כי אתא אל אמאי איפגרת אמ׳ ליה דלית אחת הניח לי אבא ובצרתי

ממנה יום ראשון שלש מאות אשכלות אשכול לגרב יום שני בצרתי שלש מאות אשכולות שני אשכולות לגרב יום שלישי בצרתי ממנה שלש מאות אשכלות שלש אשכולות לגרב והפקרתי יותר מחציה אמר ליה אי לאו דאופגרת הוה עכרא טפי :

Dixerunt: Non eſt hic mundus, ſicut eſt mundus qui venturus eſt (tempore Meſſiæ). *Hic mundus dolet, dum vindemiat, &* (vuas) *calcat: mundo venturo adducetur, vnius vuæ acinus Carro, aut Naui, & deponent in angulo domus ſuæ* (ac ſi maxima cupa eſſet) *& eo longo tempore vtetur,* ſubſtantia, & humore per totum vuæ granum diſperſo) *& ligna eius* (hoc eſt membranoſum integumentum, erit duriſſimum vt lignum, & lignorum officia præſtare poterit) *ſub cacabo ardere faciet. Et non habebis acinum vuæ, quin in eo non ſint triginta dolia vini, S. D.* (Deut. 32. 14.) Et ſanguinem vuæ bibes merum. *Ne dicas* חמר *CHAMER, merum; ſed* חומר *CHOMER* (eſt menſura maxima continens decem Bathos ſiuè Ephas). *Quando venit Rau Dimi dixit: Cur ſcriptum eſt* (Geneſ. 49. 11.) Ligans ad vitem pullum ſuum? *Non eſt vitis in terra Iſraël, quæ non indigeat Vrbe pro vindemia.* Et ad vitem optimam, fili mi, Aſinam ſuam. *Non erit tibi aliqua arbor ſylueſtris in terra Iſraël; quæ non producat onus pro duabus Aſinis. Fortaſſis dices; Non erit in ea vinum. Scriptura dicit* (Ibid.) Lauabit in vino veſtimentum ſuum. *Forſan & dices: Non erit rubrum. Doctrina dicit* (Deut. 32. 14.) Et ſanguinem vuæ

bi-

perticam] *& die primo vindemiaui ex ea* 300. *botros, botrum vnum pro dolio. Die secundo vindemiaui* 300. *botros, duos botros pro dolio. Die tertio vindemiaui ex ea* 300. *botros, tres botros pro dolio, & transeuntibus reliqui plusquam medietatem. Dixit ei: Si non tardasses, vel dimisisses, plurimùm fecisset.* Magna itaque vini copia erit tempore Messię, non igitur deerunt generosissima falerna, de quibus ad ebrietatem vsque bibere poterunt Iudæi, alba & rubescentia, sed rubescentia magis placebunt; quia illorum Doctoribus valdè probantur vina rubentia, iuxta illud: *Oua recentia, Vina rubentia* - & ex sexaginta speciebus vini, quas in Codice גיטין *Ghittin, De repudijs*, aiunt reperiri, vinum rubescens, seù nigrum præ cæteris commendatur; nam capite 7. pag. 70. paulò post med. ita de Vino loquuntur -

אמר רב הסדא שיתין מיני חמרא הוו מעליא רכולהו סומקא רחתנא :

Dixit Rau Chasdà: Sexaginta species Vini reperiuntur: omnium præstantissima est סומקא ריחתנא *Sumkà rechatnà, rubescentis boni odoris.* Quid mirum! Si arborem vetitam primo homini vitem viniferam, & rubescentis vuæ fuisse asserant in libro זהר *Zòhar* sect. תרומה *Theramà* pag. 144. versus fin.

אילנא דחב אדם קדמאה ענבין הוו רכתיב ענבימו ענבי ראש ואלין אינון ענבין אוכמין וכו׳ .

Arbor, quam dilexerat primus homo, Vuarum fuerat: sicut scriptum est (Deuter. 32. 32.) Vuæ eorum, vuç ve-

bibes meracissimum. *Forsan dices: Non inebriat. Scriptura dicit* (Gen. 49. 11.) סותה *Sothà*, Incitat, seù seducit. *Forsan dices: Saporem non habet. Scriptura dicit* (Ibid.) Rubicundiores oculi vino. *Omne palatum, quod illud gustauit, dicit* לי לי *LI LI, AD ME, AD ME*, [etymologia vocis חכלילי *CHACHLILI RUBICUNDIOR* resolutę in voces כל חך לי לי *Col chech li li, Omne palatum* (dicit) *ad me, ad me.*] *Et si forsan dixeris: Paruulis quidem est bonum, sed senioribus non est bonum. Scriptura dicit* (Ibid.) Et candidior dentibus præ lacte. *Ne legas* לבן שנים *LEVÀN SCINNAÌM, CANDIDIOR DENTIBUS; sed* לבן שנים *LABEÑ SCIANÌM, FILIO ANNORUM. Simplex textus Scripturæ quid dicit? Quando venit Ràu Dimì: Dixit Synagoga Israël coram Deo sancto benedicto: Domine Vniuersi, annue oculis tuis, qui suauiores sunt Vino. & ostende mihi dentes tuos, qui delicatiores sunt lacte. Auxilium fert R. Iochanan: quia dixit R. Iochanan: Melior est, qui dentes albescere facit socio suo, quàm qui lactem propinat. S. D.* (Ibid.) Et candidior dentibus præ lacte. *Ne legas, Candidior dentibus; sed* לבון שנים *Candidus dentibus. Rau* חייא *Chijà Bar* ארא *Adà docebat discipulos Resc Lakìsc, cessauit per tres dies, & non venit. Quando venit, dixit ei: Cur feriatus es? Respondit ei: Vnicam vitem pergulanam reliquit mihi Pater.* [Glossa Rascì - כרם המודל על גבי קלונסות *Vinea est* (id est Vitis) *depauperata, tenuis supra*

vbi ſic habetur -

ר׳ יהודה בן בתירה אומר. בזמן שבית המקדש קיים אין שמחה אלא בבשר. שנ׳ וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני ה׳ אלהיך ועכשיו שאין בית המקדש קיים אין שמחה אלא ביין שנ׳ ויין ישמח לבב אנוש

R. Iudas Ben Bethìrà dicit: Tempore, quo Domus ſanctitatis extabat, non erat lætitia niſi in carnibus S. D. (Deut. 27. 7.) Et ſacrificabis pacifica, & comedes ibi, & lætaberis coram Domino Deo tuo. *Sed modo, cum non exiſtat domus ſanctitatis, non eſt lætitia, niſi in Vino; S. D.* (Pſal. 104. 15.) Et vinum lætificat cor hominis. Hanc doctrinam frequenter repetunt in Scholis, & ex מנורת המאור *Menoràth hammaòr, Candelabri luminis* libro, eundem locum Talmudis afferunt in נר *Lucerna* 3. cap. 9. Et hæc de Vino Talmudico apponendo in imaginario Iudæorum conuiuio. De quo hoc vnum additur in *Medràſc* הנעלם *Hannelèm* apud זהר *Zòhar* ſect. תולדות *Generationes* pag. 135. b. circa med. quòd reſeruatum fuerit ab initio creationis יין *Vinum*, (inquiunt) -

המשומר בענביו. מששת ימי בראשית׃

conſeruatum à ſex diebus creationis.

Sed in conuiuijs poſt fercula ſolent apponi fructus. Deeruntne iſti in conuiuio Iudaico? Minimè: nam in terra promiſſionis, in qua (ex communiori ſententia) expectant conuiuari, vbertima fructuum copia, ex Scriptura, habetur ex Deuter. cap. 8. v. 8. Vocatur -

veneni. *Et arbor erat Vuarum nigrarum* (rubentium.). Sed, hæc ſingularia arcana, quæ nunquam in noſtris libris leguntur, à doctiſſimis Iudæorum interpretibus Sacræ Scripturæ, nobis reuelata; dicendum eſt, eos fuiſſe vinoſos, quando iſta ſcriptitarunt; quia vinum arcanum reuelare facit, vt ipſimet docent in Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrin* capite 4. pag. 38. paulò poſt principium his verbis -

יין נתן בשבעים אותיות וסוד ניתן בשבעים אותיות נכנס יין יצא סוד׃

יין *Ijàin Vinum*, *&* סוד *Sod arcanum 70. litteris data ſunt* (hoc eſt יין *Ijàin*, & סוד Sod in numeris valent 70.) *ingreditur* יין *Ijàin Vinum*, *&* *egreditur* סוד *Sòd arcanum*. Quia vinum, ſecreta hominum diuerſiloquentium recondita pandit. Et Feſt. Auien. de Ven. & Vino.

Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.
Arcanum demens detegit ebrietas.

At circa vini ſobrietatem, parum ſoliciti ſunt Iudæi, cùm doceant in maioribus ſolemnitatibus vino indulgendum eſſe, nec quicquam deuotionis reſiduum feſtiuitatibus ſuis ſupereſſe, niſi vinum, & bibendi lætitiā. Antiquitùs ſiquidem (inquiunt) tota ſolemnitas inſumebatur in carnium ſacrificijs, hodie *Vinum* tantummodo relictum eſt. Igitur eo ingurgitare ſe debent. Hæc vinoſa doctrina refertur in Cod. פסחים *Peſachim* cap. 10. pag. 109. circa medium,

ארץ חטה ושערה וגפן ותאנה ורמון ארץ זית־
שמן ודבש ׃

Terra frumenti, & vitis, & hordei, & ficus, & malogranati, oliuæ olei, & mellis. Et ex pinguedinis superabundantia persępè vocari cernimus Terrā lacte & melle manantem, vt Exod. 3. 8-13. 5. Leuit. 20. 24. Num. 13. 28-14. 8. Deuter. 6. 3-11. 9. & alibi passim. In ea igitur Iudæi epulari poterant absque vlla carentia rerum, quæ in conuiuijs apponi solent, cùm largiter omnia suppeditari possint ab vbertate Terrę promissę. Non est in dubium reuocanda fertilitas terræ promissionis, tot testibus ex Sacris literis petitis, illius feracitate comprobata; sed Talmudistæ dum de huius terræ fertilitate loquuntur, adeò portentosa multa de illa referunt, vt omninò hominis captum transcendere videantur. Nonnulla ex his in medium adducemus, vt ex his paucis, de reliquis prudens Lector iudicium ferre queat. Et primò de abundantia mellis & lactis hoc modo legitur in Cod. כתובות *Chetubbòth De Contractibus dotalibus* capite 3. שני דייני *Scenè daijanè Duo Iudices*, pag. 111. b. in fine.

רמי בר יחזקאל איקלע לבני ברק חזנהו להנהו עיזי דקאכלן תותי תאיני וקנטי דובשא מתאיני וחלבא עייף מניהו ומיערב בהדי הדדי אמר היינו זבת חלב ודבש ׃

Ramì Bar Iechezkèl aduenit domum filiorum Baràk, vidit Capras, quòd sub ficu pascebant, & stillabat mel ex ficu, & lac guttatim fluebat ex Capris, & simul permiscebantur. Dixit: Hæc est illa (terra) *fluens lacte & melle*. Sequitur.

כח

אמר ר׳ יעקב בן דוסתאי מלוד לאונו שלשת מילין פעם אחת קדמתי בנשף והלכתי עד קרסולי ברבש של תאנים אמר ריש לקיש לדידי חזי לי זבת חלב ודבש של ציפורי והוי שיתסר מילין אשיתסר מילין אמר רבה בר בר חנה לדידי חזי לי זבת חלב ודבש של כל ארץ ישראל והויא כמבי מיכסי עד אקרא דתולבנקי עשרים ותרתי פרסי אורכא ופותיא שיתא פרסי ׃

Dixit R. Iacob Bar Dostài: Ex Lud in Onò tria milliaria sunt (itineris) *Aliquando surrexi in crepusculo* (matutino) *& abij vsque ad Talos in mel ficuum. Dixit Resc Lakìsc: Egomet vidi* (terram) *Tzippurrì fluentem lacte & melle, & erat sexdecim leucarum super sexdecim leucarum* (hoc est 256. leucarum.) *Dixit Rabbà Bar Bar Channà: Ego vidi totam terram Israëlis fluentem lacte & melle, & erant à Chamebè Mechassè vsque ad Akrà Tolbankæ 22. leucæ longitudine, & latitudine sex leucæ* (id est 132. leucarum). In Codice כתובות *Chetubbòth* cap. 13. pag. 112. longè post medium de eadem Terræ Israëlis fertilitate hoc modo legitur.

אמר רב חסדא מאי דכתיב ואתן לך ארץ חמדה נחלת צבי למה ארץ ישראל נמשלה לצבי לומר לך מה צבי זה אין עורו מחזיק בשרו אף ארץ ישראל אינה מחזקת פירותיה, דבר אחר מה צבי זה קל מכל החיות אף ארץ ישראל קלה מכל הארצות לבשל את פירותיה אי מה צבי זה קל ואין בשרו שמן אף ארץ ישראל קלה לבשל ואין פירותיה שמנים תלמוד לומר זבת חלב ודבש שמנים מחלב ומתוקים מדבש ׃

Dixit Ràu Chasdà: Quid est quod scri-

Bar Chanina ierunt ad quendam locum attulerunt ante eos malum Persicum, quod erat sicut frixorium crateris; & frixorium crateris cuius magnitudinis erat? Quinque satorum. (סאה Seà enim mensura est cōtinens 144. oua, ergo quoque sata continent 720. oua, & tantundem capacitatis erat frixorium istud Talmudicum, atque etiam magnitudo mali Persici) *Manducauerunt* (ex eo) *tertiam partem; tertiam partem communem fecerunt* (id est permiserunt, vt illam reliqui ex plebe comederent) *& aliam tertiam partem dederunt animalibus.* En magnitudinem vnius Persici fructus Talmudici. Sed ad quid pro fructibus terræ Israëlis Talmudicos testes afferimus; si in hoc Conuiuio omnia fructuum genera terrestris Paradisi apponentur? Etiam fructibus arboris vitæ vescentur Iudæi; & post epulum fiet benedictio super Vinum, vt moris est apud eos; magnaque contentio honoraria orietur inter Deum, Angelos, Patriarchas, & alios Iustos; cuinam eorum magis competat hic honor elargiendi super Calicem benedictionem. Tandem deuenietur ad Dauid Regem, qui libenter Calice accepto Vini pleno, benedicet, iuxta illud: *Calicem salutaris accipiam &c.* Hæc concertatio legitur in Talmude, & in Medràsc. Vtrumque locum ex scribam, vt curiosus Lector cominus Iudæorum ineptias intueri possit.

In *Ghemarà* Cod. פסחים *Pesachìm*, cap. 10. ערבי פסחים *Aruè pesachìm* pag. 119. b. circa medium hoc mo-

scriptum est (Ierem. 3. 19.) Et dabo tibi terram desiderabilem, hereditatem hinnuli? *Cur comparatur terra Israël hinnulo? Tibi dicitur: Sicut istius hinnuli pellis non obfirmatur carni sua.* [Glossa Rasci -

אין עורו מחזיק את בשרו שהעור בחץ וגומר לאחר הפשיטו.

Non pellis eius obfirmatur carni sua; quia pellis, decorticato animali, corrugatur, & contrahitur.] *sic terra Israëlis non obfirmat fructus suos.* [Rasci -

אינה מחזקת פירותיה עושה פירותיה מרובין עד אין מקום להצניען.

Non obfirmat fructus suos. Facit fructus plurimos, ita vt nullus, vbi condantur assignari possit locus.] *Alio modo: Sicut hinnulus præ omnibus animalibus velocissimus est, sic terra Israëlis præ omnibus terris velocior est ad maturitatem Et sicut hinnulus velox est, & carnem pinguem non habet, sic terra Israëlis velox est ad maturitatem, & fructus ipsius pingues nōn sunt. Scriptura dicit:* Fluens lacte & melle. (fructus) *pinguiores præ lacte, dulciores præ melle.* De abundantia & magnitudine cæterorum fructuum, mirum est quod efferunt. Nuces, Amygdala, & Persica non minora sartaginibus esse affirmant. Ita in *Chetubbòth* capite 13. pag. 112. circa init. habetur -

רבי חלבו ורבי עוירא ורבי יוסי בר חנינא איקלעו להתוא אתרא אייתו קמייהו אפרסקא רהוה באילפס כפר הינו ואילפס כפר חינו במה הוי חמש סאין אכלו. שליש והפקירו שליש ונתנו לפני בהמתן שליש.

R. Chalbò, R. Vuirà, & R. Iosè

nis.) *Dicet Iosue: Tolle, benedicito. Respondebit: Non merui filium, quia scriptum est* (Ios. 1. 1.) Iosuè filius Nun; *Nun filius eius: Iosue filius eius* (Scriptura non nominat filium Iosue.) *Dicet ipse Dauid: Tolle, benedicito. Respondet* (Dauid) *Mihi conuenit benedicere. S. D.* (Ps. 116. v. 13.) Calicem salutum accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Hoc itidem legitur in מדרש *Medrâsc*, ex libro כפתור ופרח *Caphtòr Upèrach* pag. 58. vbi hoc Conuiuium statuitur in medio Horti Eden terrestris Paradisi, ipso Deo in primo & nobiliori loco mensæ discumbente; & post honorariam concertationem inter conuiuas, cuinam competat beneprecari Patrisfamilias; omnes tandem Regi Dauidi locum cedunt, & hanc ceremoniam peragendam ei committunt. Verba *Medrâsc* sunt -

הוא מרומים ישכון הדא הוא דכתיב כי יהוה אלהיך מביאך אל ארץ טובה וגומר ׃ אל שלחן ערוך בתוך הגן שנא׳ אתהלך לפני יהוה בארצו׳ החיים׃ וככ יכול הקב״ה מיסב בראש והאבות וכל הצדיקים יושבין לרגליו שנא׳ והם תוכו לרגלך ׃ והקב״ה מביא לפניה כל מיני פירות מגן עדן ומאכילן מעץ החיי׳ ואחר כך מברכין לבעל הסעוד׳ והכל חולקין כבוד להקב״ה שהוא צוה לברך והקב״ה אומר למיכאל ברך ומיכאל לגבריאל וגבריאל לאבות העולם ואבות העולם חולקין כבוד לדוד ואומרין המלך שבידכנו הוא יברך למלכו של עולם ונותנים את הכוס לפניו ונוטל את הכוס ואומר כוס ישועות אשא ובשם יהוה אקרא עכ״ המדרש ׃

(Isai. 33. 16.) Ipse in excelsis habitabit. *Hoc est illud quod scriptum est* (Deuter. 8. 7.) Quia Dominus Deus do inquiritur -

מאי דכתיב ויגדל הילד ויגמל עתיד הקב״ה לעשות סעודה לצדיקים ביום שיגמל הסדו לזרעו של יצחק לאחר שאוכלין ושותין. נותנין לו לאברהם אבינו כוס של ברכה לברך׃ ואומר להן איני מברך שיצא ממני ישמעאל ׃ אומר לו ליצחק טול וברך אומר לו איני מברך שיצא ממני עשו ׃ אומר לו ליעקוב טול וברך אומר להם איני מברך שנשאתי שתי אחיות בחייהן שעתידה תורה לאסרן עלי׃ אומר לו למשה טול וברך אומר להם איני מברך שלא זכיתי ליכנס לארץ ישראל לא בחיי ולא במותי ׃ אומר לו ליהושע טול וברך אומר להם איני מברך שלא זכיתי לבן דכתיב יהושע בן נון נון בנו יהושע בנו ׃ אומר לו לדוד טול וברך אומר להן אני אברך ולי נאה לברך שנאמר (תהלים קי״ו י״ג׃) כוס ישועות אשא ובשם יהוה אקרא ׃

Cur scriptum sit (Gen. 21. 8.) Et creuit puer, & ablactatus est? *In futurum Deus sanctus benedictus faciet Conuiuium Iustis, die quo ablactabit*, (seù) *retribuet pietatem* (& beneficentiam) *semini Isaac. Postquam comederint, & biberint, dabunt Abrahamo patri nostro Calicē benedictionis, Vt benedicat. Et dicet eis: Non benedico, quia exijt de me Ismaël. Dicet ipse Isaaco: Tolle, benedicito. Resp. Non benedico, quia exijt ex me Esau. Dicet ipse Iacobo: Tolle, benedicito. Resp. Non benedico, quia accepi duas sorores, dum viuerent. Nam in Lege, mei causa, hoc prohibitum est. Dicet* (Deus) *Mosi: Tolle, benedicito. Dicet: Non benedicam, quia non merui ingredi in terram Israël, nec in vita, nec in morte* (quia scilicet ossa Mosis non sunt illata in terram promissio-

ore meo &c. Sed de substantia & cæteris partibus huius Conuiuij nihil habet, & omnia silentio inuoluit, ac Talmudicas historias in suo statu relinquit. Et reuera non possunt Iudęi negare, eā, quæ scripta sunt in Talmude, secundùm literam intelligenda esse; & vt dicit hic Auctor Bechàij in hoc suo libro שלחן ארבע *Scialchàn arbaà* pag. 9. col. 3.

כי יש עלינו בהכרח להאמין כי כפשוטן הדברים בסעודה נצפנית וכו׳

Quoniam necessariò coacti sumus credere, res conuiuij corporalis (futuras) *secundùm sensum literalem &c.* Et verè de carne Leuiathan &c. materialiter intelligendum esse, vt suprà ex eodem dictum est. Hinc idem col. 4. adiungit, Mosen Legislatorem, ministraturum in hoc Conuiuio -

משה רבי׳ ע״ה יהיה עמהם משמש באותם סעודות

Ex Rabb. At si -

Quærat prudens & sapiens Talmudista: Quid necessum intra septa Horti Eden epulum Iudæis præbere, cùm terra Israël spatiosa & lata sit, ac capax, vt omnes Iudæos in se recipere possit? Nonne de ea legitur in Cod. גיטין *Ghittin*, *De repudijs* cap. 5. הניזקין *Hannezikin* pag. 57. circa princip. in ea reperiri quandam Prouinciam vocatam טור מלכא *Tur Malchà*, id est (vt exponit R. Salomon) הר המלך *Har Hammèlech*, *Montem Regis*, *Montem Regalem*, seu *Montem Regium*, vbi sexaginta myriades Ciuitatum sitæ erant, quarum vnaquæque totidem hominum capita con-

Deus tuus introduxit te in terram bonam &c. *ad mensam instructam in medio Horti. S. D.* (Psal. 116. 9.) Ambulabo coram Domino in terris viuentium. *Si fas est dicere: Deus sanctus benedictus stabit in capite* (mensæ) *& Patriarchæ, & omnes Iusti sedebunt ad pedes suos. S. D.* (Deuter. 33. 3.) Et ipsi coniuncti sunt ad pedem tuum: *Et Deus sanctus benedictus adducet coram eis omnium generum fructus ex Horto Eden, & manducabunt* (de fructu) *ligni vitæ; & postea benedicendum erit Domino Conuiuij, & omnes impertiri volunt honorem Deo sancto benedicto, vt ipse præcipiat, quisnam benedictionem facere debeat. Et Deus sanctus benedictus dicet Michaëli: Benedicito. Et Michaël* (dicit) *Gabrieli. Et Gabriel* (dicit) *Patriarchis. Et Patriarchæ impertiuntur honorem Dauidi, & dicent: Rex, qui ex lumbis nostris egressus est, ipse benedicat Regi sæculorum, & ponunt Calicem coram eo. Et* (Dauid) *tollit Calicem, & dicit:* Calicem salutum accipiam, & nomen Domini inuocabo. *Hactenus Medràsc.*

R. Iacob Auctor *Caphtòr Vpèrach*, quamuis in hoc suo libro promittat se explanaturū portentosa Rabbinorū dicta in *Ghemarà*, & omnia absurda huius loci referat; attamen nihil solidi affert, sed inanium verborum apparatu intelligi vult de Angelis cibo spirituali comedentibus; & de homine, qui quotidie Deum benedicere debet, secundùm quod scriptum est (Psal. 34.) *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in*

continebat, quot fuerunt ij, qui ex Ægypto exierant, hoc est, sexcenta millia; & in tribus ex illis Vrbibus duplò plura reperiebantur, nempè duodecim centena millia Iudæorum, quę omnes sub potestate Regis Iannai fuerant; & omnes ob vnicum Gallum & Gallinam euersæ fuerunt à militibus Romanis?

Et si vrgebis audiendum Talmudicum commentum vt ibi describitur; illud huc de verbo ad verbum referam, & Latinè exponam.

תניא א״ר אלעזר בוא וראה כמה גדולת בחת של בושה שהרי סייע הקב״ה את בר קמצא והחריב את ביתו ושרף את היכלו ׃ אתרנגולת ותרנגולתא חריב טור מלכא דהוו נהיגי כי הוו מפקי חתנא וכלתא מפקי קמייהו תרנגולא ותרנגולתא כלו׳ פרו ורבו כתרנגולים ׃ יומא חד הוה קא חליף גונדא דרומאי שקלינהו מנייהו נפול עלייהו מחונהו אתו אמרו ליה לקיסר מרדו בך יהודאי אתא עלייהו וכו׳ ׃ אמר רבי אסי תלת מאה אלפי שליפי סיפא עיילו לטור מלכא וקטלו בה תלתא יומא ותלתא לילוותא וכהך גיסא הלולי וחינגי ולא הוו ידעי הני בהני ׃ בלע יהוה ולא חמל את כל נאות יעקב כי אתא רבין א״ר יוחנן אילו ששים ריבוא עיירות שהיו לו לינאי המלך בהר המלך ׃ דאמר רב יהודה אמר רב אסי ששים רבוא עיירות היו לו לינאי המלך בהר המלך וכל אחת ואחת היו בה כיוצאי מצרים חוץ משלש שהיו בהן כפלי' כיוצאי מצרים אילו הן כפר ביש כפר שיחלים כפר דכריא ׃ כפר ביש דלא יהבי ביתא לאושפיזא כפר שיחלים שהיתה פרנסתן מן שחליים כפר דכריא א״ר יוחנן שהיו נשותיהן יולדות זכרים תחילה ויולדות נקבה באחרונה ופוסקות ׃

Est traditio, siuè *legitur*. *Dixit R. Elcazar: Veni & vide, quàm magna sit vis Verecundiæ, seù confusionis, quia iam adiuuarat Deus sanctus benedictus Bar* קמצא *Kamtzà, vt destrueret Aedem; & Templum eius. Gallus & Gallina euerterunt* טור מלכא *Tur Malchà Montem Regis: nam solebant educere Sponsum & Sponsam, & ante eos ducebant Gallum & Gallinam, quasi dicere voluissent: Crescite & multiplicamini veluti Gallinæ. Quadam die transibat Cohors Romanorum, & sustulerunt eos* (scilicet Gallum & Gallinam) *ab eis. Irruerunt super eos, percusserunt eos* (Iudęi) *Venerunt* (milites) *dixerunt Cæsari: Rebellant in te Iudæi. Venit* (Cæsar) *super eos &c. Dixit R. Asse: Trecenta millia educentium gladium ascenderunt ad Montem Regis, & cædem fecerunt in eo tribus diebus, & tribus noctibus, & in alio loco fiebant cantus, & tripudia, & nesciebant hi de illis.* (Thren. 2. 2.) Absorbuit Dominus, & non pepercit, omnia tabernacula Iacob. *Quando venit Rauià, dixit R. Iochannàn: Istæ sunt sexaginta myriades Ciuitatum, quæ fuerant Iannai Regis in Monte Regis. Quia dixit Rau Iudas; Dixit Rau Asse: Sexaginta myriades Ciuitatum fuerunt Regi Iannai in Monte Regis, & in qualibet ex illis fuerunt* (Viri) *tot, quot ex Aegypto exierunt; præterquam quod inter illas, tres Villæ erant, in quibus duplò plures, quàm exierunt de Aegypto, reperti sunt. Harum ista sunt nomina* כפר ביש *Chephàr-bisc,* כפר שיחלים *Chephàr-scechalim,* כפר דכריא *Chephàr decharià. Chephàr bisc, seù Villa Bisc* (ita vocabatur) *quia hospiti, hospitium non dabat.* (maligni erant, iuxta no-

Respondit (R. Chaninà) *Terra Tzeui Hinnuli scriptum est de ea* (Daniel. 11. 16. 41.) *nam sicut Hinnulus non habet pellem retinentem carnem suam* (quia quando decorticatur, contrahitur pellis) *sic Terra Israel, tempore, quo habitant in eà* (Israelitæ) *est lata; sed quando non incolunt, est cubitalis, & angusta.* Et hæc est ratio, cur in Horto Eden, & non in terra Promissionis potiùs epulandum aliqui crediderint. Alij tamen epulationem expectant Ierosolymis, nec timent, capacitatem Vrbis minorem futuram, quàm sit necesse pro multitudine conuictorum, quia dilatabitur Vrbs mirum in modum, ita vt in eâ infinita hominum multitudo includi possit. De magnitudine Ierusalem tempore Messiæ habetur in Cod. בבא בתרא *Baua Batrà* cap. 5. הספינה *Hassephina* pag. 75. b. & in primis dicunt quòd eleuabitur à terra tribus leucis, & ad eam volabunt Iudæi; est sententia R. Iochannan, vbi sic loquitur circa medium paginæ -

אמר ר׳ יוחנן עתיד הקב״ה להגביה את ירושלם שלושה פרסאות למעלה שנאמר (זכריה י״ד, י׳) וראמה וישבה תחתיה מאי תחתיה כתחתיה וממאי דהאי תחתיה תלתא פרסי הויא אמר רבה אמר לי ההוא סבא לדידי חזי לי תחוא ירושלם קמיתא ותלתא פרסי הויא ושמא תאמר יש צער לעלות תלמוד לומר (ישעיה ס׳ ח׳) מי אלה כעב תעופינה וכיונים אל ארובותיהם אמר רב פפא שמע מינה האי עיבא תלתא פרסי מידלי.

Dixit R. Iochannàn: Futurum est, vt Deus sanctus benedictus eleuet Ierusalem in sublime tribus leucis S. D. (Zach. 14. 10.) Et exaltabitur, & ha- notionem vocis ביה Bisc.) *Chephàr-secchalim Villa Ficuum; quia hic vititabant. Chephàr-decharià. Dixit R. Iochanàn; quia vxores illorum parturiebant masculos in principio, & vltimò parturiebant fæmellas & cessabant.* (ex etymologia זכר.)

Si vnica Prouincia Terræ Sanctæ, ex Talmudis doctrina, tot Vrbes maximas numerabat, infinita propemodùm hominum multitudine repletas; quot centena hominum millia, & myriadum centena millia dicendum est contineri potuisse in tota Terra Israelis, vt sic in ea symposium hoc solemnissimum celebrari commodè potuisset?

At regeres, Verum esse, id quod dicunt Talmudistæ de amplitudine Terræ Israelis; sed hodie non ita apparet, quia non possidetur ab Israelitis: nam quando Terra habitabatur à Iudæis, erat ampla & spatiosa, sed postquam in manus extraneorum deuenit, restricta & corrugata est, non secùs ac si detrahatur pellis animali, quę ampliùs supra ipsius membra reaptari, vt priùs, non potest. Quapropter Terram צבי *Tzeui, Hinnuli* vocari ob eandem causam à Scriptura. Legitur in Cod. גיטין *Ghittin* cap. 5. pag. 57. paulò post medium. Quod cùm aliquis Hæreticus, mirabilia de Terræ magnitudine audiuisset, dixerit cuidam Rabbino nomine Chaninà שקורי משקריתו *Mendacia plusquam falsa, Vos dicitis* -

אמר לו ארץ צבי כתיב בה מה צבי זה אין עורו מחזיק את בשרו אף ארץ ישראל בזמן שישבין עליה רווחה ובזמן שאין ישבין עליה גמרא:

totus circuitus illius erit 128. milliariorum, & tanta erit Talmudica Ierusalem.

Sed si quæras: Vnde Talmudistæ hoc eliciant? Ex Scriptura, ex Zachar. cap. 14. v. 20.

ביום ההוא יהיה על מצלות הסוס קדש ליהוה׃

In die illa erit super tintinnabula Equi sanctitas Domino. Peruertunt hanc lectionem, & sensum prorsùs alienum inducunt, vt inde incrementum imaginatium percipiant Ierusalem, accepta voce מצלות *Metzillòth, Tintinnabula*, pro צל *Tzel, Vmbra* Equi currentis: vnde in Cod. *Pesachim* citato cap. 3. pag. 50. quæritur.

מאי מצילות הסוס אמר ר׳ יהושע בן לוי עתיד הקב״ה להוסיף על ירושלם עד שהסוס רץ ומציל׃

Quid est מצילות הסוס *Metzillòth hassus, Tintinnabula Equi? Dixit R. Ieosciuàh Ben Leui: In futurum Deus sanctus benedictus aucturus est Ierusalem, quousque Equus currat, &* מציל *Vmbram faciat.* R. Salomon explicat.

עד שעה שהסוס רץ ומציל כשיעור מרוצת הסוס עד חצי היום ולשון מציל שצילו תחתיו שכל שעות היום חמה נוטה לצדדין צל האדם וצל הבהמה נוטה נצידו כשחמת במורח צל האדם למערב אבל בחצי היום חמה עומדת באמצע הרקי׳ בראש כל אדם וצל הסוס תחתיו וכו׳׃

Donec Equus currat, & Vmbram faciat, id est iuxta mensuram cursus Equi, vsque ad meridiem; & vox מציל*, id est quòd vmbra eius sit sub eo: quia omnibus diei horis, Sol declinat ad latera hominis, & iumenti, & Vmbra eius* habitabitur sub se. *Quid est*, sub se? *id est sicut sub se, quasi sub ea. Et Vnde habetur, quòd quando dicitur sub ea, significet, quòd eleuabitur tribus leucis? Dixit Rabbà: Dixit mihi quidam senex: Egomet vidi aliquando staturam Ierusalem, & erat trium leucarum. Sed si dices: Laboriosus erit ascensus ad illam. Doctrina dicit* (Isai. 60. 8.) Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas? *Dixit Rau Papà: Hinc intelliges, quòd quando dicitur* כעב *sicut nubes* (seù spissum vt nubes) *Ierusalem eleuari per tres leucas*, quia talis existimatur densitas nubium.

In Cod. פסחים *Pesachim* c. 3. pag. 50. circa med. Magnitudo Ierusalem tempore Messiæ augetur: nam si statura Ierusalem, seù planta, aut basis eius trium leucarum in transuersum non excedebat, & hic erat diameter Vrbis, puta duodecim millia passuũ, vt testatus est senex Talmudicus; in hoc loco *Pesachim*, ex cursû velocissimi Equi metitur longitudo & diameter Ierusalem; quot enim milliaria ab ortu Solis ad meridiem vsque decurrere potest Equus, tot diametro tribuenda sunt Ierosolymitano; & quia in longissimis anni diebus semidiurnus arcus Ierosolymis est horarum $6\frac{1}{2}$. per idem tempus velocissimus Equorum decurret milliaria Italica 32. & tanta erit longitudo Ierusalem siuè illius diameter: sequitur inde, totum illius circuitum, si futura sit figuræ circularis, fore $25\frac{1}{2}$ leucarum, quæ constituunt milliaria Italica 102., & si sit figuræ quadratæ,

eius inclinat ad latus ipsius. Quandò Sol est in Oriente, Vmbra hominis (vergit) *ad Occidentem; sed in Meridie Sol stat in medio cœli in capite cuiuslibet hominis, & vmbra Equi sub eo.* En Rabbinorum acumen, ad sua sensa contorta contorquendi Scripturas! Adhuc amplificant magnitudinem Ierusalem. In Cod. *Bauà Batrà* capite 5. pag. 75. b. paulò post med. de ea hoc modo loquuntur.

אמר ר' חנינא בר פפא בקש הקב"ה לתת את ירושלם במידה שנ' (זכריה ב': ב') ואומר אנה אתה הולך ויאמר אלי למוד את ירושלם לראות כמה רחבה וכמה ארכה אמרו מלאכי השרת לפני הקב"ה רבונו של עולם הרבה כרכים בראת בעולמך של אומות העולם ולא נתת מדת אורכן ומדת רחבן ירושלם ששמך בתוכה ומקדשך בתוכה וצדיקים בתוכה אתה נותן בה מדה מיד (שם) ויאמר אליו רוץ דבר אל הנער הלז לאמר פרזות תשב ירושלם מרוב אדם ובהמה בתוכה אמר ריש לקיש עתיד הקב"ה להוסיף על ירושלם אלף טפ"ף גינואות אלף קפ"ל מגדלין אלף ולצו"י בירניות אלף ושני שיל"ה טוטפראות וכל אחת ואחת היא כצפורי בשלותה ׃ תניא אמר ר' יוסי אני ראיתי צפורי בשלותה והיו בה מאה ושמונים אלף שווקים של מוכרי ציקי קדירה ותצלעות צלע אל צלע שלש ושלשים פעמים מאי לג' פעמים אמר ר' לוי א"ר פפי משום ר' יהושע דסכני אם ג' ירושלם הן כל אחת ואחת יש בה שלשים מדורין למעלה ואם שלשים ירושלם הן כל אחת ואחת יש בה שלשה מדורין למעלה ׃

Dixit R. Chaninà Bar Papà: Quæsiuit Deus sanctus benedictus ponere Ierusalem in mensura. S. D. (Zachar. cap. 2. 2.) Et dixi: Quo vadis? Et dixit mihi: Ad metiendum Ierusalem, ad videndum, quanta sit latitu-

do eius, & quanta longitudo eius. [Rasci' לעשותה קטנה *Vt faceret illam breuiorem:*] *Dixerunt Angeli ministerij coram Deo: Rex mundi, Multas Ciuitates tu creasti inter Nationes mundi, & Vnquam mensuram in eis, nec in longitudine, nec in latitudine posuisti. Cur ergo Ierusalē* (Ciuitatem tuam) *in cuius medio est nomen tuum, & sanctuarium tuum, & Iusti sunt in ea, redigere eam Vis ad mensuram? Illicò dixit ad eum* (Ibidem ver. 4.) Curre, loquere ad puerum istum, dicendo: Absque muro (vt Pagi) habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius. *Dixit Resc Lakìsc: In futurum Deus sanctus benedictus addet super Ierusalem mille* ט'פ'ף 169. *Hortos; mille* ק'פ'ל 210. *Turres; mille* לצ'ו'י 136. *Palatia; mille* שי'ל'ה 345. *Arces* (seù minora Palatia) *& vnumquodque ex his erit sicut Tzippurì quando felix erat* (id est florebat). *Legitur; dixit R. Iose; Ego Vidi Tzippurrì in tranquillitate, & erant in ea centum octoginta millia fora Vendentium Embammata, & alia condimenta epularum; & latera* (erant) *latus ad latus triginta tribus Vicibus. Quid sibi Vult 33. vicibus? Dixit R. Leui; Dixit R. Papè nomine R. Iosue de Sacchenì: Si tres Ierusalem fuissent, qualibet ex his habuisset 30. cœnacula superiora. Et si 30. Ierusalem essent, qualibet tria superiora cœnacula haberet.*

In *Medràsc* תהלים *Theillim* Ps. 48. pag. 29. col. 2. §. סובו ציון *Circumdate Sion &c.* aliter assignatur numerus ædificiorum super Ierusalem tempore Mes-

margaritis. Lapides iſti 30. cubitorum erunt in longitudine, & totidem in latitudine, in quorum craſſitie Porta exculpetur decem cubitorum in latitudine, & viginti cubitorum in altitudine Quæ cùm audiſſet quidam diſcipulus, nec Magiſtro illa referenti credere voluiſſet, toruis oculis eum intuitus eſt R. Iochannan, qui ſtatim in cumulum oſſium conuerſus eſt. Verba Talmudis loco ſtatim citato ſunt -

ושמתי כרכד שמשותיך א״ר שמואל בר נחמני פליגי תרי מלאכי ברקיעא גבריאל ומיכאל ואמרי לה תרי אמוראי במערבא ומאן אינון יהודה וחזקי׳ בני ר׳ חייא חד אמר שוהם וחד אמר ישפה אמר להו הקב״ה ליהוי כדין וכדין ושעריך לאבני אקדח כי הא דיתיב ר׳ יוחנן וקא דריש עתיד הקב״ה להביא אבנים טובות ומרגליות שהם שלשים על שלשים וחקוק בהן עשר על עשרי׳ ומעמידן בשערי ירושלם לגלג עליו אותו תלמיד השתא כביעתא דצילצלא לא משכחינן כולי האי משכחינן לימים הפליגה ספינתו בים חזא מלאכי שרת דיתבי וקא מינסרי אבנים טובות ומרגליות שהם שלשים על שלשים וחקוק בהן עשר ברום עשרים אמר להו הני למאן אמרו ליה שעתיד הקב״ה להעמידן בשערי ירושלם אתא לקמיה דר׳ יוחנן א״ל דרוש רבי לך נאה לדרוש כאשר אמרת כן ראיתי אמר לו ריקא אלמלא לא ראית לא האמנת מלגלג על דברי חכמים אתה נתן עיניו בו ונעשה גל של עצמות׃

(Iſai. cap. 54. ver. 12.) Et ponam pyropum feneſtras tuas. *Dixit R. Samuel Ben R. Nachmanì diſſentio fuit in cælo inter duos Angelos, inter Gabriëlem & Michaëlem; alij dicunt inter* Amorraim *Occidentales Doctores. Et qui ſunt iſti? Iudas & Ezechias filij R. Chijà* (de his vide ſupra pagina 422.

Meſſiæ. *Turrium* אלף ות״פה 1485. *Palatiorum* אלף ותתע״ז 1877. *Arcium* אלף ות״צו 1496. & additur numerus *Piſcinarum* אלף ות״צו 1496. & *Portarum Ciuitatis* קמ״ד 144. duodecim pro ſingulis tribubus. Si tanta futura amplitudo Ciuitatis Ieruſalem, in ea tripudiare poterunt Iudæi abſque vllo impedimento, neque neceſſe erit vt quærant commodiorem locum in hortis, quamuis & horti non deerunt in Vrbe, cùm vltrà conſuetos hortos, tēpore ſui Meſſiæ addat in Ieruſalē Reſc Lakìſc 169. capaciſſimos hortos. Animaduertendum tamen eſt, quomodo ex Zach. 2. 2. nullum murum tribuant Talmudiſtæ Ieroſolymitanæ Vrbi, ac proinde nullas Portas, vt liberiùs in ea. ad inſtar Villarum, Ædes & Palatia ædificari poſſint. Cod. *Bauà Batrà* pag. 75. b. At in *Medràſc Theillim* ad Pſal. 48. pag. 29. multiplicantur Portæ eiuſdem Vrbis ad numerum 144. Ergo Ieruſalem debet eſſe muro cincta, alioquin ſuperfluæ eſſent Portæ ſine muro. Portæ enim ad hoc ſunt inſtitutæ, vt per eas ingreſſus ſit, & egreſſus; quòd ſi aliunde in Vrbem ingredi, vel ex ea egredi liceat, quàm per Portas, vti fieret in Vrbe muro deſtituta, ſuperfluum eſſet omne Portarum adinuentum. Portæ itaque, ex *Medràſc*, & ex Talmude, ſtatuendæ ſunt Ieroſolymis, de quarum magnitudine, ſpecioſitate, & pretioſitate agitur in *Ghemarà* Cod. *Bauà Batrà* cap. 5. הספינה *Haſſephinà* pag. 75. paulò poſt medium, vbi ſtatuuntur ex lapidibus pretioſis; &

tu es. *Posuit oculos suos in eum, & factus est cumulus ossium*. Id est mortuus est ex toruo oculorum aspectu R. Iohannanis. Ex hoc fabuloso commento, collige libertatem Rabbinorum falsa comminiscendi, superbiam illorum plusquam Pharisaicam, dum volunt, vt eorum verbis credendum sit quamuis mendacissimis, & crudelitatem prorsùm ferinam, dum sibi arrogant posse vindictam sumere de incredulis, solo oculorum & vultu toruo intuitu. Talis est doctrina Rabbinorum circa mansuetudinem & benignitatem exercendam cum proximo nostro. Non oculis luce & visione præditis tantùm occidendi homines facultatem attribuunt, sed etiam oculis cæcorum hanc sæuiendi in genus humanũ prærogatiuam concedunt. De Rau Scesciath cæco referunt in *Ghemarà*, sola oculorum iniectione quendam Hæreticum occidisse. Istud מאמר *Maamàr* habetur in Cod ברכות *Berachòth* cap. 9. הרואה *Harroè* pagina 58. circa medium hoc modo -

רב ששת סגי נהור הות חוו קאולי בולי עלמא לקבולי אפי מלכא וקם אזל בהדייהו רב ששת אשכחיה ההוא מינא אמר ליה חצבי לנהרא כנני ליא אמר ליה תא חזי רידענא טפי מינך חלף גונדא קמייתא כי קא אוושא אמר ליה ההוא מינא אתא מלכא אמר ליה רב ששת לא קאתי חלף גונדא תנינא כי קא אוושא אמר ליה ההוא מינא השתא קא אתי מלכא אמר ליה רב ששת לא קאתי מלכא חלף תליתאי כי קא שתקא אמר ליה רב ששת ודאי השתא אתי מלכא אמר ליה ההוא מינא מנא לך הא אמר ליה דמלכותא דארעא כעין מלכותא דרקיעא דכתיב (מלכים א׳ יט׳ : יא׳)

422 col. 2.) *Vnus dicit Onychem, & alter dicit Iaspidem. Dixit eis Deus sanctus benedictus: Sit hoc, & sit illud.* (Ibid.) Et portas tuas ex lapidibus Carbunculi. *Cùm stetisset R. Iochannan ita effatus est: In futurum Deus sanctus benedictus adducet lapides pretiosos & margaritas, qui erunt* 30. *super* 30. (id est per quodlibet latus 30. cubitorum, vt dicitur in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlech* pag. 100. circa medium, vbi hoc מאמר *Maamàr* etiam inuenitur) *& exculpet in eis* 10. *super* 20. (hoc est perforabit eos, & Portas in eis efficiet decem cubitorum in latitudine, & 20. cubitorum in altitudine) *& statuet pro Portis Ierusalem. Irrisit eum quidam discipulus, dixitque: Nunc, vt ouum* דצילצל *Turturis,* [Scholiastes explicat שף קטן *Minimæ auiculæ*. *Sanhedrin* loco cit.] *non inuenimus, quomodo totum istud inueniemus? Post aliquot dies* (idem discipulus) *nauigium ingressus, & æquora sulcans, vidit Angelos ministerij secantes lapides pretiosos & margaritas magnitudine* 30. (cubitorum) *super* 30. *& sculpebant in eis* (Portas) *decem* (cubitorum) *in latitudine, &* 20. *in altitudine. Compellauitque eos: Quid illis fient? Responderunt: In futurum Deus sanctus benedictus constituet eos in Portis Ierusalem. Venit* (ille discipulus) *coram R. Iochannan, dixitque ei: Loquere Rabbi, quia tibi conuenit proloqui: nam sicut locutus es, ita prospexi. Dixit* (R. Iochannan) *Stulte, nisi vidisses, non credidisses. Irrisor verborum sapientium*

צא ועמדת בהר לפני יהוה והנה יהוה עובר ורוח גדולה וחזק מפרק הרים ומשבר סלעים לפני יהוה לא ברוח יהוה ואחר הרוח רעש לא ברעש יהוה ואחר הרעש אש לא באש יהוה ואחר האש קול דממה דקה כי אתא מלכא פתח רב ששת וקא מברך ליה א״ל ההוא מינא למאן דלא חזית ליה קא מברכת ומאי הוי עליה דההוא מינא איכא דאמרי חברוהו בהלינהו לעיניה ואיכא דאמרי רב ששת נתן עיניו בו ונעשה גל של עצמות ׃

Rau Scesciàth cœcus erat, totus mundus (omnes homines) *ibant ad accipiendas facies Regis* (id est currebant vt Regem viderent inde transiturum) *surrexit, & abijt cum illis Rau Scesciàth. Inuenit eum quidam Hæreticus, dixit ei: Hydria ad flumen* (id est ad fontem eunt) *vasa fracta, quo?* (Tu qui cœcus es, quo pergis, cùm facies Regis videre non poteris?) *Dixit ei: Veni & vide, quia te peritior sum. Transijt prima turma, quando vociferatio* (audita est) *Dixit ei ille Hæreticus: En venit Rex. Dixit ei Rau Scesciàth: Non venit. Transijt secunda turma, quando* (audita est) *vociferatio, dixit ille Hæreticus: Nunc venit Rex. Respondit Rau Scesciàth: Non venit. Transijt tertia turma, quando tacuit* (ille Hæreticus). *Dixit ei Rau Scesciàth: Nunc venit Rex. Dixit ei ille Hæreticus: Vnde tibi hæc notitia? Quia* (inquit) *terrenum Regnum simile est cœlesti; sicut scriptum est* (1. Reg. 19. 11. 12.) Egredere, & sta in monte ad facies Domini, & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis dissipans montes, & confringens petras coram Domino. Non in spiritu Dominus; & post spiritum fragor; non in fragore Dominus. Et post fragorem ignis; & non in igne Dominus. Et post ignem vox silentij tenuis. *Quando venit Rex, incepit Rau Scesciàth, & benedicebat ei. Dixit ei ille Hæreticus: Quem non vides, benedicis? Sed quid actum est de illo Hæretico? Sunt qui dicunt: Socij eius effoderunt illi oculos. Et sunt qui dicunt, quòd Rau Scesciàth iniecerit oculos suos in illum, & factus est cumulus ossium.* Deus nos liberet ab huiusmodi maligno Rabbinorum intuitu, quia super quos inijciunt hos maleficos oculos, ac si alicuius Basilisci essent, semper vel mors, vel damnum aliquod eos insequitur. Non ego hanc malignitatem illis impono, sed ipsimet Rabbini hoc idem testantur, inter quos est Rabban Simeon Ben Gamalielis in Codice חגיגה Chàghighà cap. 1. pag. 5. b. circa princ. vbi de sapientibus Iudæorum, quos Rabbinos, & חכמים Chachamim vocant, ita loquitur:

א׳ רבן שמעון בן גמליאל כל מקום שנתנו חכמי׳ עיניהם או מיתה או עוני ואנכי הסתר אסתיר פני מהם אמר רבא אמר הקב״ה אע״פ שהסתרתי פני מהם בחלום אדבר בו רב יוסף אמר ידו נטויה עלינו שנאמר (ישעיה נ״א׃ ט״ז׃) ובצל ידי כסיתיך׃

Dixit Rabban Simeon Ben Gamaliel: Vbicumque חכמים *Chachamim Doctores ponunt oculos suos:* (inde sequitur) *aut mors, aut afflictio.* Et ego abscondam faciem meam ab eis. (Deut. 31. 17.) *Dixit Rauà: Dixit Deus sanctus benedictus: Quamuis ego abscondam faciem meam ab eis, in somnis loquar cum eo. Rau Ioseph dixit:*

briël, vt ſuprà pag. 515. col. 1. ex Talmude indicauimus, qui diuerſis modis Leuiathanum è Mari extrahere tentabit, ſed eius conatus omnes irriti fient. Extrahetur tandem Dei auxilio & præſentia, qui & Piſcatoris perſonam aget, & Venatoris, cùm Behemotem quoque fugatum extra ſyluam in Leuiathanum irritabit, iucundamque palæſtram inter ſe principiò committent Piſces, & Taurus; ſed irritatis animis mortalem monomachiam inſtituent. Hinc poſtquam dubio ac vario marte vltro citroque pugnatum fuerit, alter alterum interficiet cornibus, & cauda, ſpectante vniuerſo populo Iudaico ludum in Theatro inuiſum antea. Hæc bellicoſa pugna, & cætera ad Conuiuium ſpectantia, quæque ſupra ſigillatim expoſita, ſuccinctè quidem, ſed verborum apparatu, rhythmica & perplexa compoſitione, tragicè & eleganter, obſcurè tamen, in Machazore magno Synagogæ Romanæ Parte 1. circa fin. Precis תשעה באב *Ieiunij* diei IX. Iulij, deſcribitur hoc modo -

הוא ינתננו בשני עולמות ואזיראם שלש נהמות ׃ זיו ולויתן ובהמות ׃ זיז המטעים כל מין מטעמות ׃ פורש כנפיו בתעלומות ׃ ומכהה מאורות עד תהומות ׃ ויוציא להם בכח בהמות ׃ אשר רבצו אלף הרים ׃ ואבוסו מאלף הרים משקהו מאוסם נהרים יוכל היוצא מעדן לארבעה נהרים ישלח שרשיו משקהו להרים ׃ וכל חיתו יער אליו מרוהרים ׃ מימיו לשתות ממהרים ׃ וחקוק בו שלשים סימנים טהורים ׃ להטהר לישרים ובחור׳ מגעיתו מפרק הרים ׃ הנה נא במתני כחו ׃ ומעידין מעשיו על כרחו ואונו בשרירי בטנו מוכיחו וכי יוכל לעמוד נכחו ׃ יחפוץ כמו ארז להגביה זנבו

xit: *Manus eius extenta* (ſcilicet ad protegendum) *ſuper nos. S. D.* (Iſai. 51. 16.) Et in vmbra manus meæ abſcondi te.

Sed vnde egreſſi ſumus, ad Iudæorum Conuiuium reuertamur.

Iam locum Conuiuij, vel Paradiſum terreſtrem, vel Ieroſolymorum Vrbem determinarunt Rabbini; Leuiathani, Behemotis, & Ziz Sadài, ſeù Bar Iuchnè ſuauiſſima fercula menſis appoſita ſunt; Panis item candidiſſimus, & abſque vllo labore paratus in ijſdem cernitur. Vina rubentia, & generoſiſſima ex vuis expreſſa, reſeruatis ab initio rerum, abundanter propinantur; & tandem dulciſſimi fructus omnium ſpecierum, è ruraribus fiſcellis à conuitatis liberè extrahuntur; ita vt, huic Iudaico Conuiuio vndiquaque inſtructo, aliquid aliud deſiderari non poſſe exiſtimetur. At nonnemo -

Quæret: Si Leuiathan Balænarum omnium maxima & enormiſſima eſt, in vaſtiſſimis Maris Oceani profunditatibus deliteſcens; & Behemoth Taurus ſylueſter mille montes depaſcens, non minoris ſit molis; quomodo capientur? Qua arte piſcatoria, & quo hamo anchoreo extrahetur Leuiathan è Mari? Et qua induſtria venatoria Taurus immanis iſte è ſyluis fugabitur? Et quà via alter ad piſcatorium, alter ad boarium macellum ducetur, & quo cultro mactabuntur? Pulcherrimam piſcatoriam, & venatoriam artem inſtituunt Rabbini, qua Leuiathan, & Behemoth capientur. Piſcator erit Angelus Ga-

וכל חיתו שדי ישכין לקנן בו. ואחרי כן יוריד בנחת זנבו. וישכין מעופפים כאכו. לבל ינוקו מחיות היושבות בקרבו כי רחמן הוא בכל מרות שכו ויושב כמלך במסכו עד בא יום מוכן לשחק בו ויגלה לעם קרובו. ונגרו יצב לויתן ושור בחמות יחיתן כי עוד הוא לשחקו נתן לעתירים עורר לויתן ליגתן למו במתן. מלמטה יחוללו לו דגים גדולים ומלמעלה יצלצלו לו אראלים. תורו ושבחו ממללי. תחתיו חרורי חרש סנפיריו מכחת גלגל חרס ירפד חרוץ עלי טיט חרס כרופד על חרוץ ועושהו חרס. ירתיח כסיר מצולה. סגור חותם צר צולה בקשקשותיו כובש בל מי מצולה לצמאו עולה מי צולה למצוא רוח והצלח: מנחיריו יצא עשן מרתיח בל מי כשן: מטריד בעוקצו ומראיג חיות ורומסן ומהן ישבע וידשן. יחשוב תהום לשיבה בו לכבשן: כעפעפי שחר מבונה בעינים בשלש מאות וששים וחמש עינים: ככוב אימות שנים משבח במינים ששים ושנים. ויש לו זוגים שנים: בריח עקלתון ותניגים שני': והוא עליהם כמלך במחנים. מוכן במשתה נצחים לבן שנים. והוא מכלם בכר וגדול זנבו סמוכה בפיתו בחיל גדול. מסכיב בטבעת ים הגדול: ובבא יום הגדול. יאמר מלך הגדול: לתננו מאכל לגוי גדול: וישלח בו השר הגדול: ואתו גרורים המון גדול: לפרוס עליו חרם גדול: למשכו בחכה בכחו הגדול: וירמחו בו רמחים: ויחשוב לתבן ברזל מרמחים: ועוד ירתיחו בו רתחים. ולקש נחשבו לו תותחים. ויורו בו חצי קשת. לא יבריחנו בן קשת. לען רקבון נחשת. ויקלעו בו אבנים בסלע. ובו נהפכו לו אבני קלע. ואז יחרה לשיתם לבלע: ויגביה ראשו מול אלים. ומשאתו יגורו אראלים. ומפניו בחיל נבהלים. ויורע אל מעון: ויתן בקולו קול עוז. לשלוח בו מתן עוז. להתפש בלי לעוז. בצווארו ילין עוז. ואז ימשך במעין גנים. ויכרו עליו יושבי גנים: להצותו בין כנענים. ויעמוד שם לעתים מזמנים. נגר שררו משמנים. ויצגו בעדן מזמנים: ואחר כאחר ינשו שניהם. ורוח לא יבא ביניהם. וקדושים יראום בעיניהם. אך יעצו לפניהם. ויתחיל מקרין לנגה

בו כקרניו: וזה בגאות אפיקי מגניו: וכער אשר עשוניו. ויאחז בגזה אשר במתניו: וינום מעקר לבין עצי עדניו: וינום ויברח מפניו: ויאחז בקיטור עשניו. כעצי בשם שושניו. ויעלה רית קטרת עד שמי מעוניו. וכל גן תעשן בעניניו: ובת קול תפוצץ ממרומיו. הפיחי יזלו בשמיו. לחרית בו ריח סמיו. ואז יעוררו צפון ותימן. ויסוככו לאות וסימן. ויאזור עז חיל נואמן: וישוב על ברית מזמן: ויצא לקראתו מיומן: וילפתו שנית בו בזמן: ויתמרמר אליו מוכמן: ויסביבו בקרניו באמן: ודג לעמתו יתימן: וסנפיריו ישתיו לזמן: ולשחטו בם יתאמן: וזה קרניו יעקמן: וזה סנפיריו למולו יקימן: ומתוך כך שניהם ישלימן: לשחטם ולטבחם להחרימן: ויתנו מאכל לעם נאמן: ויבינו כי לא אלמן: ויאמרו ברוך האל הנאמן: כי כל דבר ודבר אשר מאז זמן: הקיצו לקץ חמן: והוא מעולמים: נקרא צור עולמים: וצר ביה שני עולמי: וגל לקצם כל נעלמים: לכבוד בית העולמים: חמכון עד לא עולמים: אתו לדורות כוננו מעולמי מכון לשבתו עולמים: ובו ישכון לעולמים: ויטע בו משיחו ועמו לעולמי עולמים: ככתוב תביאמו ותטעמו בהר נחלתך מכון לשבתך פעלת יי: מקדש יי כוננו ידיך: ונאמר בנה בניתי בית זבול לך מכון לשבתך עולמים: ונאמר כה אמר יי שבתי לירושלם ברחמים ביתי יבנה בה וקו ינטה על ירושלם: ונאמר כה אמר יי שבתי אל ציון ושכנתי בתוך ירושלם ונקראה ירושלם עיר האמת והר יי צבאות הר הקדש: ונאמר מגדול ישועות מלכו ועושה חסד למשיחו לדוד ולזרעו עד עולם: ונאמ' יי אלהים אל תשב פני משיחך זכרה לחסדי דוד עבדך: ונאמר כי נחם יי ציון נחם כל חרבותיה וישם מדברה כעדן וערבתה כגן יי ששון ושמחה ימצא בה תודה וקול זמרה: ונאמר שם אצמיח קרן לדוד ערכתי נר למשיחי:

בן כמבא במשור הגדול כפי הבבא רואה שלק ראשון לסוף המעס כלבו: רמום יסן בולוכים:

Ipse (Deus sanctus. benedictus). *ducet nos in dua sæcula, & videre faciet eos* (scilicet Iudæos): *tres consolatio*.

rum illius fulgor sphæram Solis obtenebrabit, sternet quod est acutum, quasi lutum. (Iob 41. 21. Feruere faciet velut ollam profundum. *Clausum sigillum, Angusti profundi: squammis suis subijciet omnes aquas profundi. In sitim suam ascendunt aquæ profunditatis, vt inueniat refrigerium, & liberationem. De naribus eius exibit fumus, efferuescere faciet omnes aquas Basan. Vexat spina sua, & vulnerat animantia, conculcat illa, & ex illis saturatur & impinguatur. Reputabit abyssum quasi senium adsubijciendũ sibi. Quasi palpebræ Auroræ posita in oculis* (ambobus eius) *cum* 365. *oculis. Terrorem profert dentibus in* 62. *dentium generibus. Habet sibi adiunctos comites duos. Vestem tortuosam, & Cete bina, & ipse super illa quasi Rex in castris præparatus conuiuio victorum filio dentium. Et ipse præ omnibus gratis & ingens. Cauda eius innixa ori suo in robore magno. Circumplectetur quasi annulus totum mare magnum. Sed quando venerit dies magnus, dicet Rex magnus, vt dent eum escam Genti magnæ. Et mittet contra eum Principem magnum, & cum illo agmina multitudinis magna, vt extendat super eum rete magnum, vt trahat eum hamo viribus suis magnis. Iacient in eum lanceas, & reputabit vt paleam ferrum lancearum. Insuper efferuescere facient in eo ebullitiones. Vt stipulam reputabit balistas. Appetet illum sagittis ex arcu, sed non fugabit eum filius arcus. Quasi lignum putridum existimabit æra: & fundent in eum lapides quasi rupes, & conuertentur in eo sibi lapides* tiones *Ziz, Leuiathan, & Behemoth. Ziz cuiusque generis saporem ferculis affert. Expandit alas suas in absconditis, & caligare facit luminaria vsque ad abyssos. Et egredietur ad eos* (hoc est ad Iudæos) *Behemoth valide, qui cubat in mille montibus, & præsepe habet in montibus mille; potat eum turbatus fluuius fluentibus, qui exit de Paradiso in quatuor flumina; mittit radices eius; irrigat eum in montes; & omnes feræ syluæ laudant ipsum. Aqua eius ad irrigandum ex montibus* (exeunt) *& incisa sunt in eo triginta signa munda, ad mundandum rectos, & iuuenes. Percussione sua diuidit montes. Ecce nunc in lumbis virtus eius, & testificantur opera eius super violentiam eius, & potentia eius in reliquis* (partibus) *ventris eius redarguit eum. Et quis stare poterit coram eo? Vult sicut Cedrus erigere caudam suam. Et omnes bestiæ agri habitabunt in nido eius. Et postea quiete dimittet caudam suam. Et habitabunt volatilia in fructu eius. Non nocebunt bestiæ habitatores in medio eius; quoniam misericors est in omnibus, quæ sunt in ipso. Et sedebit sicut Rex in Conuiuio suo, donec dies veniat paratus ad ludendum cum eo, & reuelabitur populo propinquo suo. Et coram illo sistetur Leuiathan* (Abac. 2. 17.) & vastitas iumentorum conteret. *Quoniam ipse ad lusum datus est paratis suscitare Leuiathan; vt detur eis in donum. Subter illum expectabunt Pisces magni, & desuper captabunt vmbram Arelim* (id est Angeli) *laudes & encomia illius narrantes. Subter illum acutæ testæ. Squammæ*

& addextrabit se. Et conuertetur super pactum praeparatum, & exibit contra illum instructus. Et (Behemoth) *capiet eum vice secunda, eo in tempore. Et amaricabitur contra illum* (Leuiathanum) *insidians, & cornibus suis circumducet illum quasi artifex. Et Piscis* (Leuiathan) *contra illum ex aduerso sese parabit, & pinnas suas decenti tempore acuet, ad occidendum illum pinnis suis conabitur. Iste* (Behemoth) *cornua sua inflectet; alter* (Leuiathan) *contra illum arriget; atque interea ambos illos* (Deus) *conciliabit; vt scilicet iugulet, mactetque illos & perimat. Et dabuntur in cibum populo fideli. Et cognoscent, quòd non est populus viduus. Et dicent: Benedictus Deus fidelis. Quoniam quicquid ab aeterno parauit, suscitauit illud stare in constituto tempore. Et ipse à saeculis appellatur formator saeculorum. Et in nomine* יה *IAH duos formauit mundos. Et reuelauit in fine illorum omnia abscondita ad gloriam domus sempiternae* (id est sanctuarij) *& in ea habitabit in aeternum. Et plantabit in ea Messiam suum, & populum suum, in secula seculorum. Sicut scriptum est* (Exod. 15. 17.) Plantabis eos in monte hereditatis tuae, loco firmo sedis tuae quam operatus es Domine. Sanctuarium Domine, quod firmauerunt manus tuae. *Et dictum est* (1. Reg. 8. 13.) Aedificando aedificaui domum habitaculi tibi, firmam stationem tibi ad habirandum seculis. *Et* (Zach. 1. 16.) Sic dixit Dominus: Reuersus sum ad Ierusalem in misericordijs. Domus mea aedificabi-

des fundae. Et tunc irascetur, vt ponat eos ad deuorandum. Eleuabit caput suum contra Angelos. Et tumorem eius timebunt Angeli, & à facie eius perturbabuntur. Et cognoscetur Deus fortis, & dabit in voce sua vocem virtutis, vt mittat contra eum donum fortitudinis, vt comprehendatur absque vi multa. In collo eius habitabit robur. Et tunc pertrahetur ad fontem hortorum. Et loquentur de eo habitatores hortorum, partiri illum inter Mercatores. Et stabit ibi in tempora statuta, ad vmbilicum tunc valdè pinguescet. Et locabuntur in horto Eden, qui erant inuitati. Inuicem haerebunt, ita vt ventus non subiturus sit inter eos. Et Sancti intuebuntur eos oculis suis, quando dimicaturi sunt (Behemoth cum Leuiathano) *ante eos. Tunc incipiet proludere & ventilare cornibus suis* (Behemoth) *& iste* (id est Leuiathan) *ex fiducia fistularum scutorum suorum. Et exardescet ignis fumi eius; & apprehendet lanam, quae erit in lumbis suis. Et effugiet* (Behemoth) *prae dolore inter syluam delitiarum suarum, & fugiet & profugiet à facie sua* (id est Leuiathani). *Et* (Leuiathan) *apprehendet vaporem fumi sui in lignis odoratis rosarum suarum, & ascendet odor suffimenti vsque ad caelos habitationis suae. Et totus Hortus complebitur odore rei suae. Et filia vocis* (oraculum) *exibit ab excelsis suis, Persla; Stillent aromata eius, vt transmittant odorem pigmentorum suorum. Et tunc surgent Aquilo & Auster, & circuibunt in signum & significationem, & praecinget se fortitudine & virtute,*

Dixit R. Eleazar : In futurum Deus sanctus benedictus faciet Chorum [Rasci : מחול סביב *Chorum per gyrum*] *Iustis ; & ipse sedebit inter eos in Horto Eden , & Vnusquisque ostendet illum digito suo . S. D.* (Isai. 25. 9.) Et dicet in die illa : Ecce Deus noster iste , expectauimus eum, & saluabit nos . Iste Dominus, expectauimus eum, exultabimus, & lætabimur in salute eius.

Istæ sunt fabulæ Iudæorum expressæ in Talmude de *Behemòth* , *Leuiathan* , & *Bar Iuchnè* parandis in epulo tempore Messiæ. De *Bar Iuchnè* nulla fit mentio in Scripturis Sacris, sed tantùm in illorum Talmude, vt iam citauimus. De *Ziz Sadài*, quod idem ac *Bar Iuchnè* existimant ; habetur in Psal. 50. ver. 11. *Cognoui omne volatile montium* . וזיז שדי עמדי *Et fera agri mecum est* . Dauid Kimchi ait –

מלת זיז בלל לחיות השדה המדבריות ׃

Dictio זיז *Ziz complectitur* (omnes) *feras agrestes* (&) *solitudinarias* . Et sic Psal. 80. 14. וזיז שדי ירענה *Et fera agrestis depasta est eam* . Aben Ezre –

וזיז שדי ׃ שהם בשדה ובן אדם לא רדה בהם כי הם רחוקים מהיישוב ׃

Et Ziz Sadài : Est fera agrestis , quia (feræ istæ) *sunt in agro ; & homo ad eas non potest peruenire , quia longinqua sunt ab habitationibus* .

Igitur fabulosum est quod ait R. Iudas Ben R. Simonis in *Rabbòth* loco suprà cit. esse Auem magnam, quę vbi suas alas expanderit, Solem obscu-

bitur in ea, & perpendiculum extendetur super Ierusalem. *Et* (Ibid. 8. v. 3.) Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem, & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctitatis. *Et* (Psal. 18. 51.) Magnificans salutem Regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum. *Et* (II. Paralip. 6. 42.) Domine Deus ne auertas faciem Christi tui. Memento misericordiarũ Dauid serui tui. *Et tandem* (Isai. 51. 3.) Quoniam consolatus est Dominus Sion, consolatus est omnes desolationes eius, & posuit desertum eius tanquam (*Heden*) delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.) Hactenus Machazor.

In maximis lætitijs solent homines post Conuiuia tripudia instituere, & choreas agitare : sic fiet tempore Messiæ Iudæorum. In eodem horto Eden, vtpotè delitiosissimo, spatiosissimo, ac amænissimo loco, chorea læta instituetur in circulum, in cuius medio ipsemet Deus consistet, & digito ab omnibus ostendetur, & indicabitur, vt docent sapientes Rabbini in fine cap. 4. & vltimi Cod. תענית *Taanith De Ieiunio* , his verbis –

אמר רבי אלעזר עתיד הקב״ה לעשות מחול לצדיקים והוא יושב ביניהם בגן עדן וכל אחד ואחד מראה באצבעו שנאמר ואמר ביום ההוא הנה אלהינו זה קוינו לו ויושיענו זה יהוה קוינו לו נגילה ונשמחה בישועתו ׃

אמר להו הכי אמר רב חנן בר רבה אמר רב ארבע רוחות מנשבות בכל יום ורוח צפונית מנשבת עם כולן שאילמלא כן אין העולם מתקיים אפילו שעה אחת ורוח דרומית קשה מכולן ואלמלא בן נץ מעמידה מחרבת את כל העולם כולו מפני שנאמר (איוב לט׳ : כו׳ :) המבינתך יאבר נץ יפרש כנפיו לתימן :

(Ion. 4. 8.) *Et fuit cùm oriretur Sol, & preparauit Deus ventum Australem arantem.* *Quid est* חרישית *Charriscith, arantem? Dixit Ràu Iudas: Ea hora, qua perflat* (Auster) *facit sulcos & sulcos in mari. Dixit ei Rabbà: Hoc est illud quod scriptum est* (Ibid.) Et percussit Sol super caput Ionæ, & animo defecit. *Sed dixit Rabbà: Ea hora, qua perflat* (Auster) *alij venti silent à facie eius. Et idem est, quod scriptum est* (Iob 37. 17.) Quòd vestimenta tua calida (sint) in quietando terram ab Austro? *Dixit Ràu Thachaliphà Bar Ràu Chasdà: Quando vestimenta tua sunt calida? Quando quieta est terra ab Austro. Quia ea hora, quà sufflat* (Auster) *omnes venti quiescunt à facie eius. Ràu Hunnà, & Ràu Chasdà* (aliquando) *ambulabant, venit Ganiuà* (erat vir nequam & latro) *apud eos. Dixit alter ad alterum: Recedamus hinc.* (*erat enim Leguleius iste.*) *Dixit ei alter: Recedere ne volumus à facie latronis? Interim accedit ad eos* (Ganiuà) *quibus dixit: In quare occupati estis? Dixit* (vnus ex illis) *In ventis. Dixit eis* (Ganiuà) *Quorsum? Dixit Ràu Chanàn Bar Rabbà, Dixit Ràu: Quatuor venti quotidie perflant, & Ventus Septentrionalis sufflat cum omnibus illis: quia nisi*

fuscare queat, loco Iobi 39. v. 26. perperam citato: *Nunquid propter intelligentiam tuam volabit* נץ *Netz Accipiter?* Ibi loquitur Iob de Accipitre, qui volat ad Austrum, vt supra notauimus pag. 340. Neque dubium est, quòd sit nomen Auis, vt dicit R. Laui Ben Gerson, & volet ad Austrum secundùm R. Aben Ezræ, כי יבקש מקום חם *Vt quærat locum calidum*; quia ab Australi plaga perflant calidissimi venti; vnde non minùs fabulosè Rabbi Salomon ait, נץ *Netz esse Angelum Accipitri similem, qui stat contra grauitatem Venti Australis, & expandit alas suas ne destruat mundum.*

מלאך הוא דומה לדמות נץ ומעמיד קושי הרוח דרומית בפרישות כנפיו שלא תחריב את העולם :

R. Salomon hoc desumpsit ex Talmude Cod. גיטין *Ghittìn* cap. כל הגט *Col Ha Ghètt*, pag. 31. b. vbi sic legitur paulò ante med.

(יונה ד׳ : ח׳ :) ויהי כזרוח השמש וימן אלהי׳ רוח קדים חרישית מאי חרישית אמר רב יהודה בשעה שמנשבת עושה תלמים תלמים בים א״ל רבה אי הכי היינו דכתיב (שם) ותך השמש על ראש יונה ויתעלף אלא אמר רבה בשעה שמנשבת משתקת כל הרוחות מפניה והיינו דכתיב (איוב ל״ז : י״ז :) אשר בגדיך חמים בהשקיט ארץ מדרום אמר רב תחליפא בר רב חסדא אמר רב חסדא אימתי בגדיך חמים בשעה שהשקיט ארץ מדרום שבשעה שמנשבת משתקת כל הרוחות מפניה רב הונה ורב חסדה הוו יתבי חליף ואזיל גניבא עלייהו אמר חד לחבריה ניקום מקמיה (דבר אוריין הוא) א״ל אידך מקמי פלגאה ניקום ארחבי אתא איתו לגבייהו אמר להו במאי עסקיתו אמר ליה ברוחות

riter profertur in libro Iob cap. 40. v. 10. *Ecce Behemòth, quem feci tecum*, per quod literaliter intelligitur Bellua ſylueſtris vaſtiſſimæ molis inter terreſtria animalia. Hæc videtur eſſe Elephas, cui omnes notæ à Iobo deſcriptæ bene eidem adaptantur.

Quarum prima eſt, vt comedat herbas. Ibidem: *Fœnum quaſi Bos comedet.*

2. Vt ſit *Fortiſſimus*. De fortitudine Elephanti mira ſcribunt Auctores, vt etiam bellatores non paucos ligneis Turribus incluſos dorſo deferre, & ad pugnam contra exercitus inimicorum deſcendere valeat. Hæc Elephanti fortitudo & robur, potiſſimum in dorſo, lumbis, & vmbilico reſidere videtur, loris & vinculis aſtrictis, vt in eorum dorſo armatæ Turres firmiores eſſe queant; quæ fortitudo in ver. 11. Iob ita deſcribitur: *Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.*

3. Eſt, cùm nullam habeat incute ſetarum tegumentum, vt Plinius refert lib. 8. cap. 10. ne in cauda quidem, quæ præſidio eſſe poſſet abigendo tędio muſcarum; ſed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore; nec eas poſſit abigere cauda pilis omninò deſtituta & horrida, ſed earùm examina arctatis in rugas repente cancellis comprehenſas, illicò enecat. Teſticulos etiam eùm habeat circa renes intus reconditos neruorum plicaturis omninò recluſos, quę moderatæ libidinis

niſi hoc fieret; mundus non conſiſteret in momento. Et ventus Auſtralis eſt cæteris inſalubrior: & niſi Ben Netz, Accipiter ſtetiſſet, deſtrueretur vniuerſus mundus coram eo. S. D. (Iob 39. 26.) Nunquid propter intelligentiam tuam volabit Accipiter, extendet alas ſuas ad Auſtrum?

נץ *Netz* igitur non eſt זיז שדי *Ziz Sadài*, quia *Accipiter* nõ eſt *Fera agreſtis*, vt eſt זיז *Ziz* ſecundùm R. Dauid Kimchi, & Aben Ezræ. Fateor tamen hanc vocem זיז *Ziz* eſſe omninò ambiguam, & diuerſimodè ab Interpretibus verti: nam Sept. aliquando verterunt *Pulchritudo*, aliquando *ſingularis ferus*: Hieronymus, vel *Vniuerſitas*, vel *Omnes beſtiæ*; R. Salomon כל רמש חשרת *Omne reptile agri*. Sed cùm in Pſal. 50. v. 10. & ſeqq. Deus oſtendat ſe eſſe Dominum vniuerſorum, neque indigere alicuius rei, quia ſua ſunt Iumenta, Oues, & Boues, feræ ſyluarum, volatilia cæli, & omnis pulchritudo agri; hinc liquet Sept. & D. Hieronymum cæteris meliùs vertiſſe וזיז שדי עמדי *Veziz Sadài immadì*, *Et pulchritudo agri mecum eſt*. Hieronymum, *Et vniuerſitas agri mecum eſt*: nam rerum vniuerſitas pulchritudinem gignit.

Ad Leuiathanum & Behemoth quod attinet; notandum, quòd

בהמות *Behemòth*

Nomen à בהמה *Behemà*, *Iumentum*, multitudinis numero בהמות *Behemòth*, *Iumenta*, quod tamen vt nomen proprium à Vulgata ſingula-

לויתן *Leuiathàn.*

De Leuiathano fit mentio apud Iob cap. 40. ver. 20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo? &c.* Hinc manifestè apparet, secundùm literam: pro Leuiathano intelligi marinum monstrum maximè terrificum, quòd propter vastitatem, ex multis alijs ingentibus piscibus compactum credas. Id ex ipsius nominis לויתן *LEVIATHAN* notione deprehendi potest, à radice לוה *Adhærere, adiungere*: vnde fit לויה *Liuià Additio*. Et in constructione לוית *Liuiàth Additamentum*; iuxta illud Prou. 1. 9. לוית חן *Liuiàth chèn, Additamentum gratiæ.* לויתן *Leuiathàn* igitur quasi לוית תנין *Liuiàth Tanin, Additamentum Cetorum.* Forma expressa in קינות Thren. cap. 4. 3. vt inde indicaretur Balænarum omnium maximam tantùm, vocari Leuiathan in Scriptura, cæteras autem Balænas inferiores non item.

Sed dices: Nonne apud Isaiam cap. 27. ver. 1. duplex Leuiathan reperitur, vnus oblongus, & alter tortuosus? *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan Serpentem vectem, & super Leuiathan Serpentem tortuosum; & occidet Cetum, qui in mari est.* Ergo non vnicus est Leuiathan,

nis signa sunt, quamque nisi in dumetis, & sylvis ad prolem tantùm gignendam, & speciem conseruandam expleat. Aptè Cedro à Iob comparatur, quæ fructum edit, sed sine alicuius seminis, & flore manifestis indicijs, ver. 12. *Stringit caudam suam quasi Cedrum; nerui testiculorum eius perplexi sunt.*

4. Ossium fortitudo, præcipuè dentium, quorum magnitudo (ait Plinius) videtur in Templis præcipua. Deorum item Gentilium simulacra ex ijs, materia laudatissima antiquitas solebat efficere. Cartilagines etiam quibus fortissima ossa hærent, ferreæ videntur; vnde ver. 13. *Ossa eius velut fistulæ æris; cartilago illius, quasi laminæ ferreæ.*

5. Sitis ferè inextinguibilis: nam cùm calidissimæ naturæ sit, & corporis magnitudine mirabilis, amnibus maximè gaudet, & vmbra salicum: vnde circa fluuios vagatur, aquamque tam largiter bibit, vt absorbere fluuium totum velle videatur; Sic ver. 16. *Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.* Et ver. 17. *Protegunt vmbræ vmbram eius, circumdabunt eum salices torrentis.* Et v. 18. *Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius.* Hæc ad literam de *Behemòth*, quòd cùm pluraliter Hebraicè in locis ex Iob citatis inueniatur, sub eo, Elephantem masculum & fœminam comprehendi dicimus, apud eundem.

& sic Chitijm vocantur Insulæ maris; & isti sunt Romani. Longè tamen aberrat, quando dicit Romanos esse Tyrios & Edumæos; quæ sententia cùm sit communis apud Hebræos, opportuniori loco ex professo de ea (Deo dante) tractabimus. Sufficit hìc demonstrasse, ex Paraphrasi Chaldæa, & ex Rabbinorum sententia, Leuiathanum vectem, & Leuiathanum tortuosum, non intelligi literaliter de duobus Leuiathanis in principio mundi creatis, cuius fœmina à Deo interfecta, & sale condita, reseruata sit pro Conuiuio Iustorum tempore Messiæ, vt fabulosi Talmudistæ somniarunt: sed Leuiathan apud Iob intelligi de Balænarum maxima à Deo, in manifestationem suæ omnipotentiæ creata, de qua Iob in suo Capitulo 40. discurrit, eique applicat ea, quæ piscibus appropriari solent, vt hamo extrahere, linguam ligare, circulum in naribus ponere, armilla perforare maxillam &c. Leuiathano autem, cùm sit terrificum marinum Monstrum, vt ex peculiaribus illius partibus, & totius corporis descriptione, in hoc 40. capitulo incœpta, & sequenti capite absoluta, singulæ congruenter illi, vt potè bestiæ immanissimæ aptari possunt: & de Balæna omnium maxima, omnia intelligi debent literaliter, & vtrumque animal, Terrestre, & Marinum, Behemothem, & Leuiathanum, Elephantem, & Balænam, Deum, vt creauerat, ita & comprimere posse, trucidare, concidere, hominibus præbere, vt omnia ista

than, sed duplex.

Resp. Isaiam de Leuiathano loqui allegoricè & per similitudinem; comparat enim Leuiathano Pharaonem, & Sennacherib, qui multa mala attulerant Israëli. Alterum, nempè *Pharaonem*, vocat vectem, quia illius Imperium per longitudinem Ægypti vt vectis protendebatur. Alterum verò *Sennacherib*, quia illius Imperium per Assyriam, Mesopotamiam, Babyloniam, & longo syrmate gyrans per Syriam, & Phœniciam, Samariam, Galilæam, Iudæam, Idumæam, & Arabiam, vocat illum Leuiathanum tortuosum. Hoc sensu vertit Ionathan Ben Vziel in sua Paraphrasi hunc locum:

על מלכא דאיתרבר בפרעה מלכא קדמאה
ועל מלכא דאתגאי בסנחריב מלכא תנינא
ויקטול ית מלכא דתקיף בתנינא די בימא ׃

De Rege (intelligitur) *qui magnificauit se sicut* (fecit) *Pharao primò. Et de Rege, qui extulit se sicut* (fecit) *Sancherib secundò: & occidet Regem qui roboratur vt Draco marinus*, hoc est vt Balæna maxima, vt Leuiathan. Et eodem modo explicat R. Salomon לויתן נחש בריח *Leuiathan serpens vectis* הוא מצרים *est Aegyptus*; לויתן נחש עקלתון *Leuiathan serpens tortuosus* הוא אשור *est Assur*, והרג את התנין אשר בים הוא צור *& occidet Cetum, qui in mari est; ipse est Tyrus*. Et addit

שהוא ראש לבני עשו והיא יושבת בלב ימים
וכן כתיים קרואים איי הים והן רומיים

Quia (Tyrus) *est caput filiorum Esau, & est fundata in corde maris*;

Dixit Râu Iudas: Dixit Râu; Duodecim sunt horæ diei: Tribus primis, Deus sanctus benedictus sedet, & studet Legi. (Tribus) *secundis sedet & iudicat Vniuersum mundum. Quando videt mundum reum esse consumptionis, surgit de solio Iudicij, & sedet super solium Misericordiæ.* (Tribus) *sequentibus* (horis) *sedet, & alit Vniuersum Orbem à cornibus Vnicorniorum vsque ad oua pediculorum* (R. Salomon לינדיס *Lendes*). *Vltimis tribus horis sedet, & ludit cum Leuiathano. S. D.* (Psal. 104. 26.) Leuiathan iste (quem) formasti ad ludendum cum eo. *Dixit Râu Nachman Bar Isaac: Cum creaturis ludit, sed super creaturis non ludit, nisi tantùm illo die.* (R. Salomon: *Super creaturis*: -

על עבירה שעושין בריותיו אינו משחק אלא אותו היום ׃

Super transgressionem, quam faciunt creaturæ suæ, non ludit, nisi illo die.)

Sanior est expositio R. Dauid Kimchi Psal. eodem, vbi postquam dixerat Leuiathanum esse -

הדג הגדול אשר ספר הכתוב בספר איוב גבורתו ועצמותו ׃

Piscem magnum, cuius robur & fortitudo scripta est in libro Iob. Subiungit ואמר לשחק בו *Et dixit ad ludendum cum eo* פי' בים *explica, in mari*. Ita vt referri debeat ludus ad Leuiathan, & non ad Deum. Balænæ siquidem in mari magno & spatioso, vti in Oceano, ludunt, & cæteris aquatilibus illudunt ea conculcando, & deuorando tanquam Marium Tyranni. Se-

Diuinæ omnipotentiæ à Iob magnificatæ, euidentissimum sint argumentum. Si verò allegoricè interpretanda sint, nulli dubium est, pro Behemoth & Leuiathan, repræsentari incredibilem Dæmonis aduersus humanum genus potentiam & sæuitiam, quæ nisi à Deo comprimeretur, vnico impetu strauisset omnia, & irreparabilia damna intulisset creaturis.

Cæterum, quæ de Leuiathano & Behemoth recensuimus, omnia sunt futilia Rabbinorum commenta, & quandoque impia & erronea, vti est illud, quod pag. 518. col. 1. innuitur; Deum Leuiathani fœminã occidisse, quia cùm debuisset ludere cum Leuiathano, indecens foret ludere cũ fœmina. Legitur hic Dei lusus cum Leuiathano Cod ע"ז *Auoda Zarà* capite 1. pag. 4. b. paulò ante med. vbi duodecim horæ diei in quatuor partes distribuuntur, & per singulas statuitur, Deum aliquid operari; vel studendo Legi; vel mundum iudicando; vel eundem alendo; vel tandem cum Leuiathano ludendo. Verba Ghemaræ sunt -

אמר רב יהודה אמר רב שתים עשרה שעות הוו היום שלש הראשונות הקב"ה יושב ועוסק בתורה שניות יושב ודן את כל העולם כולו כיון שרואה שנתחייב עולם כלייה עומר מכסא דין ויושב על כסא רחמי' שלישיות יושב וזן את כל העולם כולו מקרני ראמים עד ביצי כינים רביעיות יושב ומשחק עם לויתן שנ' (תהלים ק"ד׃ כ"ו) לויתן זה יצרת לשחק בו אמר רב נחמן בר יצחק עם בריותיו משחק ועל בריותיו אינו משחק אלא אותו היום בלבד ׃

gendum, cuius oræ apprehendi potuerunt à 2800. Viris aliarum Nationum. Legitur hoc in Cod. *Bauà Batrà* cap. 5. *Hasscphinà* pag. 75. longè post medium his verbis -

(ויקרא כ״ו, י״ג:) ואולך אתכם קוממיות רבי מאיר אומר מתים אמה כשתי קומת של אדם הראשון ר׳ יהודה אומר מאה אמה כנגד היכל וכתליו שנאמר (תהלים קמ״ד, י״ב:) בנינו כנטעי מגדלים בנעוריהם בנותינו כזוית מחטבות תבנית היכל,

(Ex Leuit. 26. 13.) Et incedere faciam vos erecta statura: *R. Meir dicit: Ducentorum cubitorum, vt erant duæ staturæ Adami. R. Iudas dicit: Centum cubitorum, sicut erat* (altitudo) *Templi, & murorum eius. S. D.* (Psal. 144. 12.) Filij nostri sicut plantationes grandescentes in adolescentijs suis; & filiæ nostræ sicut anguli incisi similitudine Templi.

Resp. Fabulis fabulas inniti, & fulciri. Perperam explicatur locus Leuitici de tempore futuro, cùm de præterito loquatur, nempè de beneficijs populo exhibitis in exitu de terra Ægypti: nam dicitur: *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti.* Et sicut voluntaria est interpretatio huius loci, ita voluntarium & fictitium est Commentum super illam constructum. De portentosa Adami mole centum cubitorum hìc repetita, egimus suprà pag. 66, vbi de Adamo plurima Rabbinorum deliramenta retulimus.

Sequitur Kimchij explanatio -

כלומר בכל נבראי הים הוא משחק: כי כולם כאין נגרו וכולם ברשותו, ויאכל מהם אשר ירצה,

Ac si diceret: Omnibus creaturis in mari (versantibus) *ipse illudit; quoniam illæ omnes tamquam nihilum sunt coram eo, & omnes sunt in potestate ipsius, & deuorat ex eis quas vult.*

Reliqua, quæ de amplitudine fertilitate, magnitudine geniculorum frumenti, acinorum vuæ, & reliquorum fructuum Terræ promissæ; vtpotè omnia fabulosa; sola ipsorum inspectione, sunt deridenda & explodenda. Quod idem faciendum est in sequentibus, vt de dilatatione, & in aërem eleuatione Ierusalem.

Ad illud Zachariæ 8. 23. *Et apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent oram Viri Iudæi, dicendo: Ibimus vobiscum, quia audiuimus Deum esse vobiscum.* Dicimus primò, Interpretationem R. Salomonis esse ludicram: nam quo pacto Septuaginta Viri, decem pro qualibet natione, apprehendere poterunt oram vnicam vnius Viri Iudæi, & ad illam applicari? Quod cùm omninò fieri non possit, multò minùs, 2800. per omnes quatuor oras vestimenti applicari poterunt. Fabulosum igitur est Commentum.

Dices, Ex Talmude habetur, tempore Messiæ augendam esse staturam Iudæorum, vsque ad 200. cubitos, duplo maiorem staturam, quàm Adamum ante peccatum dicant habuisse. Ergo & vestimentum eorumdem au-

sibi THEPHILLIN super capita, *& super brachia*; ציצית *TZITZITH in vestimentis*: *&* מזוזה *MEZVZA in Postibus*. *Quando videbunt bellum Gog & Magog, dicet ad eos* (Messias) *Ad quid huc venistis? Respondebunt: Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*. *S. D.* (Psal. 2. ver. 1.) Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? *Et vnusquisque disrumpet praeceptum suum & abibit. S. D.* (Ibid. ver. 3.) Dirumpamus vincula eorum. *Et Deus sanctus benedictus sedebit, & ridebit. S. D.* (Ibid. ver. 4.) Qui habitat in cælis, ridebit. *Dixit R. Isaac: Nunquam Deo fuit risus, nisi tantùm in illo die*.

Genuina itaque interpretatio loci Zachar. *Apprehendent decem homines ex omnibus linguis &c.* est illa, quam tradunt nostri Sancti Patres, qui omnes quàm longè recedunt à fabulosis Commentis. Sensus igitur est: quòd tempore Messiæ, vniuersa ferè gentilitas, relicto Idolorum cultu, ad vnicum & verum Deum conuertetur. Hoc adimpletum est in aduentu Iesu Christi Domini, veri Dei, & Messiæ Iudæorum. Ipse enim duodecim tantùm Apostolos, Iudæos omnes, elegit, quibus ante suam in cælum Ascensionem præcepit, vt per vniuersum Mundum prædicarent Euangelium omni creaturæ, Marci 16. v. 15. Sic Petrus omnium Apostolorum Princeps, & totius Ecclesię Caput, Romæ Euangelium prædicauit; cui non decem tantùm Gentiles ex qualibet Natione, quæ in ea Vrbe; Vrbium Regina, & Domina oram cla-

Ad R. Salomonem dicimus secundò: Hanc eius interpretationem de 2800. Viris septuaginta Nationum mundi apprehendentibus quatuor oras vestis Viri Iudæi, pugnare contra doctrinam Talmudicam, quę docet tempore Messiæ, quamuis ad Iudæos venient populi multi, attamen non recipientur, neque permittetur eis obseruare legitima Iudæorum, etsi ob metum belli Gog & Magog frustra sibi imponent Phylacteria, Tzitzìth, & Mezuzà in postibus domorum; multò minùs permittentur apprehendere Fimbrias Iudæorum. Habetur hæc doctrina in Cod. ע״ז *Auodà Zarà* cap. 1. pag. 3.b. vbi sic legitur circa principium -

ר׳ יוסי אומר לעתיר לבא באין אומות העולם ומתגיירין ומ׳ מקבלינן מינייהו והתניא אין מקבלין גרים לימות המשיח כיוצא בו לא קבלו גרים לא בימי דוד ולא בימי שלמה אלא שנעשו גרי׳ גרורי׳ ומניחין תפלין בראשיהן תפלין בזרועותיהם ציצית בבגדיהם מזוזה בפתחיהן כיון שרואין מלחמות גוג ומגוג אומר להם על מה באתם אומרים לו על יהוה ועל משיחו שנאמר (תהלים ב׳ ׃ א׳ ׃) למה רגשו גוים ולאמים יהגו ריק וכל אחד מנתק מצותו והולך שנאמ׳ (שם) ננתקה את מוסרותימו והקב״ה יושב ומשחק שנאמר (שם ד ׃) יושב בשמים ישחק אמר רבי יצחק אין לו להקב״ה שחוק אלא אותו היום בלבד ׃

R. Iosè dicit: In futurum venient Nationes mundi, & facient se Proselytos, & quomodo recipiemus eas? Nonne traditio est: Non recipient Proselytos in diebus Messiæ? Sicut non receperunt Proselytos in diebus David, & Salomonis? Sed facient se Proselytos raptatos (seù violentos) *& imponent*

nith in fine capitis quarti & vltimi dicebatur; Deum, tempore Messiæ, in medio Choreæ circumspectantem Iudæos choræas ducentes permansurum, & ab omnibus Iudæis digito ostensurum; dicimus, Iudæos Deum suum constituere materialem & corporeum; ac proinde oculo materiali ab hominibus videri posse credunt, vt loco citato. Et in libro *Zòhar* Simeonis Ben Iochai legitur, quòd Deus, vt rem gratam faciat Iudæis, tempore Messiæ etiam manducabit & bibet. Eius verba in lib. Num. sect. פנחס *Pinchàs* pag. 241.b. circa finem sunt.

רבי שמעון הוה אזיל לטבאריא פגע בית אליהו אמר ליה שלמא עליה רמר במאי קא עסיק קב״ה ברקיעא אל״ בקרבנות עסיק ואמר מלין חרתין משמך זכאה אנת ואתינא לאקדמה לך שלם ומלה חרא בעינא למשאל מנך לאסכמא במתיבתא דרקיעא: שאלתא שאילו עלמא דאתי לית ביה אכילה ושתיה והא כתיב (שיר ה׳ א׳) באתי לגני אחותי כלה אכלתי יערי עם דבשי וגומר; מאן דילת בית אכילה ושתיה איהו אמר אכלתי יערי עם דבשי שתיתי ייני עם חלבי; אמר רבי שמעון וקב״ה מאי קא אתיב לון אמר ליה אמר קב״ה הא בר יוחאי יימא ואתינא למשאל מנך; אמר ר׳ שמעון כמה חביבו חבב קב״ה לבנסת ישראל ומסגיאו דרחימו דרחים לה שני עובדוי ממה דהוא עביר: ואע״ג דלאו אורחוי במיכלא ומשתייא בגין רחימותה אביל ושתה תואיל ואתי לגבת עבוד רעותה;

R. Simeon ibat Tiberiadem, obuiauit Eliam, cui dixit: Pax super Domino: Cuinam rei studet nunc Deus sanctus benedictus in cælo? Sacrificijs, inquit, studet, & protulit quadam noua (com-

chlamydis ipsius apprehenderint (per quem numerum, multitudo & vniuersitas significatur: ex denario enim, & digitorum replicatione, in infinitum protenditur numerus.) Sed infiniti propemodum Gentiles cognoscentes Dei virtutem, & Idola vana relinquentes, Petro Christi Apostolo adhæserunt. Idem præstiterunt cæteri Apostoli; Ioannes Ephesi. Iacobus Maior (secundùm sententiam nonnullorum pietate & doctrina insignium Virorum) in Hispania. Andreas in Scythia Europæ, Epiro, Thracia, Macedonia, & Achaia. Philippus in Asia superiore. Thomas in varijs Orientis partibus, sed præcipuè in India. Bartholomæus in Armenia maiori. Matthæus in Æthiopia. Simon Chananæus in Mesopothamia, Ægypto, & Africa. Iudas Thaddæus in Arabia & Idumæa. Matthias, qui in locum Iudæ suffectus est, in Æthiopia. Iacobus Minor, Ierosolymis remansit Episcopus, & Hebræos, atque Gentiles, qui in ea Vrbe habitabant, ad Christi fidem conuertit. Si quis Apostolorum, & præsertim Pauli Doctoris Gentium, itinera, prędicationem, & infinitam Gentilium ad Christi fidem conuersionem, diligentiùs, & prolixiùs videre cupit, Reuerendiss. P. Laurentij Brancati de Laurea Ord. Min. Conu. qui Theologorum nostri seculi Iubar est, & Phœnix, alijsque quam plurimis titulis meritò extat ornatus, adeat Disputationem XVII. de Fidei propagatione, Par. 2. Tom. 3.

Ad illud, quod ex Cod. תענית *Taa-*

maximæ existimationis est apud eos) de Deo effutiant isti, plusquam profani & vesani homines, in sequenti Dissertatione referre. Sit igitur

Dissertatio de DEO, secundùm id quod sentiunt Rabbini Talmudistæ.

CLamat Apostolus ad Romanos 1. v. 20. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas.* Per hæc verba Apostolus Paulus docet nos, solo lumine naturali posse Deum cognoscere, *A creatura mundi, per ea, quæ facta sunt*, id est per fabricam mundialem, & per res, quæ in ea cernuntur, tam in cælis, vt per Solem, Lunam, & Stellas, quàm in terris, per animalia, volatilia, pisces, plantas, lapides, metalla, & præcipuè per hominem rerum omnium Principem & Dominum. Per *Creaturas* siquidem *inuisibilia Dei*, hoc est attributa Dei, vti esse æternum, immensum, omniscium, optimum, maximum. *Sempiterna quoque eius virtus*, nempè Dei omnipotentiam, omniumque rerum esse causam primam, & effectricem. *Et Diuinitas*, scilicet essentiam Diuinam; Deum reperiri, esse simplicissimum Ens, summum bonum, æternum, incorporeum, actum purissimum, omnis passiuæ potentialitatis expertem, principium, & finem omnium, cùm ipse principium & finem non habeat. Omnia hæc, quę absq; vlla

(commenta) *tuo nomine. Fœlix es. Veni igitur te salutatum, & ad postulandum vnum, vt concordes fiant in Academia cælorum. Efflagitatũ siquidem est; cùm in cælo non sit cibus, & potus. Cur igitur scriptum est* (Cantic. Cantic. 5. 1.) Veni in hortum meum soror mea sponsa, comedi fauum cum melle meo &c. *Vnde hæc manducatio, & potatio* (probatur?) *Quia dicitur:* Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. *Dixit R. Simeon: Et Deus sanctus benedictus quid ad hæc respondit? Dixit ei: En, inquit Deus sanctus benedictus, Bar Iochai exponet, & ideò ad hoc veni. Dixit R. Simeon: Ob magnam dilectionem, qua Deus sanctus benedictus diligit Synagogam Israëlis; ipse ob multiplices miserationes & benignitatẽ mutat actiones suas. Et quamuis ipse non comedat, aut bibat; attamen propter amorem comedet, & bibet, & veniet (&) faciet voluntatem eius*, scilicet Iudaicæ Synagogę manducando, & bibendo.

Mirum igitur non est, si Rabbini Talmudistæ dicant, Deum assistere Choreis, in circuli medio astare, illis applaudere, & digito à saltantibus demonstrari, cùm eum manducantem, & bibentem faciant, & alias passiones, quæ mortalium sunt propriæ, illi attribuant, vt de facili intelligi potest ex ijs, quæ iam dicta sunt de Leuiathano & Behemoth. Sed vt meliùs doctrina Talmudistarum Rabbinorum intelligatur, libet si non omnia, saltim plurima, quæ in Talmude, & in libro *Zòhar* (qui

(cca...)

na virtute semper cum honore, & gloria loquimur. E conuerso Rabbini faciunt, præsertim illi, qui impiam Talmudis doctrinam sequentes, nihil meliùs de Deo sentire volunt, quàm ab eodem Talmude doceantur. De Deo sparsim in eo disseminatæ sunt impię, & blasphemæ doctrinæ, & Allegorica Sacræ Scripturæ loca ita exponunt, vt eadem illudere, & aspernari videantur, eaque ad fabulas suas Talmudicas ita adaptant, vt ex his, non Dei veri gloriam, & honorem magnificandum, populisque prædicandum occasionem arripiant, sed potiùs ex prauo illorum intellectu Idolum quoddam sub Dei nomine constituant, omninò execrandum & detestandum. Hæc manifesta fient ex locis Talmudis mox adducendis, ex quibus quasi digito ostendemus, quid, & qualis sit Deus Rabbinorum.

§. PRIMVS.

Deus Rabbinorum rugit, & plorat.

PEr ternas noctis excubias Deus Rabbinorum rugit vt Leo, dicitque: *Væ mihi, quia destruxi domum meam &c.* Huius rei signum est, Asini ruditus, Canum latratus, & Infantis expergefacti ad vbera matris accursus. Legitur hoc in Talmude Cod. ברכות *Berachòth*, *De Benedictionibus* cap. 1. מאימתי *Mahemathài* pagina 3. Illius verba sunt -

vlla diuisione, aut compositione, in vno & vero Deo reperiuntur, per creaturas visibiles cognosci possunt ab homine, tamquam causa per effecta. Hoc modo antiquorum Philosophorum Principes Plato, & Aristoteles *Primam Causam* cognouerunt. Hac arte (si Rabbinorum dictis credendum est, quibus in hac parte, contrarium sentire non putamus) Abrahamum omnium fidelium, rectèque credentium Patrem vsum, in agnitionem veri Dei, Vniuersique Creatoris, deuenisse docent in מדרש *Medràsc*, & ex ipso, noster hic Auctor Bechaij in ביאור על התורה *Pentateuchum* פרשת לך לך *Parascià* pag. 23. col. 4. in fine, editionis Venetæ anni ש"ו 306. min. supput. Cùm ergo per effectus naturales, Deum esse, cognoscere valeamus, non tamen omnia, quæ in Deo sunt per sensibilia hæc creata intelligere possumus; nam Creator infinitè à creaturis distat, ideòque in eo pariter infinita necessariò sunt, quæ à nullo intellectu creato attingi aut penetrari possunt naturaliter; vt Deum esse Vnum & Trinum, naturam humanam assumpsisse, in humana carne passum, mortuumque fuisse; hæc enim per naturales effectus minimè dignoscuntur; per effectus autem supernaturales certissimi reddimur de ijs, de quibus certam habemus, ope gratiæ, notitiam, & cognitionem, quamuis fidei velo tectam. Nihil tamen Deo indignum, aut portentosum, aut ludicrum attribuit Christiana Religio; sed de illa summa maiestate, & diui-

תניא רבי אליעזר אומר שלש׳ משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי שנאמר (ירמיה כ״ה: ל׳ :) ממרום ישאג ממעון קדשו יתן קולו שאוג ישאג על נוהו וסימן לדבר משמרה ראשונה חמור נוער שנייה כלבים צועקים שלישית תינוק יונק משדי אמו ואשה מספרת עם בעלה מאי קא חשיב רבי אליעזר אי תחילת משמרות קא חשיב תחילת משמרה ראשונ׳ סימנא למה לי אורתא הוא אי סוף משמרות קא חשיב סוף משמרה אחרונה למה לי סימנא יממא הוא אלא חשיב סוף משמרה ראשונה ותחילת משמרה אחרונה ואמצעית דאמצעיתא ואי בעית אימא כלהו סוף משמרות קא חשיב וכי תימא אחרונה לא צריך למאי נפקא מינה למקרי קרית שמע למאן דגני בבית אפל ולא ידע זמן קרית שמע אימת כיון דאשה מספרת עם בעלה ותינוק יונק משדי אמו ליקום וליקרי אמר רב יצחק בר שמואל משמיה דרב שלש׳ משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי ואומר אוי שהחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגליתי את בני לבין אומות העולם :

Est traditio. R. Eliezer dicit: (In) *tres excubias Nox* (diuiditur) *& in qualibet excubia sedet Deus, & rugit vt Leo* ·S. D (Ierem. 25. 30.) De excelso rugiet, de habitaculo sanctitatis suæ dabit vocem suam, rugiendo rugiet super habitationem suam. *Signum huius rei est: In prima excubia Asinus rudit; Secunda, Canes latrant; Tertia, Infans sugit vbera matris, & Vxor colloquitur cum marito suo. Quid cogitat R. Eliezer* (hic ?) *Si principium excubiarum quærat; Principium primæ excubiæ* (quærere superfluum est) *& signum ad quid? Iam notum est. Si finem excubiarum inuestigat: finis vltimæ custodiæ ad quid? Signum eius certum est: sed inuestigat finem primæ excubiæ, & principium vltimæ, & medium mediæ &c.* Quæ sequuntur sunt scrupulosæ argutiæ Talmudicæ ad nihilum vtiles, & proinde omittuntur. Deinde sic legitur -

אמר רב יצחק בר שמואל משמיה דרב שלש׳ משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי ואומר אוי שהחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגליתי את בני לבין אומות העולם ,

Dixit Ràu Isaach Bar Samuelis ex nomine Ràu: Tribus excubijs nox constat, & in singulis illis sedet Deus sanctus benedictus, & rugit quasi Leo, & dicit: Væ mihi, quia destruxi domum meam, & incendio absumpsi Templum meum, & in captiuitatem abieci filios meos inter populos mundi.

Legitur etiam in Zohar editionis Mantuanæ in *Exod.* pag. 17. b. in fine, quòd quando Iudæi affliguntur ab alijs Nationibus, Deus sedet & plorat. Verba זהר *Zòhar* sunt -

אמר ר׳ חמא בר גוריא כד אנח לישראל תחות שלטנותא דאמין יתיב (הקב״ה) ונעי ובכי הה״ד (ירמיה י״ג, י״ז:) במסתרים תבכה נפשי :

Dixit Ràu Chamà Bar Gurià: Quando ingemiscit Israël sub dominio populorum; sedet (Deus) *& rugit, & plorat. S. D.* (Ierem. 13. 17.) In abditis plorabit anima mea. Verba ista non sunt Dei, sed Ieremiæ, vt clarè apparet ex contextu, & explicat Targum.

Quis non videt, Hebræos facere Deum impotentem, inscium, imprudentem, & miserrimum omnium, quòd

quòd nullis horis quietem capiat; quòd tamen homini vel infelicissimo contigit. Locus autem Ieremiæ capite 25. 30. non est trahendus ad Dei infirmitatem & passionem, sed potiùs ad virtutem, & fortitudinem suæ iustitiæ, per quam decreuerat de Iudaico populo vindictam sumere, Ierusalem destruere, Templum comburere, & totum populum in Babyloniam captiuum adducere, cuius captiuitas hic à Propheta prędicitur; & Deus quasi Leo rugiens inducitur; nam sicut Leo suo rugitu omnes terret, ita Deus sua hac sententia terruit Iudęos, & animauit Chaldæos, vt & ipsi quasi Leones in Iudęos peruersos & Dei rebelles sæuirent. Aptè itaque à Propheta parabolicè rugitus Deo attribuitur. Sed ineptè & impiè à Rabbinis, quia dum Deum vlulantem, & plangentem ter in nocte faciunt, infelicissimum Deum sibi constituunt. Quòd autem Deus Rabbinicus vlulet, & gemat, docent ijdem eodem loco sequentibus verbis.

§. SECVNDVS.

Deus Rabbinicus vlulat, & gemit.

תניה אמר רבי יוסי פעם אחת הייתי מהלך בדרך ונכנסתי לחורבה אחת מחורבות ירושלם להתפלל בא אליהו זכור לטוב ושמר לי על הפתח והמתין לי עד שסיימתי תפלתי לאחר שסיימתי תפלתי אמר לי שלום עליך רבי ואמרתי לו שלום עליך רבי ומורי ואמר לי בני מפני מה נכנסת לחורבה זו אמרתי לו להתפלל ואמר לי היה לך להתפלל בדרך ואמרתי לו מתיירא הייתי שמא יפסיקו בי עוברי דרכים ואמר לי היה לך להתפלל תפלה קצרה באותה שעה למדתי ממנו ג׳ דברים למדתי שאין נכנסים לחורבה ולמדתי שמתפללים בדרך ולמדתי שהמתפלל בדרך מתפלל תפלה קצרה ואמר לי בני מה קול שמעת בחורבה זו ואמרתי לו שמעתי בת קול שמנהמת כיונה ואומרת אוי שחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגלתי את בני לבין האומות העולם ואמר לי בני חייך וחיי ראשך לא שעה זו בלבד אומרת כך אלא בכל יום ויום שלש פעמי׳ אומרת כך ולא זו בלבד אלא בשעה שישראל נכנסין לבתי כנסיות ולבתי מדרשות ועונין אמן יהא שמיה רבא מברך הקב״ה מנענע ראשו ואומר אשרי המלך שמקלסין אותו בביתו כך ומה לו לאב שהגלה את בניו לבין האומו׳ ואוי להם לבנים שגלו מעל שלחן אביהם ׃

Legitur (seù *est traditio.*). *Dixit R. Iose: Aliquando ibam per viam, & ingressus sum in ruinas quasdam* (Vrbis) *Ierosolymæ ad orandum. Venit Elias b. m. & præstolabatur me ad ostium, & expectauit donec absoluerem orationem meam. Postquam absolui, dixit mihi; Pax tibi Rabbi. Pax item & tibi Rabbi & Domine: Dixit mihi: Fili mi, cuius gratia ingressus es has ruinas? Dixi ei: Vt orarem. Dixit mihi: Licebat & per viam orare. Dixi: Timui, ne me interpellarent viatores. Dixit mihi: Poteras vti breui, & compendiosa oratione. In illa hora, tria ab eo didici: Primum, Non ingrediendum esse in ruinas, seù loca desolata, Secundum, Quòd licet in via & itinere orare. Tertium, Quòd qui orat in itinere, vti debet perbreui oratione. Deinde mihi dixit: Fili mi, quam vocem audiuisti in ruinosis illis parietibus? Dixi: Audiui si-*

§. TERTIVS.

Deus Rabbinorum ligat sibi Phylacteria super brachium; & frontem. Vbi

De תפלין *Thephillin.*

VTuntur Iudæi, ex præcepto Rabbinorum (quamuis ipsi iactent, ex הלכה למשה מסיני *Constitutione Mosis è Monte Sinai*) in orationibus suis quibusdam Pittacijs, quibus ad brachium sinistrum, & super caput, siuè veriùs super frontem in loco, vbi tremulum & palpitans cerebrum infantuli deprehenditur, alligatis, hoc Rabbinico ornamento preces recitantes, credunt apud Deum exauditum iri. Hinc ea תפלין *Thephillin*, id est, *oratoria* seù *precatoria* vocant, Græcè φυλακτήρια, *conseruatoria*, sc. Legis, de quibus in Euangelio Matth. 23. 5. πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν. *Dilatant enim phylacteria sua*; Per quæ retegit Christus Pharisæorum hypocrisim. Horum etiam meminit S. Hieron. in Matth. loc. cit. vbi sic ait: *Dominus cùm dedisset mandata Legis per Mosen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos; & est sensus: Præcepta mea sint in manu, vt opere complean tur: sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi malè interpretantes, scribebant in membranis decalogum Mosi, id est, decem verba Legis; complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes; vt semper ante oculos mo-*

filiam vocis (seù *Echo*) *gementem instar Columbæ, & dicentē: Væ mihi, quia dirui Domum meam, & incendi Templum meum, & adegi in captiuitatem filios meos inter Nationes mundi. Tunc dixit: Ita viuas tu, & caput tuum. Non hac tantùm vice sic dicit* (Deus) *sed quotidie ter in die sic proclamat: neque hoc dumtaxat, sed eo tempore, quo Israël ingreditur Synagogas, & Scholas* (Academias) *& respondet AMEN, SIT NOMEN EIVS MAGNVM BENEDICTVM; Deus sanctus benedictus mouet caput suum, & dicit: O' beatum Regem, cui contingit habere huiusmodi laudatores in domo sua: & Væ Patri, qui pellit, & extrudit filios suos in exiliū inter Nationes; & Væ filijs, qui exulant à mensa parentum suorum.* Hæc ex Talmude loco citato, scilicet ex Codice ברכות *Berachòth*, seù *De Benedictionibus*, capite 1. pagina 3. paulò post medium. Vide quàm infelix sit Deus Rabbinorum, qui non tantùm ter in nocte, sed etiam ter in die, imò frequentiùs, & quasi per totam diem, dum Iudæi Synagogam, aut Scholas ingrediuntur, plorat, vlulat, gemit, & dolet, quia Iudæos in captiuitatem adegit. Cur autem ter in nocte Deum rugire dicatur, R. Salomon rationem assignat, quia in illa auctoritate Ieremiæ citata *Ter dicitur* ושאג שחוג ישאג הרי שלשה *Rugiet rugiendo rugiet.* Digna certè tanto Rabbino speculatio!

Manus. *Orach chaijm* loco cit. §. 2.

3. Omnia scribuntur atramento ex galla confecto. Quòd si vnica litera alio colore, aut auro oblinita, aut picta fuerit; Phylacteria profana existimantur. Si verò Scriptura aureo puluere inspersa fuerit; excusso puluere, vt vestigium auri non remaneat, Thephillin idonea esse volunt. Ibid. §. 3.

4. Necesse est, vt literæ sint inter se distinctæ. Quòd si vna alteram tangat, vel scandat, Scripturam totam irritant. Ibid. §. 4.

5. Scribendum est dextera manu. Quòd si peritus scribendi sinistra, ea manu scripserit, nihil fecisse arbitrantur. Si tamen nullus alius, qui dextera manu scribere sciat, inueniatur, Scripturam sinistra manu exaratam, pro idonea recipiunt; quia eo casu, sinistra manus pro dextra habetur. Ibid. §. 5.

6. Non ducunt regula lineam, nisi primam. Qui vero scribere nescit æqualibus & rectis lineis, permittitur illas signare stylo, sed non plumbo, quia plumbum vestigium coloratum relinquit. Ibid. §. 6.

7. Existimant *Ordinationem esse Mosis è monte Sinai* scribendi Thephillin super קלף *Kèleph*, *membranam*, seù *Pergamenum*, non super דוכסוסטוס *Ducsostòs*, aut super גויל *Gheuil*. Et in membrana putant scribendum ex ea parte, quæ carnem animalis respicit; quòd si ex alia parte vbi pili extabant scripta forent, פסולות *Pessullòth*, *inepta* esse credunt. Ibid. §. 7.

mouerentur. *Quod vsque hodie Indi, & Persæ, & Babylonij faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis indicatur*. Hodie Iudæi non scribunt Decalogum in his Pittacijs, sed alios versiculos ex Pentateucho desumptos, quos R. Moses Bar Maijmon indicat in libro יד *Haijàd* cap. 1. הלכות תפלין *Halachòth Thephillin* n. 1. Et שלחן ערוך *Scivlchàn Arùch* in אורח חיים *O'rach chaijm* num. 32. §. 1. his verbis assignat & determinat.

מצות תפלין שיכתוב ד׳ פרשיות שהן קדש לי כל בכור עד למועדה מימים ימימה. והיה כי יביאך עד כי בחוזק יד הוציאנו ה׳ ממצרים. ושמע עד ובשעריך. והיה אם שמוע עד על הארץ.

Preceptum Thephillin est vt scribantur quatuor segmenta (Scripturæ) *quæ sunt*: קדש לי כל בכור *Sanctifica mihi omne primogenitum*. Exod. 13. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. vsque למועדה מימים ימימה *in tempore suo à diebus in dies*.

II. Sect. והיה כי יביאך *Et erit, cùm introduxerit te* (Ibid. 11. 12. 13. 14.) vsque ad בחוזק יד הוציאנו יהוה ממצרים *In fortitudine manus eduxit nos Dominus ex Aegypto*.

III. Sect. שמע ישראל *Audi Israël*; Deuter. 6. ver. 4. 5. 6. 7. 8. 9. vsque ad ובשעריך *Et in portis tuis*.

IV. Sect. והיה אם שמוע *Et erit si audiendo*, Deuter. 11. ver. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. vsque על הארץ *Super terram*.

2. Scribuntur hæc Scripturæ loca in quatuor membranis seorsim distinctis pro *Thephillin* של ראש *Scel rosc*, *Capitis*. In vnica tantùm membrana pro *Thephillin* של יד *Scel iad*,

raptum a beſtia edere non licet, ex Leuit. 22. 8. & tamen ex corijs illorum Thephillin confici permittunt. E contra, ex piſcium pellibus interdicuntur Thephillin, quamuis piſces idonei ſint pro cibo.

11. Pergamenum requirunt perfectum, perpolitum, non perforatum, ne atramentum per foramina pertranſeat, neuè ex altera parte appareant literæ. Ibid. §. 13. Foramen in litera ח, aut ם poſt ſcriptum toleratur. Ibid. §. 15.

12. Volunt, vt Scriptor tres membranas diuerſæ denſitatis ſeligere debeat; craſſiorem, ſeù denſiorem pro ſectione שמע ישראל *Audi Iſraël*, quoniam hæc eſt breuior cæteris; aliam tenuiorem pro ſectione והיה אם שמוע *Et erit ſi audiendo*, quia hæc eſt longior; pro ſectionibus קדש *Sanctifica*; & והיה כי יביאך *Et erit, cùm introduxerit te*, quia iſtæ ſunt longiores alijs, Pergamenum vt quærat tenuiſſimum, oportere dicunt: & ex his æqualiter repleri debere quatuor cellulas Thephillin של ראש *Capitis*. Ibid. §. 14.

13. Nomen Dei Tetragrammaton volunt vt ſcribatur attentè, ſicut & tota Scriptura: nihilque in ea redundet, aut deficiat. Ideò cauendum, ne dictio deficiens plena ſcribatur, aut è contra; alioquin totum opus inutile reddi exiſtimarent. Hinc antequam in cellulis iſtæ membranæ includantur, volunt vt ter perlegantur attentè. Ibid. §. 19. 20. 21.

Solent ſectiones iſtas in quatuor membranas diſtinctas ſeorſim ita ſcribere, vt vnaquæque ex his, lineis

qua-

Quæres, Quid ſit דוכסוסטוס *Ducſoſtòs*, & קלף *Kèleph*?

Reſp. Si Artifices diuidant corium animalis ſecundùm craſſitudinem in duas partes, ita vt duæ pelles appareant; illa, in qua erant pili, vocatur קלף *Kèleph*, *Pergamenum*; altera pellis verſus carnem, dicitur דוכסוסטוס *Ducſoſtòs*, quaſi δοχαςὸς *pellis diuiſa in duo*, bis raſa. גויל *Gheuìl* autem eſt pellis, ex qua detractis pilis, & ſecundùm artem aptè exſiccata, ad varios vſus poſtea idonea remanet. Ibid. & ex *Bar Maijmòn* cap. 1. *De Thephillin*.

8. Pellis antequam aptetur, dicunt ſeligi debere nomine *Thephillin*, & bonum eſſe exiſtimant, ſi dicatur: *Hæc volo vt inſeruiat pro Thephillin*. Quòd ſi pro מזוזה *Mezuzà* ſelecta fuerit פסול *Paſsùl*, *illegitima* erit. Ibid. §. 8. De *Mezuzà* alibi.

9. Pellem à Chriſtiano paratam profanam eſſe vult Rab. Bar Maijmon. At הר"אש *Harròſc* illam permittit, ſi Iudæus Chriſtianum, dum operatur, adiuuet. Ibid. §. 9.

10. Pergamenum volunt debere eſſe ex corio animalis, vel feræ, vel Auis mundæ. Et ſi fuerit ex Iumento ſpontè mortuo, aut rapto, id non officit: non autem ex pelle animalium immundorum, aut piſcium, quamuis ad eſum permiſſorum. Ibid. §. 12. 37. Id probare intendunt ex Exod. 13. 9. *Vt ſit Lex Domini* בפיך *In ore tuo*, hoc eſt ממין המותר לפיך *Mimin hammuthàr lephìcha*, *Ex ſpecie licita ori tuo*, ex qua edere liceat. Sed nihil probant, quia morticinum, &

uuntur in eodem *Sciulchàn arùch*, *Hallachòth Thephillin*. num. 32.

Pariformiter ſcribunt Thephillin יד של *Manus*, niſi quòd non replicant membranas, ſed in vnico Pergameno quatuor prænotatas ſectiones ſcribunt in longum, & in quatuor veluti paginas, ſeù columnas diſtribuunt inuerſo ordine: ita vt vltima ſit prima; penultima ſit ſecunda; ſecunda ſit tertia; & prima ſit vltima, vt in hoc exemplari apparet.

4		3	
קדש	*Sanctifica*	והיה	*Et erit*
לי	*mihi*	כי	*cùm*
כל	*omne*	יביאך	*introduxerit te*
בכור	*primogenitũ*		
וגומר	&c.	וגומר	&c.

in quibus includunt iſtas Sectiones ex Pentateucho; & Thephillin conſtituant?

Reſp. Pro *Thephillin* של ראש *Scel Roſc Capitis*, accipiunt lignum perpolitum, & quadrangulare, in eo tres ſciſſuras in plano ipſius ligni faciunt duarum fermè vnciarum, palmaris menſuræ Romanæ, in altitudine æquantes latitudinem ligni quadrati; ex his ſciſſuris cernuntur tres vacuitates ad modum trium capitum litera ש *Scin*. Et ex quatuor dentibus ad modum raſtri emergentibus ex ligno trifido, alia veluti litera ש *Scin* quadridentalis reſultat, vt in hac figura.



quatuor tantùm conſtet. Eodem modo faciunt in Thephillin של יד *Scel Iad*, *Manus*. Initia linearum aſſignantur ab Auctore libri כל בו *Col bò* pag. 14. col. 3. poſt med. editionis Venetæ anno לפ 307. min. ſupput. in folio.

Alia minutiora quàm plurima diligentiſſimè inquirunt circa literas, dictiones, ſcripturam, & marginem, quæ omnia 52. paragraphis abſoluunt.

2		1	
שמע	*Audi*	והיה	*Et erit*
ישראל	*Iſraël*	אם	*ſi*
יהוה	*Dominus*	שמע	*audiendo*
אלהינו	*Deus noſter*	תשמעו	*audieritis*
וגומר	&c.	וגומר	&c.

Id ad eum faciunt finem, vt cùm membrana ad modum libri Legis fuerit inuoluta, & in cellula ſua repoſita, ſi inde eam extrahi contingat, & explicari, prima Sectio קדש appareat, deinde והיה כי, tertiò שמע, & vltimò והיה אם ſecundùm ordinem, quo in Lege ſcriptæ ſunt. Vide הרמבם *Harrambàm* lib. 1. היד *Haiàd* הלכות תפלין *Hallachòth Thephillin* cap. 3. in editionibus in fol. quamuis in minoribus in 4. ordo ſeruetur ſecundùm quod in Lege reperitur, vt videre eſt in Venetis an. לפרט 5370. Chriſti 1610. apud Petrum Bragadinum pag. 58. b. Et ſi hic ordo inuertatur, profanari omnia arbitrantur.

Quæres ſecundò. Quomodo conficiant Iudæi has capſulas coriaceas;

ma in Pentateucho, prima erit in fronte Iudæi, cùm dexteram partem frontis illius occupet. והיה כי *Vehaiàh chi*, erit secunda. שמע *Scemaà*, tertia; & והיה אם *Vehaiàh im*, erit quarta & vltima.

Antequam in suas cellulas has schedulas recludant, inuoluunt in frustulum panni, aut Pergameni, & ligant pilis bestiæ mundæ benè lotis, & communiter solent vti pilis caudæ Vitulinæ, Vaccinæ, aut Bouinæ. הרמב״ם *Harrambàm* cap. 3. num. 8. Istorum pilorum partem aliquam videndam relinquunt per fissuram extra cellulas. שלחן ערוך *Sciulchàn arùch*, *Hallachòth Thephillin* n. 32. § 44. Huius rei mysterium Cabalisticum assignare conatur R. Simeon Ben Iochi פרשה *Parascià* פקודי *Pikudè* pagina 237. b. paulò post medium. Aptatis his schedulis suis in locis, accipiūt frustum corij magnitudinis & figuræ capsulæ Thephillin, & eo consuunt os capsulæ prædictæ neruis extractis ex calcaneo bestiæ mundæ, tresque suturas per quatuor angulos faciunt, ita vt duodecim in totum existant. Quòd si nerui duriores fuerint, quàm par sit, eos molliores & tenuiores reddunt ad instar lini, lapidum, vel alterius rei confricatione. Idem numero 9. 10.

Postea per longum corij dorsum præcidunt lorum latitudine vnius ferè digiti, ex quo ligamina quæ רצועות *Retzuoòth* appellant pro Thephillin aptandis tam in capite, quàm in brachio, conficiunt. In Thephillin של ראש *Scel Rosc*, *Capitis*, lorum hoc ni-

Accipiunt deinde corium idonei animalis, & aqua madefactum imponunt huic ligno, & inter ligni sectiones astringunt filo, & exsiccare faciunt. Corio exsiccato, remouent à ligno, quo remoto, apparet paruus sacculus quatuor loculis distinctus, in quibus includunt quatuor supra recensitas sectiones Pentateuchi, ordine tamen inuerso hoc modo. In parte dextera secundùm naturæ ordinem reponunt membranam cum sectione והיה אם שמע *Et erit, si audiendo &c.* In secunda שמע ישראל *Audi Israël &c.* In tertia והיה כי יביאך *Et erit cùm introduxerit te &c.* Et in quarta קדש לי כל בכור *Sanctifica mihi omne primogenitum &c.* Hunc ordinem schedularum ob oculos pono sic.

4	3	2	1
קדש לי כל בכור	והיה כי יביאך	שמע ישראל	והיה אם שמע

Vides quomodo schedula והיה אם ponatur in prima cellula signata in figuræ num. 1. שמע ישראל in 2. והיה כי in 3. & קדש לי in 4.

Hunc ordinem ideò retrogradum seruant, vt dum capiti imponuntur, ordinem immutent, & respectu Iudæi, qui fert sectiones, eo ordine, quo scriptæ sunt in Pentateucho, appareant: nam קדש לי *Kadèsc li*, quę est pri-

dente, nodum annectunt, quem significare dicunt literam י *Iod*, vt simul cum ש *Scin* & ד *Daleth* capitis Phylacterij nomen Dei שדי *Sciaddài*, *Omnipotentis* completum super se habere videantur. Ex altera parte in longum protrahitur lorum, seu ligula, qua super brachij sinistri nuda cute Thephillin obstringunt, ita vt è regione cordis constitutis, adimplere se credant id, quod in Lege scriptum est Deuter. 6. 6. והיו הדברים האלה על לבבך *Et erunt verba ista super cor vestrum*. *Rambàm* cap. 4. n. 2. Reliquam verò lori partem brachio iteratis vicibus inuoluunt, quousque extrema illius pars medium digitum manus pertingat, super quem etiam inuoluunt, & ligant. Illud verò, quod superest, in anteriorem manus partem descendere sinunt. Idem cap. 3. num. 13.

Primò alligant *Thephillin*, seù *Phylacterium manus*, postea imponunt *Thephillin capitis*, non è contra: ne id, quod maiorem sanctimoniam habere credunt, in inferioris loco constituant. Ibid. n. 17.

2. Non licet corrigias vetustate disruptas nodo alligare, aut filo assuere; sed nouas comparare, & modo consueto in ansulas Thephillarum imponere. Ibid. 19.

3. Ligare *Thephillin* של יד *Scel Iad Manus*, in parte aliqua manus, & *Thephillin* של ראש *Scel Rosc capitis* in frontis medio, hæreticum esse existimant. Idem cap. 4. n. 3. quia Karraitas id facere affirmant.

4. Ijs, qui pro sinistra manu dextera nimis oblongum inijciunt in ansulam coriaceam notatam in figura supra allata num. 5. ex qua hinc inde duo ipsius lori capita pendentia conspiciuntur tamquam duo subligamina; quæ simul nodo annectunt ad formam literæ ד *Daleth* tantundem in longum relicta distantia, vt totum caput Viri circumcingere valeant, retro post scapulas ferè vsque ad lumbos pendentibus lori duobus capitibus, ad instar vittarum. In crassitie autem Thephillin capitis prominent duo ש *Scin*, vnum in latere dextero, alterum in sinistro תיתורא *Thethurà*; *Ponticuli*; vnum ex his habet tres dentes, aliud habet quatuor contra formam huius literæ ש. Ex his multa mysteria inaniter eliciunt Cabalistæ; per ש trium dentium, significari dicunt nomen Dei שדי *Sciaddài*, *Omnipotentis*; per *Scin* quatuor dentium, nomen ipsum שדי *Sciaddài* in quatuor schedulis in Thephillin inclusis, sanctificatum; quamuis non desint, qui dicant significare nomen שד *Sced Dæmonis*, vt indicetur apud eos, qui ritè, & tempore statuto his non vtuntur, Dæmonem considere, non Deum.

Eadem superstitiosa religione, aptant Thephillin של יד *Scel Iad Manus*, cuius Pentateuchi loca recensita, & in vnica membrana exscripta, in vnicam etiam cellulam coriaceam quadratam includunt, operiunt, & consuunt, vt in Thephillin capitis dictum est. Loro tamen assuto in ansula, ex vna parte parùm pen-

ſunt præcepti, priùs eſſe imponenda. Ibid. num. 8. Sacculum autem Thephillin in alio ſacculo maiori includi volunt, vt cum maiori reuerentia aſſeruentur. שלחן ערוך n. 4. §. 2.

7. Sacculo, in quo reponentur *Thephillin*, illicitum exiſtimant vti in rebus profanis.

8. Suſpendere *Thephillin* in altum, ſiuè per corrigias, ſiuè per capſulá ipſarum *Thephillin*, prohibent; licitum tamen eſſe aiunt, ſuſpendere ſacculum, vbi *Thephillin* includuntur. Ibid. num. 9.

9. Tempus induendi *Thephillin* eſt dies, & non nox; intendunt id probare ex illis verbis Exod. 13. 10. מימים ימימה *à diebus in dies*. Igitur interdiù ſemper deferri poſſunt, ſed præcipuè tempore precum, & lectionis שמע *Scemàa*.

10. Diebus feſtiuis, & Sabbathis non licet his ornari; eò quia ſcriptum inueniant (Ibid. ver. 9.) והיה לאות *Et erit in ſignum*: Sabbatha autem, & dies feſti ex ſe ipſis ſigna eſſe (præceptorum) dicunt, nec alijs ſignis tunc eſſe opus.

11. Quomodo autem cognoſcendus eſt dies, tanquam contradiſtinctus à nocte, vt in eo indui poſſint *Thephillin*? Idem רמב״ם *Rambàm* eodem cap. 4. *Hallachòth Thephillin* n. 10. dicit, diem eſſe exiſtimandum, eum, quo tam manè, quàm veſpere ſocium ſocius quatuor brachiorum ſpatio diſtantem cognoſcere valeat.

12. Qui autem *Thephillin* induit de die ſuperueniente nocte, retinere poſſe dicunt, etiam per totam noctem,

tera vtuntur, permittunt *Thephillas Scel Iad manus*, alligare in dextero brachio; quòd ſi quis ambidexter eſſet, volunt vt alligentur in brachio ſiniſtro more conſueto. Ibid. n. 3.

5. Non induunt *Thephillas*, niſi priùs benedictionem faciant, cuius formá poſt comune ſymbolum אקב״ו tradit רמב״ם *Rambàm* in הלכות תפלין *Hallachòth Thephillin* cap. 4. n. 4. In Thephillin של ראש *Scel roſc capitis*, inquit: מברך אקב״ו על מצות תפילין *Benedicit* אקב״ו hoc eſt אשר קדשנו במצותיו וצונו *qui ſanctificauit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis* על מצות תפילין *ſuper præceptis Thephillin*. Et in Thephillin של יד *Scel Iad Manus*. *Benedicit, qui ſanctificauit nos præceptis ſuis* להניח תפלין *ad imponendum Thephillin*, præmiſſa communi formula, quæ in exordio omnium benedictionum vſurpari ſolet, בא״י אמ״ה id eſt ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם *Benedictus ſis tu DOMINE Deus noſter, Rex mundi*. Facta benedictione, & indutis Thephillis, illicitum eſt loqui cum aliquo: imò permittunt non reſalutare quemquam, neque ipſum Præceptorem, niſi priùs *Thephillin* è capite deponant. Ibid. num. 6.

6. Quando in ſacculo *Thephillin* recondunt, non ponunt *Thephillin Scel Iad Manus* primò, & poſtea *Thephillin Scel roſc Capitis*; quia in eductione, priùs educerentur *Thephillin Scel roſc Capitis*, quod dicunt eſſe incongruum; non enim priùs accipienda volunt, quæ poſteriùs ſunt induenda, ſed ſeruandum ordinem in veſtimentis ſacris, & quæ minoris

17 Ingrediens latrinam non deponat *Thephillin* in foramine viæ publicæ, quia periculum est, ne à transeuntibus surripiantur. Quid igitur opus facto? Volunt, vt à loco, vbi exonerandus est venter, vel mingendum, per 4. cubitos distans spatium deponantur, panno inuoluantur, & in sinu è regione cordis seponantur. Cauere tamen debet, ne lorum, seù corrigeæ vltra palmum infra manus descendant. Naturæ necessitatibus solutis, iterum alligari permittunt, à latrina quatuor cubitorum distantia seruata. Ibid. n. 17.

18. Balneum ingrediens, si ibi reperiantur viri vestibus induti, licitum faciunt assumere & sibi imponere *Thephillin*; si nudi erunt, illicitum; si partim nudi, & partim vestiti, indui prohibent; indutos, retinere permittunt. Ibid n. 22.

19. Prohibent etiam deferre *Thephillin* in cæmeterijs mortuorum, sicut & illis indui, antequam nuditatem corporis contegant.

20. Onus super caput deferre, si *Thephillin* sit ornatum, nefas existimant. Superimponere illis pileolum, pileum, aut Tulipam, permittunt. Ibid. n. 23.

21. In Thalamo etiam deponenda & reponenda in duplici sacculo, & in capsa, vel sub ceruicale recondenda. Ibid. n. 24.

22. Mulieres, & seruos liberos esse volunt à gestatione *Thephillin*, quia cùm existiment esse præceptum affirmatiuum, volunt etiam tempus gestationis restringi non debere; mu-ctem, vel remoueri ad beneplacitum; quia prohibitum tantùm est de nocte illis indui, vti scriptum est Exod. 13. 10. *Et custodies statutum hoc in tempore suo à diebus in dies*, quod de Thephillin dictum volunt. Ibidem num. 11.

13. Puer 13. annorum & vnius diei, quomodo teneatur ad præceptū *Thephillin*, docet. כל בו *Col bò* pag. 14. col. 1. Et si quis *Thephillin* patris sui sibi imponere sciat, volunt, vt pater ea coëmat, & filio det, vt hoc modo in Iudaicis præceptis initietur. רמב״ם *Rambàm Hallàchòth Thephillin* cap. 4. n. 13.

14. Eum, qui ventris dolore laborat, & eum, qui non nisi difficulter onus illius ferre valet, absoluunt ab hoc Thephillarum præcepto. Ib. n. eod.

15. Volunt eos, qui *Thephillin* induunt, esse mundos, & puros, & munditiem quàm diligentissimè conseruare. Ideò cauent, ne crepitum inferne emittant: idcircò prohibent dormire cum *Thephillin*. Si tamen vxor cum eo non sit, & somnus ex inopinato eum obrepserit, permittunt, vt sedendo innixus sellæ, vel alteri rei, inter complicata brachia, capite reclinato, paululum conquiescat. Ibid. n. 15.

16. Si *Thephillin* complicata manu teneat, liberè permittunt cùm eis vel dormire, vel aliquantisper comedere. At si ad mensam ingredi voluerit prandendi gratia, volunt vt super mensam deponantur, & manibus ablutis, peractaue mensæ benedictione illis induantur. Ibid. n. 16.

& in brachio fortitudinis suæ. *Per dexteram suam; Hæc est Lex: quia dicitur* (Deuter. 33. 2.) A dextera eius ignea Lex eis. *Et in brachio fortitudinis suæ: ista sunt Thephillin Phylacteria. S. D.* (Psal. 29. 11.) Dominus fortitudinem populo suo dabit. *Et vnde probatur, quòd Thephillin fortitudo sint Israëli? Quia scriptum est* (Deuter. 28. 10.) Et videbunt omnes populi terræ, quòd nomen Domini inuocatum est super te, & timebunt te. Et habetur in Baraithà, *Legitur: R. Eliezer magnus dicebat: Ista sunt Thephillin capitis.*

Non parabolicè, aut metaphoricè istud intelligunt, sed secundùm quod litera sonat; ideò addunt, alios & diuersos versiculos scriptos in illis esse, quàm scripti sint in Thephillin Iudæorum: vnde ibidem sequitur

אמר ליה רב נחמן בר יצחק לרב חייא בר אבין חני תפלין דמרי עלמא מה כתיב בהו אל (א׳ דברי הימי׳ יז׳ כא׳) בעמך ישראל גוי אחד בארץ ומי משתבח קודשא בריך הוא בשבחיהו דישראל אין דכתיב (דברים כו׳ יז׳) את ה׳ האמרת היום וכתיב (שם יח׳) וה׳ האמירך היום אמר להם הקב״ה לישראל אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם ואני אעשה אתכם חטיבה אחת בעולם אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם שנאמ׳ (דברים ו׳ ד׳) שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד ואני אעשה אתכם חטיב׳ אחת בעולם שנא׳ (א׳ דברי הימי׳ יז׳ כא׳) ומי בעמך ישראל גוי אחד בארץ אמר ליה רב אחא בריה דרבא לר׳ אשי תינא בחד ביתא בשאר בתי מאי אמר ליה כי מי גוי גדול ומי גוי גדול אשריך ישראל או הנסה אלהים ולתתך עליון אי תבי נפישי לחו טובא בתי אלא כי מי גוי גדול ומי גוי גדול דדמיין לחדדי בתר ביתא אשריך ישראל

mulieres autem, & serui sunt sub potestate Viri, & Dominorum, nec tempus habent, quòd suum dici possit. *Sciulchàn aruch* n. 38. §. 3. Si autem mulier hera sit, non incongruum putant, ferre posse Phylacteria, vti mulier Ionæ Prophetæ dicunt gestare consueuisse.

23. Indecens esse existimant exui *Thephillin* coram Rabbino suo, sed declinare ab eo aliquantulum debent, & sic deponere. Ibid. num. 38. §. 11.

Hæc & alia multa de Thephillis docent Rabbini, præcipuè רמב״ם *Rambàm*, הרי״ף *Harriph.* הרא״ש *Harrôsc*, בעל טורים *Baal Turim*, *Ioseph* קארו *Karò*, *Moses de* קוצי *Kòtzi*, כל בו *Col bò*, & alij ferè innumeri Auctores.

His Pharisaicis Phylacterijs, Deum ornari brachium & caput, docent Talmudistæ, in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 6. longè post medium, vbi sic legitur

אמר רבי אבין בר רב ארא א״ר יצחק מנין שהקב״ה מניח תפלין שנ׳ (ישעיה סב׳ ח׳) נשבע יהוה בימינו ובזרוע עוזו בימינו זו תורה שנאמר (דברים לג׳ ב׳) מימינו אש דת למו ובזרוע עוזו אלו תפלין שנא׳ (תהלים כט׳ יא׳) יהוה עוז לעמו יתן ומנין שהתפלין עוז הם לישראל דכתיב (דברים כח׳ י׳) וראו כל עמי הארץ כי שם יהוה נקרא עליך ויראו ממך ותניא רבי אליעזר הגדול אומר אלו תפלין שבראש

Dixit R. Auin Bar Ràu Adà: Dixit R. Isaac, Vnde probatur, Deum sanctum benedictum imponere sibi Thephillin? S. D. (Isai. 62. 8.) Iurauit Dominus per dexteram suam,

cut omnis Lex ista, quam ego do coram vobis hodie? *Et* (Deuter. 33. 29.) Beatus es Israël, quis sicut tu populus qui seruatus es per Dominum, scutum auxilij tui; & qui est gladius excellentiæ tuæ, *in altera cellula*. *Et* (Deuteron. 4. 34.) Vel nunquid tentauit Deus, vt veniret ad capiendum sibi gentem è medio gentis in tentationibus, in signis, &c. *in tertia cellula*. *Item* (Ibid. ver. 19.) Et ponam te excelsum super omnes gentes &c. *in quarta cellula, & omnia scripta sunt in brachio eius*. Sed hac ratione erunt plura loca quàm quatuor. Possunt tamen ad quatuor capita reduci: nam caput illud 1. Paralip. 17 21. *Quis sicut populus &c. gens Vna &c.* & illud Deuter. 4. 8. *Quæ est gens magna &c.* quia sunt consimilia in vna cellula locari poterunt. Et illud Deuteron. 33. 29. *Beatus es Israel &c.* in secunda cellula. Et illud Deuter. 4. 34. *Vel nunquid tentauit Deus &c.* in tertia cellula. Et illud Deuter. 4. 19. *Et ponat te excelsum &c.* in quarta cellula. Et sic secundum Rabbinicam normam erit elaboratum Thephillin של ראש *Scel rosc, Capitis* Dei. Rabbi autem Salomon in hunc locum, quia vidit textum Talmudicum dicentem, omnia ista scripta esse באדרעיה *Baadarhè, In brachio suo*, scilicet Dei, ait -

וכל אלו המקראות כתובים. בשל זרוע בבית אחד שאותם של יד אינם אלא בית אחד כדאמרינן במנחות וכל הפרשיות כתובות בו:

Omnia ista Scripturæ loca scripta sunt (in Thephillin) *brachij in Vnica*

כח

ישראל ומי כעמך ישראל בחד ביתא או הנסה אלהים בחד ביתא ולתתך עליון בחד ביתא וכולהו כתיבי באדרעיה:

Dixit Ràu Nachman Bar Isaac ipsi R. Chija Bar Auin: In istis Thephillin Domini Vniuersi quidnam scriptum est? Dixit ei: (Scriptum est 1. Paralip. 17. 21.) Quis sicut populus iste Israël gens vna in terra? *Sed quid? Anne Deus ipse sanctus benedictus glorietur de laudibus Israelis? Vtique; quia scriptum est* (Deuter. 26. 17.) Dominum exaltasti hodie, & Dominus (Ibid. ver. 18.) exaltauit te hodie. *Dixit Deus sanctus benedictus Israëli: Vos fecistis me selectionem* (seù constituistis laudem) *peculiarem in mundo, & ego faciam Vos selectionem peculiarem in mundo. Vos constituistis me laudem peculiarem in mundo. S. D.* (Deuter. 6. 4.) Audi Israël Dominus Deus noster Dominus vnus est. *Et ego faciam vos selectionem* (seù constituam vos laudem) *Vnicam, peculiarem in mundo. S. D.* (1. Paralip. 17. 21.) Quis sicut populus tuus Israël gens peculiaris in terra. *Dixit ei Ràu Achà Ben Rauà ipsi Ràu Ascè: Benè habet, Vt hoc totum inscriptum sit in ordine Vno* (hoc est in cellula vnica Thephillin של יד *Scel Iad, Manus*; vel in vna ex quatuor cellulis Thephillin של ראש *Scel rosc, Capitis*) *sed in reliquis tribus schedulis, quid inscribetur? Dixit ei:* (Illud Deuter. 4. 7.) Nam, quæ (est) gens magna cui Dij propinqui (sunt) ad eam, sicut Dominus Deus noster? *Et* (Ibidem ver. 8.) Quæ est gens magna, cui sint statuta, & iudicia iusta, si-

(שמות ל״ג, כ״ג) והסירותי את כפי וראית את אחורי ופני לא יראו׃ אמר רב חנא בר ביזנא אמר ר׳ שמעון חסידא מלמד שהראה הקב״ה למשה קשר של תפלין׃

(Exod. 33.) Et remouebo manum meam, & videbis posteriora mea, & facies mea non videbitur. *Dixit Ràu Channà Bar Biznà: Dixit R. Simeon Chassidà: Vt discatur, quòd Deus sanctus benedictus ostendit Mosi nodum* (in tergo ceruicis) *vbi ligantur vittæ Thephillin.* Idem legere poteris in *Zòhar* super Exod. sect. פקודי *Pikuddè* pag. 230. in fine his verbis -

פתח ואמר וראית את אחרי ופני לא יראו׃ וראית את אחרי הא תנינן דאחזי ליה קב״ה למשה קשר של תפלין׃ ופני אלין תפלין ממש׃

Incepit & dixit: Et videbis posteriora mea, & facies meæ non videbuntur. *Et videbis posteriora mea: est traditio, quòd Deus sanctus benedictus ostendit Mosi ligamen Thephillin.* Et facies meæ *sunt Thephillin propriè, verè, substantialiter.* Hinc videre est, quòd absque vlla allegoria, verè & propriè, atque literaliter loquuntur de his Phylacterijs Rabbini, quæ ineptiendo Deo attribuunt. Hæc enim cùm agnoscantur absurda & abominanda, proponuntur à nobis, vt sint nullius existimationis, tamquam nuclei continentes fructus. Quòd autem dicunt præceptum de *Thephillin* esse traditum à Mose in Lege, & omnia quæ scrupulosè obseruant, tam in effectione, quàm in gestatione Thephillarum, esse הלכה למשה מסיני *Hallachà le Moscè mi Sinài* Con-

ca cellula: nam (Thephillin) של יד *Scel Iad Manus, non nisi in vna cellula reponuntur; sicut dicemus in Cod. Menachòth, vbi omnes sectiones* (prędictæ) *inueniuntur.* Hæc *Rasci* de Dei Phylacterijs.

Quod, Deus imponat sibi & alliget Phylacteria, habetur etiam in זהר *Zòhar* super Exod. pag. 62. in fine, vbi sic legitur -

מאי דכתיב (ישעיה מ״ט׃ ג׳׃) ישראל אשר בך אתפאר׃ אתפאר ודאי׃ מאי משמע דבגין ישראל לתתא קב״ה מתפאר לעילא׃ ומאי פארא דיליה דאתחבש בתפלין׃

Quid est quod scriptum est (Isai. 49. 3.) Israël in quo gloriabor? *Hoc est propter Israëlitas, qui sunt in terra, Deus gloriatur in cælis. Quis tandem est iste decor? Quòd alligat sibi Thephillin, Phylacteria.* Ineptiunt Rabbini, ideò eorum scripta de Deo ex sola ipsorum lectione confutata remanent.

§. QVARTVS.

Deus Rabbinorum imponit sibi Thephillin Phylacteria super Caput; terga vertit, & ligularum nodum Mosi ostendit.

VLteriùs progrediuntur Rabbini Talmudistæ, & Deum Phylacterijs non tantùm in brachio; sed etiam in fronte ornatum nobis proponunt, in eod. Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 7. circa finem; vbi hæc verba inuenies -

Et erit in signum super manu tua, & in frontalia inter oculos tuos? Et Deuter. 6. 8. -

וקשרתם לאות על ידיך והיו לטטפת בין עיניך׃

Et ligabis ea in signum super manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos? Item 11. 18. -

וקשרתם אתם לאות על ידכם והיו לטוטפת בין עיניכם׃

Et ligabitis ea in signum super manu vestra, & erunt in frontalia inter oculos vestros? Item Ierem. 31. 21.

הציבי לך ציונים שמי לך תמרורים שתי לבך למסלת וגו׳׃

Statue tibi titulos, pone tibi cumulos altos, pone cor tuum ad semitam, &c. Quæ loca (vltimo excepto) Paraphrasis Chaldæa Onkelosi, & Ionathanis, sicut & Rabbinorum Commenta omnia explicant per תפלין *Thephillin* Phylacteria?

Resp. Fateor quidem, originem huius superstitiosæ gestationis Pittaciorum in fronte & in brachio elicitam fuisse ex prauo intellectu istorum locorum Sacræ Scripturæ tempore Scholæ Hillelis, & Sciamài paulò ante aduentum Domini. Tempore autem ipsius Christi Domini ita radices hæc vana superstitio fixerat in Iudęorum mentibus, vt omnes, maximè Pharisæi, his Phylacterijs induerentur, eaq; dilatarent. Vnde, cùm circa dictum tempus floruerint Onkelos, & Ionathan Chaldæi Interpretes, non mirum, si eadem loca, vbi טוטפות *Totaphòth*, *Frontalia* in Scriptura repe-

Constitutionem Mosis è Monte Sinai. Nos dicimus, esse mendacia, & adinuenta Rabbinorum. Probatur, quia ex Sacra Scriptura nihil de his Phylacterijs colligi potest. Quæ cùm benè animaduertissent prisci illi Rabbini Phylacteriorum Auctores, vt in fronte & brachio gestanda proponerent, & religiosè sacrarent, ad oralem traditionem recursum habuerunt, vt hoc Cabalistico medio, omnem de Phylacteriorum veritate ex animis Iudæorum tollerent dubietatem. Nullo tamen modo, talem traditionem possunt nobis probare, neque ad hanc astruendam à posterioribus ad priora secula ascendendo vlteriùs progredi licebit; sed in Hillele, & Sciamài sistendum erit, seculo nempè 37. à mundi exordio, 13. verò post datam Legem in Monte Sinai. Hi enim legitimas Patrum, & Sanctorum Prophetarum Traditiones Traditionibus suis valdè fœdarunt, & Synagogæ plurimas superstitiosas ceremonias imposuerunt, quas Christus Dominus non semel redarguit, maximè per caput 23. Matthæi ferè totum: inter quas connumeranda est hæc de Thephillin gestatione, quæ Græcè ibid. ver. 5. Φυλακτήρια *Phylacteria*, quasi *Conseruatoria* Legis vocantur. Hæc Christus Dominus non Mosis Phylacteria vocat, sed αὐτῶν *sua*, id est *Pharisaica*, puta Hillelis & Sciamài.

Sed si dixeris: Nonnè scripta est in Sacris literis vox טוטפות *Totaphòth*, *Frontalia?* Exod. 13. 16. -

והיה לאות על ידכה ולטוטפת בין עיניך׃

pererunt, per תפלין *Thephillin* reddiderint; & Ionathan ipſo Onkeloſo ſuperſtitioſior, etiam vbi ligari deberent, deſignauerit, ad locum Exodi 13. 9. ſi tamen hæc Paraphraſis in Pentateuchum ſit ipſius; quod nos ſuo loco, dum de Paraphraſi Ionathanis agemus, conſtanter negabimus. Ibi igitur ſic ait -

ויהי לך נסא הדין חקיק ומפרש על תפלת ידא בגובהא דשמאלך ולדוכרן חקיק ומפרש על תפלת רישא קביעא כל קבל עינך בגובהא לרישך מן בגלל דתהוי אוריתא דיהוה בפומך ארום בחיל ידא תקימא אנפקך יהוה ממצרים :

Et erit tibi ſignum prodigioſum hoc ſculptum, & explanatum in Thephillà Phylacterio manus in ſuperiori (parte) *ſiniſtræ tuæ, & in memoriale exculpto, & explanato ſuper Thephillà capitis affixa corã oculis tuis in ſuperiori* (parte) *capitis tui, vt ſit Lex Domini in ore tuo, quoniam in fortitudine manus validæ eduxit te Dominus de Aegypto.* Minùs curandum; quòd frequenter de his Thephillin in ceteris poſterioribus Paraphraſibus fiat mentio; quia cùm ſint compoſitæ à nouitijs Rabbinis, Rabbinicis etiam fabulis omnes refertæ ſunt. Quin & Rabbi Salomon Iarchi, quia totus addictus eſt fabuloſis commentationibus Rabbinorum, prædicta loca de Thephillin intelligit. Sic eundem locum Exodi 13. 9. והיה לך לאות על ידך *Et erit tibi in ſignum ſuper manum tuam*, hoc modo explicat -

יציאת מצרים תהיה לך לאות על ידך ולטוטפות בין עיניך שתכתוב פרשיות הללו ותקשרם בראש

ובזרוע :

Exitus de Aegypto erit tibi in ſignum ſuper manum tuam; & frontalia inter oculos tuos: quòd ſcilicet ſcribas iſta ſegmenta (Scripturæ) *& liges ea in capite, & in brachio.* Et ſequitur: על ידך *Super manum tuam* -

שמאל לפיכך ידכה מלא בפרשת שניה לדרוש בה שהיא כהה :

Siniſtram (intellige) *propterea ſcribitur* ידכה *plenum* (cum litera ה *He*, infra ver. 16. על ידכה *Super manu tua*) *in ſectione ſecunda, vt innuatur myſticè, quòd illa ſit* (manus) כהה *contracta* (id eſt ſiniſtra). Item Deuter. 6. 8. *Et ligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*, dicit -

אלו תפלין שבזרוע : והיו לטוטפות בין עיניך : אלו תפלין שבראש :

Iſta ſunt Thephillin brachij. Et erunt frontalia inter oculos tuos; iſta ſunt Thephillin capitis. Item Deuter. 11. 18. *Et ponetis verba mea iſta &c.*

אף לאחר שתגלו היו מצויינים במצות הניחו תפלין וכו' :

Etiam poſtquam eritis in captiuitate, erunt ſignata vobis in præcepto: Ponite Thephillin &c. Et poſt pauca -

וכן הוא אומר הציבי לך ציונים :

Et ſic alio loco (Ierem. 31. 21.) *dicit. Pone tibi titulos.*] Per quæ intelligit Thephillin.

Sed nedum Interpretes noſtri (qui omnes ferè intellexerunt, præceptum hoc mente, & memoria ſeruandum eſſe, non ſcriptione, &

ge-

hoc non est rectum; quoniam id quod comprobatur per Prouerbia Salomonis non est ad rem. Quoniam quæ dicuntur in parabolis, omnia sunt metaphorica, vt dicitur in principio libri, Prouerbia Salomonis. *Sed quæ in Lege traduntur, non sunt parabolica, absit; sed accipienda sunt, vt verbis suis sonant. Propterea nos non excludemus ab hoc præcepto sensum literalem: nam si intelligantur iuxta significationem literæ, non contradicit dictamini rationis, sicut contradicit illud* (Deuter. 10. v. 16.) Circumcidite præputium cordis vestri; *nam cogimur accommodare illud ad sensum aliquem rationabilem.* Hæc R. Aben Ezræ. Sed per ea, quæ adducit, non soluit argumentum: quia etsi parabolicè scriptus sit liber Prouerbiorum, non tamen admittent Rabbini omnia, quæ in eo scripta sunt, per parabolas, & metaphoras esse intelligenda: nam ad probandum multa, quæ literaliter volunt intelligi, ex Prouerbiorum libro loca adducunt, vt videre est in locis hactenus ex Prouerbijs citatis, maximè in Tractatu *de Leuiathan, & Behemoth.* Sic nec admittent, omnia scripta in Lege, esse secundùm literam explicanda: nam & ipse Aben Ezræ iam dixerat: *Sed ea, quæ dicta sunt in Lege, absit, quòd parabolicè sint intelligenda, sed secundùm suum sensum literalem accipienda sunt.* Et paulò post citans illud, *Circumcidite præputium cordis vestri,* ex Lege, vult vt ad sensum rationalem & parabolicum accómodetur. Ergo multa sunt in Lege, quę intelligi non pos-

gestamine corporeo) sed etiam Hebræorum aliqui, vt refert Aben Ezrę in Exod. 13.9. super illa verba והיה לך לאות על ידך *Et erit tibi in signum super manum tuam;* eodem modo intelligi voluerunt, h. e. *recordatione & mente;* non autem *materialiter & crassè,* vt volunt alij. En verba Aben Ezræ -

יש חולקין אבותינו הקדושים שאמרו כי לאות
ולזכרון על דרך כי לוית חן הם לראשך וענקים
לגרגרותיך גם וקשרתם לאות על ידיך כמו קשרם
על לוח לבך תמיד גם וכתבתם על מזוזות ביתך
כמו כתבם על לוח לבך ומהו שיהיה לאות ולזכרון
שיהיה שגור בפיך כי ביד חזקה הוציאנו יהוה
ממצרים ואין זה דרך נכונה כי בתחלת הס' כתיב
משלי שלמה והנה כל מה שהזכיר הוא דרך משל
ואין כתוב בתורה שהוא דרך משל חלילה רק הוא
כמשמעו על כן לא נוציאנו מידי פשוטו כי בהיותו
כמשמעו איננו מכחיש שקול הדעת כמו ומלתם
את ערלת לבבכם שנצטרך לתקנו לפי הדעת׃

Sunt, qui contradicunt Patribus nostris sanctis, dicentes, quòd id quod dicitur In signum, in manu tua, *sit in* memoriam, *iuxta illud* (Prouer. 1.9.) Quoniam additio gratiæ sunt capiti tuo, & torques collo tuo. *Sic hoc loco,* Ligabis in manu tua; *sensus est,* super tabulas cordis tui iugiter. *Etiã & illud præceptum;* In foribus domus tuæ, *sit sicut illud:* (Prouerb. 7. 3.) Scribe ea super tabulas cordis tui iugiter: *Quid est ergo, quæ sint in signum, in memoriam? Id est; quòd frequenter in ore habeas iuxta illud, quod dicitur* (Exod. 13. 14.) In manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.) Vult tamen Aben Ezræ Hebræum dignosci; ideòque non admittit hanc explanationem. Vnde subiungit: *Sed*

meminisse deberent diei, in qua egressi fuerant de Ægypto, & azyma comedere septem diebus. Quæ omnia narrare debuerant filijs suis, vt memoria retinerent magnalia Dei, & signum esset in manu filiorum Israël, *per operationem* adimplendo ritus Paschales *opere*. Et זכרון *Ziccaròn*, *memoriale* inter oculos, *per inspectionem* ceremoniarum ordinatarum à Deo in celebratione Paschatis. His enim quotannis ritè celebratis, iugis memoria exitus de terra Ægypti inter Iudæos conseruabatur. Intentio igitur Mosis tota aliena est à Pittacijs istis multa post secula à Rabbinorum ingenio excogitatis, & intra Synagogam introductis.

Secundus locus pro Pittacijs Rabbinicis firmandis desumitur ex eodem cap. ver. 16.

והיה לאות על ידכה ולטוטפות בין עיניך׃

Vehaià leòth al iadechà, vltottaphòth ben enècha. Et erit in signum super manu tua, & in frontalia inter oculos tuos. Sed ex eo nihil ampliùs deducitur, quàm deductum sit ex alio loco iam allato. Vult enim Moses, vt perennis conseruetur memoria mandatorum Dei, & patres filios erudiant de beneficijs à Deo acceptis. Et illud, *Erit in signum super manu tua &c.* Moses *prouerbialiter* dicit, sicut consuetudo loquendi est; vt si quis alium roget, ne alicuius rei obliuiscatur, sed eam iugiter memoria retineat, ait: *Istud digito filio liga*; vel, *Ante oculos tuos appende*. Igitur, nimis crassè Rabbini de Thephil-

sunt, aut non debent literaliter, sed *mysticè, allegoricè*, aut *parabolicè* per *metaphoram*, vti sunt loca suprà recensita ex Exodo 13, 16. *Et erit in signum super manu tua, & in frontalia inter oculos tuos.* Indecorum enim & valdè graue, ac permolestum Iudæis fuisset perpetuò Scripturas brachio adstrictas, & inter oculos pergamenum alligatum assiduè deferre: nam Hebræi, si hoc preceptum, vt sibi persuadent, obseruare ad literam vellent, vtique iugiter Thephillin indui debuissent, שלחן ערוך *Sciulchàn arùch* num. 37. §. 2. sicut nonnullos ex sanctioribus Rabbinis antiquitùs fecisse referunt in Codice שבת *Sciabbàth* cap. 4. pag. 49. paulò ante medium, de Eliseo בעל כנפים *Aligero*, qui מניח (תפלין) ויוצא לשוק *induebat Thephillin, & exibat in plateam*, quod replicatur infra eodem Cod. cap. 19. pag. 130. circa fin.

Adde, quòd omnia loca pro stabiliendis Phylacterijs à Rabbinis adducta, non possunt trahi literaliter ad hunc sensum intentum de Pittacijs Rabbinicis.

Probatur. Primus & solemnis locus, quem adducunt Rabbini ad sua Pittacia probanda, est ille Exodi 13. v. 9.

והיה לך לאות על ידך ולזכרון בין עיניך׃

Vehaià lechà leòth al-Iadechà vlziccaròn ben enècha. Et erit tibi in signum super manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos. Sed nihil ad propositum ex hoc loco elicitur. Loquitur enim Moses ad Israëlitas, vt

Tottaphòth ſignificatio nullibi meliùs explicata habetur, quàm in ipſa Sac. Script. Duo ſunt loca in c. 13. Exodi, in quibus inculcatur memoria beneficiorum Dei populo Iudaico in exitu de Ægypto exhibitorum. Primò ver. 9. Secundò ver. 16. Verſiculo 9. hoc modo dicitur -

והית לאות על ידך ולזכרון בין ביניך ׃

Et erit in ſignum ſuper manum tuam, & in memoriam inter oculos tuos. Verſiculo 16. ita -

יהיה לאות על ידכה ולטוטפת בין עיניך ׃

Et erit in ſignum ſuper manum tuam, & in memoriam inter oculos tuos. Hanc lectionem ſequuntur verſiones Orientales, Syra -

ܘܢܗܘܐ ܠܟ ܐܬܐ ܥܠ ܐܝܕܟ ܘܕܘܟܪܢܐ
ܒܝܬ ܥܝܢܝܟ ܀

Et ſit tibi ſignum ſuper manum tuam, & recordatio inter oculos tuos. Ex vetuſto manuſcripto Codice Vaticano num. 1. pag. 3. Et idem ad literam habetur in Codice Chaldæo Neſtoriano mſc. Ibid. numero 2. pagina 56.

Idem in textu Cophto-Arabico mſc. antiquò eiuſdem Vatic. n. 7. pag. 109. vt hic -

فليكن علامةً على يديكَ وذكرًا
بين عينيك ۞

Et ſit ſignum ſuper manus tuas, & recordatio inter oculos tuos. Cùm igitur in primo loco legatur לזכרון *Lezicaron* ... phillin manus, & capitis ea intelligunt.

Sed ſi dicas: Vocabulum טוטפת *Tottaphòth*, quod legitur cap. 13. 16. Exodi, & *frontale* vnà cum nonnullis alijs vertimus, aliquid materiale, geſtabile in fronte, ſonare videtur.

Reſp. Vulgatam non habere *frontale*, ſed, *quaſi appenſum quid ob recordationem inter oculos*: quæ lectio conſonat cum Arabica ex Cod. mſc. Vaticano ſignato num. 1. pag. 124.

فليكن علامة لى على يدك ومحركا
بين عينيك ۞

Et ſit mihi ſignum ſuper manum tuam, & mobile inter oculos tuos. Voluit itaque Moſes, vt memoria Dei mandatorum, & mirabilium tamquam pendulum quid, & mobile ob oculos à Iudæis ſemper haberetur; & vt nunquam obliuione delerentur, vt aliquid fixum & firmum ante illorum oculos debuiſſe exiſtere & immobile permanere. Hinc textus Græcus habet, Καὶ ἀσάλευτον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου. *Et immobile ante oculos tuos.* Igitur vocabulum טוטפת *Tottaphòth*, *aliquid quaſi appenſum ob recordationem* beneficiorum Dei *inter oculos*, vt Vulgata; vel quid fixum, & nunquam à memoria dilapſurum, vt Septuag. volunt, ſignificat; non verò aliquid materiale fronti apponendum, quod *Frontale* nonnulli vertunt, vt & nos aliorum vſum ſequuti idem fecimus, per quod *Phylacteria*, ſeù *Thephillin* Iudæorum ſignificentur, aut additentur.

Vera autem huius vocabuli טוטפת

inter eos seruandam: sic in casu nostro.

Cùm ista duo loca Exod. 13. 16. & Deuter. 6. 8. & ibid. 11. 18. vbi vocabulum טוטפות *Tottaphòth* inuenitur, obscura sint, recurrendum est ad tertium, in quo de eadem re agatur. Tertius locus est illud Exod. 13. v. 9. supra allatus: *Et erit in signum super manum tuã* ולזכרון *& in memoriam inter oculos tuos.* Ibi de eadem re prorsùs agitur, & ijsdẽ vocabulis explicatur. Igitur sicut quatuor prima, tam in voce, quàm in significatione conueniunt, etiam quintum (& si in voce discrepet) in significatione conuenire debet. Hinc quia זכרון *Ziccaròn memoriam* significat; etiam טוטפות *Tottaphòth*, quod זכרון *Ziccaròn* correspondet *memoriam* significare debet. Maximè, quia nullum aliud verum significatum aut etymon, neque ipsi antiquiores Rabbini adinuenire potuerunt, quod quadret significationi frontis. Antiquissimus Rabbinorum est R. Akibà, & doctissimus censetur inter Hebręos Doctores. Is in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 1. pag. 4. b. longè post medium diuidit vocabulum טטפת *Tottaphòth* in duas voces, in טט *Tatt*, & in פת *Path*, easque refert ad *schedulas*, non *ad frontem*, dum dicit

טט בכתפי שתים פת באפריקי שתים :

Tatt in Catphè (significat) *duo*, *Pat in Aphrica* (significat) *duo*: quasi diceret טט *Tat* lingua *Catphè*, id Cophta, seù Ægyptiaca significat *duo*. Et פת *Path* idem *duo* significat lin-caròn *In memoriam*, vt omnes Codices linguarum Orientalium vnanimiter legunt, sequitur, quòd טוטפות *Tottaphòth* secundo loco positum, quod alijs est quid *pendulum*, alijs quid *mobile*, alijs quid *fixum*; semper intelligi debeat *ob recordationem*, vt Vulgata habet. Imò dicendum, quòd cùm vocabulum טוטפות *Tottaphòth* sit planè ignotum (etiam ipsis Rabbinis, vt statim videbimus) pro illius intelligentia recurrendum sit ad regulam traditam à R. Ismaële in principio libri ספרא *Siphrà* de שלש עשרה מדות שהתורה נדרשת *tredecim modis, quibus Lex exponitur*. Vna autem ex regulis ibidem traditis est, vt vnus Scripturæ locus ignotus per alium notum explicetur. Sic cùm v. g. Gen. dicatur, *In principio creauit Deus cælos & terram*, innui videtur cælos primò, postea terram creatam. At cùm ibid. cap. 2. 4. scriptum sit

ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים ׃

In die quo fecit Deus terram, & cælos, terram priùs, quàm cælos fuisse à Deo conditam, putare quis posset; vtriusq; loci dubietatem tolli arbitrantur, si alius ex Scriptura locus, qui priores explicet, inueniatur; & quia legitur Isai. 48. 13.

אף ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים קורא אני אליהם יעמדו יחדו ׃

Etiam manus mea fundauit terram, & dextera mea palmo mensa est cælos: Vocans ego eos, & stabunt simul. Concludunt, cælos & terram simul esse creatos, nec aliquam prioritatem

sciana. *Mensis iste vobis caput Mensium, primus vobis in Mensibus Anni*. (quod primum præceptum est Legis Mosaicæ, vt refert R. Salomon statim in ipso principio Genes. ex R. Isaac) vsque ad finem Pentateuchi. Hinc videntes Rabbini, nullum in Lege reperiri præceptum de suis Pittacijs, recursum habuerunt ad vanas hominum traditiones, de quibus nullum prorsùs vestigium in Lege habetur: sic in Cod. מנחות *Menachòth* cap. 3. pag. 35. minutiora quæ circa hæc *Thephillin* docent, omnia esse הלכה למשה מסיני *Halachà le-Moscè mi-Sinài*, *Traditiones Mosis è Monte Sinai*. Sic dicit *Râu* -

תיתורא דתפילין הלכה למשה מסיני.

Thethurrà de Thephillin Ponticulus Thephillin (id est Capsula in quatuor cellulas diuisa crasso quadrato innixa, quæque figuram ponticuli refert) *halachà le-Moscè mi-Sinai*, *Constitutio est Mosis ex* (Monte) *Sinai*. Sic dicit אביי *Auiè* מעברתא דתפלין *Maaartà de Thephillin*, *Foramen Thephillin* (per quod ligula traijcitur, vt notatur in figura num. 5.) הלכה למשה מסיני (est) *Constitutio Mosis è Monte Sinai*. Idem ibid. שין של תפלין *Scin Scel Thephillin* (litera) *Scin Thephillarum* (quæ ex lateribus ponticuli prominet.) הלכה למשה מסיני *Halachà le-Moscè mi-Sinai*, *Est traditio Mosis de Monte Sinai*. Sic etiam dicit *R. Isaach* ibid. רצועות שחורות *Retzuoòth scechoròth*, *Ligulæ nigræ* (Thephillin) הלכה למשה מסיני *Halachà le-Moscè mi-Sinài*, *Traditio est Mosis de Monte Si-*

כח

lingua Aphricana. Hinc per *duo*, & *duo*, quatuor cellulas, quibus includuntur membranulæ Phylacterij indicare vult. Sed hoc etymon falsissimum est, quia cùm sit resolutum vocabulum טוטפות *Tottaphòth* in duo diuersarum linguarum vocabula Iudæis omninò ignota; si Moses præceptum de *Thephillin* (quod sacrosanctum ab Hebræis existimatur) sub ignoto vocabulo promulgare voluisset, non intellexissent Iudæi, quid sibi præceptum fuisset, nec opere complere potuissent, & à Mose delusos esse, vt occasionem arriperet in eos sæuiendi, quod sine blasphemia in sanctissimum Prophetam & Legislatorem Mosen dici non potest. Igitur imaginarium est, quod Moses per vocabulum טוטפת *Tottaphòth* intelligere voluerit *Thephillin* Rabbinorum, aut quatuor ipsorum Cellulas; & quòd pro componendo vocabulo טוטפות *Tottaphòth* ad voces Ægyptiacas, & Aphricanas recursum habuerit. Igitur ignotum fuit antiquis Rabbinis vocabulum טוטפות *Tottaphòth*, & quicquid de *Thephillin* super eum determinarunt, somnia sunt & deliria, non præcepta à Mose tradita in Monte Sinai.

Adde, quòd præcepta à Mose populo promulgata, omnia sunt clara, & aperta, vt patet legenti à capit. 12. Exodi vet. 2. -

החדש הזה לכם ראש חדשים ראשון הוא לכם לחדשי השנה.

Hachòdesc hazè lachèm rosc chodascim, risciòn hù lachèm lechodscè ha-

lacteria sua, non *Mosis*, vt obseruauimus suprà.

Cæterùm de תפלין *Thephillin* prolixè agitur in *Ghemarà* Codice מנחות *Menachòth* cap. 3. pag. 32. 34. 35. 36. 37. & cap. 4. pag. 43. b. post med. Ex quibus locis omnes quotquot de *Thephillin* scripserunt, vti R. Moses Ægyptius, Isaac Alphesi, Ioseph Karò, Moses de Kotzi, & alij multi doctrinam suam hauserunt. Item Cod. *Berachòth* cap. 2. pag. 14. in fine, vbi dicitur, quòd qui sine Thephillin legit precem שמע ישראל *Audi Israël &c.* nedum frustra orat, sed etiam fert contra se falsum testimonium. Item Cod. *Sciabbàth* cap. 4. pag. 49. fabulosa narratio refertur, Thephillin capitis in manus R. Elisçi in alas Columbæ fuisse mutata. Item, Non inducunt Thephillin in domum Gentilis, id est rem sacram in locum immundum, *Sciabbàth* cap. 18. pag. 127. b. post medium. Et tandem in Cod. מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 9. non permittuntur scribi, nisi tantùm lingua Hebraica; & hæc de *Thephillin*. Sed vlteriùs de Deo Rabbinico progrediamur.

§. QVINTVS.

Deus Rabbinicus Pittacijs Rabbinicis ornatus, orat.

NOn orant Iudæi, nisi priùs *Thephillin* deuotè induant, quia legitur in Talmude Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 14. b. in fine -

אמר

Sinai. Igitur omnia, quæ de Thephillin tradiderunt Rabbini, ex eorum cerebro, non autem ex aliquo Dei præcepto in Lege promulgato originem habuerunt.

Tertium locum pro suis Pittacijs stabiliendis desumunt Rabbini ex v. 6. 8. & 9. cap. 6. Deuter. Ver. 6.

והיו הדברים האלה אשר אנכי מצוך היום על לבבך ׃

Et erunt verba ista, quæ ego præcipio tibi hodie super cor tuum. Et v. 8.

וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת בין עיניך ׃

Et ligabis ea in signum super manum tuam, & erunt in Tottaphòth inter oculos tuos. Etiam ex hoc loco crassè intelligunt de Thephillin manus, & capitis. Sed cùm satis superque de his actum sit, nil aliud subiungemus; solùm addemus, quòd non tantùm Iudæi hoc superstitiosum à Rabbinis sub pietatis, & religionis prætextu, excogitatum indumentum Deo imponere non dubitarunt, verùm & inter Christianos, & Catholicos viri aliàs doctrina & pietate illustres, Pittaciorum hunc vsum Pharisaicum Christò Domino etiam tribuerunt, vti Genebrar. lib. 2. Cron. pag. 219. qui vult, Dominum Christum in vltimæ Cœnæ celebratione Thephillin capitis, & brachij induisse. Sed hoc sine Saluatoris iniuria dici non potest, qui semper Pharisæorum superstitiosas ceremonias respuit & prohibuit. *Quæcumque dixerint vobis, seruate & facite; secundùm verò opera eorum nolite facere, dilatant enim phy-*

Dei Rabbinici Oratio quæ sit?

IBidem refertur, quænam sit hæc Dei Oratio, & quibus verbis concepta. Sequitur enim.

מאי מצלי אמר רב זוטרא בר טוביה אמר רב יהי רצון מלפני שיכבשו רחמי את כעסי ויגולו רחמי על מדותי ואתנה׳ עם בני במדת רחמים ואכנס להם לפנים משורת הדין ׃

תניא א״ר ישמעאל בן אלישע פעם אחר נכנסתי להקטיר קטרת לפני ולפנים וראיתי אכתריאל יה יהוה צבאות שהוא יושב על כסא רם ונשא ואמר לי ישמעאל בני ברכני אמרתי לו יהי רצון מלפניך שיכבשו רחמיך את כעסך ויגולו רחמיך על מדותיך ותתנהג עם בניך במדת הרחמים ותכנס להם לפנים משורת הדין ונענע לי ראשו ׃

(Sed) *Quid orat? Dixit Ràu Zuttrà Bar Tobiæ, dixit Ràu: Sit Voluntas coram me, quòd misericordia mea Vincat* (seù mitiget) *iram meam, & deuoluantur miserationes meæ super mores meos* (seù naturam meam) *& geram me cum filijs meis in mensura pietatis, & ingrediar eis ante mensuram iudicij* (seù Iustitiæ). Hanc precandi formulam Deus didicit à R. Ismaele, illam approbauit, & ea vtitur in suis precibus: vti legitur ibidem, & immediatè.

Tania, Est Traditio.

Dixit R. Ismaël Ben Elisai: Quodam tempore (aliquando) *ingressus sum, Vt suffirem suffitum in intimis penetralibus* (id est in Sancta Sanctorum) *& Vidi Actariel Iah Dominum exercituum sedentem super solium altum & eleuatum, & dixit mihi: Israël fili mi, benedic mihi. Dixi ei: Sit beneplacitum ante te, quòd supercent* (seù subi-

אמר ר׳ יוחנן הרוצה שיקבל עליו עול מלכות שמים שלמה יפנה ויטול ידיו ויניח תפלין ויקרא קרית שמע ויתפלל וזו היא מלכות שמים שלמה ׃

Ait R. Iochannàn: Qui Vult recipere super se iugum Regni perfectum, priùs exoneret aluum, lauet manus, & ponat Thephillin, & legat KIRIATH SCEMAA lectionem, Audi Israël &c. *& oret: & hoc est Regnum Cæli perfectum, & integrum.* Si igitur Deus Rabbinicus induit Thephillin super brachium, & super frontem, indicium est eum velle orare, & preces deuotè fundere. Concedunt hoc Rabbini Talmudistæ in Cod. *Berachòth* cap. 1. pagina 7. in ipso principio paginæ, vbi quærit R. Iochannan vnde comprobari possit Deum orare? Et affert probationem ex Sacra Scriptura, quam ne bis repetere cogamur, illius מאמר *Maamar Talmudicam narrationem* hìc transcribemus, & explicabimus.

אמר ר׳ יוחנן משום ר׳ יוסי מנין שהקב״ה מתפלל שנאמר (ישעיה נ״ו ז׳) והביאותים אל הר קדשי ושמחתים בבית תפלתי תפלתם לא נא׳ אלא תפלתי מכאן שהקב״ה מתפלל ׃

Dixit R. Iochannàn nomine R. Iosè: Vnde comprobari potest Deum orare? Quia legitur (Isai. 56. 7.) Et adducam eos ad montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ. *Non dixit* (in domo) *orationis eorum, sed orationis meæ. Hinc apparet Deum orare.*

pallio ſacro.

Sed ſi quæras, quid ſit טלית *Tallèth?*

Reſp. Quæ de טלית *Tallèth* dici poſſunt ex Rabbinorum ſententia, adducenda erunt in hac Diſſertatiuncula.

De טלית *Tallèth &* ציצת *Tzitzìth, Pallio, fimbrijs, & peniculamentis Iudæorum Diſſertatiuncula.*

Quia ſcriptum reperitur in Lege Moſaica Num. 15. 38.

(במדבר ט״ו. ל״ח:) דבר אל בני ישראל ואמרת אלהם ועשו להם ציצת על כנפי בגדיהם לדורותם ונתנו על ציצת הכנף פתיל תכלת:

(שם ל״ט:) והיה לכם לציצת וראיתם אתו וזכרתם את כל מצות יהוה ועשיתם אתם ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשר אתם זנים אחריהם:

(שם מ׳:) למען תזכרו ועשיתם את כל מצותי והייתם קדשים לאלהיכם:

(שם מ״א:) אני יהוה אלהיכם אשר הוצאתי אתכם מארץ מצרים להיות לכם לאלהים אני יהוה אלהיכם:

Loquere filijs Iſraël, & dices ad eos, vt faciant ſibi ציצת *Tzitzìth fimbriam per oras veſtimentorum ſuorum per generationes ſuas. & ponant ſuper fimbriam alæ filum hyacinthinum.*

(Ibid. v. 39.) *Et erit vobis in fimbriam, & videbitis eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini, & facietis ea, & non peruestigabitis poſt cor veſtrum: & poſt oculos veſtros; poſt quos vos fornicamini.*

(Ibid. v. 40.) *Vt recordemini, & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſan-*

ſubigant) *miſericordiæ tuæ iram tuam, & deuoluantur miſerationes tuæ ſuper mores tuos, & agas cum filijs tuis attributo miſericordiæ, & ingrediaris ante eos* (id eſt intra ipſos) *remittendo rigorem iuſtitiæ, & mouit caput ſuum mihi.* (R. Salomon: כמודה בברכתי ועונה אמן *Sicut eſt mos in benedictionibus, & reſpondit Amen.*) Vnde innuitur Deum annuiſſe capite, ſibi placere formulam orandi ſibi à R. Iſmaële oſtenſam, approbaſſe nutu, & reſpondiſſe, *Amen.* Hoc modo Rabbini Deum ſuum redigunt in claſſem & ordinem creaturarum, quæ auxilium à Deo petunt, & illum orant; eumque in duas partes diuidunt, dum ſeipſum orare faciunt, vt vnum Dei attributum alterum vincat & ſuperet. Sed cùm Hebræi orant, non ſolùm induunt Thephillin, verùm & amiciuntur pallio, quod טלית *Tallèth* vocant, ideò

Quæritur: An Deus Rabbinicus, etiam ipſe dum preces fundit, amictus ſit pallio?

Reſp. Id non ſatis exploratum eſt apud Talmudiſtas, neque in Talmude adhuc me legiſſe memini aliquid de Dei טלית *Tallèth, Pallio*; attamen quia in Cod. ראש השנה *Roſc Haſcianà* de anno nouo cap. 1. pagina 17. b. paulò poſt princ. legitur, Deum apparuiſſe Moſi amictum pallio tanquam Hebdomadarium, & illi oſtendiſſe omnes ritus Iudaicos in oratione ſeruandos, vt infra videbimus, dicendum eſt, Deum Rabbinicum, nedum orare cum Thephillin, ſed etiam cum טלית *Tallèth*

lum nominant תכלת *Thechèleth Hyacinthinum*. Quoties verò circumduci debeat huiusmodi filum, nihil ex Lege. Idem num. 2.

Duo igitur includi dicunt in hoc de *Tzitzìth* præcepto. Primò, vt fiat in angulo vestimenti surculus; & secundò, vt super huiusmodi surculum inuoluatur filum hyacinthinum. S. D. (Num. loc. cit. v. 38.) *Et facient sibi* ציצית *Tzitzìth*, *& ponant super Tzitzìth anguli* פתיל תכלת *Pethìl thechèleth filum hyacinthinum*. Idem num. 3.

3. תכלת *Thechèleth* (aiunt) non impedit לבן *Lauàn*, nec vice versa; quod si non inueniatur *Thechèleth*, fieri potest *Tzitzìth* solo לבן *Lauàn*, scilicet solo surculo albo. Itemque, si ex vtroque, *Tzitzìth* effectum fuerit, deperdito לבן *Lauano*, & remanente solo תכלת *Thechèleth*, ציצית כשר *Tzitzìth Cascèr Peniculamentum legitimum* existimant. Idem n. 4.

4. Quamuis enim vnum ex his alterum non impediat; non tamen duo præcepta censeri, quia illi antiqui Rabbini dicebant (Num. 15. 39.) והיה לכם לציצת *Et erit vobis in Tzitzìth* numero singulari: ergo vnicum est præceptum. At quatuor ציציות *Tzitziòth Peniculamenta*, se mutuò impediunt, quoniam quatuor illa sunt vnius præcepti. Et qui induit טלית *Tallèth* cum לבן *Lauàn*, aut cum תכלת *Thechèleth*, aut cum ambobus simul, iste vnicum tantùm præceptum adimplet iuxta ipsos. Ibid. num. 5.

5. Sed quomodo fiunt ציציות *Tzitziòth Peniculamenta?* Incipiunt ab

sancti Deo vestro.

(Ibid. ver. 41.) *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum. Ego Dominus Deus vester*. Et Deuteron. c. 22. v. 12.

(דברים כב׳ יב׳): גדולים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך אשר תכסה בה ׃

Funiculos facies tibi super quatuor angulis operimenti tui, quo operies te. Volunt Rabbini, vt Iudæi faciant sibi in טלית *Tallèth Pallio* ציצת *Tzitzìth, fimbriam* vestimenti, quibusdam ceremonijs, quas ex Talmude docet Rabbi Moses *Ægyptius* libro 1. היד *Haijàd, Hallachòth* ציצית *Tzitzìth*; & cum eo Ioseph Karo in שלחן ערוך *Sciulchàn arùch* in אורח חיים *O'rach chaìm* à num. 8. vsque ad numer. 24. & alij multi. Nempè

1. Surculum, quem faciunt super angulum vestimenti ex eadem specie panni, qua est vestimentum, vocant ציצית *Tzitzìth fimbriam*; ita R. Moses Ægyptius loc. cit. cap. 1. n. 1. Vocatur autem ציצית *Tzitzìth* quasi *cincinnus* ad similitudinem cincinnorum capitis, sicut dicitur Ezech. c. 8. 3. *Et tulit me* בציצת *Betzitzìth in cincinno capitis mei*. Huiusmodi surculum, seù cincinnum vocant לבן *Lauàn Album*, quia colore non inficiunt. De numero verò filorum, quibus componunt *Tzitzìth*, nihil ex Lege habetur. Idem Moses Ægyptius eod. cap. n. 1.

2. Accipiunt filum lanæ cæruleum, seù cælesti colore tinctum, & ligant in surculo prædicto. Istud fi-

tredecim per singulos angulos faciunt. Ibid. n. 8.

8. Qui autem לבן *Lauàn* siuè *fimbriam* sine hyacinthino fecerit; assumit vnum ex octo filis, & inuoluit super alia septem fila vsque ad ipsorum tertiam partem, relictis duabus alijs partibus surculi pendentibus. Quòd si is voluerit relinquere חליות *Chalaijòth membra*, vt suprà dictum est de hyacinthino, approbant quidẽ, quamuis ad id non astringant, vti est communis consuetudo. Si quis verò inuoluere voluerit sine numero חליות *Chalaijòth membrorum*, non prohibetur. Ibid. n 9.

9. Accipiendo filum album, & filum hyacinthinum, & simul contorquendo, quamuis fiat ex his filum duplatum, nihilominus permittunt; quia hoc modo contortum, pro vnico filo haberi volunt. Ibid. n. 10.

10. Fila ציצית *Tzitzìth* necesse existimant, vt intentione conficiendi *Tzitzìth* fiant. Neque ea ducunt ex lana collecta inter spinas, quibus ex ouium accubitu adhæserat: neque ex filis (seù pilis) euulsis à bestia: neque ex residuis staminis relictis à textore in extremitatibus panni: sed ex lana tonsa, aut ex lino. Prohibent etiam, ne fiant ex lana furtiua, aut ex lana Ciuitatis in errorem prolapsæ, & interdictæ, aut lana sanctificata, & ad cultum Dei destinata. Quòd si aliter quis fecerit, nihil rectum existimant factum. Idem iudiciũ ferunt de lana ouis Idololatriæ, & coram qua quis genuflecteret. Si verò aliquis coram lino plantato adora-

angulo panni in fine texturæ (per panni longitudinẽ) distans ab ea non ampliùs quàm per tres digitos, & non minùs à nodo contorto (seù peniculamento panni) & injiciunt in (illud foramen) quatuor fila, & duplicant in medio vt fiant octo fila triplicata suspensa à cornu (anguli panni) & longitudinem filorum non minorem faciunt quatuor digitis; & si longior fuerit etiam vnius cubiti, aut duorum, כשרין *Chesciarìn fila idonea* esse dicunt. Vnum autem ex istis filis debere esse hyacinthinum, reliqua septem alba. Idem num. 6.

6. Præterea accipiunt vnum ex istis filis albis, & eo inuoluunt semel reliqua fila à latere panni, illudque dimittunt. Postea accipiunt hyacinthinum, & eo bis inuoluunt ex latere fili albi retorti, & ligant, & ista tria retorta vocantur חוליא *Cholià, Articulus, Vertebra, membrum* (vulgò *imposta*). Relinquunt deinde modicum spatium, & ex hyacinthino filo tantùm conficiunt secundum חוליא *Cholià membrum*; & post aliud spatium conficiunt tertium, & sic vsque ad vltimum חוליא *Cholaià membrum*, quæ inuoluunt duobus retortis filis hyacinthinis, & vno filo retorto albo, quod erit vltimum. Quia sicut incipiunt à filo albo, ita in eodem desinunt. Incipiunt autem à filo albo, vt sit eiusdem coloris extremitas panni cum initio fimbriæ. Eundem ordinem seruant in cæteris angulis Pallij. Idem n. 7.

7. Non minùs quàm septem חליות *Chalijòth membra*, nec plura quàm

quo ea, quæ sequuntur, excerpsimus.

תכלת *Thechèleth Hyacinthinum* Scripturæ, est lanæ tinctura commixta stibio, vulgò *Tutia* similis cælo sereno. *Hyacinthinum* verò, quod dicitur in ציצת *Tzitzith fimbrijs*, necesse est vt sit ex tinctura nota, permanente in sua pulchritudine, neque aliquo modo immutetur. Quicumque verò nescit certo modo lanã inficere, quicquid ab eo aliter coloratum fuerit, erit פסול *Passul profanum*. Ita הרמב״ם *Harrambàm* ibid. n. 1.

Quæres: Quomodo pro *Tzitzith* huiusmodi tinctura fiat?

Resp. ex eodem *Rambàm*. Accipiunt lanam, & macerant in olla, & postea lauant quousque candida fiat, & ebullire faciunt smegmate, aut sapone, sicut tinctores faciunt, ad hoc vt color adhęrescat, & cõseruetur. Dein accipiunt sanguinem Cochleæ, nempè Piscis colorati marino colore, cuius sanguis vt atramentum niger est, & reperitur in mari salso, hoc est mari mortuo, palude Asphaltite. Immittunt in peluim, & cum eo permiscent colores, vti cimolium, vel quid simile iuxta artem tinctorum. Ebulliunt hęc cum lana, quousq; inficiatur colore cælesti; & tunc est תכלת ציצת *Thechèleth Tzitzith Hyacinthinum fimbriæ*. Ibid. n. 2. De quo hæc, quæ sequuntur, prònunciant.

1. Vt hæc tinctura fiat nomine *Tzitzith*, alioquin inaniter omnia peragi credunt. Idem n. 3.

2. Si quis experiri vult, an color sit perfectè elaboratus, si in ahenum, in quo est color, tantillum lanæ inijciat, rauerit, non ob id inutile reddi volunt; quia dum in vsum Peniculamenti assumitur, iam formam aliam induisse arbitrantur. Ibid. n. 11.

11. Gentilem (per quem Christianum etiam intelligunt) arcent ab opificio *Tzitzith*, quia dicunt, id prohiberi illis verbis: *Loquere ad filios Israël, Vt faciant sibi* ציצת *Tzitzith fimbrias*, per quæ excluduntur extranei. Hebræus autem, etiamsi absq; intentione operetur circa *Tzitzith*, nihilominus illud idoneum esse iudicant: quia (aiunt) quæ præcipiuntur, facienda sunt quocumque modo. Reijciunt tamen *Tzitzith fimbriã* factã ex alia olim facta. Quomodo hoc intelligi debet? Vt si quis amputet angulum Pallij vbi est *Tzitzith*, & alteri assuat, quamuis fuerit vnius cubiti tam in longitudine, quàm in latitudine, profanum esse volunt. Putant tamen licere ipsum *Tzitzith* ab angulo Pallij amouerę, & in aliud Pallium transferre, quia dum alteri Pallio aptatur, effici dicitur. Ibid. n. 12. & 13.

Alia nonnulla minutiora quidem, sed non sine superstitione, inquirunt, & resoluunt circa ציצת *Tzitzith*, quæ ne tædium generent Lectori, consultò relinquimus. Inquiremus autem quid dicant Rabbini.

De תכלת *Thechèleth Hyacinthino filo Scripturæ.*

De eo tractat R. Moses Ægyptius eodem loco cap. 2. ex

Si autem colorem mutauerit, seù caligauerit, tunc accipiunt massam hordeaceam, & in ea putrescere faciunt pulmentum triticeum, & in illius medio Hyacinthinum corrugatum recondunt, massamque in furno coquunt: extrahunt postea placentam coctam, & inspiciunt Hyacinthinum. Quòd si inuenerint corrugatum, & caligans vt antea, omninò reijciunt. Sed si color ipsius ad nigredinem declinauerit, etiam, plusquam antea, idoneum decernunt. Ibid. num. 5.

5. A Mercatoribus, qui vendunt Hyacinthinum, & sunt in possessione bonæ famæ, accipiunt absolutè sine aliquo examine; nam isti sunt in possessione vendendi Hyacinthinum legitimum, & non adulterinum, ideò conseruandi in bona opinione, quousque in suspicionem fraudis deueniant. Si quis autem apud Christianum *Thecheleth Hyacinthinum* deposuerit, illud reddi profanum volunt: suspicari enim (inquiunt) possumus, quod mutauerit in aliud ineptum. Si verò duobus sigillis, duobus loculis distinctis, vno intra alium, inclusum & sigillatum fuerit, permittunt; non autem vnico tantùm sigillo obsignatum. Ibidem num. 6.

6. *Thecheleth Hyacinthinum* inuentum in platea, quamuis fila discissa sint, aut contorta פסולה *Pessullà profanum* iudicant. Recipiens Pallium cum fimbrijs inuentum in foro à Iudæo, bona fide retinet; à Christiano Mercatore, etiam כשרה *Chesciarà Idoneum* & legitimum existimat; ab Idio-

ciat, & illam extrahat colore infectam, totum ahenum reddi volunt inutile. Quomodo igitur fieri debet experimentum circa colorem, & cognosci, vtrum sit perfectus, nec ne? Extrahenda est parua quantitas coloris ex aheno, & infundenda in aliud paruum vas; inijciatur deinde aliquantulum lanę in prænotatum vasculum, illaque colore inficiatur, & experimentum fiat; postea igne comburatur, & effundatur quod reliquum est in vasculo; quia censetur color profanus. Colorem verò in aheno relictum idoneum existimant, & eo vti licitè permittunt. Ibid. n. 3.

3. Non accipiunt *Thecheleth Hyacinthinum* nisi à viris probis, & Iudaica superstitione excellentibus; alioquin dubitari posset de fide Artificis, an ipse sine mentis applicatione ad præceptum, Hyacinthino colore lanam infecerit. Et quamuis à viris fide dignis receperint, si tamen in probatione aut experimento cognitũ fuerit, fuisse compositum & tinctum, veluti cæteri colores efficiuntur, & priorem pulchritudinem non retinent, reijciunt. Ibid. n. 4.

4. Sed quomodo instituunt experimentum, & probant Hyacinthinum ritè fuisse colore infectum? Accipiunt stramen, spumam Limacis, & vrinam quadragenariam, hoc est per spatium quadraginta dierum reseruatam; in eam proijciunt *Thecheleth Hyacinthinum*, & macerant per diem naturalem. Si post spatium 24. horarum color steterit, & non caligauerit, Hyacinthinum optimum erit.

angulorum esse requirunt, ea amplitudine, vt caput, & maior pars corporis adolescentis tegi possit, *Harrâbàm Hallachòth Tzitzith* cap. 3. num. 1. quod intelligendum putant de טלית גדול *Tallèth Ghadòl Pallio magno*, quo tantùm vtuntur domi, & in Synagoga. De alio minori, quòd vocant טלית קטן *Tallèth kattàn Pallium minus*, & eo iugiter amiciuntur, sufficere aiunt, vt sit palliolum breue bipartitum in superiori parte apertum, seù amplum foramen habens, per quod iniecto capite, altera pars à pectore, alia à tergo ad modum scapularis Monachorum, descendat, vel vsque ad vmbilicum, vel ad summum vsque ad femora. Nec circa vtrumque aliam prolixiorem mensuram quærunt. Volunt tamen, vt tam magnum, quàm paruum palliolum, sit vel laneum, vel lineum. Idem *Harrambàm* ibidem eodem n. 1.

2. Pallia, quæ fiunt ex alijs rebus dissimilibus à lana & lino, vti ex Bombycino, vel Serico, Gossypio, Cameloto, aut ex lana Leporina, vel etiam ex lanugine Caprarum, non teneri, docent, præcepto fimbriarum ex Lege, sed tantùm ex Constitutione Rabbinica; vt sic, admoniti sint ad obseruantiam fimbriarum Legis: nam vestimenta de quibus fit mentio in Lege, absolutè dicunt, non esse, nisi tantùm laneas, vel lineas. Idem num. 2.

3. In illud Deuteronom. 29. 1. על ארבע כנפות כסותך *Super quatuor angulis operimenti tui*, hoc modo disserunt: *Super quatuor* dicitur, non *super*

Idiota פסולה *Pessulla illegitimum* facit. Ibidem num. 7.

7. טלית *Tallèth Pallio*, rubei, viridis, lutei, aut alterius coloris non annectunt fila alba, sed illius coloris cuius est Pallium, rubeo rubra, viridi viridia. Pallio verò toti Hyacinthino, aut cæruleo, non annectunt fila Hyacinthina, sed alterius coloris, excepto nigro, quia iste aliqualem similitudinem habet cum Hyacinthino: & super quodlibet *Tzitzith* inuoluunt filum Hyacinthinum, secundùm quod iam explicatum fuit in alijs ציצית *Tzitziòth Surculis* non coloratis. Ibid. n. 8.

8. Maius piaculum committere se existimant, non obseruando præceptum de לבן *Lauàn Surculo albo*, quam de תכלת *Thechèleth Hyacinthino*: quandoquidem לבן *Lauàn* semper & vbique inuenitur; non sic verò תכלת *Thechèleth Hyacinthinum* propter carentiam Pisciculi colorati suprà descripti. Ibid. n. 9.

De eodem טלית *Tallèth seù* כסות *Chessùth Pallio, Tegumento, siuè Vestimento, cui* ציצת *Tzitzith Peniculamentum annectunt; quædam ex* חרמבם *Harrambàm excerpta.*

PAllium, cui ex præscripto Legis annectendas esse fimbrias existimant, quatuor, vel plurium

Pallium ipsum coriaceum absoluitur à *Tzitzìth*, quia solum lanea & linea obligantur, vt dictum est. Ibidem num. 4.

5. Si duorum sociorum Pallium fuerit, illud obligant ad *Tzitzìth*, quia scriptum legunt על כנפי בגדיהם *Super angulos Vestimentorum eorum*, & non כסותך *Vestimenti tui*. Verùmtamen Pallium, quod per modicum tempus socio commodatur, immune volunt esse à præcepto *Tzitzìth*: triginta dierum spatium ipsis est modicum: vltra istud tempus subijciunt præcepto Peniculamentorum. Eodem numero 4.

6. Vestimento laneo faciunt לבן *Lauàn Surculum* laneum; & vestimento lineo, faciunt lineum. Cæteris verò aliarum specierum vestimentis, faciunt לבן *Lauàn Surculum* eiusdem speciei, cuius est pannus cui annectendus est: verbi gratia, Vestimento serico faciunt fimbriam sericam, xylonico xylonicam &c. huiusmodi autem, & alijs similibus vestimentis appendere ציצית *Tzitziòth fimbrias* laneas, aut lineas, arbitrio cuiusque relinquunt. Id. n. 5.

7. Quomodo possunt fieri fila lanea in Pallio lineo, vel fila linea in Pallio laneo, cùm ex iure שעטנז *Sciaattnètz Heterogeneorum* vetitum sit, lanam & linum simul commisceri? Leuit. 19. 19. Hyacinthinum autem filum est laneum, & surculus est lineus.

Respondent: In hoc fimbriarum opificio dispensatum esse super diuersarum specierum textura, si fore con-*super tria*, ergo sicut non licet annectere *Tzitzìth* super vestem triangularem, etiam non licebit illud annectere super vestem pentagonam, aut hexagonam. Sed S. D. ibidem אשר תכסה בה *Quo operies te eo*, vt includat vestem quinque, aut plurium angulorum. Cur igitur obligant vestem pentagonam, scilicet volunt, vt vestimento quinque angulorum fiat ציצית *Tzitzìth Peniculamentum*, & vestimentum trium angulorum absoluunt, id est non requirunt in eo *Tzitzìth*? Nonne vtrumque vestimentum recedit à quadrangulari, cùm vnum excedat, & aliud non pertingat ad quatuor angulos requisitos? Respondent: Vestimentum quinque vel plurium angulorum includere in se quadrangulare, quod non contingit in triangulari; idcircò, quando fiunt *Tzitziòth Peniculamenta* in vestimento, seù Pallio quinque vel plurium angulorum, annectuntur surculi 4. angulis remotioribus. Et sic adimpletum esse volunt, quod Deuteron. loco citato dicitur: *Super quatuor angulis operimenti tui*. Includuntur enim cæteri anguli intermedij sub illis quatuor insignioribus, & remotioribus. Ibid. n. 3.

4. Pallium ex panno siuè laneo, siuè lineo, si angulos coriaceos habeat, teneri volunt præcepto *Tzitzìth*. E contra; Pallium coriaceum angulos habens laneos, aut lineos, absoluunt ab hoc præcepto *Tzitzìth*, quia inhærent voci כסות *Chessùth Tegumenti*; Pallij enim coriacei anguli, non possunt dici, *Tegumentum*. Et

fit benedictio. Quandonam igitur fieri debet benedictio super *Tzitzìth* in Aurora? Quando distinguitur inter תכלת *Thechèleth* & לבן *Lauàn*, quæ sunt in eo: Hoc est, quando Aurora ita albescit, vt in fimbria vestimenti, hyacinthinus color ab albo distingui possit. Ibid. n. 8.

Cùm induunt vestimentum cum Peniculamento, benedicunt communi & vsitata formula באי אמה אקבו cui addunt להתעטף בציצת *Leithattèph betzitzìth Vt amiciamur Tzitzìth*. Si autem cupias abbreuiaturas præpositas explicatas habere: en habe -

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצוותיו וצונו׃

Benedictus tu Domine Deus noster, qui sanctificasti nos præceptis tuis, & præcepisti nobis, vt &c. Eodem numero 8.

10. Quotiescumque per diem amiciuntur *Tzitzìth*, semper præmittunt benedictionem: non tamen benedicunt post constructionem *Tzitzìth*, quia finem huius præcepti esse dicunt, vt eo vestiatur. Ibidem eodem num. 8.

11. In latrinam, & in lauacrum ingredi permittunt cum Peniculamentis. Ibid n. 9.

12. Disrumpuntur fila לבן *Lauàn fimbriæ*, aut filum hyacinthinum, proijciunt illa in sterquilinium, quia in se nullam sanctitatem habent. Ibidem.

13. Prohibent, ne Pallium cum fimbrijs vendatur Christiano. Quòd si vendere voluerit, volunt priùs ab

contingeret fimbriam cum filo hyacinthino: si autem surculus sit faciendus sine hyacinthino, obseruandum esse præceptum affirmatiuum de fimbria, & negatiuum de heterogeneis: nam regulam Talmudicam tradunt ex Cod. מנחות *Menachòth* capite 40. pag. 40.

כל מקום שאתה מוצא עשה ולא תעשה אם אתה יכול לקיים את שניהם מוטב ואם לאו יבוא עשה וידחה לא תעשה׃

Quotiescumque inueneris præceptum affirmatiuum, & negatiuum; si potueris vtrumque obseruare, optimum erit; sin minùs, veniat affirmatiuum, & impellet negatiuũ. In hoc casu vtrumque obseruari posse asserunt. Ibidem num. 6.

8. Pallium lineum sine Hyacinthino permittunt; & illi adiungunt fila linea; non quòd *Tzitzìth* impellatur propter heterogeneum; sed quia ita decreuerunt Sapientes, nè fortè illud amiciatur per noctem, tempus non congruum pro *Tzitzìth*; & transgrediatur præceptum affirmatiuum tempore, quo non inuenitur præceptum affirmatiuum, quia obligatio fimbriarum est tantùm per diem, & non noctu. S. D. *Et videbitis illud*, ea hora videlicet, qua conspici potest. Cœcum autem teneri ad præceptum *Tzitzìth* volunt, quia quamuis ille alios non videat, videtur tamen ab alijs. Idem n. 7.

9. Licitum esse dicunt, nocte indui ציצת *Tzitzìth* tam in feriatis, quàm in Sabbatho, quamuis non sit hoc opportunum tempus, quia in eo non

ri, necesse est, vt illud induat cum peniculamentis; itaque vult, priùs aptanda esse peniculamenta Pallio, postea induendum. Si autem contrarium fecisse deprehendatur, putà priùs induisse Pallium sine fimbrijs, postea eas illi annexuisse, reum delicti faciunt, quia præceptum affirmatiuum irritum fecisse aiunt. Ibidem num. 10.

18. Huiusmodi vestimenta, quæ apta sunt pro *Tzitzith peniculamentis* seù *fimbrijs*, volunt, posse in loco separato complicata sine peniculamentis asseruari: quia dicunt, hoc præceptum de *Tzitzith* non esse datum Pallio, sed homini volenti tali Pallio superuestiri. Ibid. eod. n. 10.

19. Quamuis non teneatur homo sibi comparare vestimentum habens requisita pro ציצת *Tzitzith fimbrijs*, attamen (inquiunt) non debet vir probus seipsum ab hoc præcepto fimbriarum eximere: sed potiùs iugiter eo vestimento præcepti vti, præcipuè tempore precũ, vt hac via preceptum de fimbrijs firmetur. Alioquin turpe admodum esse censerent sapienti, & docto viro, sine huiusmodi peniculamentis orare. Idem numero 11.

20. Ideò monitum esse volunt hominem Iudæum de obseruantia huius præcepti ציצת *Tzitzith fimbriarum*: quia tanti ponderis illud esse dicunt, quanti ponderis sunt cætera omnia præcepta Legis; quandoquidem, ea simul in hoc vnico contineantur vnita. Quod constare existimant ex illis verbis -

eo fimbrias auferri. Id se facere dicunt, non quòd in seipsis fimbriæ aliquam sanctitatem habeant; sed quia potest fieri, vt Christianus eo vtatur cum ijsdem fimbrijs; eo enim casu, si Iudæus illi associaretur; credens eum esse Iudæum, quia Iudaico habitu vidit indutum, fortassis posset esse in causa, vt Iudæus in via à Christiano occidatur. Ibid.

14. Mulieres, & serui, & etiam paruuli liberi sunt à præcepto *Tzitzith*, ex Lege. Ex Constitutionibus tamen Scribarum habetur, omnem paruulum, qui *Tzitzith* indui scit, teneri ad hoc præceptum; vt sic in præceptis Iudaicis initietur. Ibid.

15. Si autem mulieres, & serui *Tzitzith* amiciri voluerint, non prohibentur à Rabbinis, sed absq; benedictione id facere debent. Et vniuersaliter; Quotiescumque occurrit præceptum, circa quod non obligantur mulieres, si illud exequi voluerint, permittitur, sed absque benedictione. Eodem num. 9.

16. Occlusus, id est qui genitalia in ventre occlusa habet, nec discerni potest, an mas, an fœmina sit; sicut & Androgynus, qui de vtroque sexu participat, vtrùm ad præceptum de *Tzitzith* teneatur, ambiguum esse dicunt; ideò si illo indui voluerit, permittunt, sed sine præuia benedictione. Eodem n. 9.

17. De modo autem, quo ad huiusmodi præceptum teneantur Iudæi, dicit idem *Harrambàm*. Quoties si voluerit Iudęus indui vestimento ארבע כנפות *Arbaa chenaphòth, quadrangula-*

tzith mutatur in hanc המחמא nullius significationis. Attamen hæ literæ, si vt numerales sumantur, eundem valorem habere inueniantur, quem habent literæ nominis כסאי *Chissi*, & eundem numerum efficient: nam sicut המחמא numerat 91. ita & כסאי;

Quin & idem *Baal Turrim* ait

צִיצִ״ת בגימטריא צדקו״ת ובגימטריא נשרים לומר מי שהוא זהיר במצות ציצית זוכה ורואת פני שכינה דכתיב. (תהלים י״ז: ט״ו:) אני בצדק אחזה פניך וזוכה למה שנאמר (שמות י״ט: ד׳:) ונשא אתכם על כנפי נשרים וראיתם בגימטריא ציצית כיום;

ציצית *Tzitzith per Ghematrià* (id est per numericum valorem importat) צדקות *Tzedakòth Iustitias* (quia vtraque vox numerat 600.) *sicut eundem numerum constituit* נשרים *Nesciarim* (*Aquilarum*) *dicto*. *Vult dicere, quòd qui solicitus est in præcepto Tzitzith, redditur dignus vt videat faciem Diuinitatis*. *S. D.* (Psal. 17 v. 15.) Ego in Iustitia videbo facies tuas. *Et dignus fit illo dicto* (Exod. 19 v. 4.) Et eleuaui vos super alas Aquilarum, וראיתם *vidistis*. *Ibidem numerat* ציצית ביום 648.

Isti sunt lusus Cabalici, & conceptus lasciuientis Iudæi intellectus, qui nihil solidè demonstrant, sed secundùm volubilem Iudæorum voluntatem ad has *Rabbinicas ceremonias* sectandas, illã mouere & allicere student. Adde, quòd de suo addit *Baal Turrim* literam ו dictioni ראיתם cùm in cap. 19. 4. Exodi non inueniatur; & quamuis ei addatur, nihilominùs non constituit numerum

Eeee 648.

וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה:

Et videbitis illud, & recordabimini omnium præceptorum Domini. Idem num. 12. Et hæc ex *Mose Bar Maijmòn*, qui omnia compilauit in Talmude, præsertim ex Cod. מנחות *Menachòth* cap. 4.

Baal Turrim ad hunc locum Numer. 15. 39. per viam Cabalisticam intendit probare, omnia Legis præcepta in vnico de Feniculamentis præcepto includi. Receptissima est apud Iudæos sententia, præcepta omnia Legis Mosaicæ numero esse 613. quorum symbolum assignant תרי״ג *Tarriàgh*, hunc eundem numerum effici, literis numeralibus, vocis ציצית *Tzitzith*, si adiungas his 8. fila; & 5. nodos. Ita *Baal Turrim*; Et probatur: ציצית *Tzitzith* עולה ת״ר numerat 600. ח׳ חוטין 8. *fila*; ה׳ קשרי & 5. *Kesciarim nodi*; simul omnia efficiunt תרי״ג 613. Vide סמ״ג *Samàgh* in *Præcepto affirmatiuo* n. 26. pag. 109. col. 2. circa finem. Sed hæc est probatio voluntaria nihil concludens, quia nodorum numerus non restringitur ad quinque, quin extendi non possit ad maiorem numerum.

Eadem arte alia mysteria idem *Baal Turrim* eruere conatur ex eadem voce ציצית *Tzitzith*. Sic per Alphabetum א״ת ב״ש *Eth Basc*, de quo suprà ad pag. 247. & per גמטריא *Ghematriam* numeratione efficit vt significet כסאי *Chissi Solium meũ*, per quod intelligit solium Dei. Hoc autẽ modo probat: צ mutatur in ה, י in מ. Iterum צ in ה, & י in מ. Denique ת in א. Atq; ita hæc vox ציצית *Tzi-*

למזוג כוס לרבו ושפך לו קיתון על פניו ׃

Per septem dies constituit homo tabernaculum suum fixum, *&* (illud) *domum suam facit accidentalem*. *Descendunt pluuiæ; quandonã igitur licitũ erit ab eo declinare* (totaliter illud relinquere ?) *Eo scilicet tempore*, *quo redundat inundatio*. *Proponitur similitudo*; *Cui hæc res similis est* ? *Seruo*, *qui venit*, *vt infundat vinum Calici Domino suo*, *qui effundit illud ex Cyatho coram eo*. Si Dominus Vinum effundit,ergo manifestũ est eum nolle ampliùs bibere. Eodem modo ratiocinandum est in hoc loco: Si Deus iubet, vt filum seù vittam hyacinthinam in fimbrijs ponant, debet etiam colorem istum hyacinthinum reddere possibilem, vt de facto, per tot annorum spatia iam fecerat; post desolatum Templum abstulit, ideòque impossibile reddit præceptum de colore hyacinthino. Ergo non ampliùs illud vult. Hinc sequitur præcepta ceremonialia non esse perpetua, sed ad tempus, & post aduentum Messiæ debuisse cessare, quia dicit Ieremias cap. 31, 31. Venient dies, quibus pactum nouum feriet Deus cum Israëlitis & Iudæis, quod adimpletum est per Legem nouam promulgatam in aduentu Domini Iesu Christi veri Iudæorum Messiæ. Ergo de medio omninò sublatum est præceptum de fimbrijs Iudaicis.

Dices: Quamuis fimbrias ex hyacinthino stamine hêre hodie impossibile sit propter carentiam Cochleę marinę, seù pisciculi *Chalazòn* coloris cęrulei, qui tantùm in salso, seù mari mortuo re-

648. vt constituunt voces ציצת ביום, vt numeranti patet.

Dixi (Rabbinicas ceremonias) quia *Præceptum de fimbrijs in Lege promulgatum iam diù* (Deo sic volente) *cessauit*. Ergo quicquid hodie de huiusmodi præcepto Rabbini constituunt, omnia ex proprio cerebro conficta sunt, non autem à Deo ordinata.

Probatur propositio. Quia Deus hoc suum præceptũ de *fimbrijs* omninò reddidit impossibile ad exequendum. Ergo cessauit, & Deus ampliùs illud non vult.

Probatur Antecedens ex libro Numer. 15. 37. *Loquere filijs Israël*, *&* *dices ad eos*, *vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas &c.* Sed color hyacinthinus iam ampliùs non inuenitur, vt fatentur omnes Rabbini cum Mose Ægyptio *Hallachòth Tzitzìth* c. 2. n. 9. Ergo. Quòd verò præceptú, quod impossibile est, vt exequutioni mandetur, omninò tolli necesse sit, probatur auctoritate irrefragabili ex משנה *Miscnà* מסכת סוכה *Massècheth Succà*, Cod. *De Tabernaculis*, cap. 2. n. 9. vbi liberatur homo à præcepto commorandi in Tabernaculo, si infra hebdomadam solemnitatis, pluuiæ descendant. Cùm enim Deus per pluuias reddat inutile Tabernaculũ pro habitatione, signũ est, eum nolle ampliùs obseruantiam illius præcepti. Verba Miscnæ sunt.

כל ז׳ ימים אדם עושה סוכתו קבע וביתו עראי ירדו גשמים מאימתי מותר לפנות משתסרח המקפה משלו משל למה הדבר דומה לעבד שבא

qua narratur, Diabolum nomine בן תמליון *Ben Thamaliòn* fuisse Iudęis, vt iterum eis permitteretur obseruatio Sabbathi, & Circumcisionis, cùm aliàs per aduentum Messiæ sublata fuissent ceremonialia Legis; & ex decreto etiam Imperiali omninò abrogata. Hæc innouatio ceremoniarum Iudaicarum facta est Dæmonis auxilio & patrocinio, vt ipsi Iudæi fatentur. Ergo ceremoniæ, quas hodie Iudæi habent, & obseruant, potissimùm de Sabbatho, Circumcisione &c. non à Deo sunt, sed à Diabolo. Neque blasphemum erit dicere ceremonias Rabbinorum Talmudistarum, & aliorum, qui Talmudem sectantur, esse ceremonias Diaboli, & Diaboli inuentione introductas; quia ipsimet Rabbini, loco cit. de his, ita referunt.

פעם אחת גזרה שמד מלכות הרשעה שלא ישמרו את השבת ושלא ימולו את בניהם ושיבעלו את נדות הלך רבי ראובן בן איסטרובלי וסיפר קומי והלך וישב עמהם אמר להם מי שיש לו אויב יעני או יעשיר אמרו לו יעני אם כן לא יעשו מלאכה בשבת כדי שיענו אמרו טבית אמר ליבטל ובטלוה חזר ואמר להם מי שיש לו אויב יכחיש או יבריא אמרו לו יכחיש אמר להם אם כן ימולו בניהם לשמנת ימים ויכחישו אמרו טבית א' ובטלוה חזר ואמר להם מי שיש לו אויב ירבה או יתמעט אמרו לו יתמעט אם כן לא יבעלו נדות אמרו טבית א' ובטלוה הכירו בו שהוא יהודי החזירום אמרו מי ילך ויבטל הגזירות ילך רבי שמעון בן יוחאי שהוא מלומד בנסים ואחריו מי ילך רבי אליעזר בר ר' יוסי אמר ליה רבי יוסי ואליו היה אבא חלפתא קיים יכולין אתם לומר לו תן בנך להריגה אמר להם ר' שמעון אילו היה יוחאי אבא קיים יכולין אתם לומר לו תן בנך להריגה אמר להו ר' יוסי

אנא

reperiri dicitur, vbi expiscari non potest; sed loco hyacinthini coloris substituunt album, ex quo *furculum*, seu *flocculum Tzitzith* exponunt: hic enim faciliter inuenitur semper, & vbique habetur; & sic præceptum de fimbrijs faciendis, optimè à Iudæis obseruatur.

Resp. Legem Mosaicam non præcipere, vt fiant fimbriæ albæ, vel nigræ, vel etiam alterius coloris, sed absolutè vt fiat ציצת *Tzitzith fimbria*, seu *peniculamentum* in alis vestimentorum, & super huiusmodi *Tzitzith* ponant פתיל תכלת *Pethil Techeleth filum hyacinthinum*, sed hoc est impossibile vt inueniatur, quia in mari salso, vbi dicũt reperiri חלזון *Chalazòn*, expiscari non potest; quia mare salsũ, cùm sit bituminosum, nauigia excurrere per illud non valent. Immò addunt oẽs Auctores, qui de eo agunt, quòd in eo Pisces non sint, nec quicquam viuum in eo reperiatur; vnde cùm Iordanis aquæ in illud influant, & Pisces cum illis, statim ac ingressi sunt in illud mare seu lacum, emoriantur; quare Mare Mortuum communiter dicitur. Vide quid de eo dicant Auctores Iosephus, Plinius, & ex recentioribus Borchardus, Adrichomius, & alij.

Hinc patet, Præcepta, quæ hodie obseruantur ab Hebræis, non sunt Mosaica, sed Rabbinorum, & hominum impiorum; imò ipsius Diaboli. Haud mentiri me finunt ipsi Rabbini. Notissima est historia illa Talmudica relata in Cod. מעילה *Meilla* cap. 4. pag. 17. b. circa principium,

אנא אזלין דילמא עניש ליה ר' שמעון דקא מסתפינא קביל עליה דלא ליענשיה אע"ה ענשית כשהיו מהלכין בדרך נשאלה שאלה וכו' ׃ יצא לקראתו בן תמליון רצונכם אבא עמכם בכה רש"י ואמר מה שפחה של בית אבא נזדמן לה מלאך ג' פעמים ואני לא פעם א' ׃ יבא הנס מכל מקום קדים הוא על בברתיה דקיסר כי מטא התם א' בן תמליון צא בן תמליון וכיון דקרו ליה נפק אזל אמר לחון שאילו כל מה דאית לכון למישאל ועיילינהו לגניזא לשקול כל דבעו אשכחו התהוא איגרתא שקלוה וקרעוה ׃

Quodam tempore decreuit Regnum nequam (Imperium Romanum) ne (Israëlitæ) seruarent Sabbathum, & ne circumciderent filios suos, & nerem haberent cum menstruatis. Abijt R. Ruben Ben Istrobili, & rasit comam, (Rascì -

וסיפר קומי שגליה השער שעל מצחו והניח השער של אחריו כעין בלורית שהגוים עושין כדי שלא יכירוהו שהוא יהודי ׃

Totondit comam, quia rasit capillum, qui erat illi ad frontem, & dimisit capillum post occiput instar בלורית Balloriih cæsariei, quam Gentiles gerebant, ne scilicet agnosceretur, quòd esset Iudæus.) & abijt; & sedit cum eis (scilicet in Senatu) Dixit eis: Qui habet inimicum, depauperat, an ditat? Dixerunt: Depauperat. Si sic; non faciant ergo (Iudæi) opus in Sabbatho, vt fiant inopes. Dixerunt: Benè dixisti. Dixit ille: Abrogetur. Et abrogarunt (sententiam). Redijt iterum, & dixit; Qui habet inimicum, emaciat ne, an robustum facit? Dixerunt: Emaciat. Dixit eis: Ergo circumcidant filios suos octauo die, & debiles reddentur. Dixerunt: Benè dixisti. Dixit: (Abrogetur.) Et abro-

garunt (decretum). Tertiò redijt, & dixit eis: Qui habet inimicum, vult ne, vt multiplicetur, an imminuatur? Dixerunt: Vt imminuatur. Igitur non ineant menstruatas. Dixerunt: Benè dixisti. Dixit: (Abrogetur.) Et abrogarunt (sententiam). Deinde agnouerunt illum fuisse Iudæum, & iterum (decreta) restituerunt. Dixerunt (Iudæi) Quis ibit, & abrogabit sententias? Vadat R. Simeon Ben Iochài, qui frequens est in miraculis, & post eum quis ibit? R. Eliezer Ben R. Iosè. Dixit eis R. Iosè: Si fuisset viuens Pater meus Chalpatà (Rascì: Iste est Chalpatà Pater R. Iosè) potuissetis ne dicere ei: Da filium tuum, vt occidatur? Dixit etiam R. Simeon Ben Iochài: Si fuisset Iochài Pater meus viuus, potuissetis ne dicere ei: Da filium tuum morti? Dixit eis R. Iosè: Ego ibo, fortasse puniet eum R. Simeon, quia vereor. Recepit super se, quòd non puniret eum. Puniuit eum. (R. Salomon: Timeo, ne Ben Iochài puniat filium meum, hac in re, ego magis eum timeo, quàm hostes; quia timeo ne fortè irascatur contra eum aliqua de causa, & animaduertat grauiter in eum. Recepit super eum R. Simeon Ben Iochài, quòd non puniret illum; & nihilominùs puniuit sicut legitur infrà, אל יחזור הבן וכו' Non redeat filius &c.) Dum pergerent in via, incidit quæstio ista coram eis &c. Vnde est, quòd sanguis reptilis sit immundus? &c. (quæstio, quia nihil facit ad rem, ideò relinquitur.) Sequitur: Exijt in occursum eius Ben Thamaliòn (Rascì: Ben Thamaliòn שד שקורין נוטין

est

Dei Legem recepturi erant per manus Mosis, persuasit,vt Vitulum conflatilem efficerent,& adorarent, tamquam Deum, qui eos eduxisset de Terra Ægypti; & vt faciliùs ad Idololatriam compelleret Israëlem, Mosen in monte esse mortuum, eiusq; feretri similitudinem toti populo in aëre conspiciendum obtulit, vt legitur in *Ghemarà* Cod. שבת *Sciabbath* cap 9. pag. 89. circa finem. Nunc quia Moses mortuus est, hoc est illius Lex ceremonialis mortua est, Sathan persuadet Iudæis, eam esse viuam, & superstitiosissimè debere obseruari. Nonne superstitiosum est, breue Palliolum in angulis, flocculis ornatum, sub Centone circumferre; ita vt ציצית *Tzitziòth flocculi* aliquantisper extra brachas appareant, quò eos iugiter intueri possint? Vbi locorũ in Scriptura hoc legitur, ostendant. At dicent: Leguntur hæc apud Rabbinos. Et hoc est, quod regero; Iudæos Rabbinicam, non Mosaicam Legem habere, & obseruare.

Nonne superstitiosum est, mirum illud artificium, quod in compositione Peniculamentorum obseruant, & docent? In Scriptura quidem legitur Num. 15. Iudæos antiquos, debuisse sibi facere ציצת *Tzitzith fimbriam* על כנפי *super oras* vestimentorum, hoc est per circuitum vestimenti, & in extrema parte, vbi panni Peniculamentum relinquitur, seù super illud, quod post texturam suspensum in panno remanet, quæ fimbriæ vocantur, inter quas vittam hyacinthinam

est Diabolus vocatus אמלטיון.) *Vultis ne, vt vobiscum veniam? Fleuit R. Simeon, & dixit: Quid? Ancillæ domus patris mei* (Rasci: *Id est Agàr*) *associabatur Angelus tribus vicibus, & mihi nec semel? Veniat Miraculum vndecumque* (id est, siuè ex parte Dei, siuè ex parte Diaboli.) *Iuit* (Dæmon) *ante eos ingreditur ad filiã Cæsaris* (Rascì: *ad filiam Cæsaris*. *Hæc verò tamquam amens*

היתה צועקת ואומרת הביאו לי את רבי שמעון בן יוחאי׃

clamabat: Adducite mihi R. Simeon Ben Iochài.) *Quando peruenerunt* (R. Simeon & socius) *dixerunt: O Ben Thamaliòn, egredere Ben Thamaliòn. Cùm audiuisset* (Diabolus) *inuocare nomen suum, statim egressus est. Abijt* (Dæmon) *dixitque eis* (Cæsar) *Petite quicquid vultis: introduxit eos in thesaurum, vt acciperent quòd libuissent. Inuenerunt exemplar decreti* (promulgati contra Sabbathum, Circumcisionem &c.) *sustulerunt, & lacerauerunt.* Ergo ex Rabbinorum testimonio, quies Sabbathina, ritus abradendi præputium, & cæteræ ceremoniæ Rabbinicæ, quas hodie Iudæi obseruant, Diaboli auxilio, in Synagoga restauratæ sunt. Vnde meritò, præsens Iudaica Synagoga, cum Ioanne Apostolo in Apocal. c. 2. 9. *Synagoga Sathanæ*, nuncupanda erit. שטן *Sathàn* enim cùm semper aduersetur Deo, & homini, vt nomen ipsius indicat, nunquam desistit aduersari Iudæis, falsa pro veris, & vera pro falsis proponendo. Quando in monte Sinai,

cultum refert de Hæmorroissa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, & quæ fimbriam vestimenti eius tetigerat, & statim sanitati fuit restituta. Neque hanc obseruantiam reprehendit Christus in Pharisæis, sed tantùm cultum alienum ab institutione Legis, improbat: nam Lex non sine mysterio, fimbrias fieri præcepit, vt videlicet Israëlitæ, qui per Circumcisionem à reliquis Nationibus distincti erant in carne; etiam per hasce fimbrias à cæteris non Iudæis distinguerentur in vestimento; ac primo intuitu, dignoscerentur esse fideles. His fimbrijs agnitus fuit Christus à Samaritana, & ex externo habitu, cognouit fuisse Iudæum.

Sed si dixeris: Nonne & Samaritani Peniculaméta ista addebant Pallijs suis: nam & ipsi Legem Mosaicam recipiebant, & obseruabant?

Respond. Samaritas initiò fuisse Gentiles adductos de Babylone, & de Cutha &c. & collocatos in Ciuitatibus Samariæ 2. Reg. 17. 24. Isti, vt ibidem legitur, docti fuerunt à quodam Sacerdote Iudæo, Deum verum venerari: sed cùm Deum colerent, Dijs quoque suis seruiebant; neque Diuinam Legem & ceremonias eius custodiebant, vt Deus filijs Iacob præceperat. Ibid. v. 35. Non itaque præceptum de fimbrijs obseruabant Samaritæ, quibus tamquam quadam extrinseca tessera Iudæi ab illis, & alijs Gentibus distinguebantur. Huiusmodi igitur extrinseco signo Iudæis proprio, & à Samaritis neglecto, facilè potuit à Samaritana Chri-nam interserere volebat Deus, vt dum in infimam corporis partem, eamque brutalem oculos inijcerent Iudæi, videndo cæleste colorem, per quem designabatur Dei solium, & præsentia (vt etiam ipsi Rabbini docent) recordarentur omnium præceptorum Dei, neque post oculos suos ad fornicandum abirent. Rabbini verò flocculos adinuenerunt, quatuor angulis tantummodo appenderunt, filo retorto colligarunt, pluribus vicibus replicatis nodis, & in interualla plurima distinctis; quæ omnia cùm in Rabbinorum officina sint cusa, ideò Rabbinorum, non Dei præcepta, quæ de Palliorum Peniculamentis leguntur in Rabbinorum Tractatibus, sunt habenda. Hinc & ipsi ea in inferiorem locum post תפלין *Thephillas* reponunt, & nullam sanctitatem in illis agnoscunt; adeò vt si vsu consumantur, aut aliquo casu lacerentur, quod reliquũ est, in latrinam, & in sterquilinium proijci debere existiment, vt suprà visum est, ex *Harrambàm* c. 3. n. 9. Cùm enim huiusmodi Peniculamenta nullam sanctitatem in se continere cognoscant Rabbini, & doceant; meritò באשפה *Baascppà in sterquilinium* iuxta illorum consilium proijcienda erunt. שלחן ערוך *Sciulchàn arùch* n. 21. §. 1.

Tempore Christi Domini ritè quidem fiebant fimbriæ, secundùm quod Lex præcipiebat, easq; in vestimentis gestauit Dominus, vt Legem impleret. De his legalibus fimbrijs intelligendus est Euangelista Matth. cap. 9. v. 20. quando Christi mira-

§. SEXTVS.

Deus Rabbinorum vtitur Pallio fimbriato dum orat, & apparet tamquam Hebdomadarius eodem amictus טלית *Tallèth.*

SVper illud Numer. 15. 38. *Vt faciant sibi fimbrias.* בעל טורים *Baal Turrìm*, hoc est Rabbi Iacob Bar Ascèr, Auctor *Turrìm*: *Volo*, (dixit Deus Iudæis) *vt operti sitis indumento lineo sicut Angeli, & sicut vidistis me opertum.* Ergo Deus Rabbinorum induit Pallium fimbriatum, hoc est טלית *Tallèth lineum.* Verba illius sunt -

ועשו להם ציצת: אמר הקב״ה אני רוצה שתהיו מעוטפים כמלאכים לבוש הבדים וכאשר ראית אותי מעוטף לכן ציוה בתכלת שדומה לרקיע ולכסא הכבוד ׃

Vt faciant sibi fimbrias. Dixit Deus sanctus benedictus: Ego volo, vt operti sitis vestibus lineis sicut sunt Angeli, & sicut vidistis me (loquitur cum Mose) *opertum: idcircò præcepit hyacinthinum* (apponi in fimbrijs) *quia simile est firmamenti colori, & solio gloriæ.* Et quomodo probatur quòd color hyacinthinus similis sit solio gloriæ Dei? Auctoritate R. Meir in Cod. מנחות *Menachòth.* cap. 4. pag. 43. b. circa finem, vbi ait -

תניא היה רבי מאיר אומר מה נשתנה תכלת מכל מיני צבעונין מפני שהתכלת דומה לים וים דומה לרקיע ורקיע דומה לכסא הכבוד ׃

Est

Christum fuisse Iudæum, vt dictum est.

Et quamuis legalis esset vsus fimbriarum apud Iudæos, Pharisæi tamen eo abutebantur, & quod ad manifestationem religionis adiumentum fuerat, in superstitiosum luxum, & superbiam immutarunt. Magnificabant enim huiusmodi fimbrias, hoc est ampliabant, & in longum protrahebant, vt ad terram vsque pertingerent; his vestibus quasi paludamento ornati, prodibant in forum, ab omnibus salutari peroptabant, & vocari *Rabbi.* Nostris etiam temporibus moderni Rabbini, fimbrias suas (quàmuis diuerso ritu compactas) magnificare docent, vt nihil, quod ad Pharisaicam hypocrisim, & superbiam pertineat, illis desit. Solent has suas fimbrias quatuor angulis Pallij annexas regulariter ad quatuor tantùm circiter digitos in longum protrahere; permittunt tamen illas extendere & magnificare vsque ad vnius vel alterius cubiti longitudinem. Ita הרמב״ם *Harrambàm Hallachòth Tzitzìth* cap. 1. n. 6. סמג *Sammàgh* מצות עשה *Præcept. affirmat.* num. 26. pag. 108. colum. 3. circa principium. Et שלחן ערוך *Scialchàn arùch Hallachòth Tzitzìth* n. 11. §. 4. ait; Minùs quatuor pollicibus non fiunt; in longitudine אין להם שיעור *non habent terminum.*

Sed Deus Rabbinorum vtitur ne hoc Pallio fimbriato?

Respondeo -

editionis Mantuanæ circa medium. Sed ibi dicitur, quòd quamuis illud Rabbinicum indumentum non sit proprium Dei: (nam Dei indumentum aiunt esse purpuram & byssum) attamen, quia tegit Deũ ab extra, aliquo modo Dei indumentum vocari potest. Tingitur autem colore hyacinthino, ex quodam Pisce, qui recurrentibus statutis annis, egreditur è mari Diuino, & hunc colorem emittit, quo subinde Pallium Dei inficitur. Verba *Zòhar* sunt -

וכההוא ימא דילית גו שבעין שנין נפקא מנא חדא ואפיק מנית גוון תכלת ואיהו נטלא גוון דא ותקינת ליה ואתחפייא לבר בהאי גוון: לאו דהאי גוון לבושא דילה דהא שש וארגמן לבושת אבל חופאה דלבר האי גוון הוא:

Et ex illo mari per spatium septuaginta annorum egreditur (quidam Piscis) *qui emittit ex se colorem hyacinthinum, qui aptatus, fit indumentum eius* (Dei) *ab extra. Ne credas autem, quòd propriè sit indumentum eius; quia byssus & purpura est indumentum eius.* (Prouerb. 31. 22.) *sed hic color tegit eum ad extra.* Probatum ergo est ex Rabbinis, & ex Talmude, Deum Rabbinicum in orationibus suis Pallio fimbriato lineo, & hyacinthino colore vti, quemadmodum & Angeli faciunt. Et hæc insipientium Doctorum, doctrina est Rabbinorum.

Est Traditio. R. Meir dicebat: Cur mutatur Thechèleth in omnes colores? Quia Thechèleth hyacinthinum simile est mari; mare simile est firmamento; & firmamentum simile est solio gloriæ. Fides sit penès R. Meir.

Sed vbi habetur, quòd Deus amictus linteo apparuerit Mosi tamquam Hebdomadarius, & ostenderit ei ritum recitandi officium in Synagoga?

Resp. Id reperiri in Talmude Cod ראש השנה *Rosc hasciana, de initio anni*, cap. 1. pag. 17. b. non longè à principio, vbi super illud Exodi 34. 6. ויעבור יהוה על פניו ויקרא וגו׳ *Et transiuit Dominus super facies eius, & clamauit &c.* sic habetur -

אמר רבי יוחנן אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאומרו מלמד שנתעטף כשליח צבור והראה לו למשה סדר תפלה אמר לו כל זמן שישראל חוטאין יעשו לפני כסדר הזה ואני מוחל להם:

Dixit R. Iochannàn: Nisi in Scriptura Sacra scriptum fuisset, possibile non esset hoc dici. Docet, quòd amicuit se (Deus) *quasi Hebdomadarius publicus, & ostendit ipsi Mosi ordinem orationis* (id est ritum Ecclesiasticum) *Dixit ei: Quoties Israël peccauerit, faciat coram me secundùm hunc ritum, & ego ignoscam illi.* Ecce Deus Rabbinorum Hebdomadarius, & amictus טלית *Tallèth Pallio sacro* etiam ex Talmude.

De huiusmodi Dei Rabbinici indumento, fit etiam mentio in libro זהר *Zòhar* Simeonis Ben Iochài פרשה *Parascià sect.* שלח לך *Scelàch lechà Mitte tibi*, Num. 13. pag. 163. b.

§. 7.

§. SEPTIMVS.

Deus Rabbinicus excandescit ira, quæ momentanea est. Nemo mortalium momentum illud assequitur; deprehenditur tamen, quando Gallus vno pede subsistit, & eius crista flauescit.

HÆc, quæ in titulo huius Paragraphi posuimus, leguntur in Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 7. longè post princip. vbi quæritur à R. Iochannàn, Cur non sit placandus homo, dum irascitur? De qua re hæc, quæ sequuntur, ibidem legi possunt, videlicet -

אמר ר' יוחנן משום ר' יוסי מנין שאין מרצין לו לאדם בשעת כעסו דכתיב (שמות לג׳ : יד׳ :) פני ילכו והנחותי לך : אמר לו הקב״ה למשה המתן לי עד שיעברו פנים של זעם ואניח לך ומי איכא רתחא קמיה דקודשא בריך הוא אין דתניא אל (תהלים ז׳ : יב׳ :) זועם בכל יום וכמה זעמו רגע וכמה רגע אחד מחמשת רבוא ושמונת אלפים ושמנה מאות ושמונים ושמנה בשעה וזו היא רגע ואין כל בריה יכולה לכוין אותה שעה חוץ מבלעם הרשע דכתיב (במדבר כד׳ : טז׳) ויודע דעת עליון השתא דעת בהמתו לא הוה ידע דעת עליון הוה ידע אלא מלמד שהיה יודע לכוין אותה שעה שהקב״ה כועס בה והיינו דאמר להו נביא לישראל (מיכה ו׳ : ה׳ :) עמי זכר נא מה יעץ בלק מלך מואב וגו׳ : מאי למען דעת צדקות ה׳ אמר ר׳ אלעזר אמר להן הקב״ה לישראל דעו כמה צדקות עשיתי עמכם שלא כעסתי בימי בלעם הרשע שאלמלא כעסתי לא נשתייר משונאיהם של ישראל שריד ופליט והיינו דקאמר בלעם לבלק מה אקוב לא קבה אל ומה אזעום לא זעם ה׳ מלמד שאותם הימים

לא זעם וכמה זעמו רגע וכמה רגע אמר רבי אבין ואיתימא רבי אבינא רגע כמימריה ומנא לן דרגע רתחה שנ׳ (תהלים ל׳ : ו׳ :) כי רגע באפו חיים ברצונו ואי בעית אימא (ישעיה כו׳ : כ׳ :) חבי כמעט רגע עד יעבור זעם ואימת רתח אמר אביי בהנך תלת שעי קמייתא כי חוורא כרבלתא דתרנגולא וקאי אחד כרעא כל שעתא ושעתא נמי קאי הכי כל שעתא אית ביה שורייקי סומקי בההיא שעתא לית ביה שורייקי סומקי ההוא מינא דהוה בשבבותיה דריב״ל הוה קא מצער ליה טובא בקראי יומא חד שקל תרנגולא ואוקמיה בין כרעיה דערסא ועיין ביה סבר כי מטא ההיא שעתא אלטייה כי מטא ההיא שעתא ניים :

Dixit R. Iochannàn nomine R. Iosè: Vnde probatur, non esse placandum hominem, quando æstuat ira? Quia scriptum est (Exodi 33. 14.) Facies meæ ibunt, & requiescere faciam te. *Dixit Deus sanctus benedictus Mosi: Expecta, donec transeant facies meæ iratæ, & tunc quiescere faciam te* (seù consolabor te.) *Sed quomodo? Estne æstus, & feruor iræ ante Deum? Vtique, quia legitur* (Psal. 7. 12.) Deus irascitur per singulos dies. *Et quanto tempore? Per* momentum. *Et quantum est* momentum? *Vnum de quinque myriadibus, & octo millibus octingentis, octoginta octo per horam. Et hoc est* momentum. *Nec est creatura, quæ possit ad exactum conjscere* (seù collimare) *punctum illum momenti præcisè, præter Balaam impium, de quo dictum est* (Num. 24. 16.) Et qui nouit scientiam Altissimi. *Sed quid? Modo Vir ille non nouerat ingenium* (seù mentem) *Asinæ suæ; quomodo ergo noscere potuit mentem Altissimi? Sed hoc Volunt, quia scie-*

Sacræ Scripturæ. Quadam die accepit Gallum, & collocauit illum ad fulcra, & pedes lectuli, & aspiciebat in eum. Expectabat, vt veniret illa hora, vt illi malediceret, (nam eo momento si quis alicui malediceret, statim credunt mori debere) *quando venit hora illa, obdormiuit*. Hactenus Talmud.

In Deo nulla est animi affectio, cùm sit simplicissima, & perfectissima substantia. Ira autem propriè est passio appetitus sensitiui, quæ opponitur Mansuetudini. Hæc in natura lapsa reperitur; & si modum rationis excedat, semper peccatum est. In Deo autem nulla passio admitti debet, quia totus est actus. Si autem largiùs ira accipiatur, vt pertineat ad appetitum intellectiuum, Deo quidem ira attribui poterit, non secundùm passionem, sed secundùm iudicium iustitiæ iudicantis, vt dicit S. Thomas 2. 2. qu. 162. art. 3. in corp. Vnde punitio peccatoris non est signum, quòd in Deo sit ira, sed punitio ex eo ipso quòd in nobis sit signum iræ, in Deo dicitur ira. Ex eodem 1 p. quæst. 19. artic. 11. ad 2. Diuisionem verò vnius horæ in 58888. momenta, inter Astronomos nostri temporis, hactenus inauditam esse puto. Ineptos autem seipsos manifestant Rabbini, dum nullus ipsorum sapientissimorum, dicat, se posse punctum illius momenti præcisè collimare, cùm hanc prærogatiuam impio Balaam concedant, & ad quam probandam, Scripturas impiè contorqueant. Cætera, quæ de Gallo Gallinaceo dicuntur, aniles fa-

sciebat illius horæ punctum conijcere, in quo Deus irascitur. Et hoc est quòd dicit Propheta populo Israël. (Mich. 6. 5.) Popule mi, recordare quæso, quid consuluerit Balàk Rex Moab. Quod est, vt scias iustitias Dñi. *Dixit R. Eleazar: Dixit Dominus Israëli: Cognoscite, quot beneficia præstiterim vobis, quia non iratus sum in diebus Balaam scelesti; quia si concepissem tunc* (de more meo) *iram de hostibus Israël* (id est ipsius Israëlis) *non remansisset reliquus, nec superstes: & hoc est, quod dixit Balaam ipsi Balàk* (Num. 23. 8.) Cur maledicam cui non maledixit Dominus, & cur irascar contra quem non est iratus Dominus? *Significare voluit, Deum illis diebus minimè fuisse iratum. Sed quanta est ira eius?* Momentum. *Et quantum est* Momentum? *Dixit R. Auin. Et miratus est R. Amnà*: Momentum *est instar verbi sui. Et vnde nobis probatur, quòd sit* Momentum furoris? *Quia dicitur* (Psal. 30. v. 6.) Quoniam momentum in ira eius, vita in voluntate eius. *Et si vis, dicam: Ex hoc loco ostenditur* (Isai. 26. 20.) Abscondere paululum momento, donec transeat ira. *Et quando est feruor iræ? Dixit Abbiè: In illis tribus horis primis, quando albescit crista Galli, & stat pede in vno. Sed nunquid per singulas horas etiam manet hoc modo? In qualibet hora est in eo variegatio rubedinum, sed in ea hora non inest ei variegatio eiusmodi. Quidam Hæreticus, qui erat in vicinia R. Iosue Ben Leui, afficiebat molestijs ipsum* (R. Iosue) *citationibus locorum*

לחקב״ה בעולמו אלא ד׳ אמות של הלכה בלבד ואמר אביי מריש הוה גריסנא בגו ביתא ומצלינא בבי כנישתא כיון דשמעי׳ לחא דאמר רבי חייא בר אמי משמיה דעולא מיום שחרב בית המקדש אין לו להקב״ה בעולמו אלא ד׳ אמות של הלכה בלבד לא הוה מצלינא אלא היכא דגריסנא ׃

Dixit R. Chaſdà : Cur ſcriptum eſt (Pſal. 87. 2.) Diligit Dominus portas Sion præ omnibus habitationibus Iacob? *Diligit Dominus portas congregatorum in Hallachà Lectione Talmudica præ Synagogis & Academijs; & iam ſolebat dicere R. Chijà Bar Ammè nomine Vllà : A die, quo deſtructa eſt Domus ſanctitatis, non habet Deus in mundo ſuo, niſi tantùm quatuor cubitos Lectionis Talmudicæ. Et dixit Abbijè: Olim ego docebam intra domum meam, & orabam in Synagoga; ſed poſtquam audiui hoc, quod dixit R. Chijà Bar Ammè nomine Vllà; nempè à die, quo deſtructum fuit Sanctuarium, non relicti ſunt Deo, niſi quatuor cubiti Lectionis Talmudicæ: non oraui, niſi tantùm vbi legebam.* Si Rabbinorum Deus ſtudet, vt ſuprà pag. 548. ex alio loco Talmudis oſtenſum eſt: ergo eſt indoctus, & ignorans. Sed ſapientes Rabbini forſan hunc locum exponent; vt quòd deſtructo Templo, imminutiſque locis tam orationis, quàm ſtudij literarij, in eodemmet loco & orare, & legere cogebantur. Breue autem ſpatium appellatur ſtatura hominis, quæ eſt quatuor vlnarum, nempè à cubito ad ſummos digitos. Fortaſſe autem Hebræi dicerent, Deũ de hac anguſtia conqueri, non quòd ipſe fabulæ ſunt, & ſuperſtitioſæ obſeruationes. Dignoſcitur tamen malitia, & animus iniquus R. Ioſue, qui vt malediceret illi Hæretico, eumque necaret, experimento probare voluit hæc R. Abbiè deliramenta, ſed ſomno ſuperueniente, nihil profecit. Superſtitioſus igitur habendus eſt R. Ioſue Ben Leui, de quo mirabilia dicuntur in Talmude, & quòd ob præclara merita, dum adhuc viueret, in Paradiſum ingreſſus fuerit, non ſemel in eodem refertur. De eo plura opportuniori loco videbimus.

Cæterùm huiuſmodi Hiſtoria Talmudica habetur etiam in Codice ע״ז *Auodà Zarà de Idololatria* cap. 1. pag. 4. b. ferè per totam. Et Cod. סנהדרין *Sanhedrin*, *Pèrek* חלק *Chèlek* cap. 9. pag. 105. b. eodem modo.

§. OCTAVVS.

Deo Rabbinico poſt deſtructum Templum nihil ſupereſt, niſi ſpatium quatuor cubitorum ſtudij Talmudici.

HÆc ſtulta Talmudiſtarum doctrina legitur in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 8. ante finem his verbis -

ד אמר רב חסדא מאי דכתיב (תהלים פ״ז ב׃) אוהב יהוה שערי ציון מכל משכנות יעקב אוהב יהוה שערים המצויינים בהלכה יותר מבתי כנסיות ומבתי מדרשות והיינו דאמר ר׳ חייא בר אמי משמיה דעולא מיום שחרב בית המקדש אין לו

In hora, qua Deus sanctus benedictus recordatur filiorum suorum, qui versantur in mœrore inter Nationes mundi, demittit duas lacrymas in mare magnum, & sonus illarum auditur ab vno extremo vsque ad alterum extremum mundi, & hoc est Terræmotus. Dixit R. Kattinnà: Pytho ossium mendax est (id est sicut est falsum, quòd ipse sit Deus, ita) *& verba eius falsa sunt: nam si sic, bis Terræmotus debuerat esse* [Rasci -

שני פעמים היה לו להודיע כנגד שני דמעות׃

Bis commonenda fuerat terra, sicut sunt duæ lachrymæ] *& non est bis Terræmotum faciens; & hoc, vt non fateatur illum* (esse Deum) *ne erret totus mundus post eum* (credendo, quòd ipse sit motor Terræ.) *R. Kattinnà igitur de mente sua dixit: Complodit* (Deus) *manus suas. S.D.* (Ezech. 21. v. 17.) Etiam ego percutiam volam meam ad volam meam, & requiescere faciam excandescentiam meam. [Rasci -

סופק כפיו ומאותו קול מזדעזעת הארץ׃

Complodit volas suas, & ex hoc sonu ortus est Terræmotus.]

R. Nathàn dixit: Suspirium trahit (Deus) *S. D.* (Ibid. 5. 13.) Et quiescere faciam excandescentiam meam in eis, & consolabor. [Rasci; *Suspirium trahit* -

(ומאותה אנחה מרעיד הקרקע ומצינו שמתאנח שנ׳ (יחזקאל ה׳ י״ג׃) והניחותי חמתי גם בכבול בארם שיש לו חמה ומתאנח ומתנח׳ דעתו ועושה לו נחת רוח׃ והתנחמתי אנחם על הרעה שעשיתי להם׃

ipse illam patiatur, sed filij sui dilecti. Verumtamen peiora his, de angustijs & mœrore Dei loquuntur Talmudistæ, vt statim videbimus.

§. NONVS.

Deus Rabbinicus plorat, & effundit duas lachrymas in Oceanum, quarum vox auditur ab extremis mundi, & hæc est tonitruum Iudæis. Hinc de Tonitruo quædam Rabbinorum ridiculæ sententiæ.

QVòd Rabbinorum Deus, duas in Oceanum effundat lachrymas, & cur id efficiat, quidq; inde sequatur, habetur in Talmude Cod. *Berachòth* cap. 9. pag. 59. longè post principium; cuius verba sunt -

בשעה שהקב״ה זוכר את בניו ששרויים בצער בין אומות העולם מוריד שתי דמעות לים הגדול וקולם נשמע מסוף העולם ועד סופו והיינו גוהא אמר רב קטינא אובא טמיא בדיב הוא ומילידה בדיבן איהבי גוהא גוהא מיבעי ליה ולא היא גוהא גוהא עביד והאי דלא אודי ליה כי היכי דלא ליטעו בולי עלמא אבתריה ורב קטינא דידיה אמר סופק כפיו שנאמר (יחזקאל כ״א׃ י״ז׃) גם אני אכה כפי על כפי והניחותי חמתי רבי נתן אומר אנחה מתאנח שנאמר (שם ה׳׃ י״ג׃) והניחותי חמתי בם והתנחמתי׃ ורבנן אמרי בועט ברקיע שנאמר (ירמיה כ״ה׃ ל׳׃) הידד כדורכים יענה אל יושבי הארץ רב אחא בר יעקב אמר דוחק את רגליו תחת כסא הכבוד שנאמר (ישעיה ס״ו׃ א׳׃) כה אמר יהוה השמים כסאי והארץ הדום רגלי׃

nium hic agitur; vnde in lingua Hebraica peritus, & nouarum rerum curiosus, varia Talmudica figmenta poterit percurrere. Hæc pauca quæ retulimus, cùm sint inepta, & ridicula, Lectoris iudicio & intelligentiæ relinquimus explodenda. Interim sit

§. DECIMVS.

Deus Rabbinorum exhibetur vt immaniſſimus Leo, cuius rugitu prægnantes Romanæ abortum faciunt; Murus Romæ corruit; Dentes Principum concidunt, & Imperator Cæſar è ſolio decidit.

IN Codice חולין *Cholin* cap. 3. pagina 59. b. paulò poſt medium, Deus Rabbinorum in Scenam producitur vt Leo, de quo hæc mirabilia Talmudiſtæ proloquuntur.

אמר ליה קיסר לרבי יהושע בן חנניה אלהיכם באריה מתיל דכתיב (עמוס ג׳, ח׳) אריה שאג מי לא יירא מאי רבותיה פרשא קטיל אריא א״ל לאו כהאי אריא מתיל כאריא דבי עילאי מתיל א״ל בעינא דמחזית ליה ניתלי א״ל לא מצית חזית ליה א״ל איברא חזינא ליה בעא רחמי אתעקר מדוכתיה כי הוית מרחיק ארבע מאה פרסי נחם חד קלא אפילו כל מעברתא ושורא דרומי נפל אדמרחק תלת מאה פרסי ניהם קלא אחרינא נתור ככי ושיני דגברי ואף הוא נפל מכורסיה לארעא א״ל במטותא מינך בעי רחמי עליה דלהדר לדוכתיה בעא רחמי ואהדריה לאתריה.

Dixit Cæſar (Imperator Roman.) *R. Ioſue Ben Chananijà: Deus veſter*

Et ex hoc ſuſpirio tremuit terra: & inuenimus, quòd (Deus) *ſuſpirat. S. D.* (Ezech. 5. 13.) Et ſuſpirare faciam excandeſcentiam meam in eis. *Abſit, vt ſit ſicut in homine, qui iraſcitur, & ſuſpirat, & conſolatur mentem ſuam, & ſit ei quies ſpiritus, hoc eſt quieſcit. Sed emiſi ſuſpirium* (inquit Deus) *propter malum, quod feci eis.*]

Et רבנן *Rabbanàn Magiſtri noſtri dixerunt:* (Deus) *calcitrat in firmamentum, ſeù calcibus petit firmamentum. S. D.* (Ierem. 25. 30.) Celeuſma veluti calcantium (in torculari) reſonabit ad omnes habitatores terræ. *Ràu Achà Bar Iacobi dixit: Impellit pedes ſuos ſub throno gloriæ. S. D.* (Iſai. 66. 1.) Sic dixit Dominus: Cælum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. [Raſci.

והארץ הדום רגלי. כגון שרחק תחת כסא הכבוד ומגיע בעוטו עד לארץ שהיא הדום רגליו. הדד בדורכים יענה שדורך ובועט ברקיע.

Et terra ſcabellum pedum meorum. Videlicet: Impellit ſubtus ſedem gloriæ, & peruenit recalcitratio eius vſque ad terram, quæ eſt ſcabellum pedum eius. Celeuſma veluti calcantium in torculari reſonabit. *Quia* (Deus) *calcat, & calcitrat in firmamento.*]

Cauſa igitur Terremotus, ſecundùm iſtos doctiſſimos Meteorologicos Rabbinos ex ſententia R. Kattinà eſt *Colliſio manuum Dei*. Ex Rabbi Nathàn, eſt *Suſpirium Dei*. Ex cæterorum Rabbinorum ſententia, ſeù communi opinione, eſt *Calcitratio Dei in firmamento*.

De Cauſis Meteororum ferè om-

binicum. Cæterum, quæ de prægnantibus aborientibus; muro Romano diruto; Romanorum dentibus euulsis, & Cæsare in terram de Solio deiecto, omnia sunt manifestæ nugæ. Ex his, quæ hactenus diximus de Deo Rabbinico, clarè apparet, Rabbinos Talmudistas fictitium Deum sibi constituisse, hunc modernos Rabbinos colere, plebi proponere adorandum, & in manifestam Idololatriam miseros Iudæos inducere.

Sed de Deo immortali & inuisibili, cui semper honor sit, & gloria, quid dicunt Rabbini?

Resp. Infinitas propemodum blasphemias proferunt contra Deum, siuè ei tribuendo quod non decet, puta, mutationem consilij, pœnitentiam facti, acceptationem personarum, peccatum & errorem egentem expiatione. Item negando quod Deo conuenit, nempè prouidentiam in Gentiles, iustitiam, & multa alia, quæ in sequentibus Paragraphis manifesta fient.

§. VNDECIMVS.

Blasphemiæ Rabbinorum in Dei omnipotentiam.

IN illud Genes. cap. 1. 9. *Dixitque Deus*

יקוו המים מתחת השמים אל מקום אחד ותראה היבשה

Congregentur aquæ, quæ sunt sub cælo in locum vnum, & appareat arida. In Cod. בבא בתרא *Bauà Batrà* cap.

ster similis est Leoni. S. D. (Amos 3. v. 8.) Leo rugijt quis non timebit? *Qualis est excellentia eius?* [פרשא קטיל אריא Rasci: אדם גבור הורג את הארי *Homo fortis occidit Leonem.*] *Respondit R. Iosue: Non in hoc comparatur,* (id est non comparatur terrestri Leoni.) *Comparatus est Leoni Domus superna* (cælesti.) *Dixit ei* (Cæsar) *Volo mihi ipsum ostendas. Dixit ei* (R. Iosue:) *Non poteris videre eum. Respondit* (Cæsar) *Profectò videbo ipsum. Orauit Deum* (R. Iosue:) *Euulsit de loco suo. Cùm procul stetisset* (Roma) *scilicet* 400. *leucis, dedit rugitum vnum, & omnes mulieres prægnantes* (abortæ sunt) *& murus Romæ corruit. Trecentis leucis procul, iterum rugijt, & defluxerunt dentes molares, &* (reliqui) *dentes Robustiorum* (Romanorum) *& ipse* (Cæsar) *cecidit è Throno suo in terram. Dixit ei* (Cæsar) *Obsecro te, ora Deum, vt eum redire faciat in locum suum. Orauit, & reuersus est in locum suum.* Quot ineptiæ sint in hac Talmudica narratiuncula, omnibus est manifestū. Certè nugantur Talmudistæ Rabbini, dum dicunt, Deum suum esse Leonem, & esse similem Leoni cælesti, nempè Deo vero: Ergo Deus Rabbinorum non est Deus verus: nam id quod alteri simile est, non est ipsummet. Deinde; Leo Deus, Rabbinorum; à Deo educitur, & reducitur in locum suum. Ergo non ipse Deus. Cur ergo non rogauit Rabbinus ipsum Leonem Deum, vt veniret, & rediret? Vtique, quia non est Deus, sed figmentum Rab-

titia & fabulosa, blasphematur nihilominùs contra Dei omnipotentiam, quasi ipse non potuisset aquas à terra separare, vt appareret arida, nisi illas deglutisset שר הים *Sàr haijàm Princeps maris, Neptunus Talmudicus*. Scriptura redarguit Talmudistas blasphemos, & mendaces, dum dicit: *Congregentur aquæ &c. in locum Vnum, & appareat arida*. Non Talmudici Neptuni in mare demersi fœtor ascendit, sed -

באשו (רשעים) ותעל צחנתו כי הגדיל לעשות:

Fœtor (impiorum Iudæorum) *& ascendet graueolentia* (seù putredo eius) *quia magnificauit ad faciendum*. Ioël 2. 20. Putor Rabbinorum pestilentiam inducit.

In illud Gen. 37. 33. חיה רעה אכלתהו *Fera pessima deuorauit eum*. R. Salomon Iarchì, seù Rasci hæc habet -

נצנצה בו רוח הקדש סופו שתתגרה בו אשת פוטיפר ולמה לא יגלה לו הקב״ה לפי שהחרימו וקללו את כל מי שיגלה ושתפו להקב״ה עמהם אבל יצחק היה יודע שהוא חי אמר היאך אגלה והקב״ה אינו רוצה לגלות לו:

Scintillabat in eo (Iosepho) *spiritus sanctus postquam rixata fuerat cum eo mulier Putiphar. Et cur Deus sanctus benedictus non reuelauit* (Iacobo) *quòd filius eius venditus esset à fratribus? Quia* (fratres Ioseph) *excommunicarunt, & maledixerunt, quicumque rem patri detegeret;* (& quia decem requirunt ad ferendam excommunicationem) *Deum sanctum benedictum sibi pro decimo asciuerunt;* (propterea Deus non potuit reuelare) *Isaac*

cap. 5. pag. 74. b. longè post med. legitur -

אמר רב יהודה אמר רב בשעה שביקש הקב״ה לבראות העולם אמר לו לשר ים פתח פיך ובלע כל מימות שבעולם, אמר לפניו רבונו של עולם די שאעמוד בשלי מיד בעט בו והרגו שנ׳ (איוב כ״ו, י״ב) בכחו רגע הים ובתבונתו מחץ רהב א״ר יצחק שמע מינה שרו של ים רהב שמו ואלמלא מים מכסין אותו אין כל בריה יכולה לעמוד בריחו שנאמר (ישעיה י״א, ט׳) לא ירעו ולא ישחיתו בכל הר קדשי כי מלאה הארץ דעה את יהוה כמים לים מכסים, אל תקרי לים מכסים אלא לשר של ים מכסים:

Dixit Ràu Iudas, dixit Ràu:. Ea hora, qua Deus sanctus benedictus voluit mundum creare, dixit Principi maris: Aperi os tuum, & degluti omnes aquas quæ sunt in mundo (vt scilicet appareat arida.) *Respondit: Rex mundi, sufficit mihi, si stetero cum eo, quod meum est. Protinus* (Deus) *calce percussit eum, & occidit. S. D.* (Iob 26. 12.) In potentia suâ diuisum est mare, & in intelligentia eius percussit Rahab superbum. *Dixit R. Isaac: Ex hoc intelligitur, quòd Principi maris nomen sit* רהב *Rachàb. Et nisi aquæ operirent illum, nulla creatura subsistere potuisset ob illius fœtorem. S. D.* (Isai. 11. 9.) Non malefacient, & non perdent in vniuerso monte sanctitatis meæ: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes; *ne legas* לים מכסים *Laijàm mechasìm* maris operientes, *sed* לשר של ים מכסים *Le Sàr scel iàm mechassim, Principis maris, qui est coopertus*.

Tametsi tota res ista sit commen-

dum est promissis. Ideò in Codice *Berachòth* cap. 1. pag. 6. circa med. רבין Rabbin Bar Rau Adà, ex persona R. Isaac quærit -

מנין לעשרה שמתפללין ששכינה עמהם :

Vnde probetur, quòd inter decem viros, qui simul orant, Diuinitas sit cum eis? Et Resp. probari ex Ps. 82. v. 1. אלהים נצב בעדת אל *Deus stetit in congregatione Dei.* Et R. Salomon notat; quòd Congregatio, quę Hebraicè dicitur עדה *Adà*, in quà Deus stare dicitur, vt in Psalmo citato, intelligitur in Scriptura de decem viris. Legitur enim Numer. 14. 27.

עד מתי לעדה הרעה הזאת :

Vsquequo congregationi huic pessimæ, יצאו כלב ויהושע sed cùm ab ea *exijsset Caleb & Iosue*, restabat congregatio decem dumtaxat virorum. Ergo congregatio intelligitur constare decem viris ad minus. En coarctatur Deus tamquam homo.

Blasphemia est etiam contra Dei bonitatem, quam cooperari faciunt peccato venditionis Ioseph; dum & ipsa associatur venditoribus, & vt silentium cautiùs de delicto seruetur, Iacobum Patriarcham deserit. Quæ omnia sunt execranda Iudæorum commenta.

Gen. 31. 3. super illud: *Et dixit Dominus ad Iacob: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad cognationem tuam,* ואהיה עמך *& ero tecum.* Rasci -

אבל בעודך מחובר לטמא אי אפשר להשרות שמינתי עליך :

Dum Isaac verò, quia nouerat (Iosephum) viuere, dixit: Quomodo ego reuelare possum, si Deus ipse sanctus benedictus non reuelat? Blasphemia est grauissima, existimare Deum subiacere posse nostræ voluntatis, præsertim iniquæ, arbitrio, & iussionibus; vel homini impio. Item adhuc grauiùs, posse etiam ijsdem quasi vinculis quibusdam ligari & constringi. Nonne hoc est blasphemare apertè Dei omnipotentiã?

Hoc idem legitur in זהר *Zòhar* Gen. 37. 12. *Et iuerunt fratres eius ad pascendum pecudes &c.* vbi habetur, quòd quando Patriarchæ erant decem שכינתא דאיתי עמהון שריא *Diuinitas cum eis habitabat*: sed postquam vendiderunt Ioseph, Diuinitas recesserat ab eis, quia ampliùs non erant decem: nam Ioseph non erat cum eis; Beniamin paruulus domi manebat; & Ruben non aderat. Vt autem venditionem Ioseph nemo ipsorum manifestaret patri Iacobo, iuramento se obstrinxerunt; sed quia iuramentum non valet in communitate, nisi ad minùs sint decem, ideò ad hunc numerum constituendum vnierunt sibi Diuinitatem, quæ & ipsa vnà simul cum reliquis iurauit de silentio seruando. Et hinc est שכינתא לא שירא עליה דיעקב *Diuinitas non habitauit super patre suo Iacob*, quoad non detectus fuit Ioseph &c.

Sed si quæras, Vnde colligunt Iudæi, saltim decem viros debere simul interesse, vt iuramentum teneat?

Respondent, Ex Talmude; quia vbi sunt decem viri; Diuinitas est cum eis, & vbi est Diuinitas stan-

rum, de quo etiam Raymundus Martini in *Pug. fidei* Par. 2. c. 15. & post ipsum Galat. lib. 9. c. 1. agunt, Dei scil. comminationes non semper impleri, quia pœnitet Deum super malo: Dei autem pollicitationes in bonum & fauorem nunquam reuocari, sed absolutè semper impleri. Hoc vltimum dictum falsum est: quia Deus cum conditione semper pollicetur bona: vnde 1. Samuel. 2. 30. inducitur Deus dixisse olim Patribus.

ביתך ובית אביך יתהלכו לפני עד־עולם ועתה נאם יהוה חלילה לי כי מכבדי אכבד ובזי יקלו׃

Domus tua, & domus patris tui ambulabunt coram me vsque in seculum; & nunc dicit Dominus: Absit mihi, quia honorantes me, honorabo; & contemnentes me, contemnentur. Quibus verbis Deus ostendit acceptaturum se seruos suos in seculum, & in perpetuum, modò honorent se, & faciant eius voluntatem, Ergo requiritur dispositio bona ex parte hominum. Sed Iudæi existimant, & persuasissimum habent, nunquam se posse reprobari, quia Deus iurauit se illos non deserturum, nec abiecturum: & idcircò in omnibus Synagogis sesquiuncialibus literis in altum & in apertum parietem scribunt versiculum illum Psalmi 137.

אם אשכחך ירושלם תשכח ימיני׃

Im esccachèch Ierusciàlaim tisccàch iemini, Si oblitus fuero tui Ierusalem: obliuioni detur dextera mea. Sed maximè innituntur auctoritati citatæ Deuter. 29. 13.

Dum tu es sociatus cum immundo (scilicet Laban) *non est possibile, quòd inhabitet Diuinitas mea super te.* Error, & blasphemia. Quasi Iacob ex contubernio Laban, cum quo tamen, si fortè erat pollutus, Iacob non communicabat, contraheret maculam, ita vt Deus non posset cum Iacob habitare. Ergo secundùm Hebræos, minoris potentiæ est Deus, quàm Sol, qui potest super immunda irradiare, nec inquinari. Deinde, si Iacob, animo & voluntate erat iustus, cur non poterat Deus habitare super illum? Imò tantò magis merebatur Iacob inhabitationem Diuinitatis, qui manens cum impio, non afficiebatur impietate. Sed hæc Hebræi non intelligunt, qui impuritatem non ex animi conditione, sed ex corporis immunditijs metiuntur. Quod verò dicitur, *Egredere de hoc loco, & ero tecum*; sensus est: Nunquam te deseram, sicut fui semper tecum. Non autem, quòd Deus eo in loco non esset cum Iacob.

Deuter. 29. 13. והוא יהיה לך לאלהים *Et ipse erit tibi in Deum.* R. Salomon

לפי שדבר לך ונשבע לאבותיך שלא להחליף את זרעם באומה אחרת לכך הוא אומר אתכם בשבועות הללו שלא תקניטוהו אחר שהוא אינו יכול להבדל מכם׃

Quia allocutus est te, & iurauit patribus tuis non se permutaturum semen eorum in populum alterum: propterea ipse obligat vos hisce iuramentis, ne irritetis eum, quandoquidem ipse non potest se separare à vobis. Notandus est hoc loco grauissimus error Rabbino-

neplacitum. Quid poteſt fingi ſceleſtius?

Sed quòd Deus peculiariter viros Iſraëlitas dicat ſe reprobaturum, ſi in vijs eius non ambulauerint: locus eſt Ieremiæ 18. 6. & eſt apertiſſimus, vbi legitur -

הנה כחמר ביד היוצר כן אתם בידי בית ישראל ׃ רגע אדבר על גוי ועל ממלכה לנתוש ולנתוץ ולהאביד ׃ ושב הגוי ההוא מרעתו אשר דברתי עליו ונחמתי על הרעה אשר חשבתי לעשות לו ׃ ונחמתי על הרעה אשר חשבתי לעשות לו ׃ ורגע אדבר על גוי ועל ממלכה לבנות ולנטוע ׃ ועשה הרעה בעיני לבלתי שמע בקולי ונחמתי על הטובה אשר אמרתי להיטיב אותו ׃

Ecce ſicut eſt lutum in manu figuli, ſic vos eſtis in manu mea domus Iſraël. (v. 7.) *Repentè loquar aduerſus gentem, aduerſus Regnum, vt euellam, & confringam, & diſperdam.* (v. 8.) *Et conuertetur gens ipſa à malo ſuo quod locutus ſum ſuper illud: & pœnitebit me ſuper malo, quod cogitaui facere ei.* (v. 9.) *Et repentè loquar aduerſus gentem, & aduerſus Regnum, vt ædificem, & plantem.* (v. 10.) *Et faciet malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, & pœnitebit me ſuper bono, quod dixi, vt benefacerem ei.* Deus ergo æqualiter tam in bono, quàm in malo, ſecundùm mutationem peccatoris, dicit ſe mutaturum ſententiam.

Ioſuè cap. 1. v. 1. משה עברי מת וגו׳ *Moſes ſeruus meus mortuus eſt: nunc ſurge, tranſi Iordanem iſtum tu, &c.* R. Salomon -

ואילו היה קיים בו הייתי חפץ ׃ ורבותינו דרשוהו על שלשת אלפים הלכות שנשתכחו כימי אבלו של ׃

(הדברים כ״ט ׃ י״ג ׃) למען הקים אתך היום לו לעם והוא יהיה לך לאלהים כאשר דבר לך וכאשר נשבע לאבתיך לאברהם ליצחק וליעקב ׃ (שם י״ד ׃) ולא אתכם לבדכם אנכי כרת את הברית הזאת ואת האלה הזאת ׃ (שם ט״ו ׃) כי את אשר ישנו פה עמנו עמד היום לפני יהוה אלהינו ואת אשר איננו פה עמנו היום ׃

Vt ſtatuat te hodie ſibi in populum, & ipſe ſit in Deum, quemadmodum locutus eſt tibi, & quemadmodum iurauit patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob. (ver. 14.) *Et non vobiſcum tantùm pango pactum iſtud, & iuramentum iſtud.* (ver. 15.) *Sed cum eo, qui ipſe eſt hic nobiſcum ſtans hodie coram Domino Deo noſtro; & cum eo, qui non eſt hic nobiſcum hodie.* Sed totus iſte locus intelligendus eſt, ſi populus Iſraël fuerit audiens præcepto Dei: nam ver. 18. dicitur -

פן יש בכם איש או משפחה או שבט ׃

Ne fortè ſit in vobis vir, vel mulier, vel familia, vel tribus (vt ſcilicet nemo excludatur) -

אשר לבבו פנה היום מעם יהוה אלהינו ׃

Qui cor ſuum auertat hodie à Domino Deo noſtro. Nã excidet ab hoc pacto;

ומחה יהוה את שמו מתחת השמים ׃

Et delebit Dominus nomen eius de ſub cælo. ver. 20.

Blaſphemia ergo eſt apertiſſima in Deum, quòd non poſſit reprobare, dignum reprobari, propter iuramentum: quaſi Deus improuidè ſe aſtrinxerit iuramento, & cogatur propter iuramentum ſemel admiſſum facere, quæ ſunt contra iuſtitiã, & ſuum be-

loco: Si Moses viueret, ipse Dux esset populi deducendo in terrã Israël: est ambigere de eo, quod iam Deus constituerat, scil. ne Moses in terram promissionis intraret. Num. 20. 12.

§. DVODECIMVS.

Blasphemiæ Rabbinorum in Dei immutabilitatem.

MVltis in locis, & quidem frequenter, Deum retractare consilium, & eius, quod fecerat, pœnitere inducunt; & eo, quod non fecerat, gaudere. Sic dicunt, Deum gauisum fuisse, quòd non creauerit hominem de superioribus, postquam agnouit hominem per peccatum conturbasse omnia in terris. Sic R. Salomon Gen. 6. 6. super illud -

וינחם יהוה כי עשה את האדם בארץ ׃

Et pœnituit Dominum quòd fecisset hominem in terra; inquit -

נחמה היתה לפניו שבראו בתחתונים שאילו היה מן העליונים היה ממרידה ׃

וינחם *Vaijnachèm* (interpretatur Non *pœnituit*, sed) *Consolatio fuit seù consolatus est se, quòd crearit hominem de inferioribus; quia si fuisset creatus de superioribus, adduxisset superiora in rebellionem* (contra me). Rabbi Salomon desumpsit hæc ex בראשית רבה *Bereschìth Rabbà Parasciâ* sect. 27. pag. 30. editionis Amstelodamensis col. 3. circa principium, vbi sic legitur -

 ר׳ נחמיה

של משה בא יהושע ושאל אמר הקב״ה משה עבדי מת והתורה על שמו נקראת לומר לך אי אפשר צא וטורדן במלחמה ׃

Sensus est: *Si ille viueret, elegissem illum*; cùm autem ille mortuus sit, transi tu. *Vel alluditur in hoc dicto ad id quod tradiderunt Antiqui: In luctu Mosis tradita sunt obliuioni tria millia* הלכות *Hallachòth sententiarum, seù decisionum legalium. In tanta ergo iactura consuluit Iosue Deum,* petiuitque eiusmodi sententiarum obliuionem reuocari ad memoriam, & restaurari. Cui *dixit Deus: Moses seruus meus mortuus est, & Lex vocatur de nomine Mosis. Dico tibi: Non est possibile; exi, & exerce te in bellis.* Hanc sententiam compilauit R. Salomon ex Talmude Cod. תמורה *Themurrà* cap. 2. pagina 16. circa principium, vbi sic legitur -

אמר רב יהודה אמר שמואל שלשה אלפים הלכות נשתכחו בימי אבלו של משה ׃

Dixit Ràu Iudas, dixit Samuël: Tria millia Hallachòth Lectiones, siuè decisiones legales obliuioni traditæ sunt tempore luctus Mosis. Quamuis hæc fabulosa sint, attamen blasphemum est, quod dicit R. Salomon, Deum non potuisse reuocare ad memoriam quæ perdita obliuione fuerant. Et licet Lex esset nuncupata nomine Mosis, nihilominus potuerunt etiam decisiones illæ nũcupari nomine Mosis. Prӕterea: Nonnè potuisset Deus suscitare à mortuis Mosen? Quid ergo asseritur, Deum non potuisse aliter facere? Illud porrò quod dicũt primo

משיח וסנחריב גוג ומגוג אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה מי שקצץ דלתות ההיכל ושיגרן למלך אשור יעשה משיח מיד כתמו הכתוב ׃

Dixerunt Magistri nostri : Voluit Deus sanctus benedictus Ezechiam Messiam facere, & Sennacherib Gog & Magog. Dixerunt Angeli ministerij coram Deo sancto benedicto : Eumne, qui confregit valuas Templi, & misit illas ad Regem Assyriæ, decet Messiam creari ? Statim clauserunt, signauerunt scripturam. Excepit hoc commentum R. Salomon ex Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 94. longè post principium, vbi sic habetur -

(ישעיה ט׳ ׃ ו׳ ׃) לםרבת המשרה ולשלום אין קץ ונומר ׃ אמר רבי תנחום דרש בר קפרא בציפורי מי פני מה כל מ״ם שבאמצע תיבה פתוח וזה סתום ׃ בקש הקב״ה לעשות חזקיהו משיח וסנחריב גוג ומגוג וכו׳ ׃

(Isai. 9. 7.) לםרבה *Ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis &c. Dixit R. Tanchum : Exponebat Bar Kaphrà in Tzippurri : Cur omnis* (litera) ם *Mem in medio dictionis* (posita) *est aperta, & hæc est clausa ?* (Quia) *voluit Deus sanctus benedictus* (Regem) *Ezechiam Messiam facere, & Sennacherib Gog & Magog &c.* Quantò sapientiùs de Deo loquuntur Christiani, qui in diuinis cognoscimus, non differre *velle*, & *posse* : nam ex Psal. 135. 6. habemus -

כל אשר חפץ יהוה עשה בשמים ובארץ ונו׳ ׃

Omnia, quæ voluit, Dominus fecit in cælo, & in terra &c. Et Iob 9. 12.

בו

ר׳ נחמיה אמר מתנחם אני שבראתי אותו מלמטה שאילו בראתי אותו מלמעלה השם שהמריד בו את התחתונים כך היה ממריד בו את העליונים ׃

R. Nachmià dixit : Consolatus sum me, quòd creauerim illum ex inferioribus (ex terrenis). *Quòd si illum creauissem ex superioribus* (ex cælestibus) *sicut in me rebellauerunt terrestria, ita fecissent & cælestia.* Quasi Deus rem non agnoscat, nisi post factum, cùm tamen Deo, non minùs futura, quàm præsentia, nota sint. Nugæ sunt, & fabulæ, quòd homo (vt talis est) crearetur, vel creari posset de cælestibus. Non enim cælestia sunt mortalia. Homo autem creandus erat mortalis, & terrenus, vt regeret mortalia.

Item Gen. 6. 17. הנני מביא *Ecce ego adduco diluuium aquarum &c.* R. Salomon -

הנני מוכן להסכים עם אותם שורווני כבר מה אנוש כי תזכרנו ׃

En ego paratus sum assentiri ijs, qui me olim aduersus hominem incitarunt, quando dixerunt : Quid est homo, quòd memor es eius ? Ex hoc loco apparet, Deum oblata occasione mutare animi sententiam, quam olim non probabat. Vide suprà in Tract. *De Angelis* pag. 263. & seqq.

Dicunt etiam, Deum voluisse Regem Ezechiam Messiam facere, sed admonitus ab Angelis cuiusdam erroris Ezechiæ, mutasse sententiam. Isaiæ 9. 7. R. Salomon -

אמרו רבותינו בקש הקב״ה לעשות חזקיה

מי יאמר אליו מה תעשה ...

Quis dicet ad eum: Quid facis? In Deō enim ſemper remanet libera agendi voluntas. Cæterùm ad ם *Mem* clauſum dictionis למרבה *Lemarbbè Ad multiplicandum* quod attinet, multa de eo ad probandum præciſum tempus aduentus Meſſiæ affert Raymundus Martini in *Pugione fidei* par. 2. cap. 14. n. 11. & Par. 3. diſt. 1. cap. 9. num. 5. & poſt ipſum Galatin. lib. 4. cap. 19. vbi notandum, falſum eſſe locum, quem affert idem Galat. ex Cod. שבת *Sciabbàth De Sabbatho* cap. הבונה *Habbonè adificans*, ם *Mem* clauſum loci Iſaiæ citati, מם סתומה דבר סתום רומז *Verbum clauſum, vel rem clauſam*, id eſt occultam ſignificare. Diligenter perlegi totum illud caput Talmudicum, & nihil in eo inuenire potui, quod in verbis, aut ſententia id ſignificaret.

Exod. 10. 10. in illud ראו כי רעה נגד פניכם *Videte quia* רעה *Raàh malum eſt contra facies veſtras*, Dicitur Deum, cùm vellet delere Iſraëlitas, admonitum oratione Moſis, ne vellet verificare quod prædixerat Pharao ipſis Iſraëlitis, ſtatim pœnituiſſe mali, quod inferre cogitabat Iſraëli, & conuertiſſe ſanguinem, quem effundere volebat vltionis & iuſtitiæ cauſa in ſanguinem circumciſionis. De quo ita legitur in *Raſci* loc. cit.

ומדרש אגדה שמעתי כוכב אחד יש ששמו רעה אמר להם פרעה רואה אני באיצטגנינות שלי אותו כוכב עולה לקראתכם במדבר והוא סימן דם ותריגה וכשחטאו ישראל בעגל ובקש הקב״ה להרגם אמר משה בתפלתו למה יאמרו מצרים לאמר ברעה הוציאם זו כי רעה נגד פניכם מיד ויגחם יהוה על הרעה והפך את הדם לדם מילה שמל יהושע אותו וזהו שנאמר (יהושע ה׳: ט׳) היום גלותי את חרפת מצרים מעליכם שהיו אומרים לכם דם אנו רואין עליכם במדבר.

In Midràſc Agghadà dicitur: Sydus quoddam reperiri (inquit Pharao) *cuius nomen ſit* רעה *Raàh. Dicebat ad eos Pharao per Aſtrologiam: Video illud præcedere ante vos per deſertum, & eſt ſignum ſanguineum & lethale. Et quando peccauerunt Iſraëlitæ in Vitulo, & voluit Deus ſanctus benedictus illos occidere, dixit Moſes in oratione ſua: Cur, dicent Aegyptij, malitioſè eduxit eos, quoniam* רעה *Raàh præcedit eos? Statim pœnituit Dominum ſuper malum, & conuertit hunc ſanguinem in ſanguinem Circumciſionis eorum, quos circumcidit Ioſue. Et hoc eſt, quod dicitur* (Ioſue cap. 5. v. 9.) Hodie manifeſtaui ignominiam Ægypti ſuper vos; quia dicebant vobis, Sanguinem nos vidimus ſuper vos in deſerto.

Indigniſſimum ſanè eſt, Deum rationem habere voluiſſe eorũ, quæ dixerat impius Pharao. Item, fuiſſe quodammodo coactum, ne vanum faceret, quod Stellæ demonſtrabant, nempè ſanguinis effuſionem, quaſi euentum ineuitabilem, vertiſſe in effuſionem ſanguinis Circumciſionis.

In Gen. 18. 1. in illud: *Et ipſe ſedebat in oſtio Tabernaculi* כחם היום *cùm incaleſceret dies*. Dicit R. Salomon, Deum auxiſſe æſtum caloris, ne tam multi hoſpites ad Abraham

con-

ומדרש אגדה במקום שנתק שעשה תשובה בבבל ונשאל הקב"ה שנשבע (ירמיה כ"ב, ל') כתבו את האיש הזה ערירי ונולד לו זרובבל בבבל ונאמר לו על פי הנביא (חגי ב', כ"ג) ביום ההוא אקחך זרובבל בן שאלתיאל עבדי ושמתיך כחותם כלפי שאמר לאביו אם יהיה חותם על יד ימיני אנתקנו ׃

Ex Medràſc Agadàh: In loco, Vnde (Deus, Choniàu ſeù Iechoniam) *auulſit, ibidem illum repoſuit: quia* (Iechonias) *fecit pœnitentiam in Babylonia, & Deus ſanctus benedictus petijt quodammodo abſolutionem de eo, quod olim iurauerat* (Ierem. 22. 30.) Scribite virum iſtum carentem prole. *Et tamen natus eſt ei Zorobabel in Babylone. Et dictum eſt ei per Prophetam* (Agg. 2. 24.) In die illa aſſumam te Zerubabel fili Scealtiel ſeruе mi, & ponam te ſicut ſignaculum, (ſeù quaſi ſigillum) *pro eo quod dixerat patri ſuo* (Ierem. c. 22. v. 24.) Si erit annulus in dextera mea, euellam eum. Sed quod Iechonias filium genuerit, & poſteros habuerit vſque ad Chriſtum, non contradicit Iechoniæ ſterilitati; ea enim in textu explicatur, nempè quòd in diebus ſuis non proſperaretur, nec habiturus eſſet ſucceſſorem, qui ſederet ſuper ſolium Dauid: quia vt exponit D. Hieronymus ibid. *In diebus ipſius Ioachim non ſucceſſit ei Rex filius, ſicut ipſe patri ſucceſſerat, ſed fuit in captiuitate. A Salathiel & Zorobabel enim vſque ad Chriſtum nullus Regiam obtinuit poteſtatem.* Vnde & Ioſeph alijque referunt, de Sacerdotali genere, ac Tribu Leui fuiſſe Principes Machabæos, quibus ſuc-

confluerent; illumque defatigarent, quia de recenti circumciſus fuerat, & nondum priſtinæ ſanitati reſtitutus; ſed poſtquam cognouerat, Abraham id ægrè ferre, miſiſſe ad illum Angelos in forma hominum. Sic autem ſubdit R. Salomon Iarchì -

הוצי' הקב"ה חמה מנרתקה שלא להטריחו באורחים ולפי שראהו מצטער שלא היו אורחים באים הביא המלאכים עליו ׃

Eduxerat Deus Sòlem è theca ſua: (nam dicitur in textu כחם היום *Chechòm haiiòm, cùm incaleſceret dies, in feruore diei*) *ne* (Abraham) *hoſpitum cauſa* (quos excipiebat hoſpitio) *nimium fatigaretur; ſed quando vidit agrè ferentem quòd non tranſirent hoſpites; Angelos, ſub hominũ forma, ad eum miſit.* Hinc patet, Deum retractare id quod antea fecerat. Cauſa etiam caloris Solis quam adducit, eſt merum Rabbinicum ſomnium. Hòc idem legitur in Talmùde Codice בבא מציעא *Baud Metzià* cap. 7. pag. 86. b. circa finem, vnde hoc ſuum commentum R. Salomon decerpſit.

Sed horribile eſt, quod tradunt Ieremiæ c. 22. 24. quòd Deus contra iuramentum ſuum neſcio quid fecerit, & quodammodo abſolutionem de hoc iuramento, quaſi de periurio petierit. Verba ſunt R. Salomonis in illud -

אם יהיה כניהו בן יהויקים מלך יהודה חותם על יד ימיני כי משם אתקנך ׃

Si eſſet Choniàu filius Iehoiachim Regis Iudæ annulus ſuper manu dextera mea: quia inde euellam te.

crediderat, eueniunt. Sed Deus, qui omnia præuidit, & scit, quomodo euentura sint, eum pœnitere non potest. Dicitur tamen impropriè pœnitere, & dolere; quia hominum scelera castigando, eosque delendo, videtur nobis retractasse quæ fecerat, quamuis in Deo nulla voluntatis mutatio fiat, aut facti pœnitudo.

Tradunt infinitis penè in locis, Deum statuisse, Legem exhibere mundo post mille generationes: sed quia mox vidit mundum tanto temporis spatio, non potuisse consistere absque Lege, subtraxit è mille generationibus illis generationes, seu ætates 974. Legitur hoc in R. Salomone 1 Paralip. cap. 16. ad v. 15. דבר צוה לאלף דור *Verbum præcepit ad mille generationes*, his verbis.

התורה אשר צוה להודיע בעולם אחר אלף דור וראה שאין העולם מתקיים בלא תורה והעביר מהם תשע מאות ושבעים וארבע דורות:

Hæc est Lex, quam præcepisti notificare mundo post mille generationes: & vidit, quòd mundus non potuit consistere sine Lege, & subtraxit ex eis nongentas septuaginta quatuor generationes. Impudentissima blasphemia est in Deum, qua tollitur scientia, & præscientia, atque Diuina sapientia.

Peccant etiam alia ratione in Diuinam sapientiam, quæ est summa veritas; quia dicunt, Deum cum Balaam visum esse verbis ad decipiendum compositis, quibus etiam illum deceperit. Num. 22. 9. in illa verba: *Et venit Deus ad Balaam, & dixit:* מי האנשים האלה עמך *Qui sunt viri*

successerit Herodes Antipatri Proselythi filius, & postea sub Vespasiano, Regnum huiusmodi generis, immò imaginem Imperij, funditus fuisse deletum. Tanta est Hebræorum, vel ignorantia, vel impietas; vt cùm nodos Scripturarum explicare nequeant, non vereantur soluere impudentissimis blasphemijs.

In illud Genes. 6. 6. ויתעצב אל לבו *Et doluit ad cor suum*, legitur in *Berescith Rabbà, Parascia* 27. pag. 30. col. 3. paulò ante medium; quòd sicut Rex volens ædificare Palatium, omnia facit de consilio & manu Architecti, cuius ingenio & sapientiæ fidit; & quando magisterium displiceat, non potest dolere, nisi de Architecto, cui nimium tribuit: sic Cor Dei (inquit) Architectus Dei est, cum quo iniit consilium, dicendo; *Faciamus hominem*. De quonam ergo dolere debet, si opus factum non placuerit; nisi de corde suo? Et hoc est, quod legitur: *Et doluit ad cor suum*. Verba illius sunt.

אמר ר' ברכיה משל למלך שבנה פלטין ע"י אדרכל ראה אותה ולא ערבה לו על מי יש לו להתכעס חלא ע"י אדרכל כך ויתעצב אל לבו:

1 *Dixit R. Berachia: Hoc simile est Regi, qui ædificat Palatium per manus Architecti. Vidit illud, & non placet. Contra quem indignari debet, nonnè contra Architectum? Ita* (& in hoc casu) *& doluit ad cor suum*. Hoc, quod erat interpretandum, vt vitaretur sensus offensiuus, illi magis augent scandalum. Homo retractat sua dicta & facta, quando aliter quàm

שאני משלחך אצלו נדרן הוא כענין של (תחלים קל״ב: ב׳ ג׳) אשר נשבע ליהוה נדר לאביר יעקב אם אבא באהל ביתי שמא יאמר איני אוכל ואיני שותה עד שאעשה כך ונמצאתי מפסידו ׃

Dixit R. Chaninà Bar Papà : Dixit Deus sanctus benèdictus ipsi Nathàn : Vir iste, ad quem ego te mitto, in agendo praeceps est, fortasse iam conductos habebit operarios, & meum erit demoliri : Age, festina, dicito illi : Non aedificabis tu mihi Domum. R. Simon (aliter) *dicit :* (Dixit Dominus) *Vir iste, ad quem ego te mitto, ad vouendum pronissimus est, iuxta illud* (Psal. 132. 2.) Qui iurauit Domino, vouit potenti Iacob. (v. 3.) Si introiero in Tabernaculum Domus meae ; *fortasse prorumpet in votum, vt dicat : Non manducabo, nec bibam, donec sic faciam, & ego tenebor dissoluere.* Praeterquam quod in Diuinam sapientiam blasphematur, ascribitur etiam Deo timor quodammodo, & sollicitudo, ne Dauid praeueniret facere quod Deus nolebat, nisi quamprimum Nathan festinaret, & impediret ; quasi Deo deesset modus impediendi, vel immutandi Dauid Regis animum. Indignissima de Deo locutio. Deinde ascribunt Deo molestiam, quam incurrere timeat. Quo quid dici potest imprudentius, vel scelestius ?

ri isti tecum ? Dicit R. Salomon, quòd Deus dedita opera simulauit se nescire, vt Balaam in suo errore confirmaret. Eius verba sunt.

להטעותו בא אמר פעמים שאין הכל גלוי לפניו אין דעתו שוה עליו אף אני אראה שאוכל לקלל ולא יבין ׃

Venit (Deus, & hoc modo interrogauit) *vt illum in errorem induceret* (seù confirmaret) *: nam* (Balaam ex sua opinione) *dicebat : Persaepè euenit, quòd non omnia nota sunt Deo ; non est mens eius firma, & stabilis in se. Ego igitur obseruabo tempus, quo possum maledicere, vt ille non intelligat.* Hanc stultitiam fingunt, non ob aliud, nisi quia nesciunt intelligere, quomodo Deus, qui nouit omnia, dixerit Balaamo : *Qui sunt viri isti tecum ?* quasi ignoraret illos. Non est nouum in Scriptura, quòd Deus tentet saepissimè homines, vt appareat quales sint, & suo se prodant eloquio ; & haec Dei tentatio, & interrogatio, non est, vt Deus cognoscat, sed vt homines sciant, & agnoscant. Dicere autem Deum tentare in perniciem, & in malum, vt damnet etiam homines malos, quos semper ad se conuertere studet, non est sine blasphemia.

Item, 2. Samuël. 7. 4. in illud ויהי בלילה ההוא *Et fuit in nocte illa.* R. Salomon.

אמר ר׳ חנינא בר פפא אמר לו הקב״ה לנתן האדם הזה שאני משלחך אצלו מהיר הוא שמא ישכור פועלים ונמצאתי מפסידו מהר ואמור לו לא אתה תבנה הבית ׃ ר׳ סימון אומר האדם הזה

qui infinitus est, & immensus.

Item 1. Reg. 13. 33. in אחר הדבר הזה לא שב ירבעם וגו׳ *Post verbum hoc non est reuersus Ieroboam &c.* R. Sal.

ורבותינו דרשו אחר שתפסו הקב״ה בבגדו ואמר לו חזור בך ואני ואתה ובן ישי נטייל בגן עדן׃

Rabbini nostri (antiqui) *tradiderunt, quòd hoc fuit, quando Deus sanctus benedictus apprehendit illius vestem, & dixit illi: Redi ad te, quia ego & tu, & filius Isai, deambulabimus in Paradiso voluptatis.* Ludicra planè, & Deo indigna.

Item Exodi 32. 18. in illud: *Deditque* (Dominus) *Mosi cùm compleret* לדבר אתו *loqui secum*; dicunt, quòd Moses primùm audiebat lectionem de ore Dei, deinde rursus repetebant lectionem ambo pariter. Ita R. Salomon his verbis -

לדבר אתו מלמד שהיה משה שומע מפי הגבורה וחוזרין ושונין את ההלכה שניהם יחד׃

Loqui secum. *Vt discatur, quòd Moses audiebat ex ore Dei; & posteà legebant Hallachà Lectionem ambo simul.* Nec etiam Ludimagistro honorificum est istud, quod Deo attribuunt.

Laudantes Dei fortitudinem impudentissimè comparant illam fortitudini, & potentiæ Dæmonum. Num. 23. 22. כתועפות ראם לו *Fortitudo Vnicornis ei est.* R. Salomon

[illegible]

ואמרו רבותינו אלו השדים [illegible]

Dixerunt Magistri nostri, Vnicornes isti sunt Dæmones. Licet Dæmon

§. DECIMVSTERTIVS.

In Dei auctoritatem & maiestatem.

IN illud Leuitici 26. 12. והתהלכתי בתוככם *Et ambulabo inter vos.* R. Salomon -

אטייל עמכם בגן עדן כאחד מכם ולא תהיו מזדעזעים ממני יכול לא תיראו ממני ת״ל והייתי לכם לאלהים׃

Deambulabo vobiscum in Paradiso voluptatis, quasi vnus vestrum, & non pauebitis à me. Sed numquid non timebunt ab eo, Dicitur in litera: Et ero eis in Deum.

Ambulatio mysticè capitur, scilicet pro influxu & irradiatione Diuina in Beatos. Hebræi autem crassè, & temerariè ascribunt Deo deambulationem carnalem, & localem in horto. Quòd si obijciant de deambulatione Dei in Paradiso. Respondet D. Augustinus in Genes. ad literam lib. 11. cap. 33. Quòd hoc *non nisi per creaturam visibiliter factum est.*

Item ibidem paulò suprà, versu scilicet 9. ופניתי אליכם *Et conuertar ad vos.* R. Salomon -

אפנה מכל עסקי לשלם שכרכם׃

Vacabo (inquit R. Salom.) *à quocumque negotia, Vt reddam vobis mercedem vestram.* Quasi Deus non curet vniuersa vnica tantùm actione, id est per essentiam suam sine distractione mentis, quod est defectus solius creaturæ, non autem Creatoris,

gitur) ſed non dirigitur ab Eccleſia ſermo ad Deum, ſed ad Meſſiam, qui *ſub arbore*, id eſt propter peccatum arboris eſt excitatus, & venit in mundum, carnem aſſumens, & conceptus, & genitus eſt; vel ſi quod eſt aliud ſignificatiuum myſterium. Huc videtur quaſi per ſomnium alludere Aben Ezræ, qui locum iſtum de Meſſia interpretatur.

In illud Exodi 32. 16. והלוחות מעשה אלהים המה *Tabulæ autem opus Dei erant*; R. Salomon inquit -

כאדם שאומר לחבירו כל עסקיו של פלוני במלאכת פלונית כך כל מעשיו של הקב״ה בתורה׃

Sicut homo, qui dicit ſocio ſuo; Totum eius ſtudium in hac, vel illa arte verſatur: ſic tota Dei cura, & oblectatio eſt in Lege. Indignum hoc eſt infinita Dei ſapientia, & eſt contra ſenſum proprium. Quia opus Dei eſt factura, & opificium.

Item Numer. 23. v. 22. יאמר ליעקב ולישראל מה פעל אל *Dicet ipſi Iacob, & Iſraël, quid operatus eſt Deus?* Rabbi Salomon -

עוד עתיד להיות עת כעת הזאת אשר תגלה חבתן לעין כל שהן יושבין לפניו ולמדין תורה מפיו ומחיצתן לפנים ממלאכי השרת והם ישאלו להם מה פעל אל וזהו שנאמר והיו עיניך רואות מוריך׃

Futurum ſit tempus quale nunc eſt, quo manifeſtabitur dilectio in oculis omnium, quia omnes coram illo ſedebunt, diſcentque Legem ex ore eius (ſcilicet Dei) *& diſcrimen eorum intimum, præ Angelis miniſterij; & ipſi quærent, quale ſit opus Dei: & hoc eſt quod dici-*

ſit potentiſſimus, quia non eſt poteſtas, quæ comparetur ei; nihilominus non ſunt tenebræ luci comparandæ, nec decet vel meminiſſe nominum Dæmonum per labia noſtra, nedum comparare illos Deo.

Adeò ad Dei amicitiam, & familiaritatem ſe adiungunt, vt non vereantur Synagogam Iſraël, Matrem Dei nuncupare. Legitur hoc in R. Salomone. Cant. Cantic, 3. 11. in illud *Egredimini & videte &c. quo coronauit eum mater ſua*. Antiqui Hebræorum quærunt: Quomodo Iſraël ſit filia, ſoror, & Mater Dei. Quòd ſit Mater probant ex eo loco Iſai. 51. v. 4. *Attendite ad me popule meus, & natio mea*. Quod dicitur *Natio mea*, Hebraicè eſt ולאומי *Vlummi*, quod mutatis punctis ſignificat ולאמי *Matri meæ*. Neſcio, vtrum magis temerarium ſit; an ſe Dei Matrem appellare; an id ex Sacræ Scripturæ tam deprauato teſtimonio velle colligere?

Item conatur hoc elicere ex Cant. Cantic. cap. 8. v. 5. *Ibi peperit te* אמך *Immècha mater tua; ibi concepit genuit te*. R. Salomon.

הרי אמרנו שהקב״ה קראה אמו שם נהיתה לך לאם׃

Iam diximus, quòd Deus ſanctus benedictus (Iſraëlem) *appellauit Matrem ſuam: Ibi, inquit, facta eſt tibi quaſi Mater*. Verum eſt ſanè, quòd verba iſta: *Sub malo excitaui te, ibi peperit te mater tua, ibi concepit, genuit te*, ſunt verba Sponſæ alloquentis Sponſum maſculino genere (nam לך *Lechà* id eſt *te*, maſculino genere le-

manitas Dei sancti benedicti erga Abrahamum? Quia (Abraham) *sedebat, & Diuinitas stabat. S. D. Et ipse sedebat scriptum est* (quia Abraham) *volebat exurgere. Dixit ei Deus sanctus benedictus: Sede tu. Hoc enim erit signum filijs tuis, quòd vt nunc tu sedes, & Diuina maiestas stat, sic filij tui sedebunt, & Diuinitas stabit. S.D.* (Ps. 82. 1.) Deus stat in congregatione Dei.

Sed non scribitur ibi עומד *Omèd stat*, sed נצב *Nitzàu* ἕτοιμος *promptus, paratus*. Sic in alio loco: *Et stabis mihi ibi supra petram*. Exod. 33. 21. Vide etiam in *Rabbòth Parascià* 48. in Gen. Hoc loco non legitur Deum stetisse; & quamuis infra ver. 8. legatur והוא עומד עליהם *Et ipse stabat iuxta eos*, de Abrahamo, & non de Deo intelligendum est; & quamuis de Deo quis intelligere vellet, dicendũ, quòd stare Dei est præsentem adesse, propter affectum eius, qui narratur erga creaturam. Isti autem adinuenerunt sensum honoris, vt dicant, Deum creaturis impendere honorem, qui solo Deo debetur, *Honorem meum nemini dabo. Si ego sum Deus, vbi est honor meus?* Malach. 1. 6. Nisi Hebræi subterfugiant dicentes, quòd Deus stet iuxta eos, id est super ad defensionem. Interroga, vtrùm orationem suam Hebræi exsoluant sedentes, an stantes, an genu flexo? Sed si ita accipiunt, quòd Deus etiam ipsis sedentibus, assideat, nempè, quia (vt ibidem subiungunt) pro omni laude, quam Creatori tribuunt, Creator ipse locet inhabitationem

citur (Isai. 30. 20.) Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

Constituunt Hebræi Deum quasi Ludimagistrum in æterna beatitudine. Ad bonum sensum hæc Rabbinorum sententia reduci poterit, si cum D. Hieronymo ad hunc locum dicamus; hoc adimpletum esse tempore Christi Domini, qui est per omnia secula Doctor, & Præceptor Ecclesiæ, quique in Euangelio suo, pro laciniosis Legis obseruationibus atque mandatis, in vno verbo recapitulauit omnia: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Hunc Deum & Hominem Præceptorem, Synagoga vidit, & audiuit docentem in terris.

Ponderant antiqui dictum Psalmi 18. 36. *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me, & disciplina tua correxit me*. Sed hoc vltimum in Hebræo וענותך תרבני *Et mansuetudo tua multiplicabit me*. Legitur in ילקוט *Ialkùt Parascià* וירא אליו *Vaijerà elàu Et apparuit ei*. pag. 53. editionis Liburnensis in folio paulò post medium.

והוא יושב כתיב (תהלים י״ח׃ ל״ו׃) ותתן לי מגן וגומ׳ וענותך תרבני מה ענו׳ תרבה הקב״ה לאברהם שהית יושב והשכינה עומדת שנאמר והוא יושב ישב כתיב בקש לעמוד א״ל הקב״ה שב אתה סימן לבניך מה אתה יושב ושכינה עומדת כך בניך יושבים ושכינה עומדת שנ׳ (תהלים פ״ב׃ א׳׃) אלהים נצב איטימוס כר״א ונצבת לי שם על הצור׃

Et ipse sedebat: scriptum est (Psal. 18. 36.) Et dedisti mihi protectionem &c. & mansuetudo multiplicabit me. *Quæ est ista tam multa hu-*

ham) *non erat circumcisus, cadebat in faciē, & tunc ego illum alloquebar; nunc verò ex quo circumcisus est, ipse sedet, & ego sto.*

Primùm, de foramine inferorum, id fabulosum est. & præter ordinem naturæ. Secundum, quòd Abraham sederet ex dolore, & fuerit à Deo visitatus cum Angelis, fabulæ. Tertium, cadere in faciem ex præputio. Ita & Quartum, Deum stare, Abraham sedere, indignum est Diuinę maiestati. Adeò hoc superciliosum dogma Iudæorum mentibus infixum est, vt legendo קרית שמע *Kiriàth scemaà Lectionem, Audi Israël &c.* ipsi sedeant, & Deum stare imaginentur. Quod verò dicunt de intenso dolore, quo tertio die Abraham cruciabatur ex circumcisionis vulnere, admitti potest, quia ex Genes. 39.25. legitur, Simeonem & Leuì ad hunc diem contra Sichimitas vindictam reseruasse: nam die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis gladijs, omnem masculum interfecerunt. De calore tertij diei à circumcisione Abrahæ, agitur in *Berescith Rabbà Parascià* 48. pag. 53. col. 1. editionis Amstelodamensis in folio, vbi eius origo ab igne Gehennæ infernalis assignatur. Et *Baal Turrim* id probare nititur ex æqualitate numeri vocum כחם היום *Cùm incalesceret dies*, & זהו בגיהנם *hoc est in Gehenna*. Vtræque dictiones numerant 129. si tamē postremæ, vnitas addatur, quam ex tota dictione assumere solent. Sed hæc est Cabalistarū Ghematricorū insulsa probatio, sicut & alia quam imme-

suam super eos, quia dicitur Psal. 22. ver. 4. *Et tu sanctus habitans laudes Israël*, non tamen inducere debent sensum alium, vt Deus iubeat Abrahamum sedere, quod est honoris ipse verò maneat. Hoc enim si dicitur, Deo maximè indignum est, quomodocumque explicatur.

Idem dilucidiùs ex Capitulis R. Eliezer cap. 29. habetur hoc modo -

רבן גמליאל בנו של רבי יהודה הנשיא אומר ביום שנמול אברהם ביום השלישי כאב היה לו מאד כדי לנסותו מה עשה הקב״ה נקב חור אחד בגיהנם והרתיח את היום כיומן של רשעים ויצא וישב לו בפתח האהל לרוח היום שנא׳ (בראשית יח׳, א׳ :) והוא יושב פתח האהל כחום היום אמר הקב״ה למלאכי השרת בואו ונבקר את החולה שמדת גמילות חסדים גדולה לפני מיד ירדו המלאכים ובקרו את אברהם בוא וראה כחה של מילה שעד שלא נימול אברהם היה נופל ואחר כך אני מדבר עמו שנ׳ (שם) ויפול אברהם על פניו עכשו שנמול הוא יושב ואני עומד שנ׳ (שם) והוא יושב פתח האהל וגו׳ :

Rabban Gamliel fil. R. Iudæ Principis dicit: Quando circumcisus est pater noster Abraham, die tertio cruciabatur intenso dolore ex plaga sua. Quid fecit Deus sanctus benedictus? Vt tentaret eum, perforauit foramen vnum intra Gehennam, & feruorem æstumque inuexit in mundum, iuxta diem impiorum. Exijt ergo Abraham (Genes. 18. 1.) & sedebat præ foribus tabernaculi ad auram diei. *Dixit Deus sanctus benedictus Angelis ministerij: Descendamus, & visitemus infirmum. Dixitque* (iterum) *Angelis: Venite, & videte, quanta sit virtus Circumcisionis: quamdiù enim* (Abra-

ex Talmude haurit, ficut & hunc locum ferè ad verbum tranfcribit ex Cod. נדה *Niddà* cap. 3. pag. 31. non longè à fine, cuius verba & ego hic exfcribam, quæ funt -

דרש רבי אבהו מאי דכתיב (במדבר כ״ג: י׳:) מי מנה עפר יעקב ומספר רובע ישראל שהקב״ה יושב וסופר את רביעיותיהם של ישראל מתי תבא טיפת שהצדיק נוצר הימנה ועל דבר זה נסמית עינו של בלעם הרשע אמר מי שהוא טהור וקדוש ומשרתיו טהורין וקדושין יציץ בדבר זה מיד נסמית עינו דכתיב (שם כ״ד: ג׳: וט״ו:) נאם הגבר שתום העין :

Docebat R. Abàu : Quid eft quod fcriptum eft (Num. 23. 20.) Quis numerauit puluerem Iacob, & numerans concubitus Ifraël? *Docet, quòd Deus fanctus benedictus fedet, & numerat concubituum vices Ifraëlitarum*, [R. Salomon עונה תשמישן *tempore coitus illorum*] *quando fcilicet veniat gutta, vnde formandus fit Iuftus. Et propter hoc occæcatus eft oculus Balaam impij : Dixit, quicumque eft fanctus, & miniftri eius puri & fancti funt. Habuit reuelationem hac in re, ftatim occæcatus eft fibi oculus, quia fcriptum eft* (Ibid. 24. 4. 15.) Dictum viri claufum (hominis) oculum.

Hoc obfcœniffimum commentum ftatuunt, & firmant fuper illam vocem Scripturæ רובע *Ròuaa*, quæ verè *quartam partem* fignificat. Vnde decimum verficulum capituli 23. libri Numerorum Onkelofus Chaldaicè vertit -

מן ייכול למימני דעדקיא דבית יעקב דאמיר עליהון יסגון כעפרא דארעא או חדא מארבע משריתא דישראל וכו׳ :

Quis

mediatè poft affert, nempè יושב בפתח האהל *Sedebat in oftio tabernaculi* idem numerare, quam numeret להכניס את האורחים *Vt introduceret hofpites*, quod tamen falfum eft : nam יושב בפתח האהל numerat 849. & להכניס את האורחים numerat 846. nifi 3. pro tribus dictionibus adiungantur.

Nefandiffimum eft, quod de Deo narrant : quòd obferuet actus coniugum Ifraël, dum dant operam proli, & computet illorum actuum moras, & præcipuè quando cadit gutta, ex qua gignendus eft Iuftus. Hinc in illud Num. 24. 3. נאם הגבר שתום העין *Dixit vir occlufus oculo*. R. Salomon de Balaam ita loquitur -

רבותינו אמרו לפי שאמר (ובמדבר כ״ג: י׳:) ומספר את רביע ישראל שהקב״ה יושב ומונה רביעותיהן של ישראל מתי תבא ספה שנולד הצדיק ממנה אמר בליבו מי שהוא קדוש ומשרתיו קדושים יסתכל בדברים הללו ועל דבר זה נסמת עינו של בלעם :

Dixerunt Magiftri noftri (vir occlufus oculo, feù ftrabo Balaam erat) *quia dixerat* (fuprà cap. 23. v. 10.) Quis numerabit puluerem Iacob, ומספר את רבע ישראל *Vmiffppàr eth reuaà Ifraël*, & numerum concubituum Ifraël? *Quia Deus fanctus benedictus fedet & computat concubitus Ifraëlis quando abfcinditur guttula, de qua formandus eft iuftus. Dixit in corde fuo. Qui eft iuftus, & miniftri eius funt iufti. Intellexit, feù vidit rem hanc, & ob id ftrabo effectus eft*. Hactenus R. Salomon Iarchi, qui nihil de fuo profert, & quamuis loca plerumque non citet, attamen omnia

remus. In Cantione matutina: *Ea hora, qua Israëlitæ respondent Amen, sit nomen eius magnum.* Dicunt, Deum gestire animo & membris, mouere caput suum, & dicere: *Beatus Rex, quem sic populus eius collaudat in domo sua.* Blasphemia est, Deum se dicere beatum propter laudes creaturæ, & maximè perfidi, ingrati, cæci, peruersi, & carnalissimi populi.

Sed multò impudentiùs loquuntur de Deo in eodem *Machazore*, idque in Rubrica quadam in opere מרכבה *Marchcuà Quadrigæ*. *Benedicti à me cæli, & terra, & qui descenditis à sacro Curru, si annunciabitis filijs meis, quòd ego facio sub horæ matutinæ tempore, quando scilicet dicunt ante me, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & monete illos, Vt leuent ad me oculos in altum contra Domum orationis ipsorum, & sustollant calcanea sua cum corpore in hora, qua celebrant קדושה Kiddusciâ sanctitatem meam; quoniam non est mihi Voluptas in mundo meo instar Voluptatis, quam capio, quando ipsi leuant oculos suos in meos, & ego meos in illorum. Et ipsamet hora ego apprehendo solium gloriæ meæ, Vbi est imago Iacob, & amplector, & deosculor, & in hoc est mihi memoria eius captiuitatis, & illos redimere festino, &c.* Inter alia absurda, quæ hic leguntur, insigne est, quod dicunt, Deum capere maiorem delectationem & voluptatem cùm tantùm aspicitur ab oculis eorum, quàm cùm laudatur ab Angelis, & Beatis, qui penitùs voluntati Dei conformantur. Nedum hoc vt indecens, sed vt blasphemū dignum est

Quis poterit numerare paruulos domus Iacob, de quibus dictum est, quòd multiplicabuntur sicut puluis terræ, aut vnum ex quatuor castris Israël? At quia רבע *Rauaà* radix, ex qua deducitur רובע, etiam *Coire* aliquando significat, vt in Leuit. cap. 19. 19. & capite 20 16. hinc in eandem significationem desumi debere volunt in hoc eodem loco, & præter intentionem literæ, obscœnè exponunt. Et hic est mos & consuetudo impudentium Talmudistarum, quorum obscœnissima commenta plerumque præterire volui, ne aures, & mens pudica pij & verecundi hominis Christiani offendantur. Obseruant autem Lexicographi רָבַע quando *Coire* significat, de coitu quadrupedum tantùm intelligi debere, vt in locis ex Leuit. citatis. Locus autem Psal. 139. 3. ארחי ורבעי זרית *Semitam meam, & accubitum meum ventilasti*; in Talmude tantùm, & non alibi, de concubitu hominis explicatur, vt in citato Cod. נדה *Niddà* pag. 31. & ex eo in Rabbi Salomone ad Psal. 139. & in ילקוט *Ialkùtt* ibidem, & super 2. Samuel. cap. 22. num. 163.

In מחזור *Machazore* etiam, multa contra Diuinam maiestatem impiè proferunt, quorum nonnulla loca hic citabimus, prætermissis Hebraicis auctoritatibus, vt prolixitatem euitemus. Sed quia *Machazoris Bononiensis*, ex quo ista habuimus, paginæ characteribus Arithmeticis numeratæ non sunt; ideò precum quasdam tantùm voces pro locis inueniendis affe-

suam timentibus se, quod non faciunt sanè Reges carnales, & terreni, sic dixerunt antiqui: *Non est, qui sedeat super solium Regis, nec qui audeat tractare manibus sceptrum eius, neque insidere equo illius. Sed Deus sanctus benedictus hoc gratiæ tribuit Mosi seruo suo qui vtebatur solio suo. S. D.* (Iob 26. 9.) Tenens vultum solij: expandens super illud nubem suam. *Vsus est sceptro illius, quoniam scriptum est* (Exod. 4. 20.) Et accepit Moses virgam Dei in manu sua. *Et antiqui dixerunt, quòd in virga inscriptum erat nomen Dei* יהוה. *Fecit item Eliam conscendere equum suum. S. D.* (2. Regum 2. 11.) Et ecce currus igneus, & equi ignei: *Estne Regnum isto speciosius? Aliter: Rex caro & sanguis dormit in strato suo, & serui eius seruant ad lectum eius foris excubias. Sed Deus sanctus benedictus non sic. Israëlitæ dormiunt in suis lectulis, & nomen* שדי *SCIADDAI inscriptum postibus eorum, facit eis excubias in limine valuarum domus.* (intelligunt schedulā מזוזה *Mezuzà* affixam limini domus) *Rex caro & sanguis habet famulos, qui præferunt ei faces, vt illuminent; & Deus ipse illuminabat Israëlē in deserto, quoniam dictum est* (Exod. 13. 21.) Et Dominus ibat ante illos per diem &c. & nocte in columna ignis. *Estne Regnum isto præclarius?* Miracula ob merita Sanctorum Patriarcharum Israëlitico populo à Deo antiquitùs patrata, moderni Verpuli impudenter sibimetipsis attribuunt.

est vt castigetur. Videsis suprà pag. 196. vbi de Trisagio, & corporis subsultu vnitis calcaneis egimus.

Indignissimè Hebræi de Deo loquuntur, & penè semper blasphemant in suis de Deo doctrinis; quando maximè non vtuntur sacris literis. In *Machazor* Par. II. *De die festo* כפורים in illud Isaiæ 63. 1. *Ego loquens iustitiam magnus sum ad saluandum*; hæc comminiscuntur ex *Medràsc*: vbi dicunt, quòd cùm Deus videret, nec in supremis, nec in infimis, id est cælestibus, & terrestribus, nempè inter Angelos, nec inter homines esse, qui patrocinium susciperet pro filijs suis Iudæis, dixerit; *Ego qui loquor iustitiam, satis sum vt per me saluem; Vult dicere: Ego aperiam os meum, vt tester, & narrem eorum merita, & sim intercessor, & loquens pro eis; quoniam manus mea satis est mihi vt saluem illos, nec opus habeo auxilio & ope alterius.* Hic modus de Deo loquendi, est etiam contra ipsius Dei omnipotentiam, sicut enim Deus armat creaturas in vltionem, cur non possit etiam mouere creaturas, vt velint defendere electos suos? Deinde faciunt Deum מליץ *Melitz Aduocatum* & Intercessorem. Sed penes quem? Quis enim Deo superior, vel inter Deum & creaturas arbiter? Deinde per filios Dei, seipsos tantùm impudenter intelligunt.

In eodem loco eousque amentiæ feruntur, vt Deum sibi quodammodo famulum faciant. Dicunt enim, quòd Deus communicat gloriam

§. 14.

quasi Deus, non voluntate sua operetur, sed ad voluntatem hominis cogatur operari.

Prouerb. 15. 3. בכל מקום עיני יהוה צפות רעים וטובים : *In omni loco oculi Domini speculantur malos; & bonos.* R. Leui Ben Gerson ait -

הנה עיני יהוה הם בכל מקום כי כל הדברי׳ שופעי׳ מידיעתו והשגתו כמו שנתבאר במקומותיו ולז׳ הוא מבוא׳ שהם צופות הרעים והטובים מצד ההשגה הכוללת ומצד הפרטים תדבק השגחתו בטובים אלא שכבר סודר ממנו מה שישול׳ בו לאיש כמעשהו אם טוב ואם רע :

Ecce oculi Domini sunt in omni loco, quoniam omnia infunduntur, & deriuantur à scientia, & prouidentia sua, sicut explicatum est in locis suis, & propterea manifestum est, quòd oculi Domini contemplantur malos, & bonos ratione prouidentiæ Vniuersalis; sed ratione prouidentiæ particularis inhæret prouidentia sua in bonis. Sed ordinatum est à Deo, quòd retribuendum sit homini iuxta opera sua, siuè bonum, siuè malum. Videtur hic prouidentiam particularem extendere ad retribuendum homini iuxta opera sua, quæ potiùs ad actum Iustitiæ, quàm ad prouidentiæ spectare videtur. Prouidentia autem cùm sit ratio ordinis rerum ad finem, perfectissimè tribuitur Deo, & cui omnia subsunt, etiam singularia, etiam contingentia, & maximè rationalis creatura, cuius motus, & actiones omnes eidem subiacent prouidentiæ vt prouidentia est. Vide D. Thom. p. 1. q. 22. a. 1.

R. Abraham Aben Ezræ negat Diui-

§. DECIMVSQVARTVS.

In Dei scientiam, prouidentiam, atque iustitiam.

IN illud Prouerbiorum 15. v. 24. ארח חיים למעלה למשכיל למען סור משאול מטה :

Semita vitæ est desuper intelligentem, vt declinet ab Inferno inferiori. R. Salomon -

ארח חיים : שהוא למעלה למשכיל כלומר המשכיל יתעל׳ לעשות רצון יוצרו אולי ילך כארח החיים שהיא למעלה והם חיי הנפש המתאירת לשוב אל האלהים למען שתסור מן השאול שהוא למטה :

Semita vitæ: *Intelligenti ad superiora; hoc est: quantò res intelligibilis erit gloriosior, tantò præstantior erit erga eum qui scit rem illã, Dei prouidentia, & amabilior, seù suauior: & propterea debet homo, semper niti, vt ascendat in apprehensionem rerum sublimiorum & præstantiorum.* Appellantur autem superiora & alta, quæ sunt nobiliora, quomodo cæli sunt nobiliores elementis; & inter elementa id quod est superius, nobilius est inferiori se; *& propterea erit via vitæ intelligenti sursum,* respectu viri intelligentis, quasi fuerit hoc, *vt elongaret, seù excluderet à loco infimo, qualis est Infernus.* Ex hoc habetur, quòd prouidentia Dei non est, quòd Deus aliquid præstet, cui prouidet, sed potiùs, quòd si homo det operam speculandis rebus altioribus, tantò maiorem Dei prouidentiam sibi comparabit. Qua in re est grauis error:

tes erunt destinati perditioni, & quòd probi semper viuent. Nec tribuit Deo scientiam vllam practicam, vt Theologi nostri, sed speculatiuam tantùm. Ponamus eius verba.

כי ידע: אין ספק כי השם הנכבד יודע הכללי׳ והפרטים. הכללים הם נפש כל חי לכל הברואים והפרטים הם כל מין ומין כפני עצמו או אפי׳ כל בריה ובריה כפני עצמת כי מעשה ידיו כולם רק דעת הפרט לכל אחר בדרך כלל הן לצדק הן לרשע ידענו ולעולם ידע אומנות הנודעות ובעבור שתעמדנה נפשות הצדיקים ותהיינ׳ קיימות לעולם על כן ידע אותם גם ידע כי נפשות הרשעים מאבדנה הנה הטעם כי דרך הרשעים לאבדון ואם נפשות הרשעים תאבדנה אף כי נפשות הלצים׃

Quoniam nouit Dominus &c. Non est dubium, quòd Deus gloriosus noscat vniuersalia, & particularia. Vniuersalia sunt, anima cuiuslibet viuentis omnium creaturarum: & particularia sunt qualibet; & singulæ species in seipsis (imò hæc sunt vniuersalia) *vel etiam qualibet creatura per seipsam* (indiuidua) *quia scilicet opus manuum eius sunt omnia illa. Verùm scientia particularis vnicuique est per viam vniuersalem, siuè sint ad iustificandum, siuè ad condemnandum. Scit illud, & semper cognoscit artificium rerum notarum, & propterea, quia stant animæ iustorum, & stabunt etiam in perpetuum, ideò nouit eas. Item cognoscit, quòd animæ impiorum peribunt. En ratio, & causa iuxta illud* (Psal. 1. 6.) Quoniam via impiorum ad perditionem est. *Et si animæ impiorum peribunt, quantò magis animæ derisorum?* Hæc Aben Ezræ doctrina falsa est: nam Deus intelligendo non componit,

Diuinam prouidentiam circa singularia, quia (inquit) hæc à Deo non cognoscuntur. Sic enim dicit super Psalmum 73. ver. 12.

הנה אלה רשעים ושלו עלם השגו חיל׃

Ecce isti impij, & tranquilli seculi apprehenderunt diuitias.

הנה: הטעם שהצדיקים יודעים דעת אמת שיש אלוה נשגב מדעת אדם והוא חכם לב שידע הכללים שהם עומדים וחלקים שהם הפרטים הם משתנים בכל עת על כן לא ידעם השם כי אינם עומדים׃

Ecce isti impij &c. Sensus est, quòd Iusti nouerunt scientiam veritatis, quia Deus superior est scientia, & cognitione hominum, & est sapiens corde, qui nouit vniuersalia, quæ sunt permanentia: & partes, quæ sunt particularia quædam semper permutantur; propterea non nouit ea Deus, quoniam non sunt permanentia. Negat apertè Aben Ezræ in Deo scientiam singularium; quia non sunt permanentia, sed contingentia & mutabilia. Contra habent nostri Theologi cum D. Thoma 1. p. qu. 14. art. 6. qui docent, Deum omnia singularia distinctissimè cognoscere, & de his summam prouidentiam habere. Sed idem R. Aben Ezræ super Psal. 1. 6. *Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.* Non videtur Deo tribuere altiorē cognitionem & scientiam, siuè intimiorem; de actibus humanis, siuè ad iustificationem, siuè ad condemnationem hoc loco, quàm illud, quod est notissimū etiam omnibus; scilicet quòd malè agen-

gere, Diuinitatem deseruisse Gentiles ob illorum scelera, & iniquitates, neque super eos per gratiam & dilectionem inhabitare, cùm existiment Christianos Gentiles esse, & Idololatras: ideò multis in locis pressiùs explicant, Iudæos solos esse Dei dilectos, eosque ita elegisse sibi in populum, vt siuè boni, siuè mali sint, reprobare illos nec velit, nec possit: & ita Deum acceptatorem personarum faciunt. Hinc docent, quòd Deus Israëlitas tantùm puniat leuibus pœnis, nunquam tamen æternis: vnde decantatum est apud eos illud solemne effatum ex cap. 11. Codicis סנהדרין *Sanhedrin*. -

כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא ׃

Col Israël iesc laèm chèlek leoalàm habbà, *Vniuersus Israël*, (omnes Israëlitæ) *habent partem in seculo futuro*. Hoc est omnes Iudæi saluabuntur, nullus damnabitur, quia omnes sunt iusti; & quamuis peccent, atque enormissima peccata committant, nihilominùs illorum peccata Deus dissimulat; quæ omnia contra Diuinam prouidentiam non tantùm sunt, quàm contra Diuinā iustitiam. Sit exemplum desumptum ex Num. cap. 23. 21. -

לא הביט און ביעקב ולא ראה עמל בישראל ׃

Non aspexit (Deus) *iniquitatem in Iacob*, *& non vidit laborem*, *seù præuaricationem in Israël*. R. Salom:

לא הביט הקב״ה און שביעקב בשהן עוברין על דבריו אינו מדקדק אחריהם לתתבונן באונות שלהם

nit, nec diuidit vt facit creatura; sed omnia simul intelligit, & vnica cognitione cognoscit, quia Deus non cognoscit, aut intelligit per speciem aliam ab essentia sua; nam intelligere Dei est suum esse, & sua essentia, nec ab ea distinguitur. Cognoscit autem bonos, & malos; iustos & iniustos: bonos via approbationis, malos via reprobationis. Aben Ezrę autem videtur in Deo ponere cognitionem discursiuam, cùm velit habere Deum scientiam particularium per viam vniuersalem, quasi ex præmissis vniuersalibus particularem conclusionem eliciat.

Negant Diuinam prouidentiam in Gentiles, quia dicunt solùm super Iudæos Diuinitatem inhabitare, non supra Gentiles, per quos Christianos intelligunt: sic in מחזור *Machazor* Bononiensi pagina 4. primæ partis, quamuis nota Arithmetica signata non sit, circa principium Commentarij, & in illam benedictionem. -

בא״י אמ״ה עוטר ישראל בתפארה ׃

dicitur -

כשמניח הכבע על ראשו מברך עוטר ישראל בתפארה ׃ על שם המעטרבי חסר ורחמים ׃ ואמר כאן ישראל לפי מתשכינה שורה עליהם ולא על הגוים ׃

Quando imponit pileum super caput suum, benedicat: *Qui coronas Israëlem in decore*: *iuxta illud* (Psal. 103. 4.) Qui coronat te misericordia, & miserationibus. *Dicit autem hoc loco* (Israëlem) *quia Diuina maiestas super* (Israëlitas) *habitat*, *& non super Gentiles*. Et ne credas, eos intelli-

nebunt iniusti ante oculos tuos?

Item Iudicum cap. 3. ver. 10. ותהי עליו רוח יהוה *Et fuit super eum spiritus Domini*. R. Salomon habet hæc verba -

דרש רבי תנחומא נסתכל במה שאמר הקב״ה למשה במצרים ראה ראיתי את עני עמי מה הן שתי ראיות הללו, אמר לו רואה אני שעתידין לטעות בעגל ואף על פי כן ראיתי את עני עמי זו. דרש עתניאל אמר בין זכים בין חכים עליו להושיעם :

Explicat R. Tanchumà : Considerandum animo id, quod dixit Deus sanctus benedictus Mosi in Aegypto : Videndo vidi afflictionem populi mei. *Quænam est illa repetitio*, Videndo vidi? *Dixit ei : Video quòd Israëlitæ erraturi sint in Vitulo, & quamuis sint erraturi, nihilominus ego video & aspicio afflictionem illorum, vt liberem illos. Hoc idem oraculum dixit Othniel, siuè digni siuè indigni, boni aut rei sint, Dei est saluare illos.* Ex hoc patet Hebręos credere se saluandos, non quia benè vel malè operentur, sed quia confidunt se esse populum Dei. Tota Scriptura huic prauo errori reclamat; proinde superuacaneum est illum confutare.

Item Isai 27. v. 4. מי יתנני שמיר שית במלחמה *Quis dabit mihi vepres, sentem in bellum &c.* R. Salomon de Esau loquitur, per quem intelligunt Christianos. Et ait R. Salomon -

מי יתנני : ואוכל לפקוד עליהם ולא תוכל מדת הדין למחות שישובו ישראל בתשובה והיא נותנת אותי שמיר ושית בבני מלחמה אפסע פסיעה על מדת הדין ואפקוד עליהם אף יתרון ונוספו על עונם

שלהם ובעמלן שהן עוברין על דתו : עמל. לשון עבירה כמו הרה עמל כי אתה עמל וכעס תביט לפי שהעבירה היא עמל לפני המקום :

Non aspexit Deus sanctus benedictus iniquitatem, quæ est in Iacob : nam quando illi transgrediuntur eius verba (præcepta) *non subtiliter animaduertit, & inquirit in eorum peccata* (vt scilicet obseruet peccatorum vncias, & minutias) *neque etiam in transgressiones eorum, quando præuaricantur Legem eius.* Et declarat vocem עמל *præuaricationem* significare. Sequitur

יהוה אלהיו עמו ותרועת מלך בו :

Dominus Deus eius cum eo, & amicitia Regis cum illo est.

אפילו מכעיסין וממרין לפניו אינו זז מתוכן :

Et quamuis irritent, prouocentque (Deum) *& ad iram accendant, ipse non recedit ab eis.* Est blasphemia in Dei iustitiam, & est manifesta acceptio personarum, si Deus quosdam peccantes dissimulat, eorumque peccata leuissimè iudicat, hoc enim est in Diuinæ iustitiæ præiudicium.

Aliud exemplum : Numer. cap. 35. ver. vltimo -

כי אני יהוה שכן בתוך בני ישראל :

Quia ego Dominus, qui habito intra filios Israël. R. Salomon -

אף בזמן שהם טמאים שכינה ביניהם :

Etiam eo tempore, quo ipsi (Israëlitæ) *sunt immundi, Diuinitas* (est) *inter eos.* Sed dicant Iudęi : Quomodo sit intelligendum illud Leuit. 11. 44. *Sancti estote, quia ego sanctus sum?* Et aliud Psal. 5. 6. *Non habitabit iuxta te malignus, neque perma-*

raui patribus eorum. *Quis ponat me secundùm dies priores*, *id est*, *Vtinam non intercessisset iuramentum: nam tunc instar vepris & spinæ inuasissem vineam, illamque exterminassem*. Quasi Deus improuidè astrinxerit se iuramento, & inuitus contra animi sui voluntatem cogatur non punire Israëlem, prout vellet. Quis hæc de Deo asseret? Est etiam blasphemia in Dei beatitudinem.

§. DECIMVSQVINTVS.

Deus de Gentibus prouidentiam aut nullam, aut modicam habet. Alij Rabbinorum errores de Dei prouidentia.

IN Amos 1. 3. R. Dauid Kimchi - והנה לא ישגיח על אימות העולם לטובה ולרעה כי אם בעבור ישראל אלא אם כן יהיה חמס גדול כדבר בדור המבול וסדום ועמורה כי חמס מפסיד הישוב והאל יתברך רוצה ביישוב העולם ׃

Ecce (Deus) *non habet prouidentiam vllam super populos mundi, siuè in bonum, siuè in malum, nisi propter Israëlem: nisi adeò sit exuberans eorum malitia, vt cogatur in eos grauiter animaduertere, sicut accidit ætate diluuij, Sodomæ, & Gomorræ, quoniam eorum iniquitas inhabitationem mundi tollebat: Deus autem benedictus sit, vult, vt mundus inhabitetur*. Dogma falsissimũ circa Dei prouidentiam.

Idem R. Dauid Kimchi in Isaiam cap.

עונם ואציתנ יחד כן תירגם יונתן על האומות ׃

Quis dabit mihi: *id est*, *Vtinam liceret mihi animaduertere in illos* (in Gentiles) *nec posset iustitia prohibere, ne reuerterentur Israëlitæ ad pœnitentiam*, *& ipsa iustitia poneret me veprem & spinam contra filios belli: ego transilirem* (scilicet Iustitiæ legem) *grandi passu*, *& animaduerterem in eorum iniquitates mensura superexcedenti, simulque illos excinderem*. *Sic Ionathan interpretatus est de populis*. Vide quæso, quid Hebræi dicant de Deo, quòd adeò procliuis sit in Israëlem, & inclinans in eorum fauorem, vt cuperet transilire leges iustitiæ, vt posset punire Gentes, hostes Israëlis, plusquam digni essent: sed Deum timere, ne iustitia iure reclamet. Non alio est animo, & sententia homo iniustus, qui contemnit quidem iustitiam, sed timore iustitiç abstinet ab iniustitia, animo tamen est iniustus. Blasphemia est intolerabilis. Sequitur R. Salomon -

ורבותינו ז״ל פירשו על ישראל המוסב על הכרם חמה אין לי בכל הכעסי שהכעסתני הכרם הזאת לא אוכל לשפוך חמתי לבערם מפני השבועה שנשבעתי לאבותיהם מי יתנני כימים שעברו לו לי השבועה הייתי שמיר ושית ופושע בכרם ואציתנה יחד ׃

Antiqui Magistri nostri hunc locum exposuerunt de populo Israël, quod pertinet ad Vineam: Ira enim est mihi. Quamuis (inquit) *multis indignationibus irritatus fuerim huius Vineæ causa, non possum tamen omnem iram meam effundere, vt illam consumem à facie mea propter iuramentum, quod iu-*

אף על פי כי בישראל היא ההשגחה הגדולה יש ממנה מקצת בשאר האומות ׃

Quamuis præcipua & magna prouidentia (Dei) *sit super Israel, ex ea tamen aliqua pars in reliquas partes diffunditur nationū*. Grauiter allucinantur Rabbini, dum circa Diuinam prouidentiam philosophantur, eam à Gentibus vel totaliter auferendo, vel, si aliquo modo concedant, hoc totum euenire propter curam & custodiam, quam Deus de Hebræis habere dicunt peculiarem. Nos autem dicimus, Deum curam & prouidentiam habere omnium creaturarum, maximè rationalis naturæ, quam custodit, & dirigit ad salutem, & contra quam nemo præualere potest, si Deus non permittat. S. D. Thren. 3. v. 37. מי זה אמר ותהי אדני לא צוה *Quis est iste, qui dixit vt fieret, Domino non iubente?* Vel quis tam impius est, qui dixerit מפי עליון לא תצא הרעות והטוב *Ex ore Altissimi non egredientur mala, & bonum?* Ibid v. 38. Ex his locis, prætermissis multis alijs, illustre testimonium Diuinæ prouidentiæ habemus, quæ circa singularia se extendit, & ordinat omnia ad maiorem sui gloriam, & hominis bonum, cui nos subdere & resignare promptissimè debemus.

Alij errores circa Diuinam prouidentiam inueniuntur in R. Leui Ben Gerson in Prouerb. 10. ver. 30. -

צדיק לעולם כל ימוט ורשעים לא ישכנו ארץ ׃

Iustus in seculum non commonebitur, & impius non habitabit terram. De Di-

cap. 64. 8. *Et nunc Domine pater noster es tu: nos lutum, & tu fictor noster, &c.*

והנה אנחנו החומר ואתה יוצרינו והיוצר ישנה החומר מכלי לכלי כאשר ישר בעיני היוצר כן אנחנו בידך ולא כן שאר העכו״ם כי אין השגחתך עליהם תמידה אבל אנחנו בידך כחומר ביד היוצר שעיניו תמיד בחומר ועושה כלי ׃

Et ecce nos sumus lutum, & tu fictor noster es: & quemadmodum fictor mutat lutum, & efformat hoc, vel illud vas vt meliùs illi placet; sic nos sumus in manu tua. Non sic autem de reliquis Idololatris, quoniam prouidentia tua non est super illos continua, sed nos in manu tua sumus, sicut figmentum est in manu figuli, cuius oculi semper sunt ad formandum figmentum, & efficiendum vas. Et suprà ad caput 63. ver. vlt. *Fuimus à seculo, non dominatus es eorum; nec inuocatum est nomen tuum super eos.*

היינו אנחנו תחת ממשלתך לא צרינו כי לא משלת בם ולא נקרא שמך עליהם ואיך באו הם תחתינו בארץ ירושתנו ׃

Fuimus nos sub imperio tuo; non autem inimici nostri, quoniam non dominatus es illorum, nec inuocatum est nomen tuum super eos. Et quare non inueniunt ipsi sub potestatem nostram in terra hæreditatis nostræ. Contra Kimchium insurgit Malachias Propheta, dum cap. 1. ver. 11. de Gentibus ita loquitur, גדול שמי בגוים *Ghadòl scemì bagòim Magnum est nomen meum inter gentes.* Tandem concludit in Ezech. 33. 1.

Diuina prouidentia ita loquitur :

הנה לעוצם השגחת הש״י על הצדיק לא ימוט לעולם ר״ל כל ימיו ולא ימעדו קרסוליו אך יתקיים במקום שהוא בו מהארץ לא יגלה משם למקום אחר ואולם הרשעים לא ישכנו ארץ כי אם זמן מועט כי מפני רוע פעולותיהם יהיו להם שונאים רבים. או ירצה באמרו לא ימוט לעולם תוך הזמן הנגזר לו לחיות לא ימות כטעם אמרו את מספר ימיך אמלא ואולם הרשעים לא ישכנו ארץ הזמן המוגבל להם כי שנותם תקצורנה ׃

Ecce roborat Deus benedictus prouidentiam super Iustos, non mouebitur in æternum: hoc est omnibus diebus ipsorum, non nutabunt pedes, sed stabunt in loco, vbi sunt, neque migrabunt à terra in locum alterum. Impij verò non habitabunt terram, nisi per breue tempus propter malitiam operum suorum, & multos inimicos habebunt. Vel dic: Non commouebitur in æternum: videlicet, non morietur infra terminum decretum pro vita sua. Et secundùm hunc sensum intelligunt illud (Exod. cap. 23. 26.) Numerum dierum tuorum complebo. *Impij verò non habitabunt terram, quia tempus terminabitur illis, & anni eorum breuiabuntur,* Assertum illud non videtur verum, quia experientia in contrarium est, & contra ipsosmet Iudæos, qui putant se habere peculiarem Dei erga se tutelam, & tamen à propria patria vagantur exules. Præterea Iusti rapiuntur celeriter, ne malitia immutet intellectum eorum.

Item, Prouerb. cap. 11. ver. 21:

יד ליד לא ינקה רע וזרע צדיקים נמלט ׃

Manus ad manum (id est mox) *non erit impunis malus: & semen iustorum euasit.* Idem Ben Gersom.

הנה הרעות הפתאומיות שיבואו מיד ליד לא ינקה האיש הרשע מהם כי אין הש״י משגיח עליו לשמרו מהם ואמנם זרע הצדיקים נמלט ממנו כי השגחת הש״י תדבק בהם לשמרם ׃

Ecce mala subitanea, quæ mox veniunt, ingruunt subito; non erit immunis vir impius, quoniam Deus benedictus non habet prouidentiam super impium, vt liberet eum ab illis. Sed semen iustorum liberabitur, quia prouidentia Dei benedicti adhæret illis, vt liberet eos. Falsum est, quòd Deus prouidentiam de impijs non habeat, cùm, ne perdantur, sed aliquando conuertantur, liberet eos sæpiùs à malis, & periculis.

§. DECIMVSSEXTVS.

Dei diffugium, commigratio, & exilium, Rabbinorum deliria in Dei beatitudinem.

IN גמרא *Ghemarà* Cod. ברכות *Berachòth* pag 9.b. paulò ante medium in illud Exodi 3. v. 14. אהיה אשר אהיה *Ero qui ero*, legitur.

אמר לו הקב״ה למשה לך אמור להם לישראל אני הייתי עמכם בשעבוד זה ואני אהיה עמכם בשעבוד מלכיות א׳ לפניו רשע״ו דיה לצרה בשעתה א״ל הקב״ה לך אמור להם אהיה שלחני אליכם ׃

Dixit Deus sanctus benedictus Mosi: Vade dicito ipsi Israëli; Ego fui vobiscum in hoc seruitutis iugo, & ero etiam vobiscum in aliorum Regnorum ser-

poralem præsentiam, & organa materialia, ex quibus actiones & functiones materiales proficiscantur. Sic Deo vocem & pronunciationem audibilem tribuunt, eamque ingentis soni esse: sed Deum, illam pro libito, & ad captum creaturarum attemperare. Vnde dicunt, Deum, cùm esset in Tabernaculo, & alloqueretur Mosem longè distantem, vocem sua magna inclamasse, sed vocem ab intermedijs non fuisse perceptam, eò quòd eam in medio frangeret, & interrumperet, Leu. 1. 1. ויקרא אל משה *Et Vocauit* (Deus) *Mosem* -

הקול הולך ומגיע לאזניו וכל ישראל לא שומעין׃

Vox perueniebat ad aures Mosis, & Israëlitæ non audiebant. Hæc Rabbi Salomon. Sed apertiùs hoc idem explicat Num. 7. verſ. vltimo -

ובבא משה אל אהל מועד לדבר אתו וישמע את הקול מדבר אליו מעל הכפרת אשר אל ארן העדת מבין שני הכרבים וידבר אליו׃

Et cùm ingrederetur Moses in Tabernaculum Ecclesiæ ad loquendum secum, & audiebat Vocem loquentis ad se super propitiatorium, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim; & loquebatur ad eum. R. Salomon -

יכול קול נמוך תלמוד לומר את הקול הוא הקול שנדבר עמו בסיני וכשמגיע לפתח היה נפסק ולא היה יוצא חוץ לאהל׃

Numquid erat vox submissa? Sed in textu dicitur; Audiebat illam Vocem, nempè, quam audiuit in Sinai (quam scilicet suspicantur Dei propriam) *& quando Vox illa deueniebat ad portam* (Tabernaculi) *Vocis fluxus in-*

seruitutibus. Dixit Moses: Rector mundi, sat est de afflictione præterita. Dixit ei Deus: Vade, dic eis: Qui ero (scilicet vobiscum in tribulatione) *misit me ad Vos*. Corporeum Deum faciunt, & inquietũ: & quamuis non crederent Deum corporeum, nec hodie fortasse credant, quia sequuntur doctrinam Mosis Ægyptij, qui in libro ה״יד *Haijàd* יסודי התורה *Iesodè batthorà* cap. 1. expreſsè docet, Deum non esse corporeum, idemque repetit articulo 3. *Symboli fidei*: nihilominus blasphemia est adscribere Deo exilium, quòd exulet in gratiam populi Iudaici, quod est contra Dei beatitudinem. Antiquos autem Rabbinos, Deum corporeum facere ex eo apparet, quòd doceant per se ipsum loquutum, & absque ministerio Angelorum formata figura, in propria (vt dicitur) persona apparuisse Mosi in deserto in Rubo: manifestasse illi nomen suum; & quòd se Deum Abraham, Isaac, & Iacob esse, testatus est. Reuera tamen Angelus erat, qui Dei iussu, Dei personam ibi vices gerebat, & loquebatur. Sic nos explicatum habemus Actorum cap. 7. 30. *Apparuit illi* (scilicet Mosi) *in deserto Montis Sina Angelus in igne flamma rubi*. Sed etiam Legem datam credunt, ipsis Dei manibus, id est præsentia sua. Datam autem fuisse Angelorum ministerio nefas & piaculum crederent. Noster verò Apostolus de Lege dicit Galat. 3. 19. *Ordinata per Angelos in manu mediatoris*. Proinde semper in hunc errorem impingunt, Deo tribuendo cor-

& reducet &c. R. Salomon. -

היה לו לכתוב והשיב את שבותך רבותינו למדו מכאן כביכול שהשכינה שרויה עם ישראל בצרת גלותם וכשנגאלין הכתוב גאולה לעצמו שהוא ישוב עמהם ועוד יש לומר שגדול יום קבוץ גליות ובקושי כאילו הוא עצמו צריך להיות אוחז בידיו ממש איש איש ממקומו כענין שנאמר (ישעיה כ״ז י״ב) ואתם תלקטו אחד אחד בני ישראל ואף בגליות שאר האומות מצינו כן ושבתי את שבות בני עמון ׃

Erat ſcribendum והשיב Et reducet, (ſed ſcribitur ושב & conuertetur) *Magiſtri noſtri* (antiqui) *hinc eliciunt; quòd propemodum Diuinitas moratur cum Iſraële in anguſtijs captiuitatis eorum: & quando redimuntur, Deus ipſe in Scripturis ſeipſum redimi teſtatur, eò quòd ipſe cum illis ſedet, & moratur. Adhuc dici poteſt; quòd quando congregabuntur captiuitates, dies erit magnus, & plurima erit difficultas, ita vt neceſſe ſit, Deum ipſum per ſe apprehendere propriè manus cuiuſcumque viri, vt illos educat de loco ſuo. S. D.* (Iſai. 27. 12.) Et vos colligemini ſingulatim, vnus ad vnũ filij Iſraël. *Atque etiam in captiuitatibus reliquorum populorum inuenimus ita dictum* (Ierem. 49. 6.) Et conuertam captiuitatem filiorum Amon.

Videtur R. Salomon in ſuo ſenſu emollire, ſeù potiùs concordare voluiſſe, quomodo Deus dicatur eſſe in captiuitate, non quòd reuera ibi eſſet; ſed dum euitare vult vnam difficultatem, incidit in alium errorem ferè conſimilem; quòd Deus ſcilicet apprehendet ממש *Memàſc verè & propriè* vniuſcuiuſque manum. In

intercipiebatur, nec exibat extra Tabernaculum. Errant primùm, quia credunt Deum peculiariter, & circumſcriptiuè fuiſſe in Tabernaculo, ita vt non alibi; dicunt enim, quòd ex eo loco tantùm dabat vocem. Hoc vtique dicitur in Textu, ſed erat ex miniſterio Angelorum. Vel Deus ipſe operabatur hunc effectum in Tabernaculo, & non alibi, non ſic tamen, vt ibi tamquam in domicilio includeretur. Hoc idem etiam, vt negari non poſſit, confirmat R. Salomon Ezech. 10. 5. his verbis עד החצר החיצונה *Vſque ad atrium exterius* -

הר הבית יכול מפני הקול נמוך תלמוד לומר בקול שדי בדברו אלא משהוא מגיע לחצר החיצונה הוא נפסק ׃

Montis Domus (Dei) *Numquid erat vox ſubmiſſa? Sed in textu dicitur ceù Vox Dei* (id eſt erat vox immenſa) *ſed quando perueniebat ad atrium exterius intercepta deſinebat.* Hic apertè Deo tribuit R. Salomon propriam quandam vocem, quæ à ſuo ſono deſineret, quando Deus ipſe vellet. Sed ſi Hebræi crederent, Deũ eſſe vbique, non fingerent iſta deliramenta, vt Deus vno in loco dumtaxat ſtaret, & vocem à longè emitteret.

Deum autem ſemper ire & redire cum Iſraële in captiuitate, non vno in loco docent. R. Salomon Deuteron. 30. 3. -

ושב יהוה אלהיך את שבותך ירחמך ושב וגו׳

Et reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui,

In Cant. Cantic. 4. 7. אתי מלבנון כלה

Mecum de Libano Sponsa &c. R. Sal.

כשתגלו מלבנון זה אתי תגלו כי אני אגלה עמכם . אתי מלבנון תבואי . וכשתשובו מן הגולה אני אשוב עמכם ואף כל ימי הגולה בצרתך לי צר . ועל כן כתב אתי מלבנון תבואי כשתגלו מלבנון זה אתי תבוא ולא כתב אתי ללבנון תבואי לומר משעת יציאתכם מכאן עד שעת ביאתכם כאן אני עמכם בכל אשר תצאו ותבואו

Quando captiui ducemini à (monte) *isto Libani, mecum pariter in exilium agemini, quoniam ego vobiscum pariter feram exilium. Mecum de Libano venies: & quando reuertemini ab exilio, ego quoque reuertar vobiscum. Et etiam omnibus diebus captiuitatis angustia vestra mihi angustia est; & idcircò scribitur:* Mecum de Libano venies; *quia quando captiui ducemini de Libano isto mecum venies; & non est scriptum: Mecum ad Libanum venies* (vt scilicet intelligatur, quòd) *ab ea hora, qua hinc egressi fuistis vsque ad horam reditus vestri, ego vobiscum fui, in exitu, & reditu.*

Item R. Dauid Kimchi Isai. cap. 43. v. 14. כה אמר יהוה גאלכם קדוש ישראל

Sic dixit Dominus redemptor vester sanctus Israel &c.

לפי מה שנמצא בדברי רבותינו זכרונם לברכה דמה שהם היו קוראין שלחתי בקבוץ שפתים חסין שאמרו כל מקום שגלו ישראל שכינת עמהם גלו לבבל שכינה עמהם שנאמר (ישעית מ״ג . י״ד .) למענכם שלחתי בבלה . גלו לעילם שכינה עמהם שנא׳ (ירמיהו מ״ט . ל״ח .) ושמתי כסאי בעילם .

At quemadmodum inuenitur apud antiquos nostros b. m. eos legisse (vocem) שלחתי *cum* (ֻ) קבוץ *Kibbùtz sub litera* ש, *& dixerunt; quòd in omni loco, quo perducti fuerunt in captiuitate filij Israël, inhabitatio Diuinitatis ibi extitit. Fuerunt captiui in Babylone, & ibi Diuinitas inhabitauit. S. D.* למענכם שולחתי בבלה Propter vos missus sum in Babylonem. *Transmigrauerunt in Elam, Diuinitas inhabitauit ibi. S. D.* (Ierem. 49. 38.) Et posui sedem meam in Elam.

Falsum textum inducunt corrumpendo Scripturã mutando שִׁלַּחְתִּי *Scillàchti misi* in שֻׁלַּחְתִּי *Scullàchti missus sum.* Illud de Elam longè alium sensum habet. De quo vide Cornelium à Lapide loc. cit. Sed Deum cum Iudæis proficisci, & manere in captiuitate, vbique personant Apellæ, præsertim in *Ghemarà* Cod. מגלה *Meghilla* cap. 4. pag. 29. longè post principium, ex quo loco R. Dauid Kimchi suum decerpsit commentum. Verba Ghemaræ sunt

תניא רבי שמעון בן יוחי אומר בוא וראה כמה חביבין ישראל לפני הקב״ה שבכל מקום שגלו שכינה עמהן גלו למצרים שכינה עמהן שנ׳ (א׳ שמואל ב׳ , כ״ז .) הנגלה נגליתי לבית אביך בהיותם במצרים וגומר . גלו לבבל שכינה עמהן שנ׳ (ישעית מ״ג . י״ד .) למענכם שלחתי בבלה . גלו לאדום שכינה עמהם שנ׳ (שם ס״ג . א׳) מי זה בא מאדום חמוץ בגדים מבצרה זה הדור בלבושו וגו׳ :

Est traditio. R. Simeon Ben Iochài dicit: Veni, & vide, quàm dilecti sint Israëlitæ coram Deo sancto benedicto, quia vbicumque abierunt in exilium, Diuinitas fuit cum illis. Trasmigraue-

ferant Diuinū Numen, passimue cogant de loco ad locum abire, & nunquam quiescere sinant. In *Machazòr Bononiensi* Par. 2. circa finem, in Ieiunio באב תשעה Mensis Iulij, Cantico אויל Carmine rhythmico, decantant decem transmigrationes, quas passa est Diuinitas. Canticum sic se habet ordine Alphabetico.

א אויל בחכנים חרף בהיכל
ברחה שכינה בזוית היכל ׃
ב ברחה מהיכל לעזרה במבוכות
וראתה חנשים תמוז מבכות ׃
ג גלתה מעזרה לפתח עלתנאי
וראתה אחוריהם אל היכל יהוה ׃
ד דאת מפתח לרחוב מן תנאוצים
וראתה חכנים מלקטים עצים ׃
ה הלכה מרחוב לפנת הגגות
וראתה משתחוים על הגגות ׃
ו ומן הגגות לחומה נדה בחרון
וראתה נשבעים באשמת שומרון ׃
ז זזה ונדה מחומת לשרת
וראתה מזבחותם כגלים על תלמי שדה ׃
ח חזרה משדה אל ההרים
וראתה זבחים על ההרים ׃
ט טסה מן ההרים אל הגבעות
וראתה מקטרים על הגבעות ׃
י יצאה מן הגבעות אל הגדולים לנשל
וראתה כי המה יחדו שברו עול ׃
כ כמסה מגדולים אל כהני יהוה
וראתה ולא אמרו איה יהוה ׃
ל לכתה מן הכהנים אל הנערים
וראתה נודדים וגם מפירים ׃
מ מן הנערים ליונקים חננה
וראתה זרע מנאף בני עונה ׃
נ נסעה מיונקים אל גומליהם בצביון
וראתה כי גבהו בנות ציון ׃
ס סלקה ממכעסות אל נדודי קן
וראתה משוטטים ולא מוצאים קן ׃

עברה

uerunt in Aegyptum, & Diuinitas cum illis. S. D. (1. Samuel. 2. 27.) Transmigrando transmigraui me in domum patris tui, cùm essem in Ægypto &c. *Transmigrauerunt in Babylonem, & Diuinitas cum illis.* S. D. (Isai. 43. 14.) Propter vos missus sum in Babel. *Trasmigrauerunt in Edom, & Diuinitas cum eis. S. D.* (Ibid. 63. 1.) Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua &c.

Hic etiam deprauatur Scriptura. Locus 1. Samuelis cap. 2. ver. 27. omninò diuersum significatum habet ab eo, quod tradunt Talmudistæ. Radix גָּלָה *Ghalà* in hoc loco non stat pro *Migrauit, deportatus fuit*, sed pro *Manifestauit*, & intransitiuè *Retexit se*, vt in hoc secundo significatu reponit R. Nathan in Concordant. explicatque נגליתי הנגלה *Manifestando manifestaui me*. Talmudistæ autem non minùs alienum sensum inducunt, vt ad sua contorta sensa hunc locum pertrahant, quàm alium Isai. 43. 14. suprà detectum; & *Quis est iste, qui venit de Edom?* quem nimis absurdè volunt intelligi de Deo, quòd in captiuitate sub Edom seù Romanis (vt ipsi intelligunt) cum Iudæis exulauerit; cùm potiùs intelligendus sit de Christo Triumphatore de Idumæis, alijsque Gentibus sibi subactis; de cuius victoria per totum illud caput agitur.

Ambages longissimæ sunt, quæ hac de re in Hebræorum libris leguntur; & quomodo tam crebrò trans-

בח

ע עברה מן הגרודים אל השרים
וראתה ונמה שריך סוררים ׃
פ פנת משרים אל בת מתנבאים
וראתה כי כלם חברי גנבים ׃
צ צערה מחברי גנבים אל זרע אמת בלי כחד
וראתה כי כלו אוהב שוחד ׃
ק קראת בכבל חנני להרגיע
וראתה אין איש ואין מפגיע ׃
ר רתקת בגחן ברבות בנות
וראתה כעם בנים ובנות ׃
ש שחרה לרגוע אל השופטים
וראתה יתומים לא נשפטים ׃
ש שלש שנים ומחצה עשתה בהר הזיתים
והיתה בת קול מפוצצת שובו עמותים ׃
ת תלת מהר הזיתים למרומים
וראתה ונמה אלך לי למרומים ׃
ת תחבולות עשתה לגזז גנתי
וראתה ונמה סבליגיתי ׃
ככתוב אלכה ואשובה אל מקומי עד אשר
יאשמו ובקשו פני בצר להם ישחרונני ׃

א Aleph *Stultus* (scilicet Manasses) *quando introduxit statuam in Templum*,
Fugit Diuinitas per angulòs Templi.

ב Beth *Fugit à Templo ad atrium in perplexionibus*:
Et vidit mulières plangentes Adonidem.

ג Ghìmel *Commigrauit ab atrio ad portam* עלתנאי *Alianài* (est portæ nomen)
Et vidit versa terga illorum ad Templum Adonài (Domini)

ד Dàleth *Volauit ab atrio ad plateam propter irritantes*:
Et vidit filios legentes ligna (scil. sacrificandi causa)

ה He *Abijt à platea ad angulos tectorum*:
Et vidit adorātes super tecta.

ו Vau *Et à tectis ad murum in furore recessit*:
Et vidit iurantes per peccatū Samariæ (per Idolum Vituli)

ז Zàin *Recessit, & mouit se à muro ad agrum*:
Et vidit aras eorum quasi aceruos super sulcos agri.

ח Chèth *Redijt ab agro ad montes*:
Et vidit sacrificantes super montes.

ט Thèth *Volauit à montibus ad colles*:
Et vidit suffumigantes super colles.

י Iod *Exijt à collibus ad magnos claudentes* (Templum, id est Ostiarios)
Et vidit, quòd ipsi pariter iugum abruperunt.

כ Càph *Abscondit se à magnis ad Sacerdotes Domini*:
Et vidit; *& non dixerunt, Vbi est Dominus?*

ל Làmed *Iuit à Sacerdotibus ad Pueros* (seù Iuuenes)
Et vidit, quòd vouerent, & irritum (votum) *facerent.*

מ Mem *A pueris ad lactentes se transtulit*:
Et vidit semen adulterum, & filios augurum.

נ Nun *Profecta est à lactentibus ad nutrientes illos in delicijs*:
Et vidit, quòd eleuatæ sunt filiæ Sion (per superbiam)

ס Sàmech *Recessit ab ipsis, quæ prouoca-*

Sicut scriptum est (Ose. 5. v. 15.) Ibo, & reuertar in locum meum, donec rei sint, & quærant faciẽ meam. In tribulatione sua manè consurgent ad me.

Hæc licèt fortè dicta sint figuratè de visitationibus peccatorum, iuxta illud Gen. 18. v. 21. *Descendam, & videbo, utrum clamor eorum &c.* nihilominùs, de Diuina maiestate, quæ totum implet Vniuersum, dicere, quòd diffugiat per angulos Templi, & commigret, & exulet, indignissimum est, nec consonat vllo modo cum ipsius æterna gloria, & beatitudine. Notandum tamen est id, quod dicunt in vltimo versu, & afferunt ex Osea, Deum dereliquisse Iudæos. Vera dicunt: nam eodem Propheta teste cap. 3. 4.

כי ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ואין אפוד ותרפים׃

Quoniam dies multos manebunt filij Israël sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, sine statua, (id est sine Altare) *sine Ephod, & Teraphim.* Conuertentur tandem ad agnitionem Iesu Christi Dei ac Domini nostri & Iudæorum Messiæ, & tunc ad eos שכינה *Scechinà Diuinitas* reuertetur.

אחר ישבו בני ישראל ובקשו את יהוה אלהיהם ואת דויד מלכם ופחדו אל יהוה ואל טובו באחרית הימים׃

Postea reuertentur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum, Ibid. v. 5. Vbi notandum

bant (ad iram) ad exercitus puros:
Et vidit discurrentes non pronunciantes casta.

ע Aàin — *Transijt à militibus ad Principes:*
Et vidit, & dixit: Principes tui rebelles.

פ Pe — *Diuertit à Principibus ad cateruas prophetantium:*
Et vidit, quòd omnes sunt socij furum.

צ Tzàde — *Mouit gressum à socijs furum ad limen verum sine falso:*
Et vidit, quòd vnusquisque diligit munera.

ק Koph — *Vocauit duplici* (ecce ego) *vt quiescerent:*
Et vidit, & non est vir, qui occurrat.

ר Resc — *Soluit se in Gachàtz, in multis filiabus:*
Et vidit indignationem filiorum, & filiarum.

ש Scin — *Manè surrexit vt pulsaret ad portas Iudicum:*
Et vidit pupillos non iudicatos.

ש Scin — *Tres annos & dimidium fecit in monte Oliuarum:*
Et fuit vox cælitùs peruolans, Reuertimini socij correspondentes.

ת Thàu — *Tres à monte Oliuarum ad excelsa:*
Et vidit, & dixit: Ibo ad excelsa.

ת Thàu — *Artes fecit tondentibus hortum meum:*
Et vidit, & dixit: Robora me.

דויד

Ezechielem filium Buzi Sacerdotem in terra Chaldaorum ? Percussit eum Abuah super calceamentum eius. [R. Salomon: *Sicut homo, qui tangit pedem socij silentio, vt non audiant, qui stant in corona lecti propè quem stabat.*] *Dixit ei: Nonne dixi tibi, ne molestia afficias mundum. Quid fuit, quod fuit iam* [R. Salomon -

שחית כבר כלומר חחיא שעתא חות ולא יותר ויש אומרים שחית כבר בארץ ישראל שרת׳ עליו רוח חקרוש ׃

Quod fuit iam, hoc est, illa vice tantùm; & non ampliùs. Sunt qui dicant כבר *Cheuàr Chobar fuisse in terra Israël, super quem habitauit Spiritus sanctus &c.*

Cæterùm, quomodo Deus habeat prouidentiam suorum particularem, & in quo consistat, vide R. Leui Ben Gerson in Prouerb. cap. 3. 14. cap. 18. 10. cap. 21. 18. cap. 27. 27.

§. DECIMVSSEPTIMVS.

In Dei bonitatem, & misericordiam.

Contra Dei bonitatem, & misericordiam, imò contra naturam Diuinam, & contra omnia illius attributa, est blasphemia illa, quæ legitur in R. Salomone Ezech. cap. 9. 4. nempè, quòd Deus cum Sanctis suis non modestè se gesserit, seù quòd vsus cum illis non fuerit מדח טובח *Middà Touà More bono*, vrbanitate, aut humanitate: nam dicunt, quòd Deus exemerit Sanctos suos

דויד *Dauid* scribi cum י *Iod* præter vsum, vt intelligatur non de Dauide mortali Rege loqui Scripturam, sed de Rege Christo Deo (quod innuitur in י *Iod* Diuinitatis nota apud Doctores Hebræos) & *Homine* per nomen *Dauid*, ex cuius progenie natus est secundùm carnem, vnde & filius Dauid in vtroque instrumento Christus vocatur. Interim, Iudæorum sententię ferè semper pugnantes sunt, & circa eandem rem modò aiunt, modò negant. Asserunt Diuinitatē sequi Iudæos captiuos, & angustijs cum eis affici. Postea negant, eam reperiri in terris Gentilium, & cum Iudæis ibi degentibus inhabitare: vnde in Talmude Cod. מועד קטן *Moèd kattàn* R. אבא *Auà* dicit, Diuinitatem non potuisse requiescere super Rabbenu Hakkadòsc, eò quòd extra Terram Sanctam, in Babylonia inter Gentes habitauerat, vbi Diuinitas non potest consistere. Verba Ràu Auà sunt:

ראוי חיח רבינו שתשרח עליו שכינח אלא שבבל גרמת ליח מתיב רב נחמן בר חסרא ואמרי לח רב חנן בר חסרא חיח חיח דבר יחוח אל יחזקאל בן בוזי חכחן בארץ כשרים טפח ליח אבות בסנדליח אמר ליח לאו אמינא לך לא תיטרוך עלמא מאי חיח שחית כבר ׃

Dignus fuit Rabbènu (id est Rabbenu Hakkadòsc Auctor Miscnæ) *quòd requiesceret super eum Diuinitas, sed Babylon fuit in causa.* [R. Sal. שאין שכינח שורח בחוץ לארץ *Quia Diuinitas non habitat extra terram Israëlis.*] *Obiecit Ràu Nachmàn Bar Chasda; & dixit ipsi Ràu Chanàn Bar Chasdà: Nonne factum est verbum Domini ad*

ממקודשי אלו בני אדם שקיימו כל התורה כולה מאלף ועד תיו ואמרו לא יצאה מדה טובה מאת הקדוש ברוך הוא וחזר בו לרעת חוץ מדבר זה שהרי אמר תחילה והתוית תיו ואמר על כל איש אשר עליו התיו אל תגשו ואחר כך אמר וממקדשי תחלו ׃

Et Magiſtri noſtri (antiqui) *dixerunt*; *Ne legas*, à ſanctuario meo, *ſed* à ſanctificatis meis. *Iſti erant* (pij & religioſi) *viri, qui Legem totam ab Aleph vſque ad Thau* (ab A vſque ad Ω) *ad vnguem obſeruauerant: dixeruntque: Non exijt à Deo ſancto benedicto mos laudabilis, ſeù virtus moralis: nam mutauit propoſitum in malum, à dicto primo ſuo. Primò enim dixerat: Et ſignabis Thàu, & ſuper quocumque homine erit Thàu, ne tangatis illum. Mox dixit: Et à ſanctificatis meis inchoate.* Si in verbis Scripturæ hæc, quæ ei imponuntur, vel ſaltem apertè innuerentur; huiuſmodi in Deum iniuria interpretanda eſſet, & conuertenda in bonum ſenſum: nunc verò, cùm nec innuatur vllo modo; quæ temeritas eſt peruertere Scripturam, vt ſit locus blaſphemiæ? Quando enim dicitur, *A Sanctuario meo incipite*, vel, *A ſanctificatis meis*, vt ipſi ſuo modo emendant Scripturã (ſed hoc eis concedatur, quia etiam Sept. verterunt ἀπὸ τῶν ἁγίων, *A ſanctis meis*) non intelligitur de viris Sanctis, qui reuera Sancti coram Deo eſſent, ſed quòd munere Sacerdotij ſancti dicebantur, quia verſabantur in Domo Dei, & decebat, vt iudicium à Domo Dei inciperet.

Tradunt etiam multis in locis, Deum ſuos à ſupplicijs, hocque palàm verbis, & promiſſionibus profeſſus fuerit, nihilominùs illos priores ſupplicijs affecerit, & ab ipſis inceperit. Ezech. loc. cit. videlicet cap. 9. v. 6. וממקדשי תחלו *Et à ſanctuario mei incipite*. R. Salomon ex ſententia antiquorum Rabbinorum ait -

רבותינו אמרו אל תקרי ממקדשי אלא במקודשי מי המקודשים לי הם אותם חקוקי התיו שהתרי בהם מלחזיקם הער וצוה לחבל לפי שאמרה מרת הדין לפניו מה נשתנו אלו מאלו הרי לא מיחו בהם כראית במסכת שבת ׃

Maiores noſtri dixerunt: Ne legas, à Sanctuario meo, *ſed* à ſanctificatis meis; *Ab ijs, qui ſanctificati ſunt mihi. Iſti ſunt in quibus impreſſum eſt ſignum, de quibus edixerat, ne quis vllum ipſis nocumentum inferret; ſed mox, mutato propoſito, iuſſit illos deſtrui, & deuaſtari. quia dixerat Iuſtitia ante Deum: Quodnam quæſo eſt diſcrimen inter hos & illos? Nam & iſti non prohibuerunt eis. Sic legitur in Codice de Sabbatho.* Hæc R. Salom. In quo dicto, non ſolùm contra Dei bonitatem & miſericordiam blaſphematur; verùm & contra ipſius immutabilitatem, & iuſtitiam: nam attribuitur Deo mutatio voluntatis, quia inducitur corrigere id, quod antea fecerat, reprehendente factum iuſtitia. Item imponitur Deo inſcitia, & imprudentia. Sed grauiùs etiam R. Dauid Kimchi blaſphemans, rem ex dictis antiquorum exponit hoc modo -

ורבותינו ז״ל דרשו אל תקרי ממקדשי אלא

את כוס וגו׳ ׃ וקודם גזר דין אמר לנביא לחוכיחם
אולין ישובו ולא יתחתם גזר דינם ׃

In anno quarto: *Anno, quo ſigillata eſt ſententia Iudicij, quo Iſraël in captiuitatem ageretur, & biberet calicem furoris, ſicut dixerat* (Ibid. ver. 15.) Accipe calicem &c. *Sed ante hanc ſententiæ ſigillationem, dixit* (Deus Ieremiæ) *Propheta*: Argue illos, fortaſſe conuertentur; *ſed adhuc non ſigillauerat ſententiam iudicialem*. Falſa eſt hæc imaginaria ſigillatio ſententiæ Dei. Quia Deus ſemper expectat, donec peccatores conuertantur. Licet fortè tollerari id poſſet; ſi R. Salomon intelligeret de decreto Diuino in pœnis tantùm temporalibus, quatenus Deus interdum, in beneficium tamen hominum, certum ad tempus definiat, quæ ſemper veniunt; ceu, quando ſubtrahit certis hominibus gratias quaſdam temporales, & gratis datas. Sicut de Eſau legitur ad Hebr. 12. 17. *Et non inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet eam*. Licet illæ lacrymæ non eſſent ex dolore contritionis, ſed attritionis, vel potiùs omiſſi proprij commodi cauſa. Vtcumque ſit; non eſt recipienda Rabbinica hæc doctrina, de ſigillatione ſententiæ.

Item R. Salom. 1. Samuel. 2. 25. כי חפץ יהוה להמיתם *Quoniam voluit Dominus occidere eos* –

שכבר נחתם גזר דין אבל קודם שנחתם גזר
דין נאמר כי לא אחפוץ במות המת ׃

Iam enim (inquit) *ſigillata erat ſententia Iudicij, ſed antequam ſigillaretur ſen-*

Deum quædam peccata dimittere, quædam non; vel eadem peccata dimittere, non tamen ſemper, ſed ad certum tempus dumtaxat, quod eſt negare inexhauſtum fontem Diuinæ bonitatis.

R. Salomon in Iſai. 55. v. 6. דרשו יהוה בהמצאו *Quærite Deum, dum inueniri poteſt*, id eſt קודם גזר דין בעוד שהוא אומר לכם דרשוני *Antequam claudat ſententiam, dum adhuc ipſe dicit: Quærite me*. Putant Hebræi, Deum eouſque expectare peccatorem, poſt certum verò tempus ſigillare contra eum ſententiam, nec eſſe tempus ampliùs remiſſionis. Sed non eſt ſenſus huius loci: *Quærite Deum, dum inueniri poteſt*; quando ſcilicet ipſe dicit: *Quærite me*, vt dicit R. Salomon. Semper enim Deus quantum eſt in ſe, ratione ſuæ infinitæ bonitatis, vult quæri, & iubet ſe quæri. *In ſimplicitate cordis quærite illum*, Sap. 1. 1. Sed defectus eſt ex parte creaturarum, quæ quærere volunt Deum, quando non eſt quærendi tempus, nempè poſt hanc vitam: *Ambulate, dum lucem habetis*. Ioan. 12. v. 35. Vel quando non quærunt, vt decet, puta ſine fide, opere, & ſimplicitate cordis. Senſus igitur eſt: Quærite Deum, dum viuitis, vbi pœnitentiæ locus eſt, antequam veniat ſeueritas iudicij, nam in altera vita videbitur, non inuenietur Deus.

Idem R. Salomon Ierem. 25. 1. *Anno quarto Ieoiakim filij Ioſcijàn Regis Iuda*. ait –

בשנה תרביעית ׃ שנה שנתחתם גזר דינם
שיגלו וישתו כוס החימה כמו שאמור בענין קח

gina 86. in medio paginæ legitur :

מי שיש חלול השם בידו אין לו כח בתשובה לתלות ולא ביום הכפורים לכפר ולא ביסורין למרק אלא כולן תולין ומיתה ממרקת שנאמר (ישעיה כב׳ יד׳) ונגלה באזני יהוה צבאות אם יכופר העון הזה לכם עד תמותון :

Qui in se profanationem Diuini nominis habuerit, non est vis pœnitentiâ (in eo) Vt suspendat peccatum, nec in die הכפורים *Hachippurrim expiationum propitiari super ea iniquitate potest, nec possunt flagella delere, sed illa simul suspendunt (peccatum) & mors ipsa totum delet. S. D.* (Isai. 22. ver. 14.) Et reuelabitur in auribus meis, Domini exercituum: si expiabitur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.

Blasphemia, & profanatio Diuini nominis, & quodlibet peccatum, quantumuis enorme & graue, deletur statim per contritionem & pœnitentiam: alioquin maior esset iniquitas nostra, quàm Dei misericordia, & eius promissio, Ezech. 18. 21. & 22.

והרשע כי ישוב מכל חטאתו אשר עשה ושמר את כל חקותי ועשה משפט וצדקה חיה יחיה ולא ימות : כל פשעיו אשר עשה לא יזכרו לו וגו׳

Et impius cùm auersus fuerit ab omnibus peccatis suis quæ fecit, & custodierit omnia statuta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam; Viuendo viuet, non morietur. Omnes præuaricationes eius, quas fecit, non memorabuntur ei, &c. An verò per mortem deleatur peccatū, & an, si quis ea benè vtatur, reddatur meritoria, vide D. Thom. 2. 2.

sententia dictum fuerat (Ezech. 18. v. 32.) Quoniam nolo mortem mortui.

Idem est error. Errant etiam, quando transitum faciunt à morte corporis ad mortem animæ, id est damnationis. De hac sententiæ sigillatione multa habentur in Cod. ראש השנה *Rosc hasciana De initio Anni*, cap. 1. pag. 17. b. circa medium, vbi dicunt, Deum antequam sigillet sententiam, liberum esse, vt mutet illam, & retractet, sed vbi sigillauerit sententiam, non posse quidpiam mutare, etiamsi omnes Arietes Nabaijòth, qui sunt in mundo, in expiationem delicti offerrentur. Verba Talmudis sunt.

א״ל רב פפא לאביי ודלמא לפני גזר דין א״ל ורפא לו כתיב איזהו דבר שצריך רפואה הוי אומ׳ זה גזר דין מיתיבי חשב בנתים מוחלין לו לא שב בנתים אפילו הביא כל אילי נביות שבעולם אין מוחלין לו :

Dixit Ràu Papà ipsi Abiè: Fortassis antequam promulgata sit sententia (propitius erit Deus) *Dixit ei* (Isai. c. 6. 10.) Et sanem eùm *scriptum est. Quænam est res, quæ indiget medicina? Dixit: Hæc est sententia Iudicij. Opposuerunt. Qui reuertitur intra initiū anni, & diem expiationum, propitij sunt ei: non reuertitur intra* (tale tempus) *quamuis omnes Arietes Nabaijòth, qui sunt in mundo, offerret, non remittetur ei.* Alia de eadem re videnda sunt loc. cit. pag. 18.

Dicunt, quædam peccata non remitti per pœnitentiam. In Cod. יומא *Ioma De die expiationum* cap. 8. pa-

cum offerri in Neomenijs. Refertur hoc in Cod. חולין *Cholin*, c. אלו טרפות pag. 60. b. linea 3. post principium his verbis -

רבי שמעון בן פזי רמי כתב (בראשית א׳ י״ו) ויעש אלהים את שני המאורות הגדולים וכתיב את המאור הגדול ואת המאור הקטן א׳ ירח לפני הקב״ה רבונו של עולם אפשר לשני מלכים שישתמשו בכתר אחד אמר לה לכי ומעטי את עצמך אמרה לפניו רבונו של עולם הואיל ואמרתי לפניך דבר הגון אמעט את עצמי אמר לה לכי ומשול ביום ובלילה אמרה ליה מאי רבותיה דשרגא בטיהרא מאי אהני אמר לה זיל לימנו בך ישראל ימים ושנים אמרת ליה יומא נמי אי אפשר דלא מנו ביה תקופותא דכתיב (שם) והיו לאותות ולמועדים ולימים ושנים זיל ליקרו צדיקי אשמיך יעקב הקטן שמואל הקטן דוד הקטן חזייה דלא קא מיתבא דעתה אמר הקב״ה הביאו כפרה עלי שמיעטתי את הירח והיינו דאר״ש בן לקיש מה נשתנה שעיר של ראש חדש שנ׳ בו (במדבר כ״ח ט״ו) ליהוה אמר הקב״ה שעיר זה יהא כפרה עלי שמיעטתי את הירח׃

R. Simeon Ben Pazi aliam proponit obiectionem. Scriptum est (Gen. 1. v. 16.) Et fecit Deus duo luminaria magna: *& scriptum est*: Et luminare maius, & luminare minus. *Dixit Luna coram Deo sancto benedicto, Domine Vniuersi, estne possibile duobus Regibus vnica vti corona? Dixit ei* (Deus) *Vade, & imminue te ipsam. Dixit illa coram eo: Domine Mundi, postquam dixerim coram te verbum conueniens, ob id imminuar? Dixit ei* (Deus) *Vade, esto dominans die, noctuque. Dixit* (Luna) *Qualis magnificentia erit mihi? Lucerna in meridie quid vtilitatis est? Dixit ei* (Deus)

 Ito,

2. 2. q. 25. a. 6. ad 2. & quæst. 164. a. 1. ad 6.

§. DECIMVS OCTAVVS.

Aliæ Rabbinorum iniquissimæ calumniæ in Deum.

Non rarò causam mali & perditionis in Deum referunt Rabbini, deque ipso solo conqueruntur, & dolent. Vide Threnorum cap. 1. v. 21. apud R. Salomonem, vbi sic dolent, & expostulant iniuriam suam cum Deo Hebræi -

כי אתה עשית. אתה גרמת לי שהם שתאים אותי שהבדלתני ממאכלם וממשתיהם ומהתחתן בם אם נתחתנתי בהם היו מרחמים עלי ועל בני בנותיהם׃

Tu fuisti, ò Deus, in causa, quòd hostes mei odio me persequuti fuerint, quia tu me separasti, & disiunxisti ab eorum cibo, & potu; & illorum connubijs: nam si tu permittere voluisses vti illorum societate, profectò mei misertì fuissent saltem pro communi prole, & sobolis amore.

Quis non videt hanc esse apertissimam calumniam in Dei bonitatem, & iustitiam; & in Deum ipsum refundere id, quod ob ipsorum iniquitates & scelera ab inimicis passi sunt, iustitia Diuina sic exigente. Meritò igitur extra proprios lares abacti, ludibrio facti sunt omnibus.

Aliam calumniam Deo imponunt, quòd Luna lumen imminuerit, & proinde contra iustitiam peccauerit, & pro huiusmodi peccato iusserit Hir

Dixit R. Pinchàs: In omnibus ſacrificijs ſcribitur, Hircus Caprarum, vnus pro peccato, & in capite Menſis ſcribitur, Hircus Caprarum vnus pro peccato Domino. Dixit Deus ſanctus benedictus: Afferte propitiationem pro me, quia imminui Lunam; quia ego ſum, qui fui in cauſa, Vt (Sol) *ingrederetur in terminum ſocij ſui. Caterùm, ſi eum, qui ingreditur in terminum ſocij ſui, in quem ius habet, Scriptura ſic damnat eum, qui ingreditur in terminum, in quem nullum ius habet, quantò magis?* R. Pinchàs corruptè citat, & peruerſè interpretatur Scripturam. Locus, quem adducit, vbi deſcribitur victima immolanda in Calendis pro peccato, habetur in cap. 28. v. 15. libri Num. vbi non legitur שעיר עיזים אחר חטאת ליהוה *Hircus Caprarum Vnus, peccatum eſt Domini, ſeù Domino*; quaſi huiuſmodi Hircus offerendus eſſet pro peccato Domini, quod eſt blaſphemum. Sed in textu legitur ושעיר עיזים אחד לחטאת ליהוה *Et Hircus Caprarum vnus pro peccato, Domino:* Hoc eſt, Præter holocauſta deſcripta ſuprà in hoc eodem capitulo ve. 11. & reliquis, offerenda Domino in capitibus Menſium, vult, vt etiam offeratur Hircus pro peccato totius populi. Additur tamen in hoc loco ליהוה *Ladonài Domino*, vt remoueatur omnis ſuſpicio Idololatriæ. Cùm enim in Neomenijs conſueuiſſent Gentiles in honorem Lunæ offerre ſacrificia, vt & Romani Iunoni Calendas addixerunt, eique in Curia Calabra, ſeù Calatam Diuinam (vt refert Macrob. l. Sa-

Ito, & numerabunt per te Iſraëlitæ dies, & annos. Dixit ei (Luna) *Etiam à Sole numerant, neq; poſſibile eſt, quòd quatuor anni tempora non numerentur* (à Sole) *quia ſcriptum eſt* (Ibid. ver. 14.) Et ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. *Vade* (inquit Deus) *& iuſti de tuo dicentur nomine, vti Iacob paruus, Samuel paruus, Dauid paruus. Vidit, quòd non acquieſcebat. Dixit Deus ſanctus benedictus: Adducite pro me propitiationem, quia imminui Lunam. Et hoc eſt quod dixit R. Simeon Ben Lakìſc: Quid ſibi Vult hæc varietas loquendi S. D. de eo* (Num. 28. 15.) *Hircus Neomeniæ Domino? Dixit Deus ſanctus benedictus: Hircus iſte erit propitiatio pro me, quòd Lunam imminuerim.*

Blaſphemia eſt execranda, dicere Deum peccaſſe, & indigere ſacrificio pro peccati expiatione. Quid horribilius dici poteſt contra Diuinam bonitatem, & iuſtitiam? Hoc idem tranſcriptum reperies in ילקוט *Ialkùt* Libumenſi, ſect. *Bereſcith*, pag. 9. b. §. ויעש אלהים & in noſtrorum libris, *Pugione fidei* Par. 3. diſt. 11. cap. 22 num. 13. Etiam in *Bereſcith Rabbà*, quamuis ſub diuerſis verbis, idem legitur, ſect. 6. Gen. pag. 8 col. 1. editionis Amſtelodamenſis, in fol.

אמר ר׳ פנחס בכל הקרבנות כתיב שעיר עזים אחד חטאת ובראש חדש כתיב שעיר עזים אחד חטאת ליהוה׃ אמר הקב״ה הביאו כפרה עלי שמיעטתי את הירח שאני הוא שגרמתי לו להכנס בתחומו של חבירו ומה אם זה שנכנס ברשות כך פגמו הכתוב הנכנס שלא ברשות עאכ״ו׃

tar. Vtraque vox 641. numerat, addita tamen vnitate pro ipsa voce שמש. Istud non est verum; nam alia causa assignatur hic ab ipso Deo ver. 16. *Vt praeesset nocti*, illuminando in absentia Solis. Et Psal. 136. v. 9. *Lunam, & Stellas in potestatem noctis*.

§. DECIMVSNONVS.

In Dei aeternitatem.

NEsciunt Iudaei aeternitatis naturam, sed illam nonnisi temporum, & annorum numero metiri nouerunt. Proinde vbique asserunt, diem Dei esse mille annos. R. Salomon in Psal. 90. v. 4.

כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול כי יעבור :

Quoniam mille anni in oculis tuis, sicut dies hesterna cùm transierit: inquit -

אלף שנים של בני אדם הם כיום אחד של הקב״ה ועוד מן הלילה עמו פי׳ יום אחד של הקב״ה ומעט מן הלילה של הקב״ה הם אלף שנים :

Mille anni hominis sunt sicut dies vnus Dei sancti benedicti, non tamen simpliciter dies Dei, sed cum adiuncta parte noctis diei Dei sancti benedicti: & hic dies Dei cum parte noctis sunt mille anni hominis.

Item Prouerb. 8. 30. *Et delectabar* יום יום *die die*, id est *quotidie*; vel cum Vulg. *per singulos dies*. R. Salomon אלפים שנה *Duo millia annorum*.

Item ibidem cap. 12. ver. 16.

אויל ביום יודע כעסו ובוסה קלון ערום :

Saturnal.) faciebant, & Regina sacrorum, id est Regis vxor, Porcam vel Agnam in Regia, Iunoni immolabant, Lunam ac Iunonem eandem putantes; & hunc ritum in Neomenijs sacrificandi, ad commemorandum opus Diuinae gubernationis, vt docet D. Thom. 1. 2. qu. 102. a. 4. ad 10. Deus instituerit, ne videlicet Hebraei ad Idololatriam procliues in honorem Lunae immolarent, iubet expressè, eos debere ליהוה *Ladonài Domino*, Deo vero sacrificium offerre. Errat itaque *Baal Turrim* ad ver. 14. cap. 1. Genes. vbi dicit -

לא נברא לבנה אלא לקדש ראש חדש :

Non ad aliud facta est Luna, nisi ad sanctificandas Neomenias. Quamuis enim verum sit, Nouum Mensem secundùm institutum Hebraeorum à Luna nascente creari, falsum tamen est Lunam non fuisse factam ad aliud quoddam. Idem error inuenitur in *Berescith Rabbà* sect. 6. in Genes. initio sectionis. Iterum idem בעל טורים *Baal Turrim* omninò delirat, quando eodem loco ait -

שלא נברא לתאיר אלא השמש. וירח לא נברא אלא כדי שלא יעבדו לחמה ואם תחיה יהידה מארת כגמטריא שמש :

Sol solummodo factus est ad illuminandum: Luna autem ad hoc creata est, ne homines committerent Idololatriae cultum inseruiendo Soli: quod vtique facerent, si Sol solus existeret. Ideò scribitur מארת deficiente ו Vau, quòd *maledictio* interpretatur: *& per Gemetriam Sol maledictionem impor-*

§. VIGESIMVS.

Aliæ Rabbinorum stultitiæ contra Deum. Deum inducunt disputare de lepra cum Angelis. Quidam Rabbinus assumitur in Judicem, qui pro Dei opinione sententiam fert.

LEgitur hoc in Codice בבא מציעה *Bauà Metziàh* cap. 4. pag. 86. paulò post med. hisce verbis -

מיפלגי במתיבתא דרקיעא אם בהרת קודמת לשער לבן טמא ואם שער לבן קודם לבהרת טהור ספק הקב״ה אומר טהור וכולהו מתיבא דרקיעא אמרי טמא ואמרי מאן נוכח נוכח רבה בר נחמני דאמר בר נחמני אני יחיד בנגעים אני יחיד באהלות שדרו שליחא בתריה לא הוה מצי מלאך המות למקרב ליה מדלא הוה קא פסיק פומיה מגרסיה אדהכי נשב זיקא ואוויש ביני קני סבר גונדא דפרשי הוא אמר תינח נפשיה דההוא גברא ולא ימסר בידא דמלכותא כי הוה קא ניחא נפשיה אמר טהור טהור יצאת בת קול ואמרה אשריך רבה בר נחמני שגופך טהור ויצאתה נשמתך בטהור נפל פיתקא מרקיעא בפומבדיתא רבה בר נחמני נתבקש בישיבה של מעלה נפקו אביי ורבא וכולהו רבנן לאיעסוקי ביה לא הוו ידעי דוכתיה אזלו לאגמא חזו צפרי דמטללי וקיימי אמריה שמע מינה התם הוא ספדוהו תלתא יומי ותלתא לילותא נפל פיתקא כל הפורש יהא בנידוי ספדוה שבעה יומי נפל פיתקא לכו לביתכם לשלום ההוא יומא דנח נפשיה דלי זעפא ודריה להוא טייעא כי רכיב גמלא מהאי גיסא דנהרא פפא ושדייה בהך גיסא אמר מאי האי אמרי ליה נח נפשיה דרבה בר נחמני אמר לפניו רבונו של עולם כולי עלמא דידך הוא ורבה בר נחמני דידך

את

Stulti in die cognoscetur ira eius: & operiens ignominiam callidus est. R. Salomon -

ביום שנברא אדם הראשון נודע סורחנו והקב״ה שהוא ערום לא רצה לשחת בריותיו כסה קלונו ודחה לגזרתו מיום שלו שהוא אלף שנה ׃

In die, quo creatus est Adam, cognitus est fœtor eius (scilicet ob peccatum) *& Deus sanctus benedictus, quia est callidus, noluit perdere creaturas suas; operuit ignominiam illius, & distulit animaduertere in* (Adam) *post diem suum* (scilicet Dei) *id est, post mille annos*. Inter blasphemias quodammodo hęc ignorantia reponenda est: quia peruertunt Dei æternitatem, quæ nulla successione vllius motus & temporis, quantumuis longissimi, mensuranda est. Sed Æternitas, ex Boetio lib. 3. de Consolatione Philosophiæ, *est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio*: ipsi autem, nesciunt intelligere esse Dei sine curriculo temporum, vel successionum. Errorem sumpserunt è Psal. 90. v. 4. auctoritate iam citata, nempè, *Quoniam mille anni in oculis tuis tanquam dies hesterna*. Sed huius loci sensus est: Mille annos, quod homines existimant esse longissimum seculum, Deus existimat tanquam diem hesternam, quæ præterijt; non autem quòd mille anni sint vnus dies Dei, nisi per quandam comparationem ad breuitatem nostri temporis: comparatio enim non fit in rebus, nisi sint aliquo modo similes. Vide D. Thom. p. p. q. 10. a. 1. & seqq.

את דרבה ורבה דידך אמאי קא מחרבת לידה לעלמא נח זעפא ׃

Controuersia orta est in cælesti Academia (id est inter Deum & Angelos) *An si* בהרת *Bahèreth* (*Papula alba*) *præcedat pilum album* (in cute hominis scabiosi) *sit homo existimandus immũdus? Et an si pilus albus præcedat Papulam albam, homo censendus sit mundus? Dubium est. Deus sanctus benedictus dicit: Est mundus. Cæteri verò Academiæ cælestis dicunt: Est immundus. Dixerunt: Quis arguet, euincetue? Euincet Rabbà Bar Nachmani. Quia dicebat Rabbà Bar Nachmani: Ego sum vnicus in plagarum* (doctrina) *ego sum vnicus in Tabernaculis* (hoc est, quamuis sim in Tabernaculo, nec aspiciam viri plagam, scio de illa iudicare, vtrum munda an immunda sit, &, vt vulgò dicitur, per aërem iudico) *Miserunt post illum Nuncium* (nempè Angelũ mortis) *Non potuit* מלאך המות *Mallàch hammàueth Angelus mortis ad ipsum accedere* (non enim poterat Rabbinus in Cælum venire, nisi per mortem) *eò quòd ipse non desinebat ore suo legere lectionem sacram. Tunc flauit tempestas, & perstrepuit intra arundinetum, eam putauit turmam equitum fuisse. Dixit: Quiescat anima huius Viri, & non tradatur nisi in manus Regni* (scilicet cælestis) *Quando decessit anima eius, exclamauit* טהור טהור *Tahòr Tahòr Mundus est, mundus est* (Rabbi iste versabatur animo hanc disputationem etiam cùm moreretur, & secundùm Dei sententiam definiuit, *Mundus est, mundus est*) *egressa est* בת קול *Bath kol filia vocis* (oraculum, seù echo) *& dixit: Beatus es Rabbà Bar Nachmani, quia corpus tuum est mundum, & exit anima tua munda. Cecidit scheda è Cælo in Pumbedità* (est nomen insignis Academiæ Iudæorum) *In ea scriptum erat: Rabba Bar Nachmani exceptus est in Academia superiori* (cælesti) *Exierunt Abbiè & Rauà cum omnibus Rabbanàn* (tota Academia) *vt occuparentur in eo* (hoc est in ipsius funere) *nesciebant locum eius, abierunt tristes per viam. Viderunt Passeres* (expandentes alas) *stabant, & vmbram faciebant. Dixerunt: Hoc ostendit, quòd sit in hoc loco. Luxerunt eum tribus diebus, & tribus noctibus. Cecidit scheda* (è Cælo, vbi legebatur) *Qui hic recesserit, sit excommunicatus. Planxerunt super illum septem diebus. Cecidit scheda* (alia cum hac scriptura) *Ite domum vestram in pace. Illo die quo mortuus est* (Rabbi iste) *factus est procellosus ventus, qui Arabem Mercatorem in aëra sustulit, ventilauitque, quia Camelo insidebat, ad ripam fluminis Pappà, & proiecit illum vltra fluuium. Dixit: Quid est hoc? Dixerunt ei: Mortuus est Rabbà Bar Nachmani. Dixit coram eo: Domine Vniuersi, totus Mundus tuus est, sicut & Rabbà Bar Nachmani tuus est. Tu es ipsius Rabbà, & Rabbà est tuus. Cur igitur perturbas Mundum? Et tunc quieuit tempestas.*

Stultissimarum commentationum plena sunt omnia Rabbinorum scripta, Deum inducere disputantem cum Angelis de quæstionibus legalibus,

ſicut ſit Sponſæ, & erga Adamum egerit Paranymphum.

2. Quòd doleat propter iniquitatem Iſraëlis & coactus ſit inſeruire Idololatris, nempè Chaldæis, quia in viſione Ezechielis narratur Currum Dei veniſſe ab Aquilone, vt ſcil. ſubderet totum Orbem Chaldæis: ne diceretur, Iſraëlitas victos, & ſuperatos fuiſſe à gente vili, & ignaua.

3. Quòd Deus in Iudicio mirabitur, quomodo Iuſti & non improbi potuerint vincere cuncupiſcentiam malam, & fomitem peccati.

4. Quòd recitet lectionem omnium Doctorum, præterquam Rabbi Meir, quia R. Meir habuit præceptorem quendam Rabbinum nomine Eliſciàh Achèr Apoſtatam.

5. Quòd Deum pœniteat quatuor creaſſe, videlicet Tranſmigrationem, Chaldæos, Iſmaelitas, & Concupiſcentiam prauam.

6. Quòd ordinariè habitet in Occidente, vbi Sol veſpere illum ſalutat.

7. Quòd initio anni ſtatuat quicquid toto anno agendum ſit, & præſcribit cuique, & taxat ſingula, vt non exeatur à præſcripto.

8. Quòd varia iudicia exerceat certis anni temporibus. In Paſchate de frugibus, eorum paſſionibus, vredine, pinguedine &c. In Pentecoſte de fructibus arborum. In capite anni, vt dictum eſt. In feſto Tabernaculorum, quid agendum, vel futurum de aquis.

9. Quòd initio anni trutinet bona & mala opera ſingillatim, & diligenter expendat. Verumtamen, quia

bus, quis non videt ſtultitiam eſſe; & omninò eos ineptire, quando inter Deum & Angelos, Rabbinum aduocant Iudicem, cuius iudicio, & Angelorum, & Dei ſententiam ſubijciunt! Cæterùm, quæ de Rabbà Bar Nachmanì narrantur, omnia fabuloſa cùm ſint, reijciuntur à nobis, & credenda ſuis Talmudiſtis figmentorum inuentoribus relinquuntur. Sed pergamus ad reliqua.

In eodem Codice *Bauà Metziàh* cap. 4. Deus, de Rabbinis, qui contradicebant Diuinæ determinationi, rogatus Elias, vt reſponderet, quid faceret? Dixit, quòd ridebat: *Quia filij mei* (inquit) *me vicerunt*. Verba Talmudis, quæ habentur loco citato pag. 59. b. circa med. ſunt -

אשכחיה רבי נתן לאליהו אל״ מאי עביד קב״ה בההיא שעתא אל״ קא חייך וא׳ נצחוני בני נצחוני בני :

Inuenit R. Nathan Eliam (Prophetam) *Dixit ei: Quid facit Deus hac ipſa hora? Dixit ei: Ridet, & dicit: Vicerunt me filij mei, vicerunt me filij mei*. Doctiores igitur Deo, ſunt Rabbini. Omitto totum מאמר *Maamàr Narrationem Talmudicam*, vtpotè nimis prolixam, & nihil eruditionis in ſe continentem: ſi quis illam videre cupiat, adeat בית ישראל *Beth Iſraël* Cod. *Bauà Metziàh* pag. 66. col. 1. num. 17. ibi eam ex Talmude exſcriptam inueniet.

Alias ineptias, quas de Deo effutiunt Talmudiſtæ, videlicet -

1. Quòd Deus adduxerit Euam ad Adamũ, ſed priùs ornauerat ei caput

bitet, Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 91. b. longè post principium.

7. Quòd initio anni statuat quidquid agendum sit toto anno; Codice ראש השנה *Rosc hasciana* cap. 1. pag. 16. ferè per totum.

8. De frugibus terræ, &c. Ibid. pag. 16. in principio.

9. De Iudicio, quod fit in initio anni. Ibid. pag. 17.

10. De pluuijs descendentibus extra tempus aptum, & in terram infructuosam, Cod. eod. pag. 17. b. paulò post med. Hæc & alia de Deo blasphema & portentosa commenta comminiscuntur Iudæi in Talmude. Sed antequam ab hac de Deo Rabbinico dissertatione manum amoueamus, libet referre id, quòd de Abrahamo Patriarcha ex מדרש *Medràsc* habet hic noster R. בחיי *Bechaij* in sua ביאור על התורה *Bijùr al hattorà Elucidatione in Legem* פרשה לך לך *Parascià Lech lechà Vade tibi*, ad cap. 12. Genes. pag. 25. col. 4. in fine, vbi de ipsius Patriarchæ natiuitate, & in fornacem iniectione, sed præsertim de mira illius ad Deum conuersione, & quomodo per creaturas visibiles ad agnitionem Creatoris deuenerit, agit, & ego suprà ad pag. 553. col. 1. indicaui. Illa igitur historia ex Medràsc ita se habet.

ג ובמדרש אני השם אשר הוצאתיך מאור כשדים בשעה שנולד אברהם אבינו ע״ה עמד כוכב אחד ממזרח ובלע ד׳ כוכבים לארבע רוחות השמים . אמרו חכמיו לנמרוד בן נולד לתרח בשעה זו שעתיד לצאת ממנו אומה שתירש העולם הזה והעולם

quia inclinatus est ad misericordiam; tres primas iniquitates de numero iniquitatum eximat, vt locum faciat Misericordiæ. Quòd si, his tribus ablatis, nihilominus iniquitates præponderent, damnet hominem, & tres illas iniquitates non condonat, sed in numerum iniquitatum conferat.

10. Quòd Deus in principio anni videns homines esse iustos, statuat illis condonare in sequenti anno largiter pluuias. Sed si illi efficiantur improbi, & indigni sint, de pluuijs illis, quas Deus iam donauerat, quid agendum? Deus non potest non mittere iam promissas pluuias, sed in loca deserta dimittit. Hæc & alia propemodum infinita ferè vanissima, & falsa commenta curiosus Lector, & linguæ Hebraicæ gnarus legere poterit in Talmude varijs in locis; vt

1. De Deo Paranympho, vide in Cod. עירובין *Iruuin* cap. 2. pag. 18. in fine.

2. Quòd Idololatris inseruire coactus sit Deus? Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. pag. 15. b. longè post principium.

3. De fomite peccati à Iustis superato, de qua re mirabitur Deus, Cod. סוכה *Succà* cap. 5. pag. 52. paulò ante medium.

4. Quòd Deus non recitet lectionem R. Meir, Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. pag. 15. b. longè post med.

5. De Dei pœnitudine circa transmigrationem Iudæorum, Chaldæorum &c. Cod. סוכה *Succà* cap. 5. pag. 52. b. paulò ante med.

6. Quòd Deus in Occidente ha-

והעולם הבא אם רצונך יתן לאביו מלא ביתו כסף וזהב ונהרגהו: מיד שגר נמרוד אצל אביו אמר לו בן נולד לך אמש עכשיו תנהו לי ונהרגהו ואתן לך מלא ביתך כסף וזהב: אמר לו תרח אמשול לך משל למה הדבר דומה לסוס אחר שאמרו לו נחתוך את ראשך ונתן לך בית מלא שעורים: אמר הסוס להם שוטים אם תחתכו את ראשי מי יאכל השעורים: ואתם אם תהרגו את בני. מי יירש הכסף והזהב: השיב לו המלך מדבריך אני מכיר שבן נולד לך אמר לו תרח בן נולד לי ומת אמר לו על חי אני אומר לך ולא על מת: מה עשה תרח החביא את בנו במערה שלש שנים וזמן לו הקב"ה שתי חלונות: מן האחד יוצא שמן ומן השני סלת: כשהיה בן שלש שנים יצא מן המערה הרהר בלבו מי ברא שמים וארץ ואותי: התפלל כל היום כולו לשמש ולערב שקע השמש במערב וזרחה הלבנה במזרח: כשראה הירח והכוכבים סביב הירח אמר זה שברא השמים והארץ ואותי והכוכבים חללו שריו ועבדיו: עמד כל הלילה בתפילה לירח לבקר שקע הירח במערב וזרח השמש במזרח אמר אין ביד אלו כח: אדון יש עליהם אליו אתפלל ואליו אשתחוה: הלך אצל אביו אמר לו אביו מי ברא שמים וארץ ואותי: א' לו אביו אלהי ברא שמים וארץ וכל אלה אמר לו אברהם הראני אלהיך שמא יש בהם כח לברא את כל אלה: מיד הביא ע"ז שלו והראהו אלהיו: הלך אברהם לאמו ואמר לה אמי עשי לי תבשילין נאים וטובים ואביאם לאלהי אבי אולי יקבל ממני קרבני מיד עשתה לו אמו תבשילין נאים וטובים והביאם לאלהי אביו ונתן לפני הגדול שבהם ואין קול ואין עונה: חזר לאמו אמר לה עשי לי תבשילין נאים וטובים מן הראשונים עשתה לו הביאם לפני ע"ז של אביו אין קול ואין עונה: מיד שרתה עליו שכינה וקרא עליהם פה להם ולא ידברו עינים להם ולא יראו מיד נטל אש ושרפם והוציא הגדול שבהם לחוץ ונתן האש בידו: בשבא אביו לביתו ומצא אלהיו שרופים: אמר לאברהם בני למה שרפת את אלהי: אמר לא שרפתי: אלא הגדול שבהם קצף עליהם ושרפם: אמר לו בני

שוטה וכי יש בהם כח או יש בהם רוח חיים שהם יכולין לעשות כל אלה והלא אני עשיתים מעץ: אמר לו ישמעו אזנך מה שפיך מדבר: ואם אין בהם כח למה אמרת לי אלהי ברא שמים וארץ: מה עשה תרח הלך אצל נמרוד ואמר לו בני שרף את אלהי ואלהיך באש: שלח נמרוד בשביל אברהם ואמר לו למה עשית כן: אמר לו אני לא עשיתי כן אלא הגדול אמר לו נמרוד וכי יש בהם רוח חיים שיכולין לעשות כן אמר לו ישמעו אזניך מה שאתה מדבר בפיך ואם אין בהם כח למה תניחו למי שברא שמים וארץ ותשתחוו לעץ: אמר לו אני בראתי שמים וארץ בכחי: אמר לו אברהם אתה יכול לבראות כשיצאתי מן המערה ראיתי השמש יוצא במזרח ושוקע במערב עשה אתה שיצא במערב וישקע במזרח ואשתחוה לך ואם לאו מי שהגביר את ידי לשרוף את האלילים הוא יגבירני ואהרוג אותך: אמר נמרוד לחכמיו מה יהא דינו של זה אמרו לו זהו שאמרו עליו עתידה אומה לצאת ממנו שתירש העולם הזה והעולם הבא ועתה כמשפט הזה שעשה כן יעשה לו: מיד השליכוהו לתוך כבשן האש: באותה שעה נתמלא עליו הקדוש ברוך הוא רחמים והצילו שנ' אני השם אשר הוצאתיך מאור כשדים:

In Midrasc (ad illud Gen. 15. 7.) Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, (legitur.) *Ea hora qua natus est Abraham Pater noster, super eum sit pax, stetit quoddam Sydus in Oriente, & deglutiuit quatuor Astra existentia in quatuor plagis Cœli. Dixerunt Sapientes ipsi Nemrod: Natus est filius Thare hac ipsa hora, ex quo egressurus est populus, qui hæreditabit præsens & futurum sęculum. Si tibi placuerit, detur patri suo domus argento & auro plena; & occidat ipsum. Protinus misit Nemrod ad patrem suum, dixitque: Filius natus est tibi præterita nocte, modò da illum mihi, &* occi-

qui Cælum, terramque, & me quoque creauit? Dixit ei pater eius: Deus meus (est ille, qui) *creauit Cælum, & terram, & omnia ista. Respondit Abraham: Ostende mihi Deos tuos, fortassis erit in eis virtus creandi hæc omnia. Statim adduxit Idola sua, & ostendit ei Deos suos. Rediit Abraham ad matrem suam, dixitque ei: Mater mi, fac mihi pulmenta iucunda, & optima, & afferam Dijs patris mei, si forte recipient à me oblationẽ meam. Protinus fecit ei mater sua pulmenta pulchra & optima, & attulit Dijs patris sui, & posuit eoram eo, qui maior inter eos videbatur; sed non erat in eo neque vox, neque qui responderet. Rediit ad matrem suam, dixitque ei: Fac mihi pulmenta etiam meliora primis. Fecit mater, attulit coram Idolis, neque in eis erat vox, aut qui responderet. Statim inhabitauit super eum Diuina maiestas, & exclamauit super ea: Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Confestim accepit ignem, eaque combussit. Et accepta igne posuit in manibus maioris* (Idoli) *illudque foras eduxit. Cùm autem veniret pater suus domum, & Deos suos combustos inuenisset, dixit Abrahamo filio suo: Cur combussisti Deos meos? Dixit: Non combussi, sed maior qui inter eos est, inferbuit in eos atque combussit. Dixit ei* (Pater) *Fili mi stultus es. Nunquid est in eis vis, aut vita, quòd ista facere potuerint? Nonne ego ipse ex ligno eos confeci? Dixit ei* (Abraham) *Audiat auris tua, quid loquitur os tuum. Quòd si in eis non est vis aliqua, cur tu mihi dixisti: Deus meus*

occidam eum, & dabo tibi argenti & auri tantam copiam, vt eo implere poteris domum tuam. Dixit Thare: Parabolam quandam tibi referam huic rei similem. Quidam Equo dixerunt: Da nobis caput tuum, vt amputemus illud, & dabimus tibi horreum hordeo plenum. Dixit Equus: Stulti estis, si caput meum amputaueritis, hordea quis comedet? Et vos si occideritis filiũ meum, quis hereditabit aurum & argentum? Respondit ei Rex: Ex his verbis deprehendo, natum tibi esse filium. Dixit Thare: Filius quidem natus est mihi, sed postea mortuus est. At Rex subdidit: De filio qui viuit loquor, non de mortuo. Quid fecit Thare? Abscondit filium suum in spelunca tribus annis. Præparauit et Deus sanctus benedictus duas arculas, seù fenestras; ex vna egrediebatur pinguedo, & ex alia simila: Post triennium egreditur (Abraham) *de spelunca, cogitare cepit in corde suo, quisnam fuerit, qui Cælum & terram, hominemque creauerit. Per diem coram Sole preces effundit. Vespere submergitur Sol in Occidente, & oritur Luna in Oriente. Cùmque conspexisset Lunam Stellis stipatam, dixit: Hæc est illa, quæ creauit Cælum, & terram, & meipsum; & istæ Stellæ sunt eius Principes, & serui. Tota nocte in oratione permansit coram Luna. Mane autem facto, submergitur Luna in Occidente, & oritur Sol in Oriente. Dixit* (Abraham) *Nulla vis aut virtus in his inest: Dominus alius est super eos; illi incumbabo meipsum, & eum deprecabor. Abiit ad patrem suum, & ait: Pater mi, quis est ille,*

& cognitionem deuenerit. De quo (Deo reuelante) multa postea cognouit, quæ lumine naturæ nunquam assequi potuissent, vt patet in seminis sui multiplicatione, in quo benedicendæ erant omnes Tribus terræ, quod adimpletum cernimus in Christo, & per Christum.

Cæterùm, quæ de Deo effutiunt Rabbini, cùm sint propemodum infinita, vnica dissertatione complecti minimè possumus; vnde sparsim, prout se obtulerit occasio, alia blasphema, & erronea eorumdem Rabbinorum commenta in medium producemus. Interim, quæ de Deo Rabbinico hactenus diximus, satis sint. Et demum post longam digressionem ad nostrum ר׳ בחיי *R. Bechaij Ben Ascèr*, & ad suum librum שלחן ארבע *Sciulchàn arbaà Mensæ quadratæ* reuertemus. Huius exemplar msc. asseruatur in Bibliotheca Vaticana sub num. 249. ibique vocatur *Rabbi Bechaij Bar Ascèr* ן׳ האלוו או חאלאוח *Aben Chalaiò, seù Chalaiòa*, & ad pag. 191. inuenitur nomen Scriptoris, nempè *Ieremiæ* נומיקי *Nomici*, siuè *Inimici*, filij החבר משה *Hachauèr Mosçè Baccalaurei Mosis*, illudque scripsit anno mundi ה׳ אלפים ר״יב לפ״ק 5212. Christi 1452. Papyr. in 4.

Primùm excusus videtur in Typographia Soncinatum Constantinopoli per R. אסטרוק *Esctròk* de Tolon Typographum cognomento *Prouenzalem*, anno mundi 5274. Christi 1514. vt apparet ex quibusdam Carminibus existentibus in fine libri שלחן ארבע אבודרהם *Audràham*, cui liber eius-

creauit Cælum & terram. Quid fecit Thare? Abijt ad Nemrod, & dixit ei: Filius meus combussit Deos meos, & Deos tuos igni. Misit Nemrod (vt adducerent) *Abraham. Dixitque ei: Cur hæc fecisti? Respondit* (Abraham) *Non ego, sed ille qui inter eos maior erat, id fecit. Dixit ei Nemrod: Estne inter eos spiritus & vita, vt ista efficere valeant? Respondit* (Abraham) *Audiant aures tuæ, quid tu loqueris ore; quòd si non est in eis virtus, cur relinquitis eum, qui Cælum & terram creauit, & incuruatis vos ligno? Dixit ei* (Nemrod) *Ego* (sum qui) *mea virtute Cælos & terram creaui. Dixit ei Abraham: Tu poteris creare? Quando ego egressus sum ex spelunca, vidi Solem egredientem ex Oriente, & in Occasum seipsum submergentem; fac tu modo, vt* (Sol) *egrediatur ex Occidente, & submergatur in Oriente, & tunc ego te adorabo. Et si non poteris ista facere, ille qui corroborauit manus meas, vt incenderem idola, ipse corroborabit me, vt te interficiam. Dixit Nemrod Sapientibus suis: Quale iudicium inferendum est isti? Dixerunt: Iste est, de quo dixerunt: In futurum egressurus est populus ex ipso, qui hæreditabit & præsentem & futurum Mundum. Et nunc secundùm iudicium istud, quod fecit* (comburendo Idola) *sic fiet ei. Confestim proiecerunt eum in medium fornacis ignis.* Hactenus ex *Medràsc.* Inter quæ, etsi plurima fabulosa existant, attamen hoc vnum verum esse deprehenditur; quòd Abraham Patriarcha ex creaturis modo naturali, Dei gratia fretus, in Creatoris notitiam

& quia fatetur se esse discipulum R. Salomonis Ben Addèreth, cùm ipsum frequenter citet his verbis ומורי הרש״בא *V morrì Harrischà, Et Dominus meus R. Salomon Ben Haddèreth &c.* suspicari quis potest, illius Auctorem esse hunc nostrum R. Bechaij. Plantauit. in sua Bibliotheca Rabbinica numero 79. affert quandam ביאור חדושי הבחיי *Bijùr chiddusce Habbechaij Explanationem innouationum* (vt ipse habet) *R. Bechaij. Liber* (inquit) *legalis est, excusus in quadam Germaniæ seù Poloniæ Vrbe, quæ* ירדינית *Iardinith nuncupatur*. Forsan eadem erit cum superiori, quæ excusa sit in *Iardinìth* loco Typographiæ librorum Hebraicorum extra quidem, sed non longè ab Vrbe Constantinopolitana, ita vocato ab amœnitate, quasi Viridarium diceres, quòd Italica lingua *Giardinetto* vocatur, de quo alibi.

Scripsit etiam sequentes libros Cabalisticos:

4. אהל מועד *Oèl Moèd Tabernaculum Testimonij*.

5. ספר האמונה *Sèpher haëmunà Librum fidei*.

6. ספר העשירית *Sèpher Haassiriàh Librum decimationis*.

7. ספר העיון *Sèpher Haijùn Librum speculationis*, &

8. סוד יהוה *Sòd Adonài Mysterium Domini*. Horum omnium fit mentio in Catalogo librorum Cabalisticorum, quem in fine libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ an. 322. minor. supput. Christi 1562. in 4. inuenies. De duobus primis, quarto scilicet & quinto vide Rittangelium in suo libro

eiusdem characteris & formæ annectitur, cum hac descriptione -

זה השלחן אשר לפני (י״י) חברו הרב רבינו בחיי ז״ל ואלה הבתים יסדם המחבר ז״ל.

Hæc est Mensa, quæ est coram Domino. Illam composuit Harràu Rabbènu Bechaij b. m. & has domos fundauit Auctor b. m.

Subinde sequuntur quædam Carmina, quarum initium est -

בן אדם מורכב מארבע וכו׳.

O homo, qui inniteris super quatuor (id est pedes Mensæ) *&c.*

Iterum, cum eadem inscriptione in frontispitio libri, editus fuit Venetijs in domo Heredis Marci Antonij Iustiniani anno ש״ו 306. min. supput. Christi 1546. in fol. Vbi notandum, nomen Dei יהוה *Tetragrammaton* hìc scriptum esse cum duobus יי abbreuiatè, cùm in editione Constantinopolitana vetustiore suprà notata scriptum cum tribus (ייי) *Iod* circulo inclusis, reperiatur. Per hanc abbreuiaturam antiqui innuere volebant Diuinam naturam tribus hypostasibus subsistentem, quam vt negent omnes Iudæi iuniores, sublato vnico Iod, duobus tantùm hodie Dei nomen scribunt.

In eadem Bibliotheca Vaticana sub num. 196. inuenitur Codex Hebræus msc. in fol. Papyr. cum titulo מאיר עינים *Meir enàim Illuminans oculos*, desumpto ex cap. 29. 13. Prou. Sunt nonnullæ super Pentateuchum nouæ & Cabalisticæ explanationes ignoti quidem Auctoris, sed ex stylo,

יהודה החסיד ור' אליעזר בן ר' יהודה תלמידו הם תקנו המנהג
ולקחו כל דעתם מספר בעל חובת הלבבות כמו כמה
בתוך הספר יוחסין דף קמ״ה ׃ וגם בימינו ר' יעקב בר אברהם
עשה קצור חובת הלבבות ונדפס בויניציא שנת ש״ה ׃
ורבי יעקב בן יצחק אשכנזי הוא כתב עשה גם כן לשון
אשכנז וקראו ספר מרגליות טובות ונדפס בלובלין השנ
שנת עשי״ם כגי״ל לפ״ק ׃

322 R. BECHAII HADDAIIA'N IVDEX BEN R. IOSEPHI PEKVDA' cognomento SENIOR ad differentiam alterius, de quo superiori numero dictum est, Natione Hispanus, Patria ignota. Post Rabbi Isaacum Ben R. Iacobi vulgò Ràu Alphès, & ante R. Abrahamum Aben Ezræ, id est circa annum mundi 4900. Christi 1140. vt existimat Auctor *Scialscèleth hakkabalà* p. 41. b. nempè paulò post natiuitatem R. Mosis Ægyptij, emersit, Iunioremque præcessit annis pluſquam 150. Scripsit Asceticum librum Arabica lingua, quem vocauit חובת הלבבות *Choudth halleuauòth Obligationem*, seù *Officium cordium*, & ex Arabico in Hebraicum transtulit R. Iudas תבון ן Aben Tibbon pater R. Samuelis Aben Tibbon synchroni R. Mosis Ægyptij, qui & ipse Ægyptij librum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim* Hebræum fecit. Hic autem liber *Chouàth halleuauòth* tractat *De Vita spirituali, & qua ratione homo tam erga Deum, quàm erga proximum, & seipsum se gerere debeat*, ostendit. Diuiditur in X. שערים *Sciaarim Portas*, seù *Tractatus*.

I. Vocatur שער יחוד האל *Sciàar Iachùd haèl Porta vnitatis Dei*. In ea tractat *De Deo, & eius Vnitate*.

II.

bro *Ietzirah* pagina 51. colum. 1.

De hoc Auctore Bechaij videndus est Auctor יוחסין *Iuchasin* pag. 133. Auctor שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 58. b. circa principium, vbi de Auctore ita loquitur

רבינו בחיי ברבי אשר מעיר סרקוסטה אשר
בספרד היה תלמיד הרשב״א ׃ וחבר פי' התורה
ואומר בפרשה בראשית שהיה אז שנת נ״א לאלף
הששי ׃ וחבר ספר כד הקמח ׃

Rabbènu Bechaij fil. R. Ascèr de Vrbe Cæsaraugustana, quæ est in Hispania, fuit discipulus Harriscbà R. Salomonis Ben Addèreth. Composuit Explanationem in Legem. Et in sectione Beresciith ait, tunc fuisse annum 51. sexti millenarij. Composuit etiam Librum כד הקמח *Cad Hakkèmach*. Ad eundem annum 51. millenarij sexti R. Dauid Ganz ijsdem ferè verbis de eo agit in suo צמח דוד.

שכ״ב ר' בחיי הדיין ספרדי בן ר' יוסף פקודה הנקרא הזקן לפי שהיה אחריו של
בחיי בר אשר הנ״ל וזה ר' בחיי הזקן היה אחרי הרי״ף וקודם
להרמב״ם ז״ל ׃ וחבר ספר חובת הלבבות בלשון ערבי ׃
ורבי יהודה ן' תבון העתיקו בלשון הקדש והוא ישמ״ה ן' תבון
הוא אב של רבי שמואל ן' תבון אשר היה בדור הרמב״ם והעתיק
ספר מורה הנבוכים מלשון ערבי אל לשון עברי אחרי כן
מיהיה זה המספר בדור אשר קודם הרמב״ם ׃ וזה החיבור חובת
הלבבות נחלק לי' שערים ׃ שער א' הוא שער יחוד השם ׃
ב' בחינה ׃ ג' עבודה ׃ ד' בטחון ׃ ה' יחוד המעשה לשם
שמים לא יחוד המעשה ׃ ו' כניעה ׃ ז' תשובה ׃ ח' חשבון
הנפש ׃ ט' פרישות ׃ י' אהבת השם ׃ והוא בדפוס מחדש עם
רב הפיון ונוספו בו שני לוחות כסדר בחלוקת שערי הספר
ופרקיו ׃ והשני להורות מקום הפסוקים ומאמרי המובאים בס'
והוא בדפוס במהדורה שנת ה״ם לפ״ק על ידי המותפים ר' מאיר
כל ספרים מסובה ויעקב כל בעלי הכהן מנאועלו ׃ ורבי

Plantauitium manu scriptum extiterat, characteres ob eorum vetustatem, vel aliam ob causam minimè potuisse assequi; aut expeditè, & sine errore legere: nam pro חייא *Chijàb* בחיי *Bechàij* legere debuisset. Constat etiam fuisse manu exaratum, quia subiungit: *Qui quidem liber valdè commendatur ab Hebræis, vixque inter illos reperitur, cùm in lucem nunquam quod sciamus, prodierit.* Quibus verbis manifestè apparet, nullam de eo exactam notitiam habuisse: nam, præterquam quòd plurima exemplaria manuscripta huius Codicis circumferantur apud Hebræos, vix vlla est apud nos alicuius nominis Bibliotheca, in qua huiusmodi Codex non reperiatur, & in Bibliotheca Vaticana sub num. 276. Codicum mmssc. Hebraicorum extare deprehenditur, cum inscriptione -

ספר חובת הלבבות ר׳ בחיי בן יוסף פקודה ׃

Liber obligationum cordium R. Bechaij Ben Ioseph Pekudà. Scriptusque fuit anno mundi 5228. Christi 1468. Papyr. in 4. Non semel etiam fuit excusus; Constantinopoli in domo Mosis פרנס Parnàs per manus Isaaci Ben Chaijm anno ל״פ 310. min. supput. Christi 1550. in 4. Mantuæ, anno ל״פ 319. min. supput. Christi 1559. in 4. Venetijs, an. ל״פ 349. Christi 1589. cum Indice copioso. In Mantuana etiam editione duo in fine libri apparent Indices; Primus, Tractatuum, & Capitulorum eorundem; secundus, Versiculorum Sacræ Scripturæ, & locorum, quæ in Tal-

II. שער בחינה *Sciaar Bechinà Porta examinis. De examine Mundi, & quomodo per creaturas in Creatoris notitiam deuenire possit.*

III. עבודה *Auodà De Seruitute,* seù *De Religione.*

IV. בטחון *Bittachòn De Fiducia in Deo collocanda.*

V. מעשׂו לש״ש *Maāsàu leſcèm ſciamàijm De dirigendis nostris operibus in Dei honorem, & hypocrisi vitanda.*

VI. כניעה *Cheniàah De Humilitate.*

VII. תשובה *Tesciuuà De Resipiscentia.*

VIII. חשבון הנפש *Chisbòn hannèphesc De præstantia Animæ, & relatione ipsius ad Deum.*

IX. פרישות *Perisciùth De separatione à rebus mundanis.*

X. אהבת יהוה *Ahauàth Adonài De amore Dei.*

Habetur hic Liber in magna existimatione, & pretio apud Hebræos, & est ob eius famam notissimus; vnde miror, quomodo Plantauitius certam de eo notitiam non habuerit. Ad numerum 188. Codicum suæ Bibliothecæ ✱ Asterisco notatum, quod est signum (vt ipse in libri principio ait) aut Codicem apud se inueniri, aut illum vidisse, huius libri titulum חובת לבבות *Chouàth leuauòth Officium cordium* exhibet, & in decem שערים *Portas,* seù *Libros,* siuè *Tractatus* ritè diuidit, eumque in sequenti Codicum num. 189. expressè dicit penes ipsum esse; sed quia illum cuidam R. חייא בן יוסף *Chijà Ben Ioseph* attribuit, liquet, Codicis huius, si apud

1665. in 8. de quo suo loco. Extat & alia קצור *Kitzùr Epitome* huius libri à R. Iacobo Bar Abrahami composita, quæ Venetijs excusa fuit anno ת'ש'י 5410. Christi 1650. in 16.

In Machazore Romano editionis Venetæ an mun. שפ'ו 386. min. supput. Christi 1626. Par. 2. pag. 116. reperitur quædam supplicatio, quæ incipit ברכי נפשי את יהוה *Benedic anima mea Domino &c.* & huic R. בחיי *Bechaij* tribuitur, solentque illam recitare in die כפורים *Chippurrìm Expiationum*, vt legitur in Machazore Bononiensi, in fol. Par. 2. cuius pagina non citatur, quia in ijs nulla Arithmetica nota numerica reperitur.

Sub nomine R. Bechaij Ben Ioseph Venetijs anno 1628. prodijt in lucem libellus etiam inscriptus ברכי נפשי *Barechì Naphscì Benedic anima mea Domino*. Tit. ex Psal. 103. 1. Complectitur 164. ternarios super eandem precationem R. Bechaij, compositos à R. Nathan Iedidiah Ben Eliezer Vrbeuetano, dum an. mun. 5385. Christi 1625. Senis moraretur, & ætatis tantummodo 18. annorum esset (ex illius Præfatione in eundem librum) Primò, eos Hebraicè composuisse ait, deinde Italicos fecisse, seruato in vtraque lingua sensu, versuumque mensura, cum eadem fermè rhythmica compositione. Est spirituale colloquium inter Auctorem, & Animam. Hortatur illam benefacere, & progredi in viam iustitiæ, antequam adueniat dies, in qua reddenda sit ratio dictorũ & factorum æterno illo Iudici, qui etiam intima cogno-

Talmude referuntur sub nomine מאמרים *Maamarrìm*.

Prodijt etiam Thessalonicæ idiomate Hispano, charactere autem Hebræo. Et tandem idem opus iterum versum est in eandem linguam Hispanam à R. Dauid Pardo Ben Ioseph Pardo, & excusum anno mun. 5370. Christi 1610. In 4. cui titulus est: *Obligation de los Coraçones*. Hic suppresso nomine Auctoris illum sub nomine R. Mosis Ægyptij, vt inde libro maiorẽ auctoritatem conciliaret, & sibi maioris lucri viam aperiret loco non notato, alicubi euulgauit. Non est tamen ambigendum, quin huiusmodi operis Auctor sit Rabbi Bechaij Ben Ioseph Pekudà, cùm in Bibliotheca Vaticana sub iam citato numero 276. Codicum mmssc. Hebræorum pag. 163. huius operis in primis literis decem versuum in laudem libri, & Auctoris nomen בחיי בן יוסף *Bechaij Ben Ioseph* legatur.

Nonnulli syntagmata sua morum directiua ex hoc libro compilarunt, vt R. Iudas cognomento החסיד *Hachasìd Pius*, & R. Eliezer Ben R. Iodà eius discipulus, referente Auctore additionum in fine libri *Iuchasin* pagina 165. Quin & R. Iacob Ben Isaaci צהלון *Tzahalòn* Romanus superioribus annis hanc חובת הלבבות *Chouàth halleuauòth Obligationem cordium* in Epitomen redegit sub nomine ס' מרגליות טובות *Sèpher Margaliòth Touòth Libri Margaritarum pretiosarum*, & Venetijs excusus est an. mundi 425. min. supput. Christi

quæ rarò aut nunquam in puellis reperiri dignoſcuntur, ſeſe accuſent. Iudæi verò adulti, & maximè Itali, eadem die Expiationum non ſemel tantùm, ſed quinque vicibus eandem Confeſſionem repetunt.

Primò, ad Veſperas in peruigilio diei expiationum.

2. In initio noctis eiuſdem Vigiliæ.

3. Matutinis horis diei expiationum.

4. In precatione illa dicta מוסף *Muſsàph* in Ieiunio *Chippùr*.

5. In ſupplicatione vocata עבודה למוסף צום כפור *Auodà lemuſsàph tzòm Chippùr*. Prima ex his Confeſſionibus habetur in Machazor Romano, editionis Venetæ anno Chriſti 1626. Par. 2. pag. 70. Secunda ibidem pag. 76. Tertia pag. 164. Quarta pag. 208. Et Quinta ad pag. 227. cuius exemplar eſt -

gnoſcit, & cordium ſcrutator eſt, & renum, neque hominum perſonam reſpicit, ſed omnia iuſtè iudicat. Hæc omnia expliciunt ad num. 61.

Hinc à num. 62. ad 99. eadem menſura, & Carminum ſtylo, ſequitur ודוי הגדול *Viddùi haggadòl Confeſſio magna, generalis*, R. Niſsim Rectoris Academiæ innominatæ. A num. 100. vſque ad 164. eodem ſtylo, ſequitur alia Confeſſio ſecundùm conſuetudinem Synagogarum Italicarū. Solent Iudæi in die כפורים *Chippurrìm Expiationum* confiteri Domino peccata ſua, ſed ex formula quadam concepta generalibus terminis, quam nunquam immutant, ſed ijſdem prorsùs verbis & vocibus ſemper recitant, quæ inſeruit ſenioribus, & iunioribus, maſculis & fœminis, adultis, & pueris; ita vt puellus omninò ſimplex, & rerum humanarum ignarus, de fœnore, vſura, & reliquis delictis, illius ætatis omninò improprijs, &

Exemplar Judaicæ Confeſſionis, quam ודוי *Viddùi vocant.*

יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו ואלהי אבותינו שתסלח ותמחול לנו על כל עונותינו ופשעינו ותכפר לנו על כל חטאתינו : על חטא שחטאנו לפניך באונס :

על חטא שחטאנו לפניך
- בבלי דעת :
- בגלוי :
- ברעת ומרמה :
- בהרהור הלב :
- בודוי פה :
- בזדון :

מחוזק

על חטא שחטאנו לפניך
בחוזק יד:
בטמאת שפתים:
ביצר הרע:
ביודעים:
בלא יודעים:
בכחש ובכזב:
בלשון הרע:
במראית העין:
בנשך ובמרבית:
בשיח שפתותינו:
בעינים רמות:
בפתחון פה:
בצעדי רגלים:
בקפיצת יד:
ברצון:
בשגגה:
בתמהון לבב:

על חטאים שאנחנו חייבים עליהם
אשם:
חטאת:
עולה:
קרבן:
מיתה:
כרת:
מיתה בידי שמים:
ארבע מיתות בית דין:
סקילה: שריפה: הרג: וחנק:
ומלקות ארבעים מצות עשה
ומצות לא תעשה וכו':

ſi, veluti furti, homicidij, & huiuſmodi. Et *Labiorum immunditia*, id eſt verbis peccaminoſis, ceù ſunt blaſphemiæ, detractiones, mendacia, falſa teſtimonia, & ſimilia, quæ niſi ſeorſim ſecundùm ſpeciem exponantur, nulla eſt confeſſio. Specificanda igitur ſunt peccata in confeſſione, ſicut etiam docent ipſi Rabbini priſci, vti legitur in מנורת המאור *Menoràth hammahòr Lucerna* 5. Concl. 1. par. 1. cap. 4. circa med.

צריך לפרט את החטא לפני המקום כרגרסינן בפרק יום הכפורים ׃ תניא רבי יהודה בן בבא אומר אדם צריך לפרט את החטא שנאמר (שמות לב׳ לא׳) ויעשו להם אלהי זהב ׃

Neceſſe eſt ſpecificare peccatum coram Domino, ſicut legimus in cap. 8. יום הכפורים *Iom Hachippurrim. Eſt traditio: R. Iuda Ben Bauà dicit: Homo debet ſpecificare peccatum. S. D.* (Exod. 32. 31.) Et fecerunt ſibi Deos aureos.

Voluit his verbis Moſes docere populum, quomodo fieri debuiſſet oris confeſſio. Potuerat Moſes obſeruare Rabbinicam formulam, & dicere: *Domine peccauit populus iſte peccatum maximum, oris apertione, pedum greſſibus, motu manuum, ſtudiosè, & ignoranter, & in ſtupore cordis*: quæ omnia ad Idololatriam referri potuiſſent. Sed has inanes confeſſiones reprobat Propheta, & confitendo peccatum populi ad ſpeciem peccati deſcendit, ſcilicet ad Idololatriæ peccatum. Notandum tamen eſt, hanc Moſis confeſſionem de populi delicto, non fuiſſe veram con-

Sit beneplacitum coram te Domine Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, vt condones, & remittas nobis iniquitates noſtras, & prauaricationes noſtras, & propitius ſis omnibus peccatis noſtris. Peccatum, quod peccauimus coram te per violentiam, per inſcitiam, publicè, ſcitè, & dolosè: Cordis cogitatione; Oris confeſſione; Superbia; Manu violenta; Labiorum immunditia; Praua concupiſcentia: In rebus notis, & ignotis; In mendacio, & fallacia; Lingua maledica; Oculorum viſu; Fænore, & vſura. In colloquio labiorum noſtrorum; Oculorum elatione; Oris apertione; Pedum greſſibus; Motu manuum; Studiosè, & ignoranter, & in ſtupore Cordis. Remitte nobis peccata, quibus rei ſumus (& tenemur offerre Sacrificium) *pro reatu: Pro peccato, Holocauſtum; Oblationem* (& tenemur pœna) *mortis, abſciſſionis; mortis per manum cæli, vel quatuor generum mortis domus Iudicij, id eſt Lapidationis, Vſtionis; Cædis* (per quam intelligunt capitis abſciſſionem) *& Strangulationis; Flagellationis quadraginta* (plagarum) *; Omiſſionis præceptorum affirmatiuorum, & tranſgreſſionis præceptorum negatiuorum &c.*

Hæc eſt generaliſſima Iudæorum Confeſſio ſupina, & craſſa, nulliuſque valoris, aut efficaciæ. Nam Confeſſio debet eſſe diſtincta, ita vt peccata exprimantur ſecundùm propriam ſpeciem, nec ſufficit v. g. dicere, *Peccaui manu violenta; Labiorum immunditia*, niſi explicentur ſpecies peccati violenta manu commiſ-

loco contrarium probatur. quia hic Psalm. compositus est à Dauid quando per Diuinam reuelationem intellexerat remissum sibi fuisse peccatum adulterij & homicidij, quem redarguerat Nathan Propheta, & ipse confessus fuerat חטאתי ליהוה *Chattàthi Ladonài Peccaui Domino* 2. Samuel. cap. 12. v. 7. 9. & 13. Et quamuis de peccato propitiato non debemus esse sine metu Eccles. 5. 5. attamen non est necesse illud ampliùs confiteri, quod semel confessione propositū est, & per contritionem deletum, sicut accidit in Dauid, cui Dominus condonauerat prævaricationem, & eius peccatū ob pœnitentiam texerat. Quòd autem dicitur à R. Akibà ex sententia R. Iannai, connumerandum est inter alias iniquissimas calumnias in Dei bonitatem; dum improbè inducunt sanctissimū Prophetam Mosem de Deo conquerentem, quòd ipse fuerat in causa, vt Deos aureos fecerint Israëlitæ propter auri affluentiam eis exhibitam; ipsumque Deum redarguant: quod est blasphemare in Dei bonitatem, iustitiam, & liberalitatem. Hoc modo Talmudistæ Hebræorum scelera in Deum refundunt.

Dices secundò, Posse quidem admitti ex Rabbinorum dictis, in Confessione, quæ fit coram Deo, explicandas esse peccatorum species, sed coram Sacerdote nihil esse confitendum, quia peccatorum Confessio fieri debet coram eo, qui potestatem habet dimittendi peccata. Sed solus Deus peccata dimittit Psal. 130. ver. 4.

כי עמך הסליחה למען תורא :

Quo-

confessionem, quia non fuit pœnitentis accusantis seipsum: nam confessio debet esse proprij peccati accusatio, non aliorum, Psal. 32. 5.

חטאתי אודיעך ועוני לא כסיתי אמרתי אודה עלי פשעי ליהוה ואתה נשאת עון חטאתי סלה :

Peccatum meum cognoscere feci te, & iniquitatem meam non operui. Dixi: Confitebor aduersum me præuaricationes meas Domino, & tu dimisisti iniquitatem peccati mei semper.

Dices. R. Akibà contrarium sentit, docetque, non esse necesse specificare peccatum in confessione Cod. יומא *Iomà* cap. 8. *Iom Hakkippurim* citato.

ר' עקיבא אומר אינו צריך שנ' (תהלים ל"ב, א') אשרי נשוי פשע כסוי חטאה : אבל מה אני מקיים ועשו להם אלהי זהב בדר' ינאי דאמר רבי ינאי אמר משה לפני הקב"ה רבש"ע בשביל כסף וזהב שהשפעת להם לישראל עד שאמרו די גרם להם לאלהי זהב :

R. Akibà dicit: Non est necesse (specificare peccatum in Confessione. S. D. Psal. 32. 1.) Beatus, cui dimittitur præuaricatio, & tegitur peccatum. *At quomodo firmabo illud, seù respondebo ad illud:* Et fecerunt sibi Deos aureos? *Respondebo secundùm R. Iannài. Quia dicebat R. Iannài: Dixit Moses coram Deo sancto benedicto: Domine Vniuersi, Si peccauerunt Israëlitæ cum conflarent sibi Deos aureos, tu es in causa, quòd illis auri & argenti affluentiam contulisti.*

Locus ex Psal. 32. adductus non probat, non esse specificandum peccati genus in Confessione, imò ex hoc

fiteri peccatum; & secundò, offerre oblationem pro suo peccato. Sed hæc confessio debebat fieri Sacerdoti, vt agnosceret Sacerdos, pro quonam delicto offerebatur oblatio sacrificanda: nam Sacerdos cognoscere debebat speciem peccati, & discernere inter lepram & lepram, & iudicare de singulis delictis, vt Deuter. 17. ver. 8. & 9. Non potuisset verò iudicare, כמשפט *Chammiſcppàt Iuxta iudicium* Leuit. 5. 10. nisi cognosceret qualitatem & speciem peccati: ergo illam ex ore offerentis oblationem pro peccato, peccati speciem noscere oportebat: ergo iste manifestando suum peccatum Sacerdoti, confitebatur. Hæc autem Confessio non fiebat, vniuerso populo audiente, sed soli Sacerdoti, id est ad aures Sacerdotis, qui offerre Sacrificium, & orare pro peccato offerentis debuerat. Hinc patet, quòd huiusmodi Confessio erat auricularis, quia solùm ipsi Sacerdoti nota erat, & non alijs. Vnde R. Dauid Kimchi non solùm confitetur hanc Confessionem fuisse in Lege Veteri, quin & ipsa sacrificia sine tali Confessione nihil profuisse, quia omnem sacrificiorum virtutem in ipsa peccati Confessione, & pœnitentia reponit. Ad cap. 14. Oseæ ver. 3. *Et reddemus Vitulos labiorum nostrorum*, ait -

ונשלמה פרים שפתינו׃ במקים פרים נשלמה לפניך וידוי שפתינו כי אתה רוצה בדברי תשובה יותר כי אין הקרבנות מועילות בלא וידוי העון כי בכלם נאמר והתודה אשר חטא׃

Quoniam apud te propitiatio est, ideò timeberis. Vnde R. Salomon in hunc locum ait -

לא נתת רשות לשליח לסלוח כמו שנאמר (שמות כ״ג׳ כ״א׃) כי לא ישא לפשעכם׃ למען תירא׃ על זאת שלא יהא ארם בטות על סליחת אחר׃

Non dedisti facultatem ministro tuo remittendi (peccatum) *quoniam dicitur* (Exod. 23. 21.) Quoniam non parcet præuaricationi vestræ. *Ideò timeberis. Ne quis expectet indulgentiam ab alio, quàm à te*. Ergo.

Respondeo, Quamuis verum sit apud Deum solum esse auctoritatem remittendi peccata, illumque solum esse timendum, solam eius offensam respiciendam: in Confessione tamen Sacramentali apud Christianos, quæ per Ministrum ministerialiter exercetur, sicut ipsi Deo reus confitetur, etiã ipse Deus est, qui peccata dimittit, mediante suo Sacerdote Ministro, cui absoluendi & remittendi peccata facultatem concedit. Neque coram Sacerdote confitendi peccata nouum est in Ecclesia, cùm etiam apud Synagogam hoc in vsum fuisse habentur in libro Leuit. cap. 5. v. 5. & 6.

והיה כי יאשם לאחת מאלה והתודה אשר חטא עליה׃ והביא את אשמו ליהוה על חטאתו אשר חטא׃

Et erit, cùm deliquerit in Vno ex istis, & confessa fuerit, quòd peccauit super eo. V. 6. Et adducet oblationem delicti sui Dòmino pro peccato suo, quod peccauit. Duo in hoc loco habentur: Animã, quæ peccauerit, debere con-

ti, qui vocatur Angelus. S. D. (Malach. 2. 7.) Quia Angelus Domini exercituum ipse. *Ne dicas* (inquam) *ei: Peccaui per ignorantiam, sed secundùm quod tu errasti, teipsum percute; siuè accusa teipsum.* Habes in hac Rabbinica auctoritate, Confessionem legitimè fieri coram Sacerdote, qui in hoc casu est Angelus Domini, id est Minister & Legatus Domini, à quo accipit potestatem dimittendi peccata in Ecclesia Christi, quamuis in Synagoga nullam habuisset Clauium potestatem, sed in eo, Clauium figura præcessit, vt expresè liquet diuersis in locis Leuit. vbi per diuersos ritus expiationũ pœnitentia figurabatur, cap. 5. 6. וכפר עליו הכהן מחטאתו *Et expiabit super eum Sacerdos à peccato eius.* Et replicatur v. 10. 13. 16. 18. & cap. 6. v. 7. Vnde apparet falsum esse id, quod dicit R. Salomon loc. cit. non dedisse Deum facultatem Ministro suo remittendi peccatum. Ad illud Exodi 23. 21. *Quoniam* (Deus) *non parcet prævaricationi vestræ*, sensus est, quamdiù Israëlitæ rebelles fuerint, Deus non parcet, vti vsque in hanc diem experiuntur Iudæi rebelles in Deum, & Christum eius. Paratus est tamen Deus per pœnitentiam ad se reuertentes recipere, vti ver. 22. & 23. manifestum est.

Habes secundò, Confessionem debere esse fidelem, id est veram; nam mendacium dicere in Confessione graue peccatum est, & in re graui, peccatum, quod dicimus mortale, in Confessione negatum, vel falsò affir-

Et reddemus Vitulos labiorum nostrorum. Pro Vitulis, reddemus coram te Viddùi sephatènu, Confessionem labiorum nostrorum. Quoniam tibi magis placent (loquitur cum Deo) *verba pœnitentiæ. Neque sacrificia vllius sunt valoris belò Viddùi haavòn, sine Confessione delicti: quoniam in omnibus illis dictum est; & confessa fuerit quod peccauerit.* Patet igitur ex Rabbinorum doctrina; oris peccatorum confessionem fuisse in Veteri Lege, eamque sacrificijs præualuisse. Quòd autem coram Sacerdote fieret, manifestum est, tum ex loc. Leuit. cit. tùm etiam ex facto Dauidis coram Nathan Prophera 2. Samuel. 12. 7. & Saulis coram Samuele 1. Samuel. 15. 25. quin & apud Rabbinos id expresè docetur, nempè apud Sacerdotem fieri debere confessionem peccatorum tamquam Dei Ministrũ. Vide in ילקוט *Ialkùt* editionis Liburnensis in fol. Par. 2. pag. 281. col. 2. circa principium, vbi in illud קהלת *Koëleth Eccles.* cap. 5. ver. 5.

אל תתן את פיך לחטיא את בשרך ואל תאמר לפני המלאך כי שגגה היא וגו׳:

Ne des os tuum vt peccare facias carnem tuam, & ne dicas ante Angelum, quia error est &c. hoc modo legitur:

אם עשית בזדון אל תאמר לכהן שנקרא מלאך שנ׳ (מלאכי ב׳ ז׳) כי מלאך יהוה צבאות הוא ואל תאמר לו בשגגה חטאתי למה אתה מטעה את עצמך לעצמך אתה מכה:

Si fecisti (id est peccasti) *superbè scilicet per malitiam, ne dicas Sacerda-*

In Venetia 1628. in 8. Vide *R. Nathan Iedidiah Ben Eliezer*.

סכ"ג **ר' בחיי בר משה ספרדי מקהל סרקסטה** שלח אגרת אל קהלות ארגון על דבר שליח לספרים של משה בר מיימון כי חכמי פרובינצה הפריעו כל לומד זה החכמה מהחכמות החיצונות והקורא בספר המדע ומורה הנבוכים; וזה הספר עומד על הערות והקשים הכתובות בספר תורת משה בר מיימון ואגרת זאת נמצא באגרות ר' משה המיימוני דף נ"ג; וגם כן הוא היה ראשון מהחכמים אשר נחתמו בסוף אגרת ששלחה ר' משה כל בעמן לקהלות ארגון ונבארה וקסטיליא על עסקי ספרי הנ"ל; עיין ספר אגרות הרמב"ם דף נ';

323 R. BECHAII BAR MOSIS HISPANVS Rector Synagogæ Cæsaraugustanæ. Scripsit -

אגרת *Igbèreth Epistolam* ad Synagogas Aragoniæ pro libris מדע *Maddàa*, & מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim* R. Mosis Ægyptij. Extat inter Epistolas eiusdem Ægyptij pag. 53. editionis Venetæ. In 8.

Subscripsit etiam omnium primus *Epistolam* nomine diuersorum missam ad Synagogas Aragoniæ, Nauarræ, & Castiliæ pro ijsdem Libris Mosis Bar Maijmonis datam anno mundi 992. minoris supputationis, Christi 1232. Habetur inter easdem Epistolas Ægyptij pag. 50. præfatæ editionis, in 8.

סכ"ד **ביאור הרוח תשוב** שם הספר מקבלה;

324 BIV'R HARRV'ACH TASCIV'V *Explanatio spiritus reuertentis*, Liber est Cabalisticus vt audio.

firmatum, peccatum mortale est, vt nostri Theologi vnanimiter affirmant. Duas igitur præcipuas conditiones in Confessione ex Rabbinorum doctrina elicere possumus.

I. Legitimum Ministrum confessionem pœnitentis suscipientem.

II. Pœnitentem debere confiteri peccata fideliter & veraciter. Ex quibus exsurgunt aliæ tres conditiones, quas nostri Theologi in Confessione Sacramentali requirunt, *Integram*, *Diligens*, & *Obediens*; de quibus non est nostrum in præsentiarum tractare.

Cæterùm, essent in hoc loco explicanda nonnulla, quæ circa finem huius וידוי *Viddùi Confessionis* Iudaicæ reperiuntur vocabula, nempè, quid sit intelligendum pro כרת *Carrèth Abscissionis* pœna. מיתה בידי שמים *Mètha bidè sciamàim Mortis per manum cæli*. מלקות *Malkùth Flagellationis*, & מצות עשה ומצוה לא תעשה *Mitzuòth asè*, *vmitzuòth lo taasè Præceptorum affirmatiuorum*, *& negatiuorum*; quæ omnia ad aptiorem locum reijcimus explicāda. Iam verò quod ad Supplicationem כרעי נפשי R. Bechaij Carminibus Italicis explicarant à R. Nathan Vrbeuetano, attinet: hæc olim Hebraicè, sed Italico rhythmo & pedum mensura composita fuerat à R. Iochanan Iuda אלטריני *Alatrino* patre matris prædicti R. Nathan, vulgò vocato Angelo Alatrino, sub cuius nomine, & Italico titulo euulgatus fuit Libellus cum hac inscriptione. *L'Angelica Tromba de M. Angelo Hebreo Alatrini; con alcuni Sonetti spirituali del medesimo*.

שכ״ה **ביאור שם המפורש:**

325 BIV'R SCE'M HAMME-PHORA'SC *Explanatio nominis explicati*. Multi apud Hebræos inueniuntur Libelli Cabalistici, omnes ferè mss. & sine nomine Auctoris, qui de nomine Dei τετραγραμμάτων יהוה tractant, illudque explicare, seù potiùs profanare contendunt. Non defuerunt etiam inter Christianos nonnulli, qui hanc spartam exornare tentarunt, & nos quoque alibi, & opportuniori loco aliquid de שם המפורש *Scem hammephoràsc*, Deo dante, dicemus.

שכ״ו **ביאורים שם העצם** מקובלה נמצא כ״י ברומי בבית ספרי הדוכוס די מידיני :

326 BIVRRI'M SCEM HAE'TZEM, *Explanationes nominis proprij*. Liber Cabalisticus nunquam excusus. Extat Romæ in Bibliotheca Medicæa, ex testimonio Plantauitij num. 88. Biblioth. Rabbinicæ. Multæ sunt ביאורים *Biurrim Elucidationes* in aliorum Commentaria, quæ in proprijs Auctoribus annotabuntur.

שכ״ז **בינה לעתים** שם הספר ועיין רבי עזריה פיגו :

327 BINA' LEITTI'M, *Intelligentiā temporum*. Nomen est Libri, de quo vide in *R. Azaria* פיגו *Pigio*.

שכ״ח **בית אלהים** עיין ר׳ משה בן רבי יוסף מטראני :

328 BETH ELOHI'M, *Domus Dei*, magnæ apud Iudæos auctoritatis, inquit Hottingerus in Biblioth. Orient. tit. *De Templo*. Sed de illius argumento, aut Auctore nihil habet, fortassis erit R. Mosis Ben R. Ioseph de Trani, qui & Librum cum hoc titulo composuit. Vide suo loco.

שכ״ט **בית מדות** והוא מוזכר בספר ראשית חכמה דף ק״ג :

329 BETH MIDDO'TH, *Domus morum*. Liber Ethicus, qui citatur in Libello ראשית חכמה *Rescith chochmà* fol. 103. ex Buxtorfio.

של׳ **בית מועד** שם הספר על הדינים : ויש ספר אחר שנקרא בית מועד והם דרושים : עיין ר׳ מנחם רבא :

330 BETH MOE'D *Domus Conuentus*. Plantauitio Liber legalis est. Est & alius cum eodem titulo Liber, cuius Auctor est R. Menachem Rabbà. Videsis ibidem.

שלא **בית נאמן** והוא ספר דרשות נדפס בשאלוניקי שנת ש״ז לפ״ק :

331 BETH NEHEMA'N, *Domus firma*. Tit. ex 1. Reg. 11. 38. Liber est *Concionum* Anonymo Auctore, excusus Thessalonicæ anno 307. minoris supput. Christi 1547. In 4. teste Plantauitio n. 95.

שלב **בית עוזיאלי** שם הספר והם י״ו דרשים על פרשיות התורה נדפס בויניציאה שנת השמ״ו לפ״ק [illegible] ועיין ר׳ משה אלפלס :

BETH

autem, & ibidem ex alia istius nominis interpretatione colligi putant, non solùm patriam, sed & Labani personam (nam credunt Balaam fuisse Labanum) imò inde improbos ipsius mores etiam se assequi imaginantur. Aiunt enim ibidem: *Ideò Balaam vocari* בלעם *quia* -

שבלה עם בן בעור שבא על בעיר תנא הוא בעור הוא כושן רשעתים הוא לבן הארמי בעור שבא על בעיר כושן רשעתים דעבד שתי רשעיות בישראל אחת בימי יעקב ואחת בימי שפוט השופטים ׃

Consumpsit populum. Filius Beor; quia ingressus est super Bestiam (seù Asinam suam.) *Est traditio.* בעור *Beòr; hic est Cuscián Resciaathàim* (de quo in libro Iudicum cap. 3. 8. in cuius manu vendidit Deus Israëlitas, eò quòd malum fecerint contra eum.) *ipse est Laban Aramæus.* בעור *Beòr* (ita vocatur) *quia ingrediebatur super* בעיר *Beìr Iumentum.* (Vocatur etiam) כושן רשעתים *Cuscián Resciaathàim*, *quia fecit duas iniquitates in Israël; primam in diebus Iacobi, alteram dum Iudices iudicabant.* Hunc inter Rabbinos Auctores referre volui, quia etsi ex gente Israëlitica non fuerit, attamen, tamquam de famoso aliquo Rabbino Talmudistæ loquuntur, & crebrò illius in Ghemarà meminerunt, ac omnia quæ de eo in Sacris literis inueniuntur, in sinistrum & pessimum, quandoque etiam in obscœnissimum sensum interpretantur. Videsis in *Ghemarà* Codice *Sanhedrin* p. 106. lin. 10. Et quamuis libentius ea sub silentio præterire ma-

בל

332 BETH VZIELI, *Domus Vzielis.* Sunt 16. *Sermones super nonnullas Pentateuchi sectiones.* Excusi Venetijs in domo Danielis Zanetti anno mundi ישׁ״ס 360. min. supputat. Christi 1600. In 4. Vide *R. Moses* אלפלס *Alpalàs*.

שלג׳ **בלעם בן בעור** היה בעתיד אשר על
הנהר ארץ בני עולו והמעט היה פרעה ממות רק ק״כ באמר
עליו כי הנו בן אלפו בן עמו היה שר צבא אבגיאם מלך
דכסכס ויבא לבלעם את בני יעקב בעברים ׃ ויברך אבגיאם
אל כל עמו עם רב כחול אשר על שפת הים ושם היה כעד א׳
ועבדי אבגיאם בן חמש עשרה שנה בלעם בן בעור עמו
והנער הנה עלו ומבין בחכמת קסם ׃ והמסכת סנהדרין
פרק חלק דף ק״ה עמוד א׳ בסוף העמוד כראה כי מגיד
ברגלו אחת היה ׃ בלעם היה מומא באחת מעיניו קוסם
באמתו וכא על אתונו ׃ וישלח בלק בן צפור מלך מואב
מלאכים אל בלעם לאמר ׃ הנה עם יצא ממצרים הנה כסה
את עין הארץ ועתה לכה קבה לי אותו כי עצום הוא ממני
ויבא בלעם אל בלק לקלל את ישראל ׃ ויסתר יהוה אל בלעם
לא תאור את העם כי ברוך הוא ׃ וישב בלק את בלעם לקלל
את ישראל גם יום ולא שמע בלעם אל בלק כי אם אשר יש
אקב לא קבה אל ומה אזעם לא זעם יהוה ויברך ישראל
באמר (במדבר כ״ג פ׳) מברכיך ברוך ואורריך ארור ׃
עוד (שם פסוק י״ז) אראנו ולא עתה אשורנו ולא קרוב
דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל ומחץ פאתי מואב וקרקר
כל בני שת וגומר ׃ ויקם בלעם וילך וישב למקומו ׃ ובסוף
אמר רב שקיעת בו ארבעה מיתות סקילה ושרפה הרג וחנק
עיין בגמרא פ׳ חלק דף ק״ו עמוד ב׳ בתחילת העמוד ׃

333 BILAAM BEN BEO'R, cùm ex Sacris literis non appareat, vnde sit, aut ex quo populo originem trahat, volunt Talmudistæ in capit. חלק *Chèlek* pag. 105. circa medium id indicari ex ipsa nominis etymologia בלעם *Bilaàm*, quasi dicas בלא עם *Belò am Sine populo.* Comminiscuntur

tra vnum ex his; alter dicit; Si ego illum hodie opitulatus non fuero, occidetur, & crastina die veniet contra me. Vnanimes irruunt contra Lupum, & interficiunt. Dixit Ràu Papà: Hoc est illud, quod vulgò dicitur: Cùm Mustella & Felis inter se amicitiam ineunt, multiplicatur mala fortuna.

Paulò post de Balaam.

אמר ר׳ יוחנן בלעם חיגר ברגלו אחת היה שנאמר (במדבר כ״ג, ג׳) וילך שפי :

Dixit R. Iochanàn: Balaàm fuit claudus pede vno. S. D. (Num. 23. v. 3.) שפי *Scèphi Sublatus* id est *Claudus.*

Deinde subdit.

בלעם סומא באחת מעיניו הוא של (במדבר כד, ג) שתום העין :

Balaàm cæcus vno oculo erat. S. D. (Num. 24. 3.) Occlusus oculo.

Subindè impudicè sequitur vsque ad finem paginæ.

קוסם באמתו היה כתיב הכא (במדבר כ״ג, ד׳) נופל וגלוי עינים וכתיב (אסתר ז׳, ח׳) והמן נופל על המטה וגו׳ : איתמר מר זוטרא אמר קוסם באמתו היה מר בריה דרבנא אמר שבא על אתונו מאן דאמר קוסם באמתו היה כדאמרן מאן דאמר בא על אתונו היה כתיב הכא (במדבר כ״ד, ט׳) כרע שכב וכתיב התם (שופטים ה׳, כ״ז) בין רגליה כרע נפל שכב וגומר :

Diuinabat per mentulam suam; scribitur hic (Num. 24. 4.) Cadens & discoopertus oculis. *Et scribitur alibi* (Esther 7. 8.) Ecce Haman cadens super lectum &c. *Dixit Mar Zuttrà: Dixit, Diuinabat per mentulam suam. Mar filius ipsius Rabbànà*

maluissem, quàm de ijs aliquid minùs honestum proferre, & videri meum institutum, & pudorem benigni Lectoris vtcumque lędere hisce Iudaicis immunditijs; præstat tamen, Rabbinorum Talmudistarum turpitudinem discooperire; vt & ipsi sic pudore suffusi aliquando, relictis his vanissimis ineptijs, ad sanã sanctamque Christi doctrinam conuertantur; Christi verò fideles Deo gratias agant, qui enutriti verbis fidei, & morum probitate, hasce ineptas & fœdas fabulas, & agnoscant, & reijciant. Sed antequam ad Balaam descendamus, libet referre id, quod de Moabitis, & Madianitis dicunt; eos nempè inter se fuisse semper infensissimos hostes, pacem autem inijsse, vt validiùs resistere, & superare possent Israëlitas. Ad illud Num. 23. ver. 7.

וילכו זקני מואב וזקני מדין :

Et iuerunt Seniores Moab, & Seniores Midian &c. cap. cit. *Chèlek* pag. 105. longè post medium ita habet.

תנא מדין ומואב לא היה להם שלום מעולם משל לשני כלבים שהיו בעדר והיו צהובין זה לזה בא זאב על האחד אמר האחד אם איני עוזרו היום הורג אותו ולמחר בא עלי הלכו שניהם והרגו הזאב אמר רב פפא היינו דאמרי אנשי ברכושתא ושונרא דעבדו הלולא מתרבא ביש גדא :

Est traditio: Madian & Moab non habuerunt pacem à seculo. Exemplum sit in duobus Molossis, qui (custodiunt) *gregem, & sese ad inuicem ad iram prouocant: venit Lupus con-*

in somnis cum Balaam loquebatur noctu, vt patet cap. 22, v. 8. & 20. Hoc idem sentiunt Septuagin. dum vertunt: *Qui quidem visionem Dei vidit in somno, reuelati oculi eius.* Nec Paraphrasis Chaldaica dissentit, quæ habet. Ibid. Num. cap. 24. 4.

וחזו מן קדם שדי חזי שכיב ומתגלי ליה :

Et visionem coram Omnipotente videt: cadens, & reuelatur ei: quasi diceret, In somnis visionem propheticam videt, quando in somnum cadit, & obturatur illius oculus, tunc mentis oculi ipsius aperiuntur; & prophetiæ dono illuminantur, vt prædicere posset futura. Hic etiam est sensus R. Aben Ezræ, vt luculenter explicat ibidem his verbis.

נופל : כמו תרדמה נפלה על אברם : וגלוי עינים : אעפ״י שהוא ישן הוא רואה בעיניו כטעם ולבי ער :

Nophèl Cadens: Iuxta illud (Genes. 15. 12.) Sopor Naphelà cecidit super Abram. *Vglùi enàim, & discoopertus oculis: quamuis ipse dormiret, oculis tamen* (mentis) *videbat, iuxta illud* (Cant. Cantic, 5. v. 2.) Et cor meum vigilat.

Impudens igitur est Talmudistarum commentum de diuinatione Balaam, quod obscœnissimè fingunt. Non minus fœdum est illud, quod sequitur commentum, de concubitu eiusdem cum Asina; peruertunt enim verum significatum huius vocis שכב *Sciachàu*, accipiendo illud in deteriorem partem videlicet pro *Concumbere*, cùm incumbere seu recumbere si-

nà dixit: *Quia coibat cum Asina sua. Aliquis dicit, quòd diuinabat per mentulam suam, sicut diximus. Et est qui dicit, quòd abutebatur Asina sua, quia scribitur hic* (Num. 23. 9.) Incuruatus concubuit. *Et scribitur illic* (Iudic. 5. 27.) Inter pedes illius incuruatus est &c.

Obscœnum Commentum innixù sensui Scripturæ deprauato: nam נופל וגלוי עינים *Nophèl vglùi enàim, Cadens & discoopertus oculis,* alium prorsùs sensum habet, & omninò diuersum ab hoc impudico Talmudistarum. Volunt enim isti, quòd sicut vox נופל *Nophèl*, quæ est in Esther cap. 7. 8. rem impudicam significare ex Scriptura deprehenditur, quia ibi legitur: *Et Haman* נופל *Nophèl cadens super lectum, super quo erat Esther, dixitque Rex: Num etiam vt subagitet Reginam, me existente in domo?* ita & vox נופל *Nophèl* Numer. 24. 4. eandem rem impudicam significet. Sed longè distat significatio vocis נופל *Nophèl*, quæ legitur in Numerorum libro à significatione alterius, quæ habetur apud Esther. נופל *Nophèl* libri Esther omnes editiones in malam partem accipiunt, נופל *Nophèl* libri Numerorum non item. Vulgata habet: *Dixit Balaam filius Beor: Dixit homo, cuius obturatus est oculus: Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius:* id est qui cadit dormiendo, & aperiuntur oculi mentis eius; in somno enim mens illius lumine prophetico illustrabatur: nam Deus

Moses Ægyptius, eadem inter sua Cōmentaria in פרקי אבות *Pirkè Auòth Capit. Patrum* cap. 5. §. 19. referat; eique fidem adhibere videatur, dum ait -

וחכמים אמרו בלעם בועל אתונו היה ואין ספק בו שמי שזה רעתו כזה תה׳ פעלתו :

Et Sapientes dixerunt: Balaam abutebatur Asina sua, & de hoc dubitandum non est, quoniam qualis mens seù ingenium est hominis, talis est eius operatio. Fuisse Balaam deditissimum libidini, & flagitijs non negamus, cùm ipse dederit Balako consilium, vt prostitueret mulieres in fornicationem populo Israël, teste Ioanne Apostolo in Apocalypsi 2. 14. vbi de Balaam loquens ait: *Qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël, edere, & fornicari.* Sed non ob id existimandum esse, eum in tantam scelerum, & nequitiæ malitiam deuenisse, vt Asina sua abuteretur. At omnes Iudæi vnanimi consensu cum suo Talmude id affirmant, & in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek* cit. pag. 105. b. in principio, introducitur Asina in colloquium cum Balaam. Quærunt namque, cur de Balaam dicatur ויודע דעת עליון *Et sciens scientiam Altissimi?* Num. 24. 16. & respondent -

השתא דעת בהמתו לא הוה ידע דעת עליון הוה ידע מאי דעת בהמתו דאמרי ליה מאי טעמא לא רכבת אסוסיא אמר להו שדיא לה ברטיבא אמרה ליה הלא אנכי אתנך לטעינא בעלמא אשר רכבת עלי אקראי בעלמא מעודך עד היום הזה ולא

significet, neque referri debet ad ipsum Balaam, sed ad populum Israëliticum, de quo prædicebat futurum, vt totam Terram Chanaan sibi aliquando subijceret vi, & fortitudine populi, in qua quietè dormire cum fiducia debuisset, atque pacificè. Ita R. Salomon, Aben Ezræ, & Paraphrasis Chaldæa voces ברע שכב *Caraà sciachàu* explicant. Paraphrasis -

ינוח ישרי בתקוף כאריא וכליתא דליתא מלכו דיזעזעיניה וגו׳ :

Requiescet, habitabit in fortitudine sicut Leo, & quasi Leæna, & non erit Regnum, quod commoueat eum. R. Salomon -

כתרגומו יתישבו בארצם בכח ובגבורה :

Secundùm suam Paraphrasim Chaldæam, id est Habitabunt in Terra sua in robore, & in fortitudine. R. Aben Ezræ -

הטעם שיירש ישראל ארץ כנען ואחר כן השקיט הארץ :

Sensus est: quòd hereditabit Israël Terram Chanaan; & postea quiescet Terra.

Impudenter igitur Talmudistæ deprauant Scripturam, & illius genuinum sensum peruertunt. Sed mirum videri non debet, si peruersi & carnales homines Talmudistæ Babylonici, qui initiati fuerant בעל פעור *Beelphegor*, hæc obscœnissima commenta spiritu fornicationis dictante, adinuenerint. Sed mirandū omninò est, quòd doctissimus inter Hebræos vir

ולא עוד שאני עושה מעשה אישות בלילה כתיב הכא (במדבר כ״ב׃ ל׳) ההסכן הסכנתי וכתיב התם (מלכים א׳ ׃ א׳ ׃ ב׳) ותהי לו סוכנת וגו׳ ׃

Nunc (Balaam) *sensum Iumenti sui nesciebat : & scientiam Altissimi cognouit ? Quæ erat scientia Iumenti sui ? Quia dixerunt ei · Cur tu non equitas Equum ? Dixit eis* (Balaam) *Quia* (Asinæ) *sufficit ei modicum pabulum . Dixit ei* (Asina Balaamo) *Nonne ego Asina tua* (sum) *ad portandum simpliciter* (onera destinata ?) *Et tu equitasti super me ex consilio , & simpliciter, à tempore præcedenti tuo, vsque ad diem hanc ? Et non solùm hoc, sed etiam in nocte, vxoriã functionem adimpleo . Nam scriptum legitur hic* : Num. 22. 30.) Num consuescendo consueui facere tibi ? *Et alibi dicitur* (1. Reg. 1. v. 2.) Et erit ei consuescens, & dormiat in sinu suo.

Ergo vtrobique est sensus cognitionis coniugalis. Sed neque hic, neque in cap. 1. Libri 1. Reg. vox סָכַן *Sachàn* coniugalem cognitionem denotat, vt perperam in Talmude ponitur: nam in coniugatione Hiph. vti in primo loco Num. 22. 30. habetur, per *Assueuit*, vel *assuefactus est*, omnes Lexicographi interpretantur, cum R. Dauid Kimchi, vbi per ההסכן הסכנתי vertit ההרגל הרגלתי *Non solendo solita fui*, & idem repetit in suo lib. radic. ad radic. סכן. Locum autem 1. Reg. 1. 2. pro *Prodesse, proficere*; vel etiam *fouere*, aut *calefacere*, idem R. Dauid Kimchi explicat, vbi ait -

סוכנת ׃ ויש מפרשים מחממת כמו ובוקע

עצים יסכן בם לדעת קצת המפרשים וכן בלשון ערב לדבר חם יאמרו סכון ויש מפרשים אוצרת כמו לך בא אל הסכן ואין טעם לפי זה כי מה צורך למלך שתהיה אוצרת ובעלת איצרות והנכון בעיני שפי׳ מועילה כלו׳ שיהיה למלך תועלת בה מפני הצנה אשר אחזתהו וזהו שפירש אחר כך ושכבה בחיקך וחם לאדני המלך וכמוהו (איוב ל״ה ׃ ג׳) כי תאמר מה יסכן לך מה אועיל מחטאתי וכן (שם ט״ו ׃ ג׳) הוכח בדבר לא יסכן ומלים לא יועיל בם ׃

Sechèneth : Sunt qui (hanc vocem) *explicant* מחממת *Mechamèmeth Calefaciens, iuxta illud* (Eccles 10.9.) Scindens ligna incalescet in eis ; *& hoc secundùm nonnullos expositores ; Lingua etiam Arabica* חם *Chom Calor, dicitur* סכון . *Alij exponunt* אוצרת *Otzèreth Thesauraria , seù Præfecta Thesauro . S. D.* (Isai. 22. 15.) Vade ingredere ad Thesaurarium. *Sed hæc expositio insulsa est ; quia, quæ necessitas fuit, vt Rex sibi asciseeret puellam Virginem Thesaurariam ? Placet tamen explicare* Adiutricem proficuam, *vt scilicet prodesset , & vtilitatem Regi afferret propter frigus , quod eum apprehenderat : & hoc est, quod postea subiungitur* (1. Reg. 1. 2.) Et cubet in sinu tuo, & fiat calor Domino meo Regi. *Simile huic est illud* (Iob 35. v. 3.) Vt dicas : Quid יסכן proderit tibi : quid accipiam vtilitatis de peccato meo? *Et alibi* (Ibid. 15. 3.) Arguere in verbo non proderit ; & sermonibus non proficiet in eis.

Ex his manifestè liquet, obscœnos Talmudistas, omnia loca Sacræ Scripturæ peruertere, & in deteriorem partem explicare. Idem facit Auctor Libri זהר *Zòhar* sect. חיי שרה *Vi-*

שום אדם שתגיע עת רעתו היה מקלל אותו ובבא הרעה אל המקולל וחשבו הרואים והשומעים הנמצאים כי בעבור קללתו באת הרעה והמדבר בברכה עם שרי בלק וזה טעם לא אוכל לעבור את פי יהוה כי אין יכולת בנוצר לשנו מעשה היוצר או גזרתו והסוד כי החלק לא ישנה החלק רק גזירת הכל תשנה גזירה החלק ולא אוכל לגלות זה הסוד כי עמוק הוא ׃

Sunt qui dicunt, quòd Balaam Propheta fuit, & Veritas est; quia Prophetia sua fuit ad gloriam Israëlis. Fuit etiam Augur קוסם *Kosèm, atque hoc nomine nuncupat illum Scriptura. Sunt, qui dicunt, quòd nouerat scientiam superiorum ad recipiendam Virtutem illorum deorsum in figuris; & hoc probatur ex eo, quòd dicitur* (Num. 22. 6.) Et cui maledixeris, maledictus erit. *Mihi autem placet, quòd* (Balaam) *fuerit Astrorum peritus, & quando videbat in horoscopo & genitura hominis, malum proximum, maledicebat ei; cùm verò malum illud, personam, cui malum imprecabatur, attingeret; qui videbant, & audiebant, admirabantur hominem, existimabant hoc, eius virtute, & maledictionis imprecatione fieri. Et probatur: quia locutus est dolosè cum Principibus Balak: & hæc est ratio, cur dixerit* (Num. 24. 13.) Non potero transgredi verbum Domini. *Quia non est facultas creaturæ mutare opus Creatoris, vel sententiam eius, aut illius decretum. Et secretum est: quia pars non alterabit partem, sed determinatio totius alterabit determinationem partis; sed non potero reuelare hoc secretum, quia nimis profundum est.* ¶ Hactenus R. Aben Ezræ de Balaam; qui

ta Sara pag. 125. b. circa fin. primæ col. Idem בעל טורים *Baal Turrim* ad cap. 24. Num. vbi Balaam propter luxuriam comparat Gallo Gallinaceo, qui vocatur גבר *Ghèuer*, sicut & ipse Balaam: nam ver. 3. dicitur נאם הגבר *Nchùm hagghèuer Dixit Vir.* En verba *Turrim* -

במא ראת אמר קרא גבר שדימה בלעם לתרנגול ׃ כמו שהתרנגול הוא נואף מכל בן בלעם רבע אתונו ׃ וכמו שהתרנגול יודע העתים כן בלעם ידע לכוין השעה שהקב״ה בועס ׃ וכמו שהתרנגול דרכו לעמוד על רגל אחד כן בלעם חגר באחת מרגלו ׃

Posita est hoc loco dictio גבר *Ghèuer*, (quæ Virum, & Gallum notat) *Ut Balaam Gallo Gallinaceo compareturs. Quia sicut Gallus libidinosior est reliquis animantibus, ita Balaam, qui cum Asina sua coibat. Et sicut Gallus noscit tempora, ita Balaam horam, in qua Deus sanctus benedictus irascitur, conijciebat. Et sicut Gallus consueuit vno pede stare, eodem modo Balaam, quia claudus erat.* Vide suprà §. 7. *De Deo Rabbinico*, pag. 593. col. 2.

Quæres, An Balaam Propheta fuerit, an Magus, vel Ariolus? R. Aben Ezræ, & suam in hac re opinionem hoc modo pandit: ad illud Numer, 22. 28. ויפתח יהוה את פי האתון *Et aperuit Dominus os Asinæ* -

ויש מהם אומרים כי בלעם נביא היה והאמת כי נבואתו היתה בעבור כבוד ישראל כי קוסם היה וכן קראו הכתוב ׃ ויש אומרים כי היה יודע דעת עליונים לקבל כחם למטה בצורות וזה טעם (במדבר כב׳ ו׳) ואשר תאור יואר ׃ והנכון בעיני כי היה יודע מזלות ובעת האותו במזל של

Et stetit Angelus Domini in via in-aduersarium illi &c. profert, sunt -

וחנה דעת רבותינו ז״ל הוא שזה הענין היה כפשוטו ולזה אמרו שפי האתון היה מהדברים שנבראו בין השמשות והנראה בעינינו לפי השרשים האמתיים הנראים מדברי הנביאים ומהעיון שזה הספור היה ענין שקרה לבלעם במראה הנבואה כמו הענין בספור לקיחת הושע גומר. בת דבלים ושאר מה שנמשך בספור ההוא אשר הוא בחברת דבר נראה לו במראה הנבואה לא דבר שקרה והנה נרמה לבלעם בחלומו של נבואה שכבר היה לילה כשבאהו דבר ה׳ ית׳ וכו׳;

Rabbinorum nostrorum sententia est, quòd hoc negotium ita accidit, prout iacet in litera, & idcircò dixerunt, quòd os Asinæ (Balaam) *ex rebus, quæ in vespera* (primi Sabbathi) *creatæ fuerunt, vna fuit. Sed in rei veritate, quantum ex Verbis Prophetarum apparet, & secundùm speculationis studium, videtur, quòd sermo iste* (Asinæ) *& reliqua istius narrationis in Prophetia acciderunt ipsi Balaam in visione prophetica: Vt de Osea cap. 1. v. 3. quòd acceperit Ghomer filiam Diulàim, & reliqua, quæ ibi narrantur, quæ euenire non poterant nisi tantùm in somnijs, & in visione prophetica, non autem quòd ei verè accidissent. Idem simile est de Balaam: In somnio suo, & in sua Prophetia* (& sic acciderunt) *nam nox erat quando apparuit ei Dominus, & locutus est ei, &c.* Ita R. Leui Ben Gerson, qui dubitat de tota historia sacratæ Genesis, & ferè omnia quæ ibi narrantur, ad visionem propheticam reducit. Quod nil aliud est, nisi totam Legem Mosaicam destruere, quæ in historijs à Mose narratis fun-

da-

qui quamuis Ariolus esset, & iniquus; attamen, teste D. Petro epist. 2. cap. 2. 15. Propheta, sed insipiens fuit, & hæc signa virtute Domini edidit. Nec mirum est, quòd, si verum prophetiæ donum habuerit, id principaliter, ad populi Israëlitici honorem obtinuerit; sed quia prophetauit de Messia apertissimè. Neque verisimile est, quod de suo addit Aben Ezræ, per inspectionem Horoscopi, consueuisse maledicere vel benedicere; quia etsi de vna aut altera persona hoc admitteretur, videtur tamen incredibile, potuisse Horoscopum Israëlitici populi inspicere, & ex eo futura bona populo præsagire, cùm punctum, ex quo cæleste schema fuerat efformandum, assignari impossibile omninò ei fuisset. Quid autem, & quale sit secretum, & mysterium, quod propter sui profunditatem, hic Rabbinus reuelare non potest, in suo Rabbinico cerebro huius profundissimi mysterij sede, remanere libentissimè permittimus. Grauius errat R. Leui Ben Gerson, qui & fidem Sacræ Scripturæ negat, & miracula, quæ in ea narrantur, iniquè tollit. Historiam hanc de Balaam somnium facit; & quòd verberando Asinam suam, hæc aperuerit os, eumque allocuta fuerit, & cætera quæ in hoc casu de Balak & Balaam narrantur, omnia per visionem, & in somnis accidisse, impiè profert. Verba, quæ R. Leui Ben Gerson in suis Commentarijs Numer. 22. 22. in illud

ויתצב מלאך יהוה בדרך לשטן לו וגו׳;

rem illam ab ea accepissent. Vide in Codice תענית *Taanith De Ieiunio*, cap. 3. pag. 24. paulò ante medium: ibi inuenies, quòd quidam Rabbinus.

חויא ליה חחוא חמרא כי דחוו אגרי לה כל יומא לאורתא הוו משדרי לה אגרה אגבה ואתיא לבי מרה ואי טפו לה או בצרי לה לא אתיא וימא חד אינשו זוגא דסנדלי עלה ולא אולה עד דשקלונהו מינה והדר אזלה ׃

Habebat quandam Asinam, quam cum mercede conduxissent tota die, vespere dabant ei mercedem, & ibat domum heri sui. Et si plurimum ei dabant, aut angustijs afficiebant eam (pretio iusto non soluto) *non ibat. Quadam die ex obliuione reliquerunt par calceamentorum super ipsam: non abijt, quousque non auferrentur: postea abijt.*

Vah quàm sapiens & prudens erat Asina ista Talmudica! His fabulis fidem præstat R. Leui Ben Gerson, quia habentur in Talmude; Historijs sacris, quia referuntur in Sacris Voluminibus, credere non vult, sed illas contorquere in alium sensum, & peruertere satagit. At de Balaam quænam monumenta supersunt literaria? Nihil prorsùs, nisi tantùm ea, quæ Spiritus Sancti afflatu, prophetica dicta effatus est. Hæc in Numer. libro referuntur cap. 23. & 24. quibus in locis multa prospera de populo Israëlitico, itemque de Christo, de Amalechitis, Cinæis, & Romanis vaticinatur; quamuis aliam, & omninò diuersam habuisset intentionem. Voluit enim maledicere Israëli, sed Deus illius, quam proferre voluerat maledictionem, in benedictionem commu-datur. Genius pessimus huius Rabbini manifestatur, dum omnia Scripturę ad reuelationem, & visionem in somnijs habitam reducere, idque persuadere conatur. Ea, quæ per visioné Deus ostendit, expreßè refert Scriptura, vt Genes. 15. 1. *Factus est sermo Domini ad Abram* במחזה *in visione*. Ibid. cap. 46. 2. *Et dixit Deus Israëli* במראות הלילה *in visionibus noctis &c.* ea tamen, quæ Scriptura apertissimè narrat, nolle ad litteram intelligi; est sensum literalem ex Scriptura prorsùs tollere.

Non debet autem Ben Gerson mirari de miraculo, quòd Asina sit locuta, quia Deus per ministrum suum, nempè per Angelum, mouit linguam Asinæ vt loqueretur: & quamuis organa Iumenti non sufficerent ad formationem vocis humanæ, vtpotè inepta ad articulationem, attamen omnem defectũ suppleuit Angelus, retinendo aërem fortiter, ne per aperta latera oris Asinæ efflueret; & illum in ore illius ita collisit, & allisit ad organa oris, vt articulatam vocem exprimeret, ait Tostatus. Nam si R. Ben Gerson tam fideliter credit dictis Talmudicis; cur credere recuset Scripturæ referenti, Deum aperuisse os Asinæ, & locutam fuisse? Talmudistæ de Asinis nonnulla referunt miranda. De quadam Asina narrant, quæ non redibat ad herum suum, nisi qui vsi fuissent eius opera, contulissent ei debitam mercedem: & aliquando cùm imposuissent super eam nescio quid, & obliti fuissent, noluit domum redire, nisi postquam

chanan: Ex benedictione huius impij tu discis, quid ipse habebat in corde. *Voluit maledicere: Ne* (Israëlitę) *Unquam habeant Synagogas, & Academias. Et dixit:* Quàm pulchra sunt Tabernacula tuà Iacob. (Num. 24. v. 5.)

Voluit maledicere: Ne habitet Diuina maiestas super eos. Et dixit: Et habitacula tua Israël. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non protrahatur Regnum ipsorum, Et dixit: Sicut torrentes extensa sunt. (Ibid. v. 6.)

Voluit maledicere: Non habeant Olineta & Vineta. Et dixit: Sicut Horti iuxta flumen. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non sit odor eius diffusus. Et dixit: Sicut Tabernacula, quæ plantauit Dominus. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non habeant Regem procera statura. Et dixit: Sicut Cedri super aquas. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non habeant Regem filium Regis. Et dixit: Fluet aqua è situlis eius. (Ibid. v. 7.)

Voluit maledicere: Ne sit illorum Regnum dominans in alias Nationes. Et dixit: Et semen eius in aquis multis. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non sit validum illorum Regnum, Et dixit: Et exaltabitur magis, quàm Agagh Rex eius. (Ibid.)

Voluit maledicere: Non sit terror Regni ipsius. Et dixit: Et eleuabitur Regnum eius. (Ibid.) *Dixit R. Auà Bar Cahanà: Omnes redierunt in maledictionem, prater Synagogas & Academias. S. D.* (Deuter. 23. v. 5.) Et

maledictionem, vertit in benedictionem. Omnes maledictiones, quas in mente habebat Balaam, nec eas proferre potuit, referuntur in Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chelek* pag. 105. b. longè post med. Verba Talmudis sunt -

וישם יהוה דבר בפי בלעם ר׳ אליעזר אומר מלאך רבי יונתן אמר חכה א״ר יוחנן מברכתו של אותו רשע אתה למד מה היה בלבו ביקש לומר שלא יהו להם בתי כנסיות ובתי מדרשות מה טובו אהליך יעקב לא תשרה שכינה עליהם ומשכנותיך ישראל לא תהא מלכותן נמשכת כנחלים נטיו לא יהי להם זיתים וכרמים כגנות עלי נהר לא יהא ריחו נודף כאהלים נטע יהוה לא יהיו לכם מלכים בעלי קומה כארזים עלי מים לא יהי להם מלך בן מלך יזל מים מדליו לא תהא מלכותן שולטת באומות וזרעו במים רבים לא תהא עזה מלכותן וירם מאגג מלכו לא תהא אימת מלכותן ותינשא מלכותו׃ אמר רבי אבא בר כהנא כולם חזרו לקללה חוץ מבתי׳ כנסיות ומבתי מדרשות שנאמר (אלה הדברים כ״ג׃ ה׳) ויהפך יהוה אלהיך לך את הקללה לברכה כי אהבך יהוה אלהיך קללה ולא קללות׃

Et posuit Dominus Verbum in ore Balaam. (Numer. 23. 5.) *R. Eliezer dicit, Angelum. R. Ionathan dicit, Hamum.* [R. Salomon -

מלאך שמסרו להקב״ה למלאך שלא יניחנו לקלל׃ חכה נתן בפי בלעם שלא היה מניחו לקלל והיינו וישם׃

Angelum: quia tradidit eum Deus sanctus benedictus Angelo, ne permitteret illi ut malediceret. Hamum posuit in ore Balaam, Ut non permitteretur illi (posse) *maledicere; & hoc est quod dicitur: Et posuit.*] *Dixit R. Io-*

locorum Synagogæ & Scholæ apud Iudæos reperiuntur. Nolunt Iudæi recognoſcere cauſam ſui exilij, & Diuinæ iuſtitiæ finem. Et quinam hic fuit? Scelera populi Iudaici. Satius igitur eſſet, ſi confiterentur ſe iuſto Dei iudicio inter gentes fuiſſe abactos ob iniquitates; & ſcelera; non verò quòd intentio Balaam fuerit cauſa huius extremæ in deſolato populo afflictionis. Inde etiã ſequitur, hoc Synagogarũ & Scholarũ beneficiũ ab impio Balaam accepiſſe Iudæos. Si enim Balaam non dixiſſet מה טובו אהליך יעקב *Quàm pulchra ſunt tabernacula tua Iacob*; per quę intelligunt Synagogas & Scholas, Deus hanc benedictionem Iudęis non elargitus eſſet. Ergo.

Dices. Hæc Synagogarum & Scholarum benedictio prouenit non ex Balaami benedictione, ſed à Dei miſericordia & benedictione; quia ſuprà iam dictum erat, populum fuiſſe benedictum. Numer. 22. 12.

Igitur (ego dico) & cæteræ benedictiones à Balaam prolatæ nihil egerunt in Iſraëlem, quia iam populus Dei benedictionibus plenus erat, quæ nunquam à malitia Balaam immutari poterant in maledictiones. Ergo mala, quæ populo Iudaico obuenerunt, non ab iſtis maledictionibus intentionalibus Balaam, ſed à ſceleribus populi, & à iuſto Dei iudicio proceſſerunt. Locus autem Deuter. 23. 5. *Et conuertit Deus maledictionem in benedictionem*, non debet intelligi de hac vel illa maledictione, vt perperam intelligit R. Auà Bar Cahanà in Ghemarà cit. ſed de maledictione ge-

Et non voluit Dominus Deus tuus audire Balaam, & conuertit Dominus Deus tuus tibi maledictionem in benedictionem, quoniam dilexit te Dominus: *Maledictionem* (dixit) *non maledictiones*. R. Salomon.

כל הברכות של בלעם חזרו לקללות כמו שהיה כונתו בתחלה חוץ מבתי כנסיות ובתי מדרשות שלא יפסקו מישראל לעולם ׃ הקללה לברכה אחת מן הקללות הפך לברכה שלא חזרה לעולם ולא כל הקללות לברכות שחזרו ׃

Omnes benedictiones Balaam redierunt in maledictiones, ſicut fuerat eius intentio à principio, exceptis Synagogis, & Academijs, quæ ex Iſraële non deficient in æternum. Maledictionem in benedictionem, hoc eſt, Vnam ex maledictionibus in benedictionem conuertit, quæ nunquam reuertetur (in maledictionem) *& non omnes maledictiones in benedictiones verſæ ſunt*.

Plus tribuunt Talmudiſtæ Balaami malitiæ, quàm Diuinæ potentiæ & bonitati. Deus præcipit Balaamo, ne maledicat populo, quia benedictus eſt, Num. 22. 12. & Talmudiſtæ dicunt: ſicut intentio Balaami à principio erat maledicendi populo, ita hanc intentionem non mutauit; & quamuis coactus, benedictiones ore pronunciaſſet, attamen mente populo maledixit, & in maledictiones verſæ ſunt; quia iamdiù omnes iſtæ maledictiones Balaami in populo Iſraëlitico adimpletæ ſunt, demptã benedictione de Synagogis, & Scholis, quæ in maledictionem non redijt; ſed ſecundùm quod ore protulit, adimpletum eſt; quia vbique

Dominus Israëlem, sicut mouetur arundo in aquis &c. *Quemadmodum arundo stat in loco aquarum, & truncus eius transplantatur, & radices eius multiplicant: & quamuis omnes venti, qui sunt in mundo, veniant & perflent in eam, non mouent illam de loco suo, sed vadit & venit cum ipsis* (hoc est secundùm quod perflant venti, agitatur, sed non eradicatur) *& quando cessant venti, arundo consistit in loco suo. At Balaam nequam benedixit eis in Cedro. Nam Cedrus non stat in loco aquarum, & radices eius sunt modicæ, neque truncus eius transplantatur: & quamuis omnes venti, qui sunt in mundo, veniant & perflent in eam, non mouent illam de loco suo: quando autem perflat ventus Australis, protinus eradicat illam, & euertit super faciem suam. Neque hoc solum; sed arundo meruit, vt ex ea tollatur calamus, quo scribitur liber Legis, Prophetæ, & Hagiographa.*

Existimant Iudæi Balaam insensissimum semper fuisse Iudaicæ nationis inimicum, eumque cum Ietro & Iob à consilijs apud Regem Pharaonem adstitisse, & Pharaoni persuasisse, vt infantes masculi Iudæorum in fluuium proijcerentur, ita vt ob hoc peruersum consilium meruerit interfici gladio. Leguntur ista in eodem Cod. *Sanhedrin*, cap. *Chèlek* pag. 106. longè post principium his verbis.

וירא את הקיני וישא משלו אמר לו בלעם ליתרו קיני לא היית עמנו באותה עצה מי הושיבך אצל איתני עולם היינו דאמר רבי חייא בר אבא אמר רבי סימאי שלשה היו באותה עצה אלו הן בלעם

genericè sumpta, vt sensus sit: quamcumque maledictionem, qua Balaam populo maledicere voluit, Deus in omnem benedictionem conuertit.

Floccifaciunt Talmudistæ istas Balaami benedictiones, & pluris æstimant maledictionem Achiæ Silonitæ, quàm benedictiones omnes Balaami. Sic enim aiunt in Talmude immediatè post מאמר *Maamàr* allatum in fine pag. 105.b. Cod. *Sanhedrin*.

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן מאי דכתיב (משלי כ״ז : ו׳) נאמנים פצעי אהב ונעתרות נשיקות שונא טובה קללה שקילל אחיה השילוני את ישראל יותר מברכה שברכם בלעם הרשע אחיה השילוני קילל את ישראל בקנה שנ׳ (א׳ מלכים י״ד : ט״ו) והכה יהוה את ישראל כאשר ינוד הקנה במים וגו׳ : מה קנה זה עומד במקום מים וגזעו מחליף ושרשיו מרובין ואפילו כל רוחות שבעולם באות ונושבות בו אין מזיזות אותו ממקומו אלא הוא הולך ובא עמהן כיון שדוממו הרוחות עמד קנה במקומו אבל בלעם הרשע ברכן בארז מה ארז זה אינו עומד במקום מים ושרשיו מועטין ואין גזעו מחליף אפילו כל הרוחות שבעולם באות ונושבות בו אין מזיזות אותו ממקומו כיון שנשבה בו רוח דרומית מיד עוקרתו והופכתו על פניו ולא עוד אלא שזכה קנה ליטול ממנו קולמוס לכתוב ממנו ספר תורה נביאים וכתובים :

Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Dixit R: Ionathan: Quid est, quod scriptum est (Prou. 27. 6.) Gratiora sunt vulnera diligentis, quàm crebra oscula odio habentis? *Melior fuit maledictio, qua maledixit Achià Silonita Israëlem, quàm fuerat benedictio, qua benedixit Balaam impius. Achià Silonita maledixit Israëli in arundine. S. D.* (1. Reg. 14. 15.) Et percutiet

batur, teste *Ghemarà* Cod. eodem, cap. 10. pag. 82. b. circa princip. -

בית דין של שבעים ואחד יושבין בלשכת הגזית וכו׳ ;

Senatus 71. (Seniorum Iudicum) *sedebat in Lischàth haggazìth in Conclaui cæsi lapidis &c.* In eo posteri Iethronis sedere meruerũt inter Iudices, ex Talmude. Non potuit Balaam pugnare contra Diuinam voluntatem, sed etsi inuitus, populo tamen benedixit. Consilium verò pessimum dedit ipsi Balak, vt scilicet prostituerent Moabitidas & Ammonitidas Iudæis, quæ deinde persuadere debebant eis adorare Beelphegor, & Legem Mosaicam deserere, vt sic in Diuinam indignationem incidentes; à Deo vltore delerentur. His verbis describitur hoc consilium in Talmude loco cit. pag. 106. paulò post medium. -

הנני הולך לעמי לכה איעצך אשר יעשה העם הזה לעמך עמך לעם הזה מיבעי ליה אמר ר׳ אבא בר כהנא כאדם שמקלל את עצמו ותולה קללתו באחרים אמר אלהיהם של אלו שונא זימה הוא והם מתאוים לכלי פשתן בוא ואשיאך עצה עשה להן קלעים והושיב בהן זונות זקינה מבחוץ וילדה מבפנים וימכרו להן כלי פשתן עשה להן קלעים מהר שלג עד בית הישימון והושיב בהן זונות זקנה מבחוץ וילדה מבפנים ובשעה שישראל אוכלין ושותין ושמחין ויוצאין לטייל בשוק אומרת לו הזקינה אי אתה מבקש כלי פשתן זקינה אומרת לו בש״ה וילדה אומרת בפחות שנים ושלשה פעמים ואח״כ אומרת לו הרי את כבן בית שב ברור לעצמך וצרצורי של יין עמוני מונח אצלה ועדיין לא נאסר יין של עמוני ולא יין של גוים אמר תלו רצונך שתשתה כוס של יין כיון ששתה בער בו אמר

בלעם איוב ויתרו בלעם שיעץ נהרג איוב ששתק נידון בייסורין ויתרו שברח זכו בני בניו לישב בלשכת הגזית שנא׳ (דה״א ב׳ נ״ה) וממשפחות סופרים יושבי יעבץ תרעתים שמעתים שוכתים המה הקינים הבאים מחמת אבי בית רכב וכתיב (שופטים א׳ יו) ובני קיני התן משה עלו מעיר התמרים וכו׳ ;

Et vidit Kinæum, & assumpsit parabolam suam (Numer. 24. 21.) *Dixit Balaam Iethroni Cinæo: Non fuisti nobiscum in eo consilio* [R. Salomon: *In eo consilio, quo Pharao decreuerat, omnem filium in fluuium fore proijciendum, nonne fuisti etiam tu? Interrogatiuè, vel admiratiuè est legendum.*] *Et quis posuit te inter potentes seculi?* [R. Salomon: *Intelligitur de posteris Iethronis, qui inter Sanhedrinos in futurum sessuri erant.*] *Hoc est, quod dixit R. Chijà Bar Auà: Dixit R. Simmài: Tres fuerunt in illo consilio, Balaam, Iob, & Iethro. Balaam, quia consilium dederat* (vt filij Hebræorum occiderentur) *occisus fuit. Iob, quia tacuit, flagellis adiudicatus est; & Iethro, quia aufugit, meruerunt filij filiorum eius sedere* בלשכת הגזית *in Lischàth haggazìth in Conclaui cæsi lapidis. S. D.* (1. Paral. 2. 55.) Et familiæ Scribarum habitantium Iahabètz, Tirhathìm, Scimhathìm, Sciuchathìm, isti sunt Kinæi venientes de Chamàth patris domus Rechab. *Et scriptum est* (Iudic. 1. 16.) Et filij Kenì soceri Mosis ascenderunt de Ciuitate Palmarum &c.

Lischàth haggazìth, erat Conclaue, vbi supremus Senatus 71. Iudicum vocatus סנהדרין *Sanhedrin* congrega-

meri calicem bibere? Postquam biberat, ardebat in eo (praua concupiscentia) *Dicebat* (Iudæus) *Cuba mecum. Educebat ipsa è sinu suo Idolum, dicebatque ei: Adora ipsum. Respondebat: Nonne ego Iudæus sum? At illa: Tua istud parùm refert: An aliud à te postulatur, quàm denudatio* (verendorum?) *Et non tantùm hoc, verùm non te relinquam quousque abneges Legem Mosis Magistri tui. S. D.* (Oseæ 9.10.) Ipsi ingressi sunt Baal-Peòr, & separauerunt se ad (Idolũ) pudoris, & fuerunt abominationes secundùm amorem eorum.

Post hoc pessimum consilium Regi Balak datum, reuertitur Balaam in locum suum. Non videtur hæc historia Talmudica multum distare à veritate rei, quia in libro Numer. cap. 25. num. 1. & seqq. dicitur, quòd dum moraretur populus in שטים *Scittim* (est nomen loci, vbi manebat populus post discessũ Balaam, ita forsan vocati שנתעסקו בדברי שטות *quia stultitias fecerunt in eo*, vt interpretatur R. Iosue in *Ghemarà* loco citato) cepit fornicari cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, comederunt, & adorauerunt Deum earum; initiatusque est Israël בעל פעור *Baal-peòr* Idolo turpitudinis fœminarum Moabitarum & Madianitarum, ob quod scelus (ita iubente Deo) Moses præter Principes populi, quos contra Solem suspenderat in patibulis, etiam vnusquisque occidit proximos suos, eos scilicet qui initiati fuerant Beelphegor, & occisi sunt 24. millia hominum.

אמר לה השמיעי לי תוציאה יראתה מתוך חיקה אמרת לו עבוד, לוה אמר לה הלא יהודי אני אל. ומה איכפת לך כלום מבקשים ממך אלא פיעור. ולא עוד אלא שאיני מנחתך עד שתכפור בתורת משה רבך שנאמר (הושע ט׳ י׳) המה באו בעל פעור וינזרו לבשת ויהיו שיקוצים כאהבם:

Ecce ego vado ad populum meum. (Num. 24. 14.) *Ito* (inquit Balaam ad Balak) *consulam te, quid facturus sit populus iste populo tuo. Non erat dicendum populo tuo, sed huic populo. Dixit R. Abbà Bar Chaanà:* (Fecit) *sicut ille, qui maledicit sibiipsi, & proijcit maledictionem suam in alios. Dixit* (Balaam) *Deus istorum* (scilicet Iudæorum) *odio habet fornicationem; & isti auidi sunt vestimentorum lini. Veni, & dabo tibi consilium. Fac eis tentoria reticulata, & habitent in eis scorta; vetula foris sit, & iuuenis intus, & vendant linaria vtensilia. Fecit huiusmodi Tentoria ab Har Scélegh vsque ad Beth-Haijescimòn, & in eis habitare fecit meretrices, vetulam foris, & puellam intus. Et ea hora, qua Israëlitæ comedebant, & bibebant, & hilariter per fora incedebant, dicebat anus Iudæo: Quid quæris? Indusium lineum ego quæro, aiebat. Et anus iustum pretium* (requirebat). *Iuuenis* (autem quæ intus erat) *dimidiam, aut tertiam partem valoris à re vendenda auferebat, & postea subiungebat ei: En tu es tamquam Dominus domus; sede; elige per temetipsum* (id quod tibi magis placet). *Baucalia etiam mero Ammoniaco plena apud se habebat, nam Ammoniacum, aut Gentilium vinum adhuc prohibitum non erat, & dicebat* (Iudæo) *Vis tu*

ctos eorum . (Numer. 31. 8.) *Dixit Ràu: Quia firmauerunt in eo* (in Balam) *quatuor* (genera) *mortis, lapidationis, combustionis, occisionis cum gladio, & strangulationis*. R. Salom.

הרגו על חלליהם מיתות הרבה משמע שתלאוהו והציתו אש תחת הצליבה וחתכו ראשו ונפל לתוך האש תליה היינו חנק חתיכת הראש הרג בשנפל לארץ סקילה בשנפל לאור היינו שריפה ׃

Occiderunt super interfectos eorum. Mortis genera multiplicantur; vt intelligas, quòd illum suspenderunt (in ligno) *postea accenderunt ignem sub patibulo, amputauerunt caput eius, & cecidit in medio ignis. Suspensio* (in ligno) *est* חנק *Chènek Strangulatio. Abscissio capitis est* הרג *Hèregh Occisio cum gladio. Casus in terram, est* סליקה *Selikà Lapidatio. Et Iniectio in ignem est* שריפה *Serephà Combustio*.

Quæres, Cuius ætatis erat Balaam quando gladio interemptus est à Iudæis?

Respondet R. Chaninà in *Ghemarà Sanhedrin* cap. 11. pag. 106. b. circa principium -

מיכתב לא כתיב אלא מדכתיב (תהלים נ״ה ׃ כ״ר) אנשי דמים ומרמת לא יחצו ימיהם או בר תלתין ותלת שנין או בר תלתין וארבע אמר ליה שפיר קאמרת לדידי חזי לי פנקסיה דבלעם והוה כתיב ביה בר תלתין ותלת שנין ׃

Ex Scriptura id non habetur; sed ex illo quod scriptum est (in Psal. 55. 24.) Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, *colligi potest 33. vel 34. annorum ætatis extitisse. Dixit ei* (quidam Hæreticus) *Benè quidem dixisti: nam ego aliquando vidi pu-*num. Tanti huius mali causa, vnus pessimus consiliarius & Ariolus fuit, qui & ipse meritam pœnam luit, nam vt in eodem Numer. libro cap. 31. 8. & apud Iosue 13. 22. Balaam Interficitur gladio. Volunt Talmudistæ eum iterum redijsse in Terram Madianitarum, & ibi occisum à filijs Israël. Sed מאי בעי התם *Quid requirebat illic?* Ad quid in Madian reuersus fuerat? *Ghemarà* loco citato -

אמר רבי יוחנן שהלך ליטול שכר עשרים וארבעה אלף

Dixit Rabbi Iochanan: Venit tollere mercedem pro viginti quatuor millibus (suo consilio interfectis.) Meritò igitur interficitur, qui alios interfici curauerat. Vnde ibidem -

אמר מר זוטרא בר טוביה אמר רב היינו דאמרי אינשי גמלא אזלא למיבעי קרני אודני דהוו ליה גזיין מיניה ׃

Dixit Mar Zuttrà Bar Touuià: Dixit Ràu: Hoc est illud, quod vulgò dicitur: Venit Camelus, vt peteret cornua; & aures, quas habebat, præcisæ sunt illi. Loco citato pag. 106. in fine, quatuor mortis species numerantur à Iudæis, סקילה שריפה הרג וחנק *Sekilà, Serephà, Hèregh, & Chènek, Lapidatio, Combustio, Occisio cum gladio, & Strangulatio*. Omnes has expertus est Balaam secundùm Talmudistas in *Ghemarà* סנהדרין pag. 106. b. in principio -

הרגו בני ישראל על חלליהם אמר רב שקיימו בו ארבע מיתות סקילה ושריפה הרג וחנק ׃

Occiderunt filij Israël super interfe-

quod eſt incertum. Secunda, quòd fuerit in conſilio Pharaonis, & tamdiù vixerit, fabulam Rabbinicam eſſe exiſtimo. Quia ſi viri ſanguinum & doloſi non dimidiant dies ſuos, & ſecundùm hanc ſententiam Balaam vixerat 210. annis & ampliùs, dicendum eſt, omnes dies, quibus viuere debuiſſet Balaam, futuros plures annos quàm 420. Sed ſi concederetur Balaam fuiſſe in conſilio Pharaonis, quando decreuerat natos maſculos Iudæorum proijciendos in fluuium, anni ætatis illius hoc modo colligi poterunt.

Decretum illud de maribus proijciendis, factum eſt poſt mortem Leui: nam dicitur Exod. 1. 6. *Et mortuus eſt Ioſeph, & omnes fratres eius.* Et ver. 8. *Et ſurrexit Rex nouus.* Igitur promulgatum fuit ſecundùm Chronologiam R. Dauid Ganz anno mundi 2332. Negotium autem illud Balaam euenit, ſecundùm eundem anno mundi 2488. temporis autem interuallum inter vtrumque erit annorum 156. Igitur Balaam annos natus 54. erat, quando in conſultatione Pharaonis votum ſuum de interficiendis Hebræorum pueris tulerat. Et quia idem R. Ganz ad eundem annum 2488. bellum Madianiticum reijcit, in quo interficitur Balaam. Num. 31. 8. inde patet, Balaami vitam (ſecundùm hunc computum) fuiſſe annorum 210.

Non minus fabuloſa ſunt, quæ de Balaam in libro חישר *Haijaſciàr* pag. 120. leguntur, vbi, quòd Africanus fuerit, & artem Magicam, & Hydro-

pugillarem libellum ipſius Balaam, & in eo ſcriptum erat, filius triginta trium annorum erat (Balaam).

Neſcio, an hunc numerum annorum poſuerint Talmudiſtę in odium ætatis plenitudinis Chriſti. Certum eſt, hic introduci Hæreticum quendam interrogantem R. Chaninà: & per מינא *Hæreticum* intelligunt vnum ex Chriſtianis, contra quos nullum iniuriarum genus directè vel indirectè omittunt Iudæi, ſed eos quacunque arte poſſunt, impiè impetunt. Rabbi Salomon admittit hanc interpretationem, ſed in illud בר תלתן ותלת *filius triginta trium annorum &c.* ait

ורבי חנינה לית ליה דרבי שימאי ׃ דאמר לעיל שלשה היו באותה עצה דפרעה בלעם ואיוב ויתרו דאלמא לר׳ סימאי בלעם חיה יותר מן מאתים ועשר שנים דהא חיה בעצת פרעה דכל הבן הילוד היאורה תשליכוהו דאלמא לרבי סימאי כל אותן מאתים ועשר שנים שהיו ישראל בגלות מצרים עד מלחמת מדין חיה בלעם ׃

R. Chaninà non ſequitur R. Simmài, qui ſuprà dixerat: Tres fuerunt in Conſilio Pharaonis, Balaam, Iob, & Iethro. Ergo ſecundùm R. Simmai Balaam vixit ſupra 210. annos, quia iam fuerat in conſilio Pharaonis, quo decretum eſt, Omnis filius natus proijcitor in fluuium. Ergo ſecundùm Rabbi Simmài, omnibus illis 210. annis, quibus Iſraëliticus populus fuit in exilio Aegyptiaco vſque ad bellum Madianiticum, vixerat Balaam,

Vtraque ex his opinionibus videtur falſa; prima, quia ſupponit vitam Balaam peruenire non potuiſſe niſi ad ætatem 66. aut 68. annorum,

descendere ad pugnandum in Aegyptum, sed remansit in Ciuitate sua. Hactenus ex libro *Iasciàr*. Quæ etsi omnia fabulosa sint, attamen ex his duo colligenda erunt ex sententia communiori Hebræorum. Primùm, Patriam Balaami fuisse in Africæ parte, quæ Nubia dicitur. Secundum, Balaam Magum, Ariolum, & Diuinum; etiam Hydromantiam exercuisse. Non fuit ergo Astrologus, neque per viam inspectionis Astrolabij futura prædicebat, vt vult R. Aben Ezræ, sicut suprà vidimus.

Addunt postremò, eum sepultum esse in Inferno, & in Caldario feruentis spermatis cruciari. Confer Codic. גיטין *Ghittìn* cap. 5. הניזקין *Hannezikìn* pag. 57. in principio, vbi hæc inuenies -

אזל אסקיה לבלעם כנגידא אמר ליה מאן חשיב בההוא עלמא אל׳ ישראל מהו לא ידבוקי בהו אל׳ (דברים כ״ג: ז׳) לא תדרוש שלומם וטובתם כל הימים אל׳ דיניה דההוא גברא במאי אל׳ בשכבת זרע רותחת :

Abijt (Onkelos Proselytus, &) *ascendere fecit Balaam per incantationem, dixit ei: Quis est ille, qui æstimatur in mundo illo? In altero mundo? Respondit* (Balaam) *Israël. Quid opus facto, vt adhæreamus ei?* (inquit Onkelos). *Respondit* (Balaam illud Deuter. 23. 6.) Ne quæras pacem eorum, & bonum eorum omnibus diebus. (Sequitur Onkelos) *dixitque ei: Iudicium huius hominis quale est? Respondit* (Balaam) *In cubatu seminis efferuescentis*. Rabbi Salomon -

dromanticam exercuerit, videre est. Eius verba sunt -

ושם היה (ר״ל אצל אנגיאם מלך רנהברת) נער אחד מעבדי אנגיאם בן חמש עשרה שנה בלעם בן בעור שמו והנער חכם מאד ומבין לחכמת הקסם : ויאמר אנגיאם אל בלעם קוסמי נא לנו בקסם ונדעה מי יגבר במלחמה הזאת אשר אנחנו הולכים עליה : ויצו בלעם ויביאו לו דונג ויעש ממנו תמונת רכב ופרשים : תבנית חיל אנגיאם וחיל מצרים : וישים במים המחוכמים אשר אתו על ככה ויאחז בידו כפות תמרים ויתחכם ויקסום בהם על המים : ויראו אליו במים תמונת צלמי חילות אנגיאם נופלים לפני תמונת צלמי מצרים ובני יעקב : ויגד בלעם את הדבר הזה אל אנגיאם ויתיאש אנגיאם ולא התאזר לרדת מצרימה למלחמה וישב בעירו :

Ibi (hoc est apud Angias Regem Nubiæ) *erat puer quidam ex seruis Angias quindecim annos natus Balaam Ben Beor nomine. Puer iste valdè sapiens erat, & intelligens artem ariolandi. Et dixit Angias ad Balaam:* (Volo pugnare contra Ægyptios) *diuina nobis quæso arte hac ariolandi, & sciemus, quis præualebit in prælio hoc, quod instruere volumus. Et præcepit Balaam, vt afferrent sibi ceram, & fecit ex ea Currus & Equites, imagines exercitus Angias, & exercitus Aegyptiorum. Posuitque eas in aquis magicè certo modo paratis. Et apprehendit in manu sua spatulas palmarum, & secundùm artem diuinauit cum eis in ipsis aquis. Et apparuerunt ei in aquis imagines exercitus Angias cadentes coram imaginibus Aegyptiorum, & filiorum Iacob. Et Balaam nunciauit hæc ipsi Angias, qui animo consternatus, noluit*

מדה כנגד מדה שבעצתו התחיל העם לזנות אל בנות מואב :

Eadem mensura, qua mensus fuerat : nam eius consilio cepit populus fornicari cum filiabus Moab. Et hæc de Balaam dicta sint satis.

שלד **בן דעת** שם הספר והוא פירוש על ספר תהלים כמו נמצא בלוח ספרים של מלכת השוודיאה :

334 BEN DA'ATH *Filius scientiæ*, est nomen Libri. Hottinger. Class. 1. Biblioth. Oriental. dicit, quòd sit explanatio in Psalmos. Ego illam non vidi. In Catalogo librorum Hebræorum Serenissimæ Reginę Sueciæ recensetur in 4. Sed in illius Bibliotheca eam inuenire non potui, sicut & alios multos Hebraicos libros, qui (vt audio, sed nescio quo casu) remanserunt vltra montes.

שלה **בן זומא :** עיין רבי שמעון בן עזאי :

335 BEN ZVMMA'. Vide *R. Scimòn Ben Azài.*

שלו **בני אשר ובני נפתלי :** עיין ר' אהרן בן רבי משה משבט אשר : כנכתב לעילא סימן קנ״ט : ורבי משה בן דוד משבט נפתלי לקמן :

336 BENE' ASCE'R, & BENE' NEPHTHALI'. Vide *R. Aharòn BeRabbi Mosis de Tribu Asser* suprà num. 159. & *R. Moscè Ben Dauid de Tribu Nephthalì.*

שלז **ר' בנימן מאיטליאה** חבר ספר היראים על הסדר כמו אמר בעל שלשלת הקבלה דף נ״ו עמוד ב׳ : וזה לשונו : ר' בנימן היה באיטליאה והוא סדר

ס' היראים על הסדר הנראה אלינו כי רבי אליעזר ממיץ שחברו לא חשש לערוב הדינים : וזה רבי בנימן אומר בהקדמת ספר היראים שהוא חבר ספר ידידות על הדינין : ולזה הרב היה בן חכם נקרא רבי יהודה עד כאן לשונו : ונראה כי זה ר' יהודה היה לו בן ושמו ר' בנימן כמו נראה לקמן בסימן שמ״א :

337 R. BENIAMIN DE ITALIA. Huius notitiam habeo ex libro *Scialscèleth hakkabb.* R. Ghedaliæ Aben Iachija pag. 56. vbi de eo sic scribit -

רבי בנימן היה באיטליאה והוא סדר ספר היראים על הסדר הנראה אלינו כי רבי אליעזר ממיץ שחברו לא חשש לערוב הדינים : וזה רבי בנימן אמר בהקדמת ספר היראים שהוא חבר ספר ידידות על הדינין : ולזה הרב היה בן חכם נקרא רבי יהודה :

R. Beniamin fuit in Italia, ipse ordinauit librum היראים *Haijerràim Timentium ordine recto. Nam videtur nobis, quòd R. Eliezer de Metz, qui composuit illum, non curauit de mistura causarum. Ipse etiam R. Beniamin in Proœmio huius libri dicit, se composuisse alium librum inscriptum -* ספר ידידות *Sèpher Iedidùth Librum Dilectionis, de causis Iudicialibus. Hic Ràu filium sapientem habuit vocatum R. Iudam.*

Paulò infrà ad num. 341. annotabimus quendam Rabbinum nomine Beniamin Ben Iudæ, forsan huius R. Iudæ fuit filius: nam cùm Romanus esset, suspicio magis augetur, vterque enim Italus fuit.

Ex verbis Ghedaliæ apparet, hunc librum יראים *Ierràim* fuisse compositum à R. Eliezer Metensi, sed causis & quæstionibus propositis sine ordine dispositis; eas deinde Rabbi

Be-

Beniamin Italus in aptiorē ordinem digessit; vnde R. Metensis Auctor, & R. Beniamin dispositor est habendus. Videsis in R. Eliezer Mimàntz num. 237. pag. 189. vbi notandum est, me ibi dixisse, hunc librum יראים *Ieràim* R. Beniamino malè à Buxtorfio tribui, & reuera ita est, vt patet in sua Bibliotheca Rabbinica editionis Basileensis an. 1613. in 4. pag. 297. vbi & testimonium *Scialsceleth hakkabb.* fol. 56. 2. adducit. Sed ibi non dicitur Beniaminum חבר *composuisse* hunc librum *Ieràim*, sed סדר *ordinasse*, in meliorem ordinem redegisse, vti dixi. Quod animaduertens Io. Buxtorfij fil. in secunda editione eiusdem Bibliothecæ an. 1640. Basil. pag. 354. ad eundem librum יראים *Iereim* hæc verba addidit: *In Catalogo quodam reperio* ספר יראים *adscribi etiam cuidam* ר' אליעזר. Hunc, R. Samuel Algazì Commentarijs illustrauit, vt ibidem dixi.

Cæterùm hìc R. Beniamin à Ghedalia ponitur in ætate הרמב"ן *Harrambàn*, qui obijt anno mundi 5020. Christi 1260. vnde circa id temporis vixisse hunc Rabbi Beniamin dicendum est.

שלח ר' בנימן מארדונו אשכנזי

ספר בלשון אשכנז מצות נשים והוא מדבר על הלכות נדה ; דיני חלה , והדלקת נר , ונעתק אל לשון איטלקי מרבי יעקב בן ר' אלחנן אלפרון ונדפס בויניציאה על ידי גואן יאמבירטו שנת שט"ב לבריאת עולם , ור' יצחק הלוי נתנו אל לובא אשת של ר' משה מן ספילימברגו ,

338 R. BENIAMIN DE ARDONO GERMANVS. Scripsit lingua Germanica libellum pro fœminis Hebræis, quem vocauit מצות נשים *Mizuòth nascìm*, *Præcepta mulierum*, quo agitur de tribus præcipuis præceptis, in quibus occupari debent mulieres Hebrææ, hoc est circa Menstrui tempus. Qua religione auferre debeant placentulam ex suis conspersionibus; & quomodo ab eisdem paranda & accendenda sint lumina vespere Sabbathi. Translatus fuit in linguam Italicam à Rabbi Iacob Ben R. Elchanan *Alpròn*, & impressus Venetijs anno mundi 5412. Christi 1652. Per Io. Iambertum in 4. & à R. Isaac Leuita, Lubæ R. Mosis de Spilimbergo vxori dicatus.

סלט רבי בנימן אשכנזי

ספר מחזור לאשכנזים , ובמחזור הספרדים כסדר תפלות ימים נוראים בין הסליחות נמצאת בקשה אחת על שם ר' בנימן ומתחיל בת אהובת אלקמה בשחר וכו' : עיין בדף כ' עמוד ב' ;

339 R. BENIAMIN ASCHENAZI GERMANVS. Scripsit מחזור *Machazòr Breuiarium*, seù *Librum Precum* pro natione Germanica. In Machazore Hispanico editionis Venetæ in 8. pag. 20. b. inter סליחות *Selichòth condonationes*, quædam בקשה *Bakescià Petitio* reperitur, quæ incipit בת אהובת אלקמה בשחר סדר תפלות ימים נוראים & tribuitur R. Beniamino, non tamen satis compertum est, an sit hic noster, an alius eiusdem nominis Auctor.

verbis quidem elegantibus, & rhythmicè desinentibus, quæ sunt

אנכי אליהו הלוי כל באלפי ׃ כאשר הייתי בימי חרפי ׃ בקק״ פאדובה הבירה ׃ שנת רס״ד ליצירה ׃ זה הספר פירשתי ׃ כאשר מתלמידי נתבקשתי ׃ ויהי באותו הפעם ׃ החל הנגף בעם ׃ וסוגר כל בית מבוא ׃ ברחוב אשר אנכי בקרבו ׃ ונסגרתי גם אני ׃ ואז עבדי רמני ׃ כי נתתי לו הספר להעתיקו לי ׃ והוא הרחיקהו מעל גבולי ׃ והוליכו עמו לעיר פיזר ׃ ולהדפיסו לו ממון פזר ׃ והנה זאת הנבלה ׃ היתה בעיניו נקלה ׃ ואת כבודי עבר ׃ ושמי על הספר לא זכר ׃ אך שם בראשו הקדמה ׃ מרבי בנימין מעיר רומא ׃ שכל הרואה אותו סובר ׃ שהוא הפירוש הוה חבר ׃ וכו׳ ׃

Ego Elias Leuita tenuis in ducibus meis, cùm fuissem in diebus iuuentutis meæ in cætu sancto Padua Vrbis anno 264. à creat. mun. (Chr. 1504.) *hunc librum exposui, quemadmodum à discipulis meis requisitus fueram. Tunc grassari cepit pestilentia in populo, & clausæ sunt viæ domus: in platea, in cuius interiori parte ego manebam, clausus fui etiam ego. Tunc seruus meus decepit me, quoniam dedi ei librum, vt transcriberet mihi, ipse autem procul remouit eum à confinio meo, & Pisaurum secum detulit, vt illum imprimeret, & diuitias sibi pararet* (easque dispergere posset) *sed hoc flagitium leue fuit in oculis eius, quin & gloriam meam præterijt, & nominis mei in libro non recordatus est; verùm nomen R. Beniamin Romani in principio Proœmij apposuit, vt omnes, qui illud viderent, crederent eum fuisse Auctorem huius Commentarij &c.*

ר׳ בנימין זאב

חבר ספר שו״ת נדפס בויניציאה שנת ש׳ רצ״ד ליצירה

340 R. BENIAMIN ZEEB *Lupus.* Scripsit

שו״ת *Sceeloth vtsciuuoth Quæsita & Responsa.* Plùrimi sunt libri cum hoc titulo, *Petitionum & Responsionum*, in quibus proponuntur varij casus ad causas forenses pertinentes. Hic tamen *Beniamin Zeeb* est nomen Auctoris, & titulus Libri simul, ex Gen. 49. 27. Excusus Venetijs anno mundi רצ״ד 5294. Christi 1534. in 4. eodem anno, quo ab Auctore compositus fuit, vt liquet ex eius præfatione.

ר׳ בנימין בן ר׳ יהודה מרומא

כתב שמו בראש ההקדמה של פירוש ספר מהלך שבילי הדעת לר׳ משה בר׳ יוסף קמחי ׃ וגם בנימין גנב אותו של מרבי אליהו הלוי שהביא שמובא בסוף הבחור ׃ עיין למעלה בנימין ז״ל ׃ דף קל״ד עמוד ב׳

341 R. BENIAMIN BEN R. IVDÆ ROMANVS. Scripsit nomen suum in principio Præfationis ad Commentarium Grammaticæ מהלך שבילי הדעת R. Mosis Bar Iosephi Kimchij, vt apparet ex libello eiusdem excuso Venetijs anno שפ״ד 384. Christi 1624. in 8. Ita vt quis suspicari posset, & credere, eum huius Commentarij fuisse Auctorem, vt credit Io. Maria Vincentius in Prima Parte *Del Messia venuto*, Discursu 53. pagina 447. cùm reuera Auctor fuerit R. Elias Leuita Germanus, vt ipsemet de hoc plagij crimine conqueritur in fine istorũ Commentariorum,

סנ' ר' בנימין יהודי ספר ספר שערי עץ חיים : וספר קרית עוז :

R. BENIAMIN IVDÆVS, nescio quis. Scripsit duos libros, quorum primum vocauit שערי עץ חיים *Sciaarè etz chaijm*, *Portas ligni Vitæ*; & secundum קרית עוז *Kiriath oz Ciuitatem roboris*. Ita Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica secundæ editionis, pagina 406. & 417.

סנ' ר' בנימין בן יונה ספר מסעות כלומר המהלכים שהלך ויבא במקומות רבים ורחוקות כאשר יזכרם בדבריו ובכל מקום שבא בו כתב כל מה שראה או ששמע מפי אנשים אשר באמנה בארץ ספרד וכן הוא מכיל דבריו לשון לעז קסטליי"א בשנת תתקל"ב כמו נראה בתחלת ספרו [illegible] נדפס בקושטנדינה קרית המלך שולטן שוליימאן שנת שנים ועשרים למלכו בבית אליעזר בר גרשם סונצינו בשנת ששת אלפים ושלש ושלשים לבריאת העולם :

344 R. BENIAMIN BEN IONÆ TVDELENSIS HISPANVS NAVARRINVS; Tudela enim sita est in ea parte Cantabriæ, quæ hodie Nauarra dicitur ad conflu. *Queiles* fl. in *Iberum*. Ex Cæsar-Augusta Vrbe circa annum mundi 4920. Christi 1160. egrediens, venit in Galliam, Italiam, Græciam, Macedoniam, Ægæi Maris Insulas, Phrygiam, Pamphiliam, Armeniam, Asiamque omnem maiorem, vtramque Syriam, Palæstinam & Damascum, Chaldæam Regionem, Arabiam, Persidem, & Indiam ad Sinas vsque. Dein Indici Oceani Insulas, Æthiopiam eam, quæ vltra Ægyptum est, Arabiæ solitudines, Si-

ci-

Huiusmodi Commentarium, siuè expositio prædictæ Grammaticæ Mosis Kimchij sub nomine huius Beniamin Romani, primò prodijt Pisauri sub Dominio Ioannis Sfortię anno V. Pontificatus Iulij II. qui fuit Christi 1508. in 4. apud Gersonem de familia Soncinatum, de qua suprà ad pag. 431. col. 2. & seqq. egi. Iterum sæpiùs excusum fuit, & nouissimè Venetijs cum textu ipsius Kimchij charactere quadrato, & punctis vocalibus eleganter ornato sub antiquo nomine מהלך שבילי הדעת. Commentarius autem minori charactere pariter quadrato sine punctis infra textum cernitur. Impressum apud Petrum Aloysium, & Laurentium Bragadinos in Officina Ioannis Coleonis anno mundi לפ"ק 384. Christi 1624. in 8.

סנ' רבי בנימין יהודי יוני חבר ספר בלשון יונית על תרופות ונמצא כמוהו בלשון בואטיקאנו כ"ב :

342 R. BENIAMIN IVDÆVS MEDICVS, Natione GRÆCVS, Græcè scripsit quædam Medicinalia *De compositione medicamentorum, & eorum præparatione*. Horum quoddam fragmentum visitur in Biblioth. Vaticana inter Codices mmssc. Græcos ad n. 282. pag. 437. cum hoc titulo.

Σκευασίαι κοκκίνων Ζουλαπίων ἐμπλάστρων συντεθεῖσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα παρὰ Ιουδαίου Βενιαμίν.

Præparationes Coccineæ Zulapineæ Emplastrorum, composita Græcè à Iudæo Beniamino.

tium in quosdam incognitos mundi angulos, relegat. Quatuor Tribus, à Salmanassar Assyriorum Rege in exilium abductas, videlicet Dan, Zabulon, Asser, & Nephthali, per circuitum cuiusdam Montis Nisbor nomine constituit, quas nullum Præfectum ex Gentibus habere, aut vlli Nationum iugo subesse, sed tantùm à Iudæo quodam regi, cui nomen tunc Iosephum Amarcalam Leuitem fuisse asseuerat. Potentiam etiam Tribus Ruben, Gad, & dimidiæ Manasse, valdè exaggerat. Quæ omnia, vt potè fabulosa, à nobis refutata sunt, dum de fabuloso fluuio Sambatione suprà ad pag. 116. & seqq. egimus. Et ne actum iterum agere videamur, illùc Lectorem beneuolum remittimus.

Itinera huius Rabbini cepta sunt tempore Alexandri III. Summi Pontificis, vt ipse ait pag. 3. huius libri; & Friderici Ænobarbi seù Barbarossæ Imperatoris, terminata, an. D. 1173. eodem Papa viuente. Hæc inter Iudæorum arculas latitarunt in lingua Hebraica, quousque anno 1574. in manus Benedicti Ariæ Montani illorum exemplar Constantinopoli excusum deuenerit, quod ipse ex Hebraico in Latinum vertit, & Antuerpiæ ex Officina Christophori Plantini an. Dñi 1575. edidit in 8. Superioribus annis, nempè an. 1633. idem opus iterum Hebraico-Latinum cum notis Constantini Lempereur recusum fuit Lugduni Batauorum apud Elzeuirios in 8. cùm olim prodijsset etiam Basileæ typis Frobenianis: Hebraicè verò

ciliam, Germaniam & Bohemiam; atque Prussiam. Reuertitur in Galliam tempore Ludouici VII. Regis Francorum cognomento Iuuenis, & anno mundi 4933. Christi 1173. redijt in Castellæ Regionem, vti ipsemet circa principium sui Itinerarij scribit, & notauit Auctor שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 51. in fine, qui citat *Iuchasin*; at Abraham Zacutus huius libri Auctor, pagina 131. circa finem dicit -

ר׳ בנימן בעל המסעות נפטר שנת תתקל״ג :

R. Biniamin Auctor Itinerarij obijt anno 933. hoc est Christi 1173.

Vel igitur Zacutus errauit, assignando hunc annum 933. anno obitus huius Auctoris, cùm fuisset annus reditus ipsius in Hispaniam; vel dicendum est, eodem anno, quo redijt, obijsse R. Beniamin. Itaq; hic Rabbinus peragratis totius terrarum Orbis tunc temporis notis Regionibus; omnia quæ vidit, aut quæ audiuit, siuè à fide dignis, siuè à fide indignis, maximè quæ ad Hebræorum fastum, & nomen augendum attinebant, literis consignauit, composito libello sub nomine -

מסעות רבי בנימן *Massaaòth R. Biniamin Itinerarium R. Biniamin*. Breuiter quidem & dilucidè in eo recenset ea, quæ ipse viderat, & digna notatu existimauerat; at quæ ab alijs audierat, vt nimis credulus vir, & in gloriam suæ gentis nimis iusto propensus, omnia fabulis inuoluit. Iudæorum infinitum propè numerum, gloria, diuitijs, & maiestate turgen-

שנים׃ ויהי שם בן מאה שנים ועשרים שנה ושלוש שנה וקברוהו בארץ׃ ובשלוש ותשעים שנה קודם ליציאת ממצרים ויקחו בניו את ארון בנימן לשנים ויבאו ארצה כנען ויקברו את לשנים בחברון׃

346 BENIAMIN FILIVS IACOBI PATRIARCHÆ ET RACHELIS. Ex Bethel diſcedens Iacob cum vxore prægnante, pergenſque ad Patrem ſuum Iſaacum, qui (ſecundùm quod tradunt Doctores Hebræi) in Hebron habitabat: cùm veniſſet ad terram, quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem, Rachel partus doloribus ſibi ſuperuenientibus, periclitari cepit, & imminente iam morte, filium peperit maſculum, quem בן־אוני *Ben Onì Filium doloris mei*, appellauit. Pater autem illum vocauit בנימין *Biniamin Filium dexteræ* Gen. 35. 18. Vulg. Hæc eſt notiſſima interpretatio huius vocis יָמִין *Iamìn*: neque aliquis (niſi ſit Hebraici ſermonis omninò ignarus) hoc in dubiū reuocare poteſt. Quod autem legitur in lib. הישר *Haiiaſciàr* p. 69. b. Iacobum, filium ſuum Beniaminum ita vocaſſe כי בארץ הימין נולד *Quoniam in Terra Meridionali natus fuerat*, rei conſonum non videtur. Quid enim Analogiæ inter mundi plagas, & filium in itinere natum ineſſe ritè cernatur, vt inde Beniamin *filius Meridiei* vocaretur à Patre? Si ex Bethel in Hebron, à Septentrione ad Auſtrum verſus, iter faciens Iacob, ex hoc mundi reſpectu, filio nato nomen imponere voluiſſet, potiùs vocandus erat בן־תימן *Ben Themàn* vt *Filius Meridiei*, ſine aliqua controuer-

rò primò excuſum fuit Conſtantinopoli tempore Sultani Solimanni anno 22. Regni ſui in domo Eliezer Ben R. גרשם שונצינו *Gerſom Sonzino*, anno 5303. à creatione mundi, Chr. 1543. in 8. Cæterùm Rabbi Dauid Ganz in ſuo צמח דוד *Tzèmach Dauid* ad annum 933. quinti millenarii, addit hunc R. Beniamin architectonicæ artis fuiſſe peritum, & ſcientias intelligentem; obiiſſe etiam eodem anno 933. quo ex peregrinationibus ſuis reuerſus fuerat, id eſt Chr. 1173.

סעי׳ ר׳ בנימן בן ר׳ יוסף מאריינו

דפס ספרי היהודים ברומא בבית מאַסטרו אנטוניו בלאדו דפס כמה ספרים ונפרט ספר שו״ת לרבי נסים גירונדי שנת ה״ש לפ״ק׃

345 R. BENIAMIN BEN R. IOSEPH DE ARINIANO (vulgò ARIGNANO) Typographicam Artem exercebat Romę in domo Magiſtri Antonij Baladæ anno mundi 5305. Chriſti 1545. ibique aliquot libros Hebraicos prælo ſubmiſit, inter quos connumerantur - ,

ש״ת *Sceelòth Vtſciuuòth Quæſita & Reſponſa* R. Niſsìm Gerundenſis, quæ anno prædicto prodiere. In 4.

סעי׳ בנימן בן יעקב אבינו ואמו היה רחל׃ ויסע יעקב מבית־אל לבוא אל יצחק אביו מחברונה וילכו בדרך ויהי עוד כברת ארץ לבוא אפרתה ותלד רחל בן ותקש בלדתה ותמת׃ ואמר ספר הישר פרשה ויצא כי יעקב קרא את שם בנו שנולד לו אשר ילדה רחל בנימן כי בארץ הימין נולד לו׃ ויהי יעקב בן מאות שנה ויולד את בנימן׃ וירד בנימן מצרימה עם יעקב אביו ובשרה יוסף כתב ריבויקי לו שטר גולת ויבו אל בניו על עדת כונה

in Gentes. Et alia, quæ de Dei Verbo humanato manifeſtè intelligi debent; vt quando dicit, Regem Cælorum in terra apparuiſſe in forma humanæ humilitatis; *De Iudicio etiam vniuerſali* diſſerit, & *eos, qui in aduenientem Deum in carne liberatorem crediderunt, & eos, qui non crediderunt, omnes reſurrecturos, illi quidem in gloriam, iſti verò in ignominiam*.

Teſtamentum Beniamini reperitur inter Teſtamenta XII. Patriarcharum, in Bibliotheca Patrum de la Bigne Tom. V. ſecundæ editionis pag. 731. & tertiæ editionis pagina 642.

רבי בנימן בן משה קראי

הוא מעדת בני מקרא ערבי היה וחבר בלשונו לשון ספר אשר נזכר בספר הנקרא אשת יהודית של סילדינו דף יא׳ ודף יג׳ :

347 R. BENIAMIN BEN MOSIS HÆRETICVS KARRÆVS, ſeù ex Secta *Textuariorum*, ſiuè *Scripturariorum*, de qua aliquid dictum eſt ſuprà pag 92. col. 1. Hic natione Arabs fuit, & Arabicè ſcripſit quendam librum, cuius meminit Seldenus *De Vxor. Hebr.* pag. 11. & 13.

בני מערבאי ומדנחאי

נחלקו בחלות המקרא והנוסחאות וזה נמצא בסוף המקרא גדולה מכרדפסת בוינציאה ובבזיליאה בשם מעמים ועיין שם :

348 BENE' MAARVAE' VMADDINCHAE', *Filij Occidentales, & Orientales*. His vocabulis intelliguntur Iudæi doctiores Terræ Iſraëlis & Babylonici. Quia Terra Sancta, ſeù Pa-uerſia, aut ambiguitate indicaretur. בנימן *Beniamin* igitur, nonniſi impropriè *Filius Meridiei* intelligi poteſt, quatenus videlicet à ſitu Orientis, qui קדם *Kèdem*, quaſi *Anterior* plaga mundi vocetur: *Meridies*, qui ad dexteram hominis Orientem reſpicientis vergit reſpectu eiuſdem: ימין *Iamin* quidem dici poterit, ſed impropriè, & per Analogiam ad dexteram hominis. Ex hac igitur impropria locutione, aliam magis impropriam deduci, ſeù veriùs ludere, quàm ſeriò loqui, manifeſtum eſt. Centum annorum erat Iacob, quando natus eſt ei Beniamin ſecundùm Hebræorum Chronologiam, quemadmodum etiam Abraham cùm naſceretur ei Iſaac. Deſcendit Beniamin in Ægyptum cum reliquis de familia Patris ſui. Ibi mortuus eſt, cùm eſſet annorum 125. Nonageſimo autem anno ante exitum filiorum Iſraël de Ægypto, tulerunt filij eius arcam Patris ſui Beniamin, & in Terram Chanaan proficiſcentes, ſepelierunt corpus illius in Hebron iuxta pedes ſuorum, ſicut ipſe, antequam moreretur, mandauerat in teſtamento à ſe condito.

Huiuſmodi teſtamentum, quamuis Apocryphum, multa tamen continet pia, & lectu digna. Tractat enim *De puritate mentis, Dei timore, & dilectione*. Attingens quædam *De Christo, Agnum Dei* eum vocans, & *Saluatorem mundi*. *Iniuriam pati debuiſſe, contemni, & in ligno Crucis exaltari*. *Velum Templi ſcindi, Spiritum Domini deſcendi vt ignem effuſum*

הגיה הספרי בזמן גדול כמו שנת שלשת אלפים תקנ״ה לבריאת עולם ; וזה הספר נלעבים נראה כי הוא היה בין הכתובים כי נזכר פסוק אחד ממנו הספר בגמרא פרק החובל דף צ״ב עמוד ב׳ ונאמר כי בכתובים דתניא כל עוף למינו ישכון ובני אדם לדומה לו ; וזה הפסוק לא נמצא בעשרים וארבע ספרי קדש אלא באיקליסיאסטיקו לבד בפרק י״ג י״ט ; ועל שם דבן סירא כמה פעמים נזכר אותו בגמרא בסנהדרין פ׳ חלק דף ק׳ ע׳ ב׳ ; וגם אמר רב יוסף לקראו בספר בן סירא לפי שיש בו דברים של הבל שאין בהן צורך כגון עב זקן הכים דלי זקן קורטון כפה בבוסיא לא בתי וכו׳ ; ואלה הדברים לא נמצאו בספר איקליסיאסטיקו ; ואולם שם ישיעו בספר אמר על שם בן סירא ועל בן אמרו שקורא בספר החיצונים או בספר בן סירא אין לו חלק לעולם הבא ;

349 BEN SIRA', *Filius Sirae* Hebreis, Auctor est *Libri Ecclesiastici*, neque apud aliquem antiquum Auctorem ex Hebraeis, aut in *Ghemarà* memini me legisse nomen proprium istius Auctoris. Solùm apud Auctorem שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 68. b. propè finem legi -

ספר איקליסיאסטיקו אומרים שחברו יהושע בן סרוק ;

Liber Ecclesiasticus dicunt quòd fuerit scriptus à Iosue Ben Sarrùk; vult dicere à Iesu filio Σιράχ, seù ישוע בן סירך *Iesuà Ben Sirach*, vt optimè notat Auctor מאור עינים *Meòr enàim* cap. 2. pag. 21. non longè post principium. Quòd à Iesu filio Sirach Liber Ecclesiasticus scriptus fuerit, liquet ex eius libro capite 50. ver. 29. vbi & patria ipsius nominatur, nempè Hierosolyma. De tempore autem, quo hic Liber scriptus sit, non satis compertum est apud Auctores. Nostri constanter affirmant cum Auctore Pro-

Palaestina, respectu Babyloniae Occidentalior est, ideò illius Doctores, Occidentales nuncupantur, sicut & Babylonici, Orientales. Hi inter se disceptarunt de nonnullis dictionibus Sacrae Scripturae, & alio, vel alio modo voluerunt legi, aut etiam pronunciari. Hinc ortum habuerunt variae illae lectiones, quae sub nomine *Occidentalium*, & *Orientalium*, vel etiam -

חלופי המקרא שבין בני ארץ ישראל ובן בני בבל ;

Mutationum Scripturalium inter filios Terrae Israëlis, & filios Babylonicos. Vnius, aut alterius harum mutationum exemplum afferam. Iosue cap. 8. 12. ויקח כחמשת *Et tulit circiter quinque &c.* בין בית אל *inter Beth-el*. Ita Palaestini Rabbini, quos *filios Terrae Israëlis* vocant. At Babylonij aiunt בין בית און כתיב בית אל קרי *Inter Beth Auen scriptum est, sed legitur Beth-el*. Alterum ibidem cap. 10. v. 26. ויכם *Et percussit &c.* וימיתם כתיב וקרי *Et mori fecit eos scriptum est, & legi debet*. Ita *Occidentales*. At *Orientales* dicunt ויתימום כתיב וימיתם קרי *Vaimithùm scribi debet, sed lege* וימיתם *Vaimitèm, Mori fecit eos*. Et haec pro rudi saltem notitia variarum lectionum Occidentalium & Orientalium dicta sint.

סימ׳ **בן סירא** והוא יהושע בן סירך ובעל ספר שלשלת הקבלה קורא אותו בן סרוק הוא חבר ספר איקליסיאסטיקו שכוונתו לדרוש לשמעון ויקשיבו לקול מוסרים ומשלים ; ונקבלו מדות טובות ושבחו החכמים והאנשים הצדיקים ; וזה המחבר היה בזמן שמעון הצדיק בן

Codices connumerauit. Alij Auctorem huius Libri reijciunt ad tempora Simeonis Iusti cognomento *Iaddi*, seù ידוע *Iadduà*, Nehem. 12. v. 11. Sed eadem recurrit difficultas; quia hic Simeon Iustus contemporaneus fuit Esdræ, Zachariæ, & Malachiæ, alijsque Magnæ Synagogæ viris, & superstes erat, quando Alexander Magnus Hierosolymam venit, & vltimus ex 120. Viris, qui superfuerant ex magno illo cœtu, connumeratur. In hac igitur sententia inesse videtur error in nomine *Iaddo*: nam quòd tempore Simeonis Iusti floruerit hic Auctor, certissimum esse existimo; duo enim Simeones Iusti fuerunt (præter tertium, cuius mentio fit in Euangelio, de quo hìc modò non agimus) Primus est Simeon Iustus tempore Magni Alexandri, & secundus est Simon, siuè Simeon Oniȩ filius tempore Ptolemȩi Euergetis, cuius maxima cum laude meminit hic noster Iesus filius Sirach cap. 50. sui libri, sub cuius Pontificatu hunc suum scripsit Ecclesiasticum. In hanc sententiam veniunt quoque recentiores Rabbini cum Auctore *Scialscèleth* pag. 68. b. citata; Neque officit, quòd ipsum vocet ישוע בן סרוק *Iosuè Ben Sarùk*, quia *Iosue* idem est ac *Iesus*, *Ben*, id est *filius*, & *Saruk Sirach*: facilè enim Rabbini extraneas voces corrumpunt, & eas in suam transferre Rabbinicam linguam sine aliqua alteratione nequeunt. Azarias etiam de Rubeis in מאור עינים *Meor enàim* cap. 22. idem sentit, & pag. 92. longè post medium

Prologi huius Libri sub Ptolemæo Euergete, & sub Simone filio Oniæ Summo Sacerdote id contigisse, sic etiam D. Hieronymus in Daniel. lib. 1. cap. 9. & alij omnes, qui post Hieron. scripserunt. Ptolemæus Euergetes successit Ptolemæo Philadelpho, sub quo à LXX. Senioribus in Græcum versa est Sacra Scriptura an. 3515. ante natum Christum 245. annis. Hinc coniectare licebit, circa dimidium Regni Ptolemæi Euergetis scriptum fuisse Librum Ecclesiastici, nempè circa annum mundi secundùm Iudæorum computum 3555. ante natiuitatem Domini 205. annis. Et forsan hic Iesus fuerat vnus ex Septuaginta duobus Interpretibus, qui senio confectus, & virtutibus plenus, de omni virtute in hoc Libro agere voluit; vnde Græcè Πανάρετος meruerit appellari. Nonnulli perperam tribuunt hunc librum Iesu filio Iosedech Sacerdoti magno, qui cùm temporibus Zachariæ, Malachiæ, Esdræ, & Nehemiæ extiterit, præcessit hunc nostrum plusquam 113. ann. Nam anno 442. vel secundùm alios 448. isti in Abrahæ sinum translati sunt. Adde, quòd si tempore Zachariæ, Malachiæ, & Esdrȩ iam extitisset hic liber, eû procul dubio in Catalogo Librorum Sacrorum recensuissent; hi enim in Synodo Magna, Canonem Sacrorum Librorum condiderunt, neque arcendus videbatur hic Liber Diuino afflante Spiritu Hebraicè compositus; sicut postea Ecclesia Catholica eiusdem πνεύματος afflatu inter Canonicos

qui euulgauit Aui sui librum, ut apparet ex illius Præfatione. Hic alter Ben Sirà Nepos librum Aui sui ex Hebræo Græcum fecit, vt clarè colligitur ex Prologo in Ecclesiasticum: nam in octauo & trigesimo anno, videlicet Regni Ptolemæi Euergetis in Ægypto, inuenit librum illum; quem & interpretatus est, hoc est ex Hebræo, vt dixi, in Græcum sermonem transtulit. Ex hoc enim habemus, Ptolemæum Euergetem regnasse annos 38. & ampliùs, cùm ex Bellarmini Chronologia ei tantùm 26. anni tribuantur.

Antiquitùs Liber Ecclesiasticus inter Hagiographa Scripta connumerabatur ab Hebræis, vt colligitur ex Talmude Cod. בבא קמא *Baua Kamà* cap. 8. החובל *Hachouèl* pag. 92. b. longè post medium, vbi ex hoc Libro sub nomine כתובים *Chetuuìm Hagiographorum* refertur hæc sententia, his verbis -

ומשולש בכתובים דכתיב ׃ כל עוף למינו ישכון ובני אדם לדומה לו ׃

Et ter (occurrit) *in Hagiographis, sicut scriptum est: Omne volatile cum specie sua habitabit; & filij hominum similes sunt ei;* hoc est, Vnusquisque diligit sibi simile. Hæc sententia nullibi reperitur in Sacris Codicibus Hebraicis; verùm in Libro Ecclesiastici cap. 13. 19. eadem sub hac formula legitur: *Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi*. Patet igitur hunc Librum apud priscos Hebræos inter Sacros Codices relatum fuisse.

De

dium hoc pacto ait -

ותרוץ זה לדעתי כי תהי שמעון הצדיק תם ׃ הלא תראה בספר העתים. לידידיה האלכסנדרי שמעון הצדיק שני בן חניו שני שהיו שניהם צאצאי חניו ושמעון הצדיק הראשונים וכו׳ ׃ גם בסוף ס׳ בן סירא אשר ידעת שאיננו נדחה מחכמינו אלא ביד אחת ׃ בין כמה נביאים וחכמים גבורי כח שהגדיל לספר בשבחן זכר זה שמעון הצדיק בן חניו אשר היה לישראל כאור נוגה ושגרם לחם הצלות והרבה בכבוד אלהינו ׃ והוא בן סירא מחבר הספר בזמנו של שמעון ההוא כמו שכתב איבסיביו הנכוי בלוחותיו ׃

Et hæc est solutio, secundùm meam sententiam, quoniam duo fuerunt Simeones Iusti. Nonne apparet in libro de Temporibus (Chronologiæ) *Philonis Alexandrini, Simeonem Iustum secundum, fuisse filium Oniæ secundi? Et vtriusque Oniæ & Simeonis primi prognatos &c. Etiam in fine libri Ben Siræ, quem non expellunt nostri Sapientes, nisi manu vna. Inter aliquot Prophetas & Sapientes, virtute præpotentes ad referendum in laude, recordatur huius Simeonis Iusti filij Oniæ, qui fuit in Israël tamquam Stella matutina, & in causâ fuit, vt liberarentur* (Iudæi) *& Deus noster in eo honoraretur. Iste Ben Sirà composuit librum tempore huius Simeonis, sicut scripsit Eusebius in suis Tabulis. &c.* Et paulò post idem R. Azarias de eodem Ben Sirà subiungit -

ואמרתי בן סירא מחבר הספר לאפוקי בן סירא נכדו שהוציא חבור זה של זקנו התוצה בנראה בהקדמתו שמה ׃

Dixi Ben Sirà, qui composuit librum, Vt excluderem Ben Sirà nepotem suum,

nomine Ben Sirà apud Hebræos circumferatur. Vnde R. Aſcer in compendio ſuarum Concluſionum ſub nomine פסקי הראש *Piskè Harròſc* capite eodem, ſeù כל ישראל *Col Iſraël*, quæ ad calcem Cod. *Sanhedrìn* in Talmude reperiuntur, pag. 10. col. 2. circa medium ait -

S. Vincentij &c. Iſte eſt Sanctus Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum, qui à Benedicto XIII. Pſeudo Papa Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter creatus, eum ſecutus eſt quouſque in Concilio Conſtantienſi damnatus & depoſitus, in eius locum ſuffectus eſt Martinus V. cui adhæſit S. Vincentius relicto Benedicto, ſeù Petro de Luna, contra cuius pertinaciam quoad vixit, ſemper & in priuatis colloquijs, & in ſuggeſtu prædicauit. Quando autem partes Benedicti XIII. Antipapæ ſequebatur S. Vincentius, contra Iudæos per Hiſpaniam diſperſos, expeditionem ſuſcepit, Verbo Dei in eos irruens, quod omni gladio ancipiti penetrabilius eſt, ex eis multitudinem maximam ad Chriſtum conuertit, ita vt etiam ipſi Iudæi confiteri non dubitarint; in Hiſpaniarum Regnis, præſertim in Aragonia & Caſtilia, pluſquàm ducentorum millia Iudæorùm, ſuaſu S. Vincentij, Legem Moſaicam deſeruiſſe, & fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe, teſtis eſt יוחסין *Iuchaſ-*

בס״ת שלו סי׳ שט״ח . והניח בן ושמו החכם דון שלמה ן׳ יחייא אך נפטר בחור ובלי בנים וזאת היא הקינה של ב׳ תנועות ויתר וב׳ תנועות ויתר וג׳ תנועות .

Ràu magnus Don Ioſèph Abèn Iàchija ſecundogenitus Don Salomonis fuit in hac generatione caput captiuitatis, & Pater ſapientiæ per Vniuerſum Regnum Caſtiliæ. Fuit ſocius Harrisba, ſeù R. Salomonis Aben Addèreth, & nænias ſuper eum cecinit, quas ſtatim referam, vti facit Auctor libri שקל הקדש *Scèkel hakkòdeſc.*

Hic ſapiens compoſuit פסקי הגמרא *Piskè Ha-Ghemarà, Deciſiones Ghemaræ ſecundùm diſpoſitionem ſex ordinum Talmudis, cum Indice locorum,* (vnde ſententiæ ex Talmude ſunt deſumptæ) *& alijs nouis explanationibus. Fuit pulcher forma, & viſu admodum formoſus. Et cùm eſſet doctus Grammaticus & Poëta, redijt ſecundò, & omnes illos verſiculos iterùm compendiosè ſecundùm Poëtarum leges, quadratis Carminibus decantauit. Sed propter iniquitates noſtras igni abſumpta ſunt, cùm incendio traderetur ipſius Academia tempore perſecutionis S. Vincentij. Teſtor autem ego, me in iuuentute mea vidiſſe in manu ſublimis Domini Patris mei duo* (folia) *membranacea, quibus ſcriptis exarata erant quædam ex his Carminibus, ſed ex parte combuſtis. Iſte verò ſublimis* (Vir) *dies ſuos prolongauit vltra 90. annos. Huius meminit Bar* ששת *Seeſciàth in Quæſitis & Reſponſis eius num. 345. Reliquit poſt ſe filium nomine Sapiens Don Salomon Aben Iàchija, ſed deceſ-*

Quòd idem postea fecisse scribitur Salamanticæ, & Zamoræ, Salmantinam Synagogam in Ecclesiam Sanctæ Crucis commutando, anno Domini 1412. num. 11. ex Ægydio Gonzalez lib. 3. & 5. histor. & in Aragonia an. 1413. num. 51. & 1415. num. 35. Eodem igitur anno 1412. quo instituta fuit disputatio, prædicabat S. Vincentius Ferrerius, qui ob sanctitatis famam, etiam ab ipsis Iudæis Sanctus vocatur. Sic noster Auctor hic in *Scialscèleth hakkabalà* pag. 59. b. circa principium, & pagina 62. b. in fine, Sanctum eum appellat, dum decreta, quæ contra Hebræos fiebant in Hispania, ea גזרות ס׳ ויצינצו *Decreta S. Vincentij* nominat. Non est igitur ambigendum, Sanctum hunc Vincentium non fuisse S. Vincentium Ferrerium Ordinis Prædicatorum.

Sed pergamus ad alia. Pag. 62. b. de R. Dauid Aben Iachija hoc modo loquitur -

הרב רבי דוד בן השר דון גדליה ן׳ יחייא שהיה בקשטילייאה שנת ה׳ אלפים פ״ה לבריאה ושם נהג נשיאותו אחרי מות אביו והוא דור ל׳ למשפחתינו ובסוף ימיו גלה עם המעטירה תורתו אל עיר לישבונה כי ברחו מגזרת ס׳ ויצינצו בשנת קָנ לבריאה ואשתו בטוב טעמה ושכלה השיגה באמצעות מלכת לישבונה כל ההכנסות שהיו לוקחים ׃ והגאון הוה חבר חבורים ובפרט חבור דינים ומאמר על דיני טרפות ׃ והרב קארו מזכירו בראשית ספר יורה דעה ויגוע ויאסף אל עמיו בן ע״ה שנים לא כהתה עינו ולא נס ליחה והניח ב׳ בנים הרב דון יהודה וכו׳ ׃

Ràu Rabbi Dauid filius Principis Don

chassin pag. 134 ante medium, qui de hac mira Iudæorum conuersione ita loquitur -

ובשנת עק״ב היה שמד מנלח אחד שמו פרא ביצינטי שהמירו דת יותר ממאתים אלף יהודים על יד מלך דון פירננדו זקנו של פירננדו מלך אראגון אשר גרש את כל היהודים מקשטילייאה שנת רנ״ב ׃

Et in anno 172. Christi 1412. *persecutio, seù deuastatio fuit à quodam Raso, cuius nomen erat Frater Vincentius. quà supra ducenta Iudæorum millia mutauerunt Legem suam per manum Regis Don Ferdinandi Aui Ferdinandi Regis Aragoniæ, qui Castiliæ omnes Iudæos expulit anno* 252. Christi 1492. Non est dubitandum, quòd Frater Vincentius hic nominatus non sit S. Vincentius Ferrerius sanctitate illustris, quia hæc Iudæorum conuersio, quam Auctor deuastationem, vel persecutionem vocat, facta est anno Domini 1412. eodem anno, quo instituta fuit disputatio cum Iudæis coram Petro de Luna, seù Benedicto XIII. quà deuictis Rabbinis, accedente prædicatione, & Dei Spiritu S. Vincentij infinita fuit multitudo Iudæorum, quæ ad Christi fidem conuersa est. De quo ex Diago lib. 2. cap. 60. Bzouius ad an. Christi 1411. num. 9. ait: *Toleti in Hispania S. Vincentius Ferrerius quàmplures Iudæorum ad fidem Christianam adduxit, & Synagogam illorum antiquissimam, quam ante readificationem Templi per Zorobabel factam, extructam affirmabant, in Ecclesiam, sub titulo S. Mariæ Blancæ conuertit.*

norunt sua isti Chronologici Rabbini, quomodo agnoscent aliena?

Idem facit cum R. Todros, qui eum introducit disputantem cum Hieronymo à S. Fide coram Papa 128. annis antequam disputatio illa exorta sit: nam ipse dicit, quòd disputauerit circa annum mun. 5113. Christi 1284. at illa disputatio habita est anno Domini 1412. vt suprà ostensum est. Ergo. Potuisset autem esse, quòd iste Todros Aben Iachija, qui interfuit disputationi prædictæ, fuerit aliquis alius ab eo, quem ponit in sua serie Genealogiæ Aben Iachija. Nihilominus *semper recurrit* argumentum, quòd falsa & nugatoria sit eadem Genealogia, & Historia familiæ huius Auctoris.

Sed videamus, qua occasione hæc familia Aben Iachijæ Portugalliam reliquerit, & in Italiam venerit? Eadem pagina 63, circa medium, hoc modo describitur.

השר דון יוסף היה (לדון דוד) והוא דוד תשעי לן יחייא : והוא אב אבותינו והיה נמצא א בליסבונה ויאהב אותו המלך וישימהו לו ליועץ : אחרי תומים מת דון אלפונסו המלך : ויקם במקומו דון יואן אשר אהבהו גם הוא ויניחהו במקומו מהיועצים : ויהי היום ויקראהו המלך ויאמר לו הנה מרוב אהבתי אותך בחרתי להטיב אליך ולכל ישראל אחך וזה כהציל את נפשכם מדינה של גהינם ולכן רוצה אני שתמיר אתה וכל בני ביתך וידעתי שכל ישראל שבמלכותי יעשו כמותך כי אותך ראיתי שר וגדול עליהם : ויען השר לא כן יעשה וכו׳ : ככתוב כאורך בספר דברי הימים מתולדות בני יחייא : סוף דבר בראות השר כי כלתה אליו הרעה מאת המלך : גם להיות כי לא לקחו עצתו קהלות פורטוגאל ע״ר גרוש קשטיליא כאשב

Don Ghedaliæ Aben Iachija, qui in Castilia erat anno 5805. à creatione mundi, Christi 1325. *& ibi rexit Principatum eius post mortem patris sui, & hæc est sexta generatio familiæ nostræ. In fine vitæ suæ secessit cum tota familia Vlyssiponem, quia fugerunt à persecutione S. Vincentij anno 150. à creatione mundi*, Christi 1390. *fugam suadente vxore sua consilio suo bono; quæ suasit, vt Vlyssiponem secederet, quia ibi erant Synagogæ suorum Seniorum.*

Iste sublimis (Vir) *scripsit diuersos libros, & præsertim librum* דינים *Dinim, de Rebus iudicialibus, & Tractatum de Animalibus illicitis pro cibo. R. Karo illius meminit in principio libri* יורה דעה *Iorè Deà. Obijt, & additus est ad populum suum cùm esset filius 75. annorum, non caligauit oculus eius, neque fugit vigor eius. Reliquit 4. liberos, Râu Don Iuda, &c.*

Non minor Anachronismus committitur in hoc loco. Dicitur enim, quòd R. Dauid filius R. Ghedaliæ erat in Castilia anno mundi 5085. Christi 1325. sexta ætate familiæ Iachijæ, & sequitur: quòd in fine dierũ transmigrauerit Vlyssiponem, vt aufugeret à persecutione S. Vincentij anno 150. min. supputationis à creatione mundi, id est Chr. 1390. Sed iam clarè demonstratum est, S. Vincentium prædicationem suam contra Iudæos instituisse anno Domini 1412. Ergo hic R. Dauid Aben Iachija 22. annis priusquam incepisset persecutio (vt ipse dicit) S. Vincentij, aufugerat Vlyssiponem. Non

meo est, idem faciet. Video, quòd tu sis Princeps, & maior inter eos. Et respondit Princeps: Non ita fiet &c. sicut prolixè scriptum est in libro sermonum dierum generationum filiorum Iachijæ. Summa omnium fuit. Cùm vidisset Princeps (Ioseph Iachija) quoniam completa fuerat in eum malitia Regis; & etiam eùm non ampliùs acciperent Vniuersitates Portugalliæ consilia ab eo circa (negotium) expulsionis (Iudæorum de Regno) Castiliæ, sicut suo loco videbis. Elegit exire ipse & filij domus suæ de Regionibus Hispaniæ, & in Italiam venire. Euocauit autem ad se tres supra memoratos filios, id est sublimem Don Dauid Auum meū, cuius infra suo loco recordabor in consecutione seminis sui: & sapientem Don Salomonem (filium alterum) qui obijt in Rhodo (Insula) anno 297. Christi 1537. die 14. Siuan Maij, & Thessalonicę reliquit filium nomine sapientem Don Iosephum Iazijam; & tertium intelligentem Don Meir sapientem Poëtam & doctum Grammaticum; hic abijt Valonam, ibique mortuus est absque liberis an. 290. Christi 1530.

Itaque Don Ioseph senior, quicquid in manu occurrerat, tulit; ex pecunijs circiter centum millia Cruzados (genus est monetæ Lusitanæ ex Crucis signo in ea impresso ita vocatæ). Ingreditur ipse & filij eius latenter ad vesperam in Nauem. Et post multos dies, multasque impensas, & afflictiones appulit Pisanum Portum Tusciæ in Italia, sicut prolixè scriptum est in Chronicis Genealogiæ filiorum Iachijæ. Postea proficiscuntur Florentiam, vbi na-

נד

באשר תראה במקומו: בחר לצאת הוא ובני ביתו מגלילות ספרד ולבא באיטליאה. ויקרא לו ג׳ בניו הזכרים שהם הגאון דון דוד זקני שלמטה במקומו נזכרתו עם חמשבות זרעו: ושם השני החכם דון שלמה שנפטר ברודיש שנת רצ״ז י״ד סיון והוא הניח בן בסלוניקי ושמו החכם דון יוסף יחייא. והשלישי נקרא הנבון דון מאיר חכם בשירי ובדקדוק מאד והלך לאוילונה ומת שם בלי בנים שנת ר״צ: ויקח דון יוסף הזקן מן הבא בידו מעות מהושבים במו ק׳ אלף קרוודוש. ויבנס הוא ובניו בלט לעת ערב על אניה: ואחרי ימים רבים והוצאות וטרדות גדולות הגיע בחוף פיסא שבטוסקנה באיטליאה בכתוב באורך בדברי הימים מתולדות בני יחייא: ואחר כך הלכו פיורינצה ושם נולד הגאון א״א: ואחר כך באו פיררה אשר רוכוס פיררה קבל אותו בסבר פנים יפות כי שמע את יופי מעלתו בפורטוגאל: וימת הזקן בן שבעים שנה בפיררה שנת רנ״ח ושלחו בניו עצמותיו לצפת באשר צוה להם אביהם והנם קבורים אצל קבר הושע בן בארי ויתר הדברים הנם כתובים בדברי הימים הנ״ז:

Princeps Don Ioseph (filius) secundus (Don Dauidis) & hæc est nona generatio Aben Iachijæ. Hic est Pater Patrum nostrorum, qui inueniebatur eo tempore Vlyssipone. Hunc dilexit Rex, & Consiliarium suum constituit. Moritur Don Alphonsus Rex; & loco suo surrexit Don Ioannes, qui etiam (Iosephum Iachijam) dilexit, & eum inter Consiliarios adlegit. Quadam autem die vocauit eum Rex, dixitque ei: Ecce, præ multitudine amoris, quo te prosequor, constitui bene facere tibi, & fratribus tuis Iudæis, & hoc vt liberem animas vestras ex Gehenna. Idcircò volo, vt tu, & omnes filij domus tuæ relinquatis (patrias Leges)! Scio enim, quod omnis Israël, qui in Regno

וזה הרב רבי יוסף אבי זלהה הניח שלשה בנים וד׳ בנות ׃ ואנחנו בניו עם המעטירה מ׳ אביגיל ן׳ יחייא חורתינו תשיאנו ארבעתן בכבוד יהוה ׃ וכו׳ ׃

אני גדליה בן הגאון דון יוסף הייתי בן שני לו׃ אשר להפקת רצונך חברתי זה החבור וזולת חבורים אחרים אשר חברתי על שם אחיך ויוצאי חלצי כלכם ברוכי יהוה ׃ למען יהיה שמי נקרא עליכם תמיד וכבר הארכתי בוונת כל א׳ מהם בספר דברי הימים לתולדות בני יחייא ׃ ועתה פה לא אמנע מלהודיעך בקיצור כוונתם ׃ למען לא ימושו מפיך ומפי זרעך עד עולם ׃

Ràu Rabbi Dauid filius Principis Don Iosephi Aben Iachija (hac est decima generatio catenæ familiæ nostra) fuit Princeps captiuitatis in Vrbe Vlyssipone cum patre suo & fratribus. Et post obitum patris sui Ferrariæ, & discessum fratris sui R. Salomonis in Turcarum Regionem, ascendit in Vrbem Rauennam, & subinde Imolam venit, & ibi fixit tabernaculum cum filijs suis. Fuit autem sapiens magnus in Lege, & Philosophia, in Grammatica, & Poësi; neque in generatione sua similis illi inuentus est. Composuit multa philosophica, & Epitomen Grãmatices: hæc apud me sunt. Intermedio autem tempore cœtus sancti, qui sunt in Regno Neapolitano elegerunt ipsum, & ad se accersiuerunt, vt esset inter eos Princeps Academiæ, Archisynagogus, Iudex, & arbiter. Ibi per 22. annorum spatium permansit, vsque ad transmigrationem Israëlis ex illis Regionibus. Habitauit itaque Imolæ in domo sua anno 5300. Christi 1540. & anno 303. Christi 1543. ascendit ad אלקים *Elokim. Fuerunt ipsi duo filij*

nascitur excellens Dominus Pater meus. Deinde venerunt Ferrariam, vbi perbenignè susceptus fuit à Ferrariæ Duce, qui iam audierat excellentiam suam in Portugallia. Mortuus est senex filius 70. annorum Ferrariæ anno 258. Christi 1498. & transportauerunt filij eius ossa illius in Tzaphèth (Galileæ) *sicut ipse mandauerat, & sepelierunt ea iuxta sepulchrum Oseæ filij Beerì. Reliqua autem sermonum eius, nonne scripta sunt in libro sermonum dierum Iachijæ?*

De Auo suo R. Dauid Ben Ioseph Iachija, de Patre suo R. Ioseph, & de seipso ita loquitur pag. 65. b. in fine.

הרב רבי דוד בן השר דון יוסף ן׳ יחייא ׃ והוא דור עשירי לשלשלת משפחתינו היה בראש גולים מליסבונה עם אביו ואחיו ׃ ואחר פטירת אביו בפירארה והליכת רבי שלמה אחיו לתוגרמה גלה בעיר רוינה ואחר כך בעיר אימולה ושם נטע אהלו עם בניו ׃ ויהי חכם גדול בתורה ופלוסופיא דקדוק ושירים לא קם כמוהו בדורו וחבר חבורי׳ וקצורים על חכמות הדקדוק ופלוסופייא והנם בידי ׃ ובחצי ימיו קהלות הקדש שבמלכות נפולי בחרו בו וקראוהו לחיות עליהם ה״ר שופט ודיין עליהם ׃ ושם עבר כ״ב שנים עד גלות ישראל מארצות ההם וישב באימולה אל ביתו שנת ה׳ אלפים שין ׃ ובשנת ש״ג עלה אל האלקים ׃ ויהי לו ב׳ בנים׃ יהודה הוא הראשון ומת בחצי ימיו בלי זרע של קיימה ׃

הרב דון יוסף בן הגאון דון דוד ן׳ יחייא בנו השני ׃ והוא דור י״א לשלשלת משפחתינו ׃ יהיה במעי אמו כשיצאו הוריו מליסבונה כאשר תראה באורך בספר דברי הימים לתולדות בני יחייא ׃ ובחיותו באימולה הרביץ תורה לק״ק שם כל ימי חייו ׃ והיה חכם כולל בכל החכמות וחבר ספר וכו׳ ׃ וספר כך ספר ׃

vt suprà recensiti sunt eisdem verbis, & eodem seruato ordine, quem ipse seruauerat. In tanto autem Librorum apparatu, nullum ex iis in lucem prodijsse puto, nisi Librum יחייא *Iachija* numero 11. notatum, quem sub nomine ספר שלשלת הקבלה *Sèpher Scialscèleth hakkabalà*, *Libri Catenæ Cabalæ* excusum Venetijs vidimus in domo Ioannis de Gara an. שמ״ז 5347. Christi 1587. & Cracouiæ anno שנ״ו 356. Christi 1596. in 4. Diuiditur hic Liber in tres Partes.

In prima texit Auctor Chronologiam ab Adamo ad Noë, & descendendo per Abrahamum, & reliquos Patres peruenit ad Mosen *pagina* 11. Iosue, Phinees, Eli, Samuelem, Achiam Silonitem, Eliam Tisbitem, *pagina* 17. b. Zachariam, Oseam, Amos, Isaiam, Micheam, Ioël, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Ieremiam, Baruch, *pag.* 19. b. Ezram, Viros Synagogæ magnæ *pag.* 21. b. Simeonem Iustum, & alios Sapientes ante natiuitatem Domini per Antigonos, Iosephum Ben Ioèzer, Iose Ben Iochanàn, Iudam Ben Tabbai, Nithai Haarbeli, Seemaiià, & Autaliòn, Hillel & Sciamài *p.* 25. b. & post Christum Dominum transcurrit per Iochanàn Ben Zaccai, Rabban Gamliel, Rabbi Akibbà, & Rabbènu Hakkadosc Auctore Miscnæ *pag.* 32. b. Postea per Rabbanàn Sauorrài pergit ad Gaonim *pag.* 37. Ad Rabbinos per Hariph *pagina* 40. Rambàm & Rasci *pag.* 42. b. & alios inferiores vsque ad *p.* 70. vbi desinit Prima Pars.

lij, Iudas fuit primus, qui mortuus est in dimidio dierum illius sine prole.

Ràu Ioseph Ben sublimis Don Dauid Aben Iachija fuit filius secundus, Et hæc est Vndecima generatio familiæ nostræ. Hic fuerat in Vtero matris, dum egrederetur Vlyssipone, sicut prolixè videre poteris in libro Verborum dierum generationum filiorum Iachijæ. Cùm autem ipse fuisset Imolæ, accubare fecit Legem ibi in congregatione sancta omnibus diebus Vitæ suæ. Fuit autem sapiens vniuersalis in omnibus scientijs, & composuit librum &c. Et post nonnulla -

Iste Ràu Rabbi Ioseph pater meus, cuius memoria sit in vita futuri seculi, reliquit tres filios, & quatuor filias. Et nos filij eius cum Venerabili corona Domina Abigail Aben Iachiija genuit nos, tulitque nos quatuor in gloria Dei benedicti, &c.

Ego Ghedalià Ben Ha Gaòn Don Ioseph fui secundogenitus, Vt morem gererem voluntati tuæ (alloquitur filium) *composui hoc Syntagma, præter alia, quæ nominibus fratrum tuorum nuncupaui, & aliorum, qui è lumbis meis exierunt. Omnes sitis benedicti à Domino, & nomen meum sit inuocatum super Vos iugiter. Omnium meorum librorum olim exhibui argumenta prolixè in libro Chronicorum Genealogiæ filiorum Iachijæ. Nunc Verò nihil prohibet, si iterum succinctè eadem argumenta, & libros producam, quæ Volo Vt non recedant ab ore tuo, & ab ore seminis tui in æternum.* Post quæ sequitur Catalogus Librorum à se compositorum, qui sunt viginti & vnus,

Pag. 3. habetur Præfatio, qua filio suo Iosepho primogenito, cui librum dicat, eiusdem libri institutum, consilium, & vtilitatem pandit, & cur illum יחייא *Iachija* vocet, declarat; in cuius fine Carmen additur cum literis initialibus, quæ componunt גדליה *Ghedaliam*.

In fine autem libri additur Index locupletissimus omnium rerũ, & verborum, quæ in libro tractantur cum hoc titulo.

מפתח ספר יחייא הנקרא גם כן שלשלת הקבלה׃

Clauis libri יחייא *Iachija, qui vocatur etiam* שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà, Catena Cabalæ.*

Quamuis hic Auctor multa fabulosa & inuerisimilia ex alijs Auctoribus sine vllo rerum & temporum examine exscripserit, potissimùm quando ad suæ familiæ gloriam promouendam conducere sibi videbatur: nihilominus quoad Chronologiam, non inutilis est liber, imò sanè dignus, vt sermone Latino illius copia fieret Viris eruditis, & rerum Iudaicarum curiosis: eoque ipsemet sæpissimè *Scriptores, & Scripta Rabbinorum* describendo in hac nostra *Bibliotheca Rabbinica* sum vsus. Quia, quamuis ipse Ghedaliâ Auctor suam hanc *Cabalæ Catenam* ex libro יוחסין *Iuchassin* compilauerat; attamen multa in ea sunt, quæ neque in *Iuchassin*, neque in alijs libris de facili inueniri possunt: atque, vt dicitur in prima libri facie.

In II. Parte recenset quatuor Sermones. Primum, *De Mundo, & Astronomia.* II. *De formatione Infantis in Vtero materno, & vsu partium corporis humani.* III. *De infusione animæ in corpus humanum.* IV. *De Strigibus, Maleficis, & Energumenis.* Postea agit *De Iudicio hominis post mortem.* pag. 85.

In III. Parte tractat *De creatione Mundi, Angelorum, & Dæmonum: De Paradiso, & Inferno.* pag. 90. b. *De inuentione rerum.* pag. 91. *De principijs Regnorum.* pag. 94. Quædam, quæ acciderunt tempore Iosue, & alijs temporibus inferioribus vsque ad expulsionem Iudæorũ ex Vrbibus Dominij Summi Pontificis Romani, compendiosè, sed curiosè recenset.

Statim à tergo primæ pagellæ, inuenitur testimonium Rabbi Iosephi סאמינה *Samiga* in approbationem & laudem libri, cuius opera vt in lucem celeriùs exiret, factum est.

Samuel Ben Elchanàn de הארקיוולטי *Harcheuoltis* composuit Carmen in laudem Auctoris & libri, reperitur pagina 2.

Isaac צרפתי *Tzarphati* Gallus Auctoris Contubernalis etiam ipse aliud Carmen in laudem Auctoris composuit, cuius literis initialibus exprimitur nomen רבי גדליה יחייא יצ״ו *R. Ghedaliâ, & Iachija, Custodiat eum Deus.*

Immediatè post sequitur aliud R. Iosephi filij Auctoris, cuius nomen & Ghedaliæ patris sui sequuntur, si combinentur literæ quibus versus incipiunt, quæ sunt יוסף בר׳ גדליה *Ioseph BeRabbi Ghedalia.*

כו דרושים וחדושים ופרי מגדים נוספים על כל אשר חיברו לפניו בענין זה ׃

In eo sunt expositiones, & res nouæ, fructus attracti additi super ijs omnibus, quæ antehac de huiusmodi argumento composita sunt.

Hunc scripsit, vt ipsemet Auctor ait pag. 66. anno ש״ט 309. min. supput. Christi 1549. & vltimum illorum, quem in Catalogo recenset, dicit scripsisse anno 346. Christi 1586. Ex hoc colligitur, eodem anno hunc Auctorem inter viuos superfuisse; & intra spatium 37. annorum viginti libros edidisse, exclusa expositione Patrum פירוש אבות *Pirusc Auòth*, quia iam illam composuerat in iuuentute, vt ipse ibidem dicit.

Vltimò est sciendum, quòd Amatus Lusitanus, Centuriam VIII. suarum Curationũ Medicinalium Thessalonicæ habitarum, huic Ghedaliæ Iachijæ dedicauerit anno mun. 5319. Christi 1559.

Tandem corrigendus est locus in Oedipo Kircheriano Class. II. Grammat. Cap. II. §. I. *De Siclo Hebræorum* pag. 88. vbi citatur שלשלת הקבלה *Catena Cabalæ*, & pro *R. Iachija* mendosè ponitur *R. Iochai*. Nisi alius liber cum eodem titulo שלשלת הקבלה *Catena Cabalæ* inueniatur, cuius Auctor sit quidam R. Iochai mihi ignotus. Et augetur suspicio, quia in hoc nostro libro שלשלת הקבלה *Catena Cabalæ* non reperitur *Tract. De Monetis*, qui ibi citatur.

תנל' רבי גדליה בן רבי משה קורדווירו כתב הקדמה על ס' אור נערב לר' משה קורדווירו אביו והוא פרדס רימונים בקיצור ונדפס בויניציאה שנת שמ"ז לפ"ק ׃

392 R. GHEDALIA' BEN MOSIS KORDOVVERI. Scripsit הקדמה *Hakkadmà Præfationem* in librum אור נערב *Or Neeràu Luminis aduesperascentis*, compilatum ex opere maiori Cabalistico nuncupato פרדס הרמונים *Pardès Harrimonim, Paradisus Malorum Punicorum*. Vtrumque opus compositum fuit à R. Mose Cordouero patre suo. Sed istud, de quo modo agitur, est Epitome maioris *Pardès Harrimonim*; estque excusus Venetijs apud Ioannem de Gara anno 347. minoris supputationis, Christi 1587.

תנב' ר' גדליה בן שלמה איש פולין המכונה זלמן איש ליפשיץ במלכות פולוניא בהיותו בן כ"ו שנה חבר ספר עץ שתול והוא ביאור בלשון צח ונחמד על ספר עקרים מהחכם ר' יוסף אלבו ׃ ובתוך החלקים האלה הם עקרים מרשים וענפים ועלין ׃ כן בספר הזה יש בו עקרים מהחכם ר' יוסף אלבו ׃ ושרשים הם ביאור או פירוש על זה שחבר ר' גדליה ׃ וענפים הם דברים הנוספים ממקראי קדש וממדרשי חכמים הקדמונים ׃ ועלין הם פירוש מקום על הפסוקים והמדרשים הבאים בזה הספר המובאים עליו וכן נקרא ספר עץ שתול על שם הכתוב והיה כעץ שתול על פלגי מים וגו' ׃ ונדפס בוויניציאה בחכמת פייטרו ולורינצו בראגאדין בבית יוואני קאלין שנת אחד ושבו אחד ליצירה ׃

493 R. GHEDALIA' BEN R. SALOMONIS ISC POLIN POLONVS, cognomento *Zalman* ליפשיץ *Lipscitz* Regni Poloniæ an. ש״ע״ז 377.

marginem, & sunt *Radices* huius Auctoris R. Ghedaliæ. ענפים *Anaphìm* occupant exteriorem libri marginem, & sunt *Rami* eiusdem. עלין *Alìn* ipsius marginis externum album occupant, & sunt *Folia* huius עץ שתול *Etz sciathùl Arboris plantatæ*.

Pagina 2. huius libri reperiuntur הסכמות *Haschamòth Consensus Rabbinorum*, qui librum hunc, vt typis committi possit, approbant, & elogijs extollunt. Horum primus est

R. Meir Ben R. Ghedalià de לובלין *Lublino*.

2. R. Scemuel Eliezer Ben Rabbi Iodà.

3. R. Aharon זעליג *Zaaligh* Ben R. Nephthali.

4. R. Isaach Ben R. Scemuel Vir de domo Leui שליט״א *Scelittà* de לונטשיץ *Lontaschitz*.

5. R. Scemuel Ben Rabbi Ioseph יאסקא *Iàska* de לעסלא *Laasalà*.

6. R. Menachem מאנש חיות *Maanàsc Chaijòth* Ben R. Isaac Chaijòth de לובלין *Lublino*.

7. R. Isaac Ben R. Nathan שפירא *Spira*.

8. R. Beniamin Ben R. Chaijm מארפטשיק de *Arpattscik*.

9. R. Iudas ליב *Leb* Ben Ioseph Aschenazi Germanus.

10. R. Iodà vocatus ליבא *Leua* Ben R. Israël Iacob Chaijòth.

11. R. Isaac Ben R. Ionathan.

12. R. Ephraim Ben R. Nephthali זלמן *Zalamàn*, שעברשין *Sciaauarscin*.

13. R. Ghedalià Ben R. Meir לובמלא *Lubmelò*.

min. supput. Christi 1617. Scripsit Commentaria in ספר עקרים *Sèpher Ikarrìm*, *Librum Articulorum* (fidei Mosaicæ) R. Ioseph Albo, eaque in tres classes dispertitus est: in שרשים *Scerascìm Radices*, ענפים *Anaphìm Ramos*, & עלין *Alìn Folia*: nam totum opus nuncupauit עץ שתול *Etz schatùl Lignum plantatum*. Tit. ex Psal. 1. 3. *Et erit sicut lignum plantatum super riuos aquarum &c.* Nam sicut Arbor habet Stirpem, Radicem, Ramos, & Folia; sic in hoc libro *Stirps* est עקרים *Ikarrìm* textus primarij Auctoris R. Iosephi Albo; שרשים *Scerascìm Radices*, sunt Commentaria huius Auctoris; ענפים *Anaphìm Rami* sunt eiusdem Auctoris aliæ expositiones, & loca ex Sac. Scriptura, Talmude, & ab alijs antiquis Rabbinis petita ad comprobationem sententiarum, quæ in Commentarijs adducuntur. Et עלין *Alìn Folia*, sunt citationes eorundem locorum, vt primò oculorum ictu agnoscat Lector, quibus locis ea petita sint. Et sicut Arbor ex folijs, ramis, radicibus, & trunco coalescit; ita hic liber ex his partibus compositus est, quæ simul vnitæ arborem quandam componere videntur: & ob id titulum libri nuncupauit עץ שתול *Etz sciatùl*, *Arbor plantata*, vt dictum est.

Cæterùm hic liber impressus est Venetijs apud Petrum & Laurentium Bragadinos in domo Ioannis Kaion, in fol. vbi textus quadrato charactere occupat medium folij, & hæ sunt עקרים *Ikarrìm* R. Ioseph Albo. שרשים *Scerascìm* occupant interiorem libri

14. R. Salomon Ephraim Ben R. Aharon לונטשיץ *Lontschz*.

15. R. Iesaaia Isaias Ben R. Abraham Pragensis.

Pag. 3. extat prima Præfatio huius Auctoris in librum suum. Incipit quibusdam Carminibus, quorum initialibus literis exprimunt nomen,

גדליה בן החבר רבי שלמה נר"ו.

Ghedaliá Ben Hachaver R. Salomonis.

Pag 4. b. Extat alia secunda Præfatio eiusdem Auctoris, vbi annus, quo hæc Commentaria scribere inceperit, notatur. Plura ad hunc librum pertinentia vide *R. Ioseph Albo*.

נואן די ניקולו מפריש

חבר פירוש על הלוחות של מלך דון אלפונסו בלשון לטין והעתיקו אל לשון עברי ר' משה מקרית יערים ונמצא כ"י בוואטיקאנו על הקלף :

394 IOANNES NICOLAI PARISIENSIS. Scripsit *Commentarios super Tabulas Astronomicas Alphonsinas*, quos ex Latina lingua in Hebræam transtulit R. Moses de Kiriàth Iearim. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana partim Papyr. & partim Pergam. in 4.

מאשטרו גיראבט די שולא

חבר פירוש הספר התשיעי מספר האלמנצור וחלק לאותם החלקים והפרקים אשר חלק רז"י את ספרו : ולפי דעתינו כ"י כרך אחד והוא על פרטים חולי הגוף מכף רגל ועד קדקד הראש :

395 Magister GERAVT (forsan Gil-

bertus) DE SCIOLA, Scripsit *Commentaria in librum IX. Almansoris de varijs infirmitatibus corporis humani*. Diuisit ea in Partes & Capitula, quemadmodum fecerat Razi in librum suum. Ea ego vidi mmssc. in fol. Papyr. apud Eruditum Virum & in Hebraicis peritissimum D. Odoardum Altham Anglum. Non potui tamen percipere, quo anno, & vbi, & qua lingua hæc primò scripta fuere; attamẽ animaduerti quàm diligenter explicat omnes morbos qui à planta pedis vsque ad verticem capitis hominibus obuenire solent: ideòque existimo esse librum valdè bonum & vtilem; eoq; magis vtilem, si Latinè redderetur.

מאשטרו גירונימו מבולוניאה

היה לפנים יהודי ואחר כך נעשה משומד חבר ס' א' לנגד היהודים בלשון איטלקי והוא נדפס בויניציאה שנת אלף קקט"ו לפרטנו :

396 Magister HIERONYMVS DE BONONIA ITALVS, ex Iudæo Christianus. Scripsit Italicè *Opusculum contra Iudæos*. Excusum fuit Venetijs anno Domini 1515. in 8.

מאשטרו גירונימו די סאנטה פא׃

עיין ר' יהושע הלורקי :

397 Magister HIERONYMVS A SANCTA FIDE. Vide *R. Iosuè Halòrki*.

גלא רזיא

והוא שם הספר שנזכר בספרו הרבה פעמים ... ויש אומרים כי מכרינו

in fine, vbi dum loquitur honorificè de nostro libro Ecclesiastici sub nomine בן סירא *Ben Sirà*, & duos eiusdem nominis esse Auctores, Ben Sirà seniorem, quem & Rabbenu Hakkadòsc vocat, & Ben Sirà iuniorem; hinc duos esse Rabbenu Hakkadòsc hoc modo probat -

והנה מציאות שנים מן השם המפואר הזה יש לו חבר טוב והוא רבינו הקדוש בי ידעת אמרם בקדושין פ״ד ומדרש קהלת פסוק וזרח השמש יום שמת רבי עקיבא נולד רבי הנקרא גם כן רבינו הקדוש, והרי במכילתא דבשלח פרשת השירה תמצא א״ר עקיבא דבר הסיח לי רבינו הקדוש וכו׳, הרי קדוש קדוש.

Et ecce duo, qui inueniuntur insigniti hoc honorifico nomine Rabbenu Hakkadòsc. Scias, quòd in Cod. Kidduscin cap. 4. & in Midràsc Ecclesiast. Ver. 5. Et oritur Sol; *eo die, quo moritur R. Akibà, nascitur Rabbi, vocatus etiam Rabbenu Hakkadòsc. At in* מכילתא *Mechiltà sect.* בשלח *Besciallàch,* §. השירה *Hascirà inuenies. Dixit R. Akibà: Verbum narrauit mihi Rabbenu Hakkadòsc &c. En* (duo) *Kadòsc, Kadòsc.* Ita Auctor *Imrè binà*. Sed hæc ratio non videtur magis probare duos fuisse *Rabbenu Hakkadòsc*, quàm duos Rabbinos sub nomine *Rabbi Akibæ*, & sicut ipse concludit הרי קדוש קדוש posset etiam concludi הרי עקיבא עקיבא *En Akibà Akibà. Ergo* (duo sunt) *Rabbi Akibà*. Quicquid sit; traditio est apud eos, duos fuisse Rabbenu Hakkadòsc. Quæ sententia nobis admodum fauet, dum ex ea excluditur R. Hakkadòsc Auctor Miscnæ, & includitur Rabbenu Hakkadòsc

חברתו רבינו הקדוש ובתוך ספריו לא נמצא זה הספר ואולם סברו רבינו הקדוש אחר כי שנים רבינו קדוש היו כמו כדלעיל בספר אמרי בינה פרק כ״ב, דף צ״ב, עמוד א׳ בסוף העמוד: אמר בעל ספר סדרי הפנים זמני בעל ספר סוס.

398 GHALE' RAZAIA' *Reuelans arcana*. Tit. libri desumptus ex Daniele 2. v. 29. Hunc sæpissimè citat Galatinus. Tribuitur Rabbenu Hakkadòsc. In eo fidei nostræ mysteria tam euidenter ostenduntur, vt vix in Nouo Testamento clariùs cerni queant, vnde & de eius fide nonnulli Viri eruditi non malè videntur dubitasse. Nam inter opera Rabbenu Hakkadòsc hic liber non extat, & Iudæis planè incognitus est. Diceret quis perijsse malitia Iudæorum & arte, ne ob tam euidentes demonstrationes Mysteriorum fidei Christianæ, eandem fidem suscipere cogerentur. Sed non est verosimile, hunc Rabbenu Hakkadòsc, qui Legem Iudaicam instaurauit, composito libro משניות *Miscnaiòth*, in quo omnia ceremonialia Iudaica explanantur, voluisse Iudæis Christianorum Mysteria & dogmata in alio libro ita euidenter ostendere, vt ex illius sola inspectione potuissent Legem Iudaicam deserere. Posset potiùs dici, duos fuisse Rabbenu Hakkadòsc: vnum post Christum, tempore Antonini Imperatoris, & est ille, de quo modò locuti sumus: alium ante aduentum Domini: & de hoc intelligendum esse, quando dicitur, Rabbènu Hakkadòsc esse Auctorem huius libri *Ghalè Razià*. Quòd fuerint duo Rabbènu Hakkadòsc, clarè docet Auctor אמרי בינה *Imrè Binà* cap. 22. pag. 92.

היה בה מולדה לעולם וקורין ביסודה ׃ ובנו היה רשב״ג הראשון הנהרג ובנו של רשב״ג היה רבן גמליאל ביבנה ׃ ובעל ספר שלשלת הקבלה דף כ״ו עמוד ב׳ אמר כי הטעה שקמו הזקן ברכת המינים לפני ר׳ גמליאל הזקן כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף כ״ח ולא לפני רבן גמליאל השני אמר רבן יוחנן בן זכאי כי אמרו שהוא בשנת השירים כתבנא על רבן שמעון בן גמליאל ועל כני ישמעאל לקטלא ותאמר ביבא בן היה וכהרגו בחרבן רבן שמעון בן גמליאל ואז קבל הנשיאות רבן יוחנן בן זכאי בראותה בנשין ומעשה זה בגמרא בפרק קמא די סנהדרין דף י״א ׃ הוא היה יושב על גב מעלה בהר הבית ויוחנן סופר הלז יושב ולפניו שלש אגרות חתוכות ואמר לו טול אגרתא חדא וכתוב לאחנא בני גלותא דגליל לאחנא בני גלותא דדרומא ולאחנא בני גלותא דיון ולשאר כל גלוותהון דישראל כמו שנכתב במסכת סנהדרין פרק א׳ דף י״א ע״ב ׃ ובפרקי אבות פ׳ א׳ רבן גמליאל אומר עשה לך רב והסתלק מן הספק ואל תרבה לעשר אומדות ׃

399 RABBAN GAMLIE'L HAZZAKE'N SENEX ita vocatus, vel ob differentiam alterius Iunioris, vel quia dies vitæ suæ in longum protraxerat, vt putat *Iuchasin* pag. 53. in fine, & Dauid Ganz ad an, 768. quod mihi non probatur: nam hic Rabban Gamaliel fuit filius Rabban Simeonis, qui puerulum IESVM in vlnis suscipere meruit, quique cùm esset filius Hillelis Senioris Traditionem receperat à patre suo anno mundi 3768. secundùm eundem Ganz, ad quem annum idem Auctor refert mortem Hillelis; annos autem, quibus Israëlem gubernauit Rabban Simeon, Auctores sub silentio inuoluunt, rati forsan, sibi apud Iudæos inuidiam & odium parari, si de eo, qui Christum agnouit, vlnis suscepit, & omnium populorum Saluatorem prædicauit, verba honorifica facerent. Includunt itaque annos sui Prin-

dòsc Auctor גלא רזיא *Ghalè razià*.

Dices, Hodie huiusmodi librum non reperiri.

Respondeo. Ideòne quia hodie non reperitur, aliquando non reperiebatur? Multi sunt libri Hebraici manuscripti, qui nunquam excusi fuerunt, & olim frequenter per manus diuersorum terebantur, & tamen hodie vix, aut nullo modo ampliùs reperiuntur, vt liber משה הדרשן *Mosis hadarscián*, quem frequenter citat R. Salomon in suis Commentarijs, vti & בראשית קטנה *Berescith kattanà*, & alij. Vnde Pocockius cap. 8. *Miscellan.* in Porta Mosis egregiè Galatinum defendit p. 319. *Suspecta* (inquit) *apud multos fidei habetur* (Galatinus) *quòd Authores laudet Hebraicos, qui iam in Christianorum manus non perueniant, at qui si à Iudæis, ideò ne perueniant, clàm habitos? quod facilè factu fuit cùm libri alicuius nondum typorum beneficio propagati, pauca admodum, & singularia forsan exemplaria reperirentur.* Quidni si eandem fortunam expertus sit noster גלא רזיא *Ghalè razià*? Id fateri verissimè possum, me summa diligentia illum inquisiuisse, nec vnquam tantillum luminis de eo, neque inter Hebræos, nec inter Christianos habere potuisse.

רבן גמליאל הזקן נכדו של הלל הזקן שנה׳
בנו של רבן שמעון בן הלל נקרא הזקן לפי שהיה רבן גמליאל אחר בן בנו נקרא רבן גמליאל דיבנה ׃ ואולי נקרא הזקן בכבוד שהאריך ימיו ׃ אמר בעל ספר יוחסין דף נ״ג שבמסכת סוטה בסוף המסכתא משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה כו׳ שהוא ביתוס לתלמידים שמורה בעמידה ולאחר

Cod. סנהדרין *Sanhedrìn* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 97. longè post medium, vbi sic legitur. -

תניא ר' נהוראי אומר דור שבן דוד בא בו נערים ילבינו פני זקנים וזקנים יעמידו לפני נערים ובת קמה באמה וכלה בחמותה ופני הדור כפני כלב ואין הבן מתבייש מאביו :

Est Traditio. R. Nehoràì dicit: Generatione illa, qua filius Dauid (Messias) *venit, pueri albescere facient* (pudore afficient) *vultus senum; & senes stabunt contra pueros; & filia insurget in matrem, & sponsa in socrum eius. Et facies illius aui* (erunt) *sicut facies Canis. Neque filius erit, qui pudore suffundatur* (ob reuerentiam) *patris sui*. Si igitur tempore aduentus Messiæ filij stabunt contra patres, sponsæ contra socrus, filiæ contra matres, & pueri contra senes, discipuli etiam stabunt contra magistros, quia vt ibidem legitur, Academiæ & Gymnasia etiam conuertentur in Lupanaria, quæ tempore Rabban Gamalielis senioris acciderunt. Ergo tempore illo aduenit Messias. De his plura vide suprà pag. 174. col. 2.

Alij autem alio modo explicant illud: *A tempore, quo mortuus est Rabban Gamaliel senex, cessauit honor Legis*.

שהיו בימיו לומדים התורה בעמידה ואחר שמת בא חולשה לעולם וקורין כישיבה :

Quòd in diebus eius docebant Legem stando; sed post eius mortem venit debilitatio in mundum, & legerunt sedendo; vt legitur in Cod. מגילה *Meggillà* cap. 3. הקורא pag. 21. circa finem.

Principatus sub annis Rabban Gamalielis Senioris, quem recepisse Cabalam seù Traditionem oralem à patre suo Rabban Simeone eodem anno 3768. vitamque protraxisse vsque ad annum 3810. quo anno Rabban Simeon filius eius Scholæ Principatum inijt annis 18. ante excidium Templi, vt scribit R. Dauid Ganz ad annum 768. Igitur secundùm hanc opinionem habemus 42. annis tantùm vixisse in Principatu Rabban Gamaliel Seniorem, quibus si addantur alij 20. anni, ad quam ætatem, verosimile est, eum peruenisse, quando ad Principatum euectus est, fiet summa annorum 62. quæ ætas non est adeò excedens, vt is, qui ad eam perueniat. Senex per Antonomasiam debeat vocari. Igitur dicendum R. Gamalielem vocari senem, seù seniorem ad differentiam alterius iunioris, qui vocabatur de Iaunè, de quo infrà.

Idem Auctor *Iuchasìn* pag. 53. ex Cod. סוטה *Sottà* ait -

משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה :

A tempore, quo mortuus est Rabban Gamaliel senior, cessauit honor Legis. Et secundùm quod exponit Auctor ערוך *Arùch* ad vocem בטל, vt ipse refert, intelligendum est, quòd cessauerint בני אדם שמכבדין בעלי תורה *Homines honorare Doctores Legis*. Ergo ego dico, Tempore Rabban Gamalielis venit Messias Iudæorum. Probatur conseq. Quia tempore aduentus Messiæ Iudæorum mores corruptissimi esse debebant, vt habetur in

תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למדין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למדין תורה מיושב :

Tradiderunt Magiſtri noſtri: A diebus Moſis vſque ad Rabban Gamalielem non docebant Legem niſi ſtando. Poſtquam mortuus eſt Rabban Gamaliel, deſcendit infirmitas (debilitas) *in mundum, & docuerunt Legem ſedendo.*

Hic Rabban Gamaliel ſenior, non ſolùm Principatum obtinuit in doctrina (nam Synedrij Caput & Princeps erat) ſed etiam fuit Vir ſanctus, & D. Pauli Apoſtoli Magiſter, Apoſtolus ſiquidem ſecus eius pedes eruditus fuit iuxta veritatem paternæ Legis Act. 22. 3. Eius auctoritas erat maxima; quia pręter moderamẽ quod circa doctrinam Hieroſolymis, & per Iudęorum terras adminiſtrabat, etiam per vniuerſum, quacumq; Iudęorum reliquiæ diſperſæ erant, illius iuriſdictio extendebatur. Hinc decreta decernebat obſeruanda vbiq; locorum. Patet hoc ex decreto decimãdi oleas, frumentum, & intercalandi annum; quod cum Synedrij voto euulgauit, & ad omnes captiuitates tranſmiſit, præcipiendo vt annum communem embolismum facerent. Habetur hoc decretum in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 1. pag. 11. b. in ipſo principio his verbis conceptum.

מעשה ברג״ שהיה יושב על גב מעלה בהר הבית והיה יוחנן סופר הלז עומד לפניו ושלש איגרות חתוכות לפניו מונחו׳ אמ׳ לו טול איגרא חדא וכתוב לאחנא בני גלילא עילאה ולאחנא בני גלילא׳ תתאה שלומכון יסגא לעלם מהודעין אנחנא לכון דזמן ביעורא מטא לאפרושי מעשרא ממעטני׳ דזית׳ : וטול איגרת׳ חדא וכתוב לאחנא בני דרומא שלומכון יסגא לעלם מהודעין אנחנא לכון דזמן ביעורא מטא לאפרושי מעשרא מעומרי שובליא : וטול איגרא הדא וכתוב לאחנא בני גלוותא בבבל ולאחנא דבמדי ולשאר כל גלוותא דישראל שלומכון יסגא לעלם מהודעין אנחנא לכון דגווליא רכיכין ואימריא ערקין וזמנא דאביבא לא מטא ושפרא מילתא באנפיי ובאנפי חבריי ואוסיפין על שתא דא יומין תלתין דלמא בתר דעברוהו :

Opus (quod decreuerat) *Rabban Gamaliel, qui ſedebat in loco ſublimi Templi* (Hieroſolymitani) *& Iochanan Scriba ſtabat coram eo, & tres epiſtolæ expanſæ coram eo manebant. Dixit ei* (R. Gamaliel) *Accipe vnam ex his epiſtolis, & ſcribe fratribus noſtris hominibus Galileæ ſuperioris, & fratribus noſtris hominibus Galileæ inferioris: Pax veſtra augeatur ſuper vos. Notum facimus vobis, quòd tempus remouendi aduenit, vt ſeparentur decimæ ex cupa Oliuarum.*

Accipe aliam epiſtolam, & ſcribe fratribus noſtris (qui ſunt) *in Meridionali plaga: Pax veſtra augeatur ſuper vos. Notum facimus vobis, quòd tempus remouendi aduenit, vt ſeparetur decima ex manipulis ſpicarum.*

Et accipe epiſtolam tertiam, & ſcribe fratribus noſtris filijs tranſmigrationis in Babel, & fratribus noſtris in Media, & reliquis tranſmigrationibus Iſraël: Pax veſtra augeatur ſuper vos. Notum facimus vobis fratribus noſtris, quòd Pipiones teneri ſunt, & Agni ſunt paruuli, tempuſque Veris nondum aduenit. Placet itaque mihi, & Collegis meis addere ſuper hunc annum alios dies triginta. Forſan erunt poſt emboliſmum. Vnde הרא״ב״ד *Harrauàd* in li-

Paruo, composita fuit precatio illa contra Hæreticos, quæ approbata fuit à Rabban Gamaliele, & in calce 18. Precationum addita, & quam Iudæi quotidiè recitant contra Christianos, eos pro Hæreticis habentes, de qua prolixius agemus in *Samuele Kattàn*.

Dices: Rabban Gamaliel nonne fidei Christianæ sectator erat? & quomodo verum esse potest, eum laudasse & confirmasse Precationem contra eiusdem fidei sectatores?

Resp. Hanc Precationem contra Hæreticos à Samuele Kattàn compositam non fuisse contra Christianos principaliter, sed contra alios, quos Hæreticos fuisse, omnibus notum erat; nempè contra sequaces Theodæ & Iudæ Galilæi Hæresiarchæ: nam, vt dicit R. Moses Ægyptius הלכות *Hallachòth* תפלה *Thephillà* c. 2.

בימי רבן גמליאל רבו מינים מישראל וכו׳.

In diebus Rabban Gamalielis multiplicati sunt Hæretici in Israël, &c. Id est, Multæ sectæ in dies pullulabant Hæreticorum, inter quas prævalebat Hæresis Theodæ, & Iudæ Galilæi, contra quas dicendum est fuisse compositam huiusmodi Precationem Samuelis Parui contra Hæreticos, quam approbauit R. Gamaliel, & inter alias Preces collocauit. Quando autem instituerunt Iudæi in Concilio, quod Iabnæ probabile est coactum fuisse contra Christianos, instantibus Sadducæis, vt omnes Christiani interficerentur, partes Christianorum suscepit Gamaliel, quas

bro Cabalæ pag. 58. editionis Basileensis subinfert -

הרי ידענו שר״ג זה ראש ישיבה ונשיא ומעשיו מקובלים בכל ארץ ישראל ובכל גליות ולא מיחה המלך ולא אדם בעולם :

Ergo cognoscimus quòd iste R. Gamaliel erat Caput Academiæ, & Princeps, & decreta eius recipiebantur in tota terra Israëlis, & in omnibus transmigrationibus, neque Rex, nec alius quispiam præsumebat ea delere. Nam vt ipse Auctor ibidem dicit -

שכן היה המנהג בבית שני שהמלך מבני חשמונאי או מעבדיהם בני הורודוס היה המוציא והמביא במלחמה ובכל דברי המלכות . אבל כל דברי תורה חוקים ומשפטים על פי הנשיא מבית דוד היו נעשים ועל פי כהן גדול והסנהדרין:

Quia tempore Domus secundæ (quàdiù stetit secunda Ædes) *hæc fuit consuetudo, quòd Rex ex stirpe Chasmonæorum* (Machabæorum) *aut seruorum illorum, id est Herodum, ea quæ ad bella, & ad regimen totius Regni pertinebant, operabatur. Verùm, quæ ad Legem, Statuta, & Iudicia spectabant, ad nutum Principis de Domo Dauid, vnà cum Sacerdotis magni & totius Synedrij assensu, exequebatur.*

Itaque sedente Rabban Gamaliele in solio Principatus in יבנה *Iabnè*, quæ Ciuitas est à Ioppe tribus milliaribus distans, Iosepho & Straboni Ἰάμνεια, & quò translatus fuit Synedrij Senatus post Templi exustionem, vel vt alijs placet, ante destructionem illius, annis quadraginta, de qua re alibi ex professo: Coram eo à Samuele cognomento קטן *Kattàn*

nes Hæretici momento pereant ; &c. Hodie verò contra Christianos illam recitant, & pro *proditoribus* intelligunt Iudæos, qui ad fidem Christianam conuertuntur, ea scilicet ratione, quòd Iudæorum perfidiam Christianis prodant. Pro *Hæreticis* verò ipsosmet Iudæos iam Christianos intelligunt, quos viros sceleratos existimant, & appellant; vt explicant omnes Auctores Hebræi, qui de hac re loquuntur, vt exactiùs videbimus in *Samuele Kattàn*.

Quòd autem Samuel Kattàn coram Rabban Gamaliele seniore suam Precationem contra Hæreticos composuerit, & non coram Rabban Gamaliele iuniore Auctor יוחסין *Iuchassin* pag. 21. intendit probare ex eo, quòd hic Samuel Kattàn obierit ante destructionem Templi secundi, & antequam Rabban Iochannàn Ben Zaccài Principatum assumpsisset. Prophetauit enim (aiunt) tempore mortis suæ prædicendo Rabban Simeonem filium huius Rabban Gamalielis senioris, & R. Ismaëlem tempore desolationis Templi violenta morte perituros, sicut euenit. Interfecto enim Rabban Simeone, Principatum suscepit Rabban Iochannàn Ben Zaccài post Templi excidium, & post ipsum in Iabnè Rabban Gamaliel iunior, coram quo aliqui existimant compositam fuisse prædictam Precationem. Sed eo tempore iam mortuus erat illius Auctor Samuel Kattàn, cùm ante Templi desolationem iam obierat, & prophetauerat, vt habetur in Cod. *Sanhedrin*

quas vt efficaciùs, & sine aliqua suspicione defenderet coram toto Concilio, *iussit foras ad breue homines fieri*, vt legitur cap. 5. v. 34. Actuum Apostolorū. Quibus verbis innuitur, illum Præsidem Concilij & Principem fuisse; quia *iussit* Apostolos ad breue tempus extra Concilium educi; & נשוא *in pretio habitus*, eò quòd Princeps erat, ideòque *Honorabilis*, vt legit Vulg. Exemplum enim horum Hæreticorum, Theodæ scilicet, & Iudæ Galilæi, Collegis suis proposuit; quia sicut hi non longo temporis spatio perdurarunt, ita euenturum fore credendum erat hominibus istis, si ex Deo non essent. Vnde subiungit ibidem ver. 38. *Quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud; ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi &c.*

Porrò hæc Precatio contra Hæreticos in Concilio, in Iabnè coram R. Gamaliele composita, & approbata videtur anno mundi 3790. quinque annis post translatum Synedrium ab Hierosolymis in Iabnè; tribus annis ante mortem Christi, & quatuor annis ante Concilium coactum contra Apostolos, & annis 38. ante destructionem Templi.

Sed si quæras, Quomodo incipiat hæc Precatio contra Hæreticos?

Respondeo, Incipit.

ולמלשינים כל תהי תקוה · וכל המינים כולם כרגע יאבדו וכו׳ :

Et proditoribus non sit spes, & om-

Vltimò adde, fabulosum esse, quod de hoc Gamaliele Pauli Apostoli Præceptore scribit Gesnerus in sua Bibliotheca, nempè, scripsisse librum vnum de Grammatica Hebræa, sicque corruptæ linguæ, ne in deterius abiret, sepimentum fecisse. Initium enim Grammaticæ Hebrææ valdè posterius est, vt videbimus in *R. Iuda Bar Dauid Pasi* חיוג *Chiüg*.

De Rabban Gamaliele seniore fit mentio in Ghemarà pluribus in locis, quorum aliquot citata sunt. Item Cod. ע״ז *Auodà Zarà* cap. 1. pagina 11. & in *Iuchasin* pag. 21. 53. & 159. b. *Scialscelet hakkabalà* pag. 26. b.

Obijt anno mundi 3810. Christi 50. & ante excidium Templi an. 18. in cuius funere Onkelosus Paraphrastes insumpsit 70. libras Opobalsami. Videsis suprà pag. 405. col. 2.

Athanasius Kircher in Oedipo Class. I. Symbol. cap. 11. *De Impressijs Hebræorum* pag. 15. citat characteribus Latinis quendam *Gamaëlidem in manuscripto Commentario in Pirkè Auòth*; idcircò nescio an Hebraicè scribi debeat גמליאל *Gamliel*, vel גמאלי *Ghamaëli*, vt inde redderemus *Gamaelidem* in Accusatiuo. Si sic: Ego huiusmodi nomen גמאלי *Gamaëlì* alibi nunquam vidi, aut audiui.

ר׳ גרשם ׃ ר׳ גרשון בן משה איש שונצינו 8

פיס מהמעתקי ספרי היהודים בעיר פרדיבו ובעיר בריסא שנת ה׳ אלפים ורנ״ג ובקוסטנטינ׳ שנת ה׳ כמו נראה בתחילת ספר מכלול לר׳ דוד קמחי ׃

R. GER-

cap. 1. pag. 11. Sed quod ibi legitur, secundùm quod explicat R. Sal. שנתנבא בשעת מיתתו *Quod prophetauerat tempore mortis suæ*, videtur fabulosum, & contrarium doctrinæ ipsius Talmudis traditæ in eadem pagina, non ampliùs octo lineis suprà, vbi de Prophetia agens, ait -

תנו רבנן משמתו נביאים האחרונים חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ׃

Tradunt Magistri nostri: Postquam mortui sunt Prophetæ posteriores Aggæus, Zacharias, & Malachias, cessauit Spiritus sanctus ab Israële. Hoc est, Defecerunt Prophetæ, qui Spiritu sancto dictante prophetauerint. Quomodo ergo tam citò Talmudistarum doctrina è mente dilabitur, vt post octo linearum spatium contrarium doceant, & Prophetam Nouitium Samuelem Kattàn, de morte Rabban Simeonis & R. Ismaelis prophetantem constituant? Inconstantes & varij sunt Talmudistæ, ideò fides eis adhibenda non est.

Tandem in פרקי אבות *Pirkè Auòth* cap. 1. §. 16. præclara sententia legitur huius Rabban Gamalielis senioris, & est -

רבן גמליאל אומר עשה לך רב והסתלק מן הספק ואל תרבה לעשר אומדות ׃

Rabbàn Gamaliel dicit: Elige tibi Doctorem, & remoue dubitationem (scrupulum pelle) & non multiplicabis decimare rem secundùm existimationem. Hoc est, Re non mensurata, nisi ad oculum, & vt vulgò dicitur, *Stimare ad occhio.*

In Prima agitur *De natura Elementorum. De Insensibilibus, Vegetabilibus, & Rationabilibus.*

In II. *De rebus Astronomicis compilatis ex libris Ptolemai, Alphragani, & Auicenna.* Et *De Calo & Mundo ex Auerroe.*

In III. *De rebus Diuinis atque Theologicis*, quæ omnia ad verbum exscripsit ex libris R. Mosis Ægyptij. Alio etiam modo diuiditur hic liber, nempè in 13. מאמרים *Maamarìm Dicta*, seù *Tractatus*. Est liber curiosus, & non contemnendus. Msc. reperitur in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Excusus est etiam Venetijs opera Meir Ben R. Iacobi Franzoni anno mundi ש״ז 307. min. supput. Christi 1547. in 4. Nomen huius Auctoris, etsi in fronte libri notatum non sit, habetur tamen in principio libri, pag. 2. col. 1. in fine §. ואין, vbi legitur -

ואני גרשום בר שלמה זלה״ה חברתי הספר הזה וקראתיו שער השמים וחלקתיו לשלשה חלקים :

Et ego Gherscióm Bar Salomonis b. m. composui hunc librum, & vocaui illum שער השמים *Sciàar hasciàmaim, Portam Cali, atque in tres partes diuisi.* De patria, & tempore, quo hic vixerit, nihil ex eo habetur. Auctor *Scialscèleth hakkabalà* loc. cit. pagina scilicet 54. b. facit illum Catalanum. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica dicit, quòd fuerit pater R. Leui Ben Gerson insignis Auctoris. Sed hoc non adeò certum est, vt nihil de eo dubitari possit, quia R. Leui Ben Ger-

400 R. GHERSCIO'M, seù GHERSCIO'N BEN MOSIS DE SONCINO Chalcographicam Artem exercuit Arimini, Brixiæ, & in vltima senectute Constantinopoli. Vide si placet suprà pag. 432. col. 2. pag. 433. col. 2. & pag. 434. col. 1. & 2. vbi de hac familia Soncinatum fusè agitur.

